# TRACTATVS, DE COGNITIONE PER VIAM VIOLENTIÆ IN CAVSIS ECCLESIASTICIS, ET INTER PERSONAS Ecclesiasticas duplex;

*CVIVS IN PRIMA PARTE, HVIVS COgnitionis proponitur theorica, hoc est, Regis Hispaniarum circa Res temporales potestas manifestatur;*

*IN SECVNDA, EIVSDEM COGNITIONIS PRAXIS, HOC EST, AD IVDIces à Rege Hispaniæ constitutos recursus; quibus, CLXIV. quæstionibus patens præmunitur aditus:*

In vtroque tam ciuilis quàm Hispanici juris leges plurimæ nouê & curiosè explicantur.

à

*HIERONYMO DE CEVALLOS HISPANO TOletano I.C. & Nobilium in Toletana vrbe decurione.*

Additus est Index tùm Quæstionum in hoc opere contentarum, tùm Legum & Iurium explicatorum, tùm deniq; rerum atq; Verborum singularium locupletissimus; Legum quidem & Iurium Tractatui ipsi præmissus. Rerum autem atq; Verborum ad finem totius operis positus.






*COLONIÆ,*
Sumptibus Hæredum LAZARI ZETZNERI Bibliop.
*ANNO M. DC. XX.*

# ILLVSTRISSIMO PRÆSVLI DOMINO D. FERDINANDO DE AZEVEDO,

Archiep. Burgen. ac Philippi. III. Hispaniarum Regis potentissimi, summo Præf. prætorio, Hieronymus de Ceuallos, I.C. & Toletanæ ciuitatis nobilium Decurionum ordini adscriptus.

S.D.

Libellus noster, Illustriss. Præsul, de causarum cognitione per viam violentiæ, quem jamdiu parturio, sub tuis auspiciis prodit in publicum. Nec enim vlli alij cum dicare possem, nec, si possem, vellem. Namque perardua res est, Plinij testimonio, vetustis nouitatem dare, novis authoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubijs fidem, omnibus verò naturam, & naturæ suæ omnia. Continet libellus hic nouum & difficile argumentum, ac, si quod aliud, ad finiendas lites, curasque hominum componendas, maximè necessarium. Agimus in eo de vtraquè iurisdictione, Ecclesiastica scilicet, & sæculari; igitur eum ad te mittimus optimo jure, imò non mittimus, sed ipse spõtè ad te ibat, vtpotè habentem vtriusque gladij potestatem. Iniunxerat mihi hoc onus amplissimus frater tuus (Deus bone, quàm egregium par) D. Ioannes Bap. de Azeuedo, Episcopus Pincia, Indiarum Patriarcha, in causis fidei summus censor, atque supremi Castellæ Senatus, meritissimus Præses. Qui cum primum ad huius muneris apicem, ingenti omnium acclamatione, euectus est, ad sedandas controuersias, argumenti nostri occasione adhuc exortas, jussit eas omnes in volumen redigi, si forte obscuris rebus, & locis caliginosis, lucubrationes nostræ, aliquam possent lucem afferre. Posuit autem vir integerrimus, ingenio meo terminos, qui præteriri non possent, præcipiens, quatenus rem sic temperarem, vt neque de Pontificia jurisdictione aliquid detraherem; neque de Regia authoritate quicquam diminuerem. Ego præscribi mihi fines istos passus sum libenter, vtpotè qui sedem Apostolicam, & vereor, & reuereor, majestatem itidem Regiam, vt par est, suspicio. Igitur constitui, spopondi: an verò id re ipsa præstiterim, judicabit qui legerit. Licet autem dilectissimus frater tuus, dum ejus exequor jussa, cesserit è vita, nihilo magis tamen mandatum morte solutum existimaui, neque ab incepto destiti, sed ad calcem vsque perduxi, & tibi ad eandem supremi Senatus præfecturã accito, quasi rediuiuo fratri, opusculum meum nuncupo, & fidem meam libero. Spero, & certè confido huic operi, quo conspiciatur omniũ oculis, fœneraturum luminis stricturam aliquam, tantùm amplissimum fratrum nominis splendorem, quos præter clarissimi sanguinis communionem, idem munus, eadem jurisprudentia, morumquè integritas cum singulari comitate conjuncta, verè fecit esse germanos. Liceat mihi gratulari magistratibus ipsis imperiisquè tuis, quibus non tam illustraris, quàm ipsa tui nominis illustratione clarescunt, quando ea virtutis natura est, vt honores non aliunde mutuetur: ipsa sibi pretium virtus, nihil indiga laudis, inquit in Panegyrico Claudianus. Laudo itaquè maximi prudentissimiquè Regis nostri in hac parte judicium, qui lucernam non est passus esse sub modio, sed te quasi splendidissimum lumen, in huius muneris excelsa specula constituit, vndè errantibus viam, & hospitium ostenderes. Quid igitur? nascentur fasces ex fascibus, & naturam retinentes fœtus arborei, pullulabunt iterum decentèr adscisci. Nil ampliùs dicam, neque enim vltra inter fulgentissimas stellas spargam nebulam. Ergò Illustriss. Præsul læta fronte suscipe munusculum meum, grati animi testimonium, debitæ obseruantiæ argumentum, quod quidem præstantissimo fratri, dum viueret, iamdiù destinatum, ipsiquè quasi priuatim addictum, non decebat in aliud nomen, & mancipium publicè transire, cum nostrorum montanorum, tutissimum præsidium, & fir-

mamentũ exſiſtas, in quo maiorum tuorum, & clariſſima Azeuedorũ Illuſtris familia, præclaris tuis, & heroicis virtutibus reſplendet. Quòd ſi amplitudine tua minus dignum eſt, eo magis eget tui nominis patrocinio, ut ſub tanti viri tutela, ancipitem judiciorum aleam ſubeat ſecurè. Vale

Toleti, Kalen. Maij. 1617.

AD

# AD LECTOREM.

MVlti Grauissimi viri, & Iurisconsulti sapientissimi, eximia pietate, & eruditione præditi, & mihi maxima amicitia coniuncti, me sæpiùs adhortati sunt, ut opus de cognitione per viam violentiæ, in causis Ecclesiasticis, & inter personas Ecclesiasticas, perficerem, explicando originem jurisdictionum, tàm in rebus spiritualibus, quam temporalibus, ex quorum origine, & principio, faciliùs ea, quæ pertinent ad cognitionem per viam violentiæ, & recursus ad Regia tribunalia, apparebunt. Et cum animadverterem, non minus obscuram, quam explicatu, difficilimam materiã jurisdictionis esse, maximè in his cognitionibus, honestiùs mihi visum est, quòd nesciebam, ingenuè me ignorare fateri, quàm temerè arrogantèrque, in his gravissimis rebus, judicium meum iterùm interponere, maximè, quia ille, qui de his cognitionibus per viam violentiæ, acturus est, debet vires fortes, & non lassatas, & defatigatas habere, prout in me hodiè contingit; post editionem quatuor librorum, absque aliquo præmio, imò cum damno propriæ salutis, & in dispendium bonorum meorum, contra tex. in c. adunati, 12. q. 2. ubi labor non debet esse sine mercede: auth. de judicibus, collat. 6. ubi labor non debet esse sine fructu. Et nemo suis expensis cogitur militare, & sic dicit S. Paulus, quòd unusquisque recipiet mercedem secundum laborẽ, ut in c. 2. ad Corinth. & Lucæ, c. 10. dignus est operarius mercede sua. & Cicero, lib. 1. de Oratore dicit, quòd justus, & honestus labor, honoribus, præmiis, splendore decoratur, cum officium suum, nemini debeat nocere. Sed considerans, quod honor non consistit in fruitione, & possesione illius, sed in meritis propriis; & cum reperiam scriptum apud Hectorem Pintum, in dialogo tranquillitatis vitæ: * *Quod sæpissimè contigit, quod vbi obsequium magis viget, præmium potiùs, & merces marcescit,* * Et cum Deo, & Regi meo seruire, & pro Republica laborare, sit maximum præmium, & honor, maximè amicorum desiderio satisfaciendo, cum semper memorem famam, qui benè gessit, habeat, confisus, & fretus virtute altissimi, & sub lima, & correctione sanctæ matris Ecclesiæ, desiderio amicorum Iurisperitorum, & totius Reipublicæ Christianæ satisfacere, totis meis viribus conabor: explicando omnia ea, quæ sunt necessaria, & utilia in his cognitionibus. Cum interpretatione *legis, 36. titu. 5. lib. 2. & legis, 2. titu. 6. lib. 2. Recopil.* Vt cognoscatur, quòd tam Regii Auditores, & Senatores, quam Causidici; & litigatores Ecclesiastici, & sæculares, recurrendo ad tribunalia Regia, per viam recursus, sunt in omni foro securi à censura Bullæ in Cœna Domini. Quòd utinam contingat ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, à quo humilitèr deprecor, ut clavem libri clausi mihi tradat, ut faciliùs aperiam eum, ut scribit D. Hieronymus, in epistola ad Paulinum, ubi testatur, quòd Deus omnipotens, multa abscondidit sapientibus, & reuelabit parvulis, dicens: * *Quanti hodie, qui putant se nosse literas, tenent signatum librum, neque aperire possunt, nisi ille reseraverit, qui habet clavem David, qui aperit, & nemo claudit, claudit & nemo aperit.* * Et sic Duce Deo, eius clave & auxilio utendo, qui linguas infantiũ facit dissertas & eruditas, ea, quæ ab origine mundi sunt abscondita & abstrusa, in hac cognitione per viam violentiæ, luce meridiana clariora legentibus apparebunt, sub lima, & censura, almæ matris Ecclesiæ, cui omnia subjicimus, & malè scripta, libentèr revocamus, Valete.

# CENSVRA DOCTISSIMORVM VIRORVM.

VEtus ille elucubrata coram amicis recitandi mos, & nostris vtinam, temporibus recipiendus, cui, inquam, eruditorum non placuit. Nam certè, vt ait Theophrastus, apud Laertium, * *Recitationes pariunt emendationes.* * Et nec ineptissimo cuiquè, coram sano ineptire conceditur, præsertim cum nemo sui iudex audiat ingenuus. Quæ quidem cum ante oculos mihi obuersarentur, operæpretium me facturum sum arbitratus, si morem veterem ex parte reuocarem; & quæ autium olim, nunc oculorum judicio submitterem, & viris nobilitate, & doctrina, & pietate conspicuis, hoc quidquid est opellæ, vel expunctione censendum, vel laudatione (tanta eorum in rebus omnibus ex eruditione authoritas) cohonestandum, commendarem. Illorum cape seriem, lector, & nomina, ex quibus, vt ex vnguibus leones, doctrinam, & sine præiudicio iudicium præuide.

Dionysius de Melgar, sacrorum Canonum Doctor, & Toletanus Doctoralis dignitatis Canonicus, ac causarum ex fide exquisitarum Consultor æquissimus, literis, ætate, & prudentia præclarus.

Andreas de Aristi, sacrorum Canonum Doctor, Canonicus dignissimus Doctoralis huius sanctæ Ecclesiæ, literis, ingenio, & eruditione insignis.

Ioannes Delgado de Aguero, sacrorum Licentiatus, Generalis Vicarius Illustrissimi Archiepiscopi, Inquisitor ordinarius, & Consultor, ac Complutensis Scholaris maioribus dignus, & nunquam satis laudandus.

Hieronymus Gonçalez Moriz, rerum in fide inquirendarum iudex integerrimus, ac prudentissimus, qui æquâ lance jus suum vnicuique tribuit.

D. Gonsalbus Chacon, Toletanus Canonicus, & Dignitas, & Inquisitor, Illustrissimi Toletani Archiepiscopi, natalibus coniunctissimus, morum integritate, & modestia præfulgens.

Didacus Tello Maldonado, legum Doctor, & Decanus, Toletani Archipræsulis à Consilijs, bonorum à fidei quæsitoribus proscriptorum iudex, & Consultor æquissimus, & prudentissimus.

Alphonsus pater, Ioannes filius, & Alphonsus Narbona, Iurisconsulti Doctores, optimo, ac dignissimo parente, digni filij, qui magnum parentis nomen, magna de se expectatione compensant.

D. Ioannes de Cepeda Licentiatus, & Iurisconsultus grauissimus, & acutissimus, literis, eruditione, morum grauitate præclarus.

Garcias de Herrera, sacrorum Canonum Doctor: Petrus de Toro, sacrorum Canonum Doctor: Christophorus Ruiz de Mobellan, sacrorum Canonum Licentiatus, clarissimi nominis aduocati, seu causarum patroni, quorum patrocinio nostrę ciuitatis ius, ac iustitia dignissimè nititur, & nobilitatur.

Doctor Eugenius de Andrada, primarius legum in hac vniuersitate Toletana, literis, eruditione, & vitę puritate celeberrimus professor.

D. Franciscus de Melgosa, Iurisconsultus excellentissimus, ac Illustrissimi Toletani Archiepiscopi à Consilijs, Abulensis Canonicus, Inquisitionis Consultor, vir doctissimus, & generis nobilitate honoratissimus.

Doctor Salazar de Mendoça, Canonicus Pœnitentiarię, & sanctę Inquisitionis Consultor, & vir doctissimus, ac integerrimus.

Franciscus de Herrera sacrorum Canonicum Doctor, & Decanus, integritate vitę, & doctrina celebris, constructor à primo lapide, monasterij discalciatorum sancti Francisci huius ciuitatis: cuius opus hilari vultu confectum, designat authorem, eiusquè animũ, & vitę puritatẽ.

Dominus Doctor Ioannis de Silua & Ribera, filius Marchionis de Montemaior, Canonicus Toletanus, & Consiliarius domini Archiepiscopi, in quo maiorum virtus resplendescit.

D. Thomas Tamaio de Vargas, gentilis meus, sacræ Theologię Doctor, vir summæ eruditionis, & magnæ spei, scriptis variæ eruditionis editis, ac edendis clarus.

Horumquè Iurisconsultorum virorum iudicium tantum venereor, quantum ab omnibus, tam exteris, quam nostris hominibus æstimari scio. Vndè, non tam ex pręclara ipsorum de me, scriptisquè meis censura, quàm ex nota eorum integritate, eos animos recipio, vt nostris laboribus, non ingratam existimationem, compensationem, audactèr mihimet pollicear. Quæ quidem omnia sacræ Romanæ Ecclesiæ, ac virorum religione ac doctrina, prout sunt ij, quos in mei patrocinium eligendos decreui, illustrium arbitrio libenter submitto, in dicta, infectaquè cum ipsis censens, quæcumque dixerim, secùs vel secùs fecerim.

*Censura*

## *Censura Licentiati Ioannis Delgado y Aguero, Ecclesiæ Complutensis Scholasticus, & Inquisitor, & Vicarius generalis Toletani Archiepiscopatus.*

HVnc Licentiati Hieronymi de Ceuallos Iuriscõsulti Toletani librum, qui inscribitur, **Tractatus de cognitione per viam violentiæ in causis Ecclesiasticis,** ex supremi Philippi tertij Hispaniarum Regis Senatus commissione vidi, legi, & viris doctis legendum commisi, in quo nihil est, fidei Catholicæ dissonum, aut bonis moribus repugnans, quin potius opus istud religioni Christianæ conueniens, & publicæ vtilitati maximè necessarium, & vt in omnium iurisperitorum manus versetur, prælo committi oportere censeo. Toleti, 17. mensis Martij, 1615. Licentiatus Ioannes Delgado y Aguero.

Post hæc, ex mandato, & commissione supremi Senatus, vidit hunc librum dominus Licentiatus Martinus Fernandez Portocarrero, ex dicto Consilio, qui nunc est meritissimus Præses in Regali chancellaria Granatensi.

Vidit ex dicto mandato, & commissione dominus Licentiatus Gilimon de la Mota, meritissimus fisci patronus, qui nunc de jure obtinet supremi dicti Consilij preturam, & togam.

Vidit etiam dominus Licentiatus Melchior de Molina, supremi Senatus meritissimus & integerrimus judex, à quibus maximam honoris & lucri lauream, consecuti sumus, vsque ad cęlum extollentes hunc laborem, & esse remuneratione dignum.

Viderunt alij plurimi Regis Consiliarij, quorum voto, & communi assensu, absque alia particulari censura (vt moris est) typis tradi mandarunt.

# EX ELOGIIS.

## SCRIPTORVM ILLVSTRIVM Toletanorum Dn. Thomæ Tamaio de Vargas.

Munſter, & Mic. Villano van. in Ptolomæum, in quos vid. I. Alph. Matamorum, in aſſert. Hiſp. erud. & Dam. à Goci de Hiſpan.

SINISTRE De Hiſpanorum ingeniis ab aliquot malè feriatis ac nihili homuncionibus actum eſt, cum eos infeliciter diſcere, & verboſitate ſimulationeq; ſapientiam oſtentare, ac nominibus multis & conſuetudinibus barbariem, quaſi ex more inſtitutoq; majorum, colere, inſidioſè prædicent. Miſelli, qui vel ſcriptis publicis ſeſe ridiculariè traducunt, & quod ab aliorum laudibus detractum convitiis eunt, ſibi in honorem exiſtimant adponendum. Quid Hiſpaniam univerſam luſtrem? Hiſpaniæ angulus illis ſufficeret, ſi plures fortitudine & eruditione præſtantes viros in unoquoque vel latentes conſpici animadverterent. Eorum veſaniæ noſtris iis Elogiis obviam, ſi reſipiſcant fortè, imus; & ex ipſo Hiſpaniæ meditullio aliquot non colligimus, ſed eligimus viros, qui & exteris etiã nationibus admirationi, ut & noſtræ ornamento præſtantis ingenij dotibus meritiſſimò ſint: innumerum doctiſſimorum hominum apud alios numerum alij ſors fuit ut noſtro exemplo dent! certè elegantius poſſunt; ceterùm labor hic qualiſcumque noſter * *honori patriæ optima deſtinatus, profeßione pietatis aut laudatus erit, aut excuſatus,* * TOLETUM noſtrum Hiſpaniæ vt.

Tacit. in vit. Agric.

*Delphos Pythius Orbis vmbilicum.*

Ex Cataleƈt.

Vt cum veteri poëta dicam, tuetur, & eà tutela.

*In medio reſidens complectitur omnia Phœbus.*

Et cum illo Muſæ; ut ab ipſo Phæbo, ab ipſiſque Muſis, Toletanis ingenium ingenitum verè quis dixerit. Sat ſuperque exemplorum dedimus, dabimus in omnibus litteraturæ cultioris delicijs: in Themidis ac juſtitiæ myſtis nunc demus. Nam.

Iuven ſat. 7. & ſat. 15. vid. Pet. Pithæus in præfat ad Quinct. Declam.

*Gallia, vel potius nutricula cauſidicorum*
——— *Africa.*

Cedent noſtris etiam Iureconſultis: ita ut quod olim de Liguribus Apollinaris, de Toletanis, ſi viveret, dixiſſet * *Mittit & Toletum Tullios ſuos.* * Felix ô nimium, felix Toletum.

Auſon. in Moſel.

*Te clari proceres, te bello exercita pubes,*
*Aemula te latiæ decorat facundia linguæ,*
*Quin etiam mores & latum fronte ſerena*
*Ingenium natura tuis conceßit alumnis,*
*Nec ſola antiquos oſtentat Roma Catones.*

Eorum familiam, ut eruditorum omnium, ducant generis noſtri non exigua laus, *Couarruuiæ Didacus, Antonius,* tot publicis ingenij monimentis, tot honorum muneribus, tot bonorum præconiis clariſſimi.

*Quos prætextati, celebris facundia ludi.*
*Contulit ad veteris præconia Quintiliani.*

Hos paſſibus æquis, ut vates loquitur, ad candidæ famæ currum inſequuntur, * *Bartolomæus Abarnotius, Inicus Lopez de Salcedo, Ferdinandus de Mendoza, Sebaſtianus Ximenez, Antonius Gometius, D. Antonius de Padilla, Gregorius Lopez Madera, Bibaldo, Villadiego, Laſarte, Perez de Lara, Ameſcua,* alij eruditis ſat nota nomina; & inter magni nominis viros magnæ ſpei adoleſcentes meæ deliciæ *Narbonarum par,* & animæ dimidium meæ *Petrus Pantoja de Ayala,* quorum opera ſuis noſtri operis locis, quoſque.

——— *Aget metuente ſolvi*
*Fama ſuperſtes.*

Inter quos doctum caput exſerit, &

*Vt pura nocturno renidet*
*Luna mari, Gnidius ve Gyges.*

Splendet V. CL. cognati noſtri * *Hieronymi de Ceuallos,* * eximia ſcriptis ad utilitatem publicam perennaturis eruditio. quam ſingularis decorat agendarum rerum notitia, in ſtudijs fovendis vigilantia, in gravioribus negotijs ſolertia, in tractandis hominibus comitas, & (quod majus eſt & in viro Chriſtiano præſtantius) in avitæ religionis jura ſarta tectaque habenda fides: ut meritò, in utrâ haberi dicive poſſit ſcriptor noſter, ad juvanda ſtudia certè natus, præſtantior, ambigas.

ambigas. Quo *Toletum* nostrum ita gloriatur, ut magna aliorum Iureconsultorum nomina, dum nostro suoque fruitur, & communibus ad invidiam votis fruatur, utinam non desideret. * *Escalona* * oppidum Toleto vicinum nascentem * *Hieronymum*, * excepit, vagientem audiit, crescentem fovit: quod ipse non semel gratus, dulcissimam suamque appellans patriam, fassus est: parentes habuit in re bona bonos, à quibus, ut liberaliter, &, ut ingenuum decebat, educaretur, tam sedulò cautum est, ut vix duodecimum ætatis annum ingressum carissimum filium à se dimitterent, ac Pintiæ optimis erudiendæ juventutis artificibus primis ætatis tenerioris rudimentis initiãdum traderent: sed eò brevi adulescentis ad magna nati ingenium productum est, ut sibi compares longo post se intervallo relinqueret. Moxque juris civilis studio, ad quod suapte natura advocari sese interiùs animadverterat, totum se dedit: & in Salmantina, Pintianaque Academijs, meliorum litterarum emporijs, præceptoribus usus auditor est, inter alios, magnis viris, * *D. Aegidio Ramirez de Arellano. D. Antonio Bonal. D. Francisco Mena de Barrionuevo Consiliario Regiis. Doctore Camporedondo & Rio primario quondam Vallisoletano Antecessore, Celeberrimi Collegij sanctæ Crucis togato bonorum, quod ajunt, Confiscatorum sanctæ Inquisitionis Iudice integerrimo. Doctore Gordejuela & Ibarguem optimo IC. & causarum fidissimo patrono. Doctore Sahagum. Doctoribus Solis. Acosta, & Bustos In Salmantina Academia primariis. Et D. Alphonso de Anaja Canonico Toletano, & regio etiam Præside*, * quod non in ultimis Fortunæ faventis bonis ad numerandum, tales Hieronymo, ut talis evaderet, magistros contigisse, præsertim ex Alexandri Magni præscripto, qui cum interrogaretur, utrum patrem mallet Philippum an Aristotelem: * *Magistrum inquit, ille enim ut essem, hic ut praclarè institutus essem, auctor fuit:* * & verè, nam ut in semine spem messis, ita totius vitæ expectationem in educatione fovemus. Ea indole, iis præceptoribus, eos in jure progressus fecit, ut duodevicesimo anno vix egressus IC. titulo honorificè, communibus Pinciani litterarij Senatus suffragiis, renuntiaretur: & tertiam nondum annorum hebdomatam adtingens in Collegium ab illustrissimo * *D. Aluaro de Mendoza*, * Abulæ structum, multis victis in petitione adversariis, omnium votis primus, qui juris civilis titulo præsignaretur; est cooptatus: hinc crescentem famam sic adauxit, ut cætera nobilioris litteraturæ Collegia certatim * *Hieronymum* * ad sese, honoribus ultrò oblatis, adlicerent. Vt inter alia, nobilissima Vallisoletanum, & S. Bartholomæi Salmantinum; è quibus tamquam ex equo Trojano viri omni doctrinæ genere præstantissimi prodière, Toletanum nostrum vocarunt; Salmantinorum, ne Famæ advenienti sinurbanus contemptor adpareret, togatibus adnuit; & tantò omnium plausu. * *Text. in c. tuam, de ordin. cogn.* * prælegit, ut communi adprobatione collega, ante actâ de integritate (ut moris est) generis cognitione, statim adsciscere-tur: ad scitum Collegium non semel vocat, patria semel retinet, & in ea uxor, cui jam destinabatur, nam juxtà Euripidem.

Quæst. 44. n. 9. Quæst. 521. n. 1. q. fin. n. 179. q. 758. n. 21. q. 702. n. 5. & in hoc tract. 2. p. q. 74 n. 8. Plutarc. in eius vita. q. 1. n. 15. tom. 4.

*Fatalis est viro atque fæminæ thorus.*

Patria alumnum fovit, ille Clientes in Patria, advocatus inter primos primus: & cum se non sibi natum sciat, voluit & omnibus prodesse: & inter innumeros causidicinæ nunquam non inquietis labores, tempori tempus subfuratus est, & horis subsecivis tot lucubrationibus ad Cleanthis, pol, elucubratis lucernam operam dedit, ut vel libros lecturo, vel tempus scripturo defuisse facile ambigam; tot ille acri censurà legit; tot ille indefesso labore, & Præfat. n. 40.

——*Floriferis ut apes in pastibus omnia libant*, Præf. n. 45.

Lecta scripsit. Exemplo sunt, ut & admirationi, duo millia fermè quæstionum capita, quæ altrinsecus quatuor magnis voluminibus laboriosè discutit; quibus verè titulum præfixit, * *SPECVLI aurei practicarum & variarum quæstionum communium contra communes*, * verè illæ *Speculum aureum*, ad cuius adspectum omnia juris tam utriusque quam Regij momenta pensitanda, componenda illi, qui in illis progressus facere ad miraculum velit. Quæ illi non dicta rerum omnium forma? quæ non pensitata materies? quæ non discussa proprietas? omnia illi visa, omnia quasi in numerato, omnia in uno, ô paucis propriam felicitatem! Relictis eloquentiæ lenociniis rem propiùs adspicit, rei adtentius inhærens brevitati se dat, & adcommodatæ usui communi eruditioni. Vtrumque ab ipso, ab aliis scies. Hæc tanto animorum omnium consensu adprobata sunt, ut in omnibus ferè regnis novis quotidiè typis denuò vulgentur, & evulgata à claris hujusce tempestatis scriptoribus celebrentur, & quod miraculo propius est, ab ipsiusmet maximis Regiæ Curiæ Consiliariis, in auctoris laudem lecta privatè, & ut publicè legantur, ita sint adprobata, ut sub præcipuo Regiæ majestatis tutamine, litteris regio nomine scriptis recipiantur: nec mirum, cum tantis eruditionis rarioris propugnaculis Regis Hispaniarum causas, * *Hieronymus noster strenuè defendat libro recens*, * Toleti editio, quo * *cognitionem per viam violentiæ & extraordinaria ad Regem Hispaniarum, ejusque Senatores in causis ecclesiasticis, & inter personas Ecclesiasticas pertinere*, * palam facit: faciet, vita duce, * *Collectaneorum ad utrumque jus, & Consiliorum* * volumina aliquot, quæ fermè adfecta, de quibus sanè cum Toletano Castellone dicam meritissimò:

q. 484. n. 6. l. 1. Did. Guillen. Peraza præf. ad lect. tom. 4. præfat.

InEpig.10. 3. præf. *Arduus iste labor, res nulli tacta priorum:*
*Illustras variè, quæ latuere diu,*
*Omnia labuntur celeri mortalia cursu,*
*Ast operis huius perpetuantur opes;*
*Gloria, fama, decus, grauitas, prudentia, virtus,*
*Refulgent hodie nobilitasq; tua.*

Lic. Castillo de Bustos, ibid. Nam certè, vt de ipso alius cecinit.

*———— Clarissimus offert*
*Abdita per celebres quæ latuere viros,*
*Nodosos soluit sensus;*

Homerus. Felix qui potuit rerum cognoscere causas.
Pro quibus *Tanto meritis ornandus honore*
*——Et æterna laude perennis erit,*
Et meritò, qui suo se pede metitur, & cum ab alijs.
*—— Lampas clarissima iuris,*

Præf. n. 35. q.384.n.73 q.1 n.370.& q.fin.n.fin. q.fin.n.75. Vocitetur, minimum se Iureconsultorum adpellat. Et ea animi moderatione tempori se temperat, vt vel lacessitus rerum suarum defensionem, nullius offensionem instituat; omnéque ab se dictum indictum vult, quod probatissimis non vsquequaque probetur. Verùm inter tot tam priuatarum, quam communium curarum agmina; & indefessum studiorum studium, Toletanę Reipublicę Politeię non deest, citius ipse inter nobiliores decuriô nobilis, & lectus ex vniuerso Senatu flos: insignia illi gentilicia omnibus obuia & generosis maiorum clarissimorum monumentis nota: * *Domus inter Hispaniæ antiquiores, & Magnum virum Pelaium antiquitate superans ZEVALLAEST est, cui illud suum* ARDID EST DE CAVALLEROS, CEVALLOS PARA VENCELLOS, * ornamento incomparabili ęternum erit. In Toletano Senatu *Hieronymus de Ceuallos.*

*Micat inter omneis*
*——Velut inter ignes*
*Luna minores;*

q.3.n.285. q.fin.n.75. Et Regis nostri non in subsidij (sic vocant) causis solùm aduocatus priuatim, sed in rebus Comitiis publicis frequentibus adsertor adstat interritus. His in Regem officiis, in patriam commodis, in Orbem meritis cum Stoicis sapientiam & virtutem pręmium putat: & vt,

*Sapiens virtuti honorem præmium, haud prædam petit.*

Dignus profectò, qui à munifica Regis nostri manu, vel ipsa curante Republica magnum capiat. In quo voto finio, nolens superstitis & modestissimi hominis aures etiamsi veritate (maleuolorum iudicio) palpo obtrudere.

IOAN-

# IOANNES ET ALPHONSVS NARBONA, F. F.

## IVRIS DOCTORES, ET PVBLICI IN TOLETANA Academia antecessores.

*V. C L. L. Hieronymo de Ceuallos nobilitatis primariæ Toleti Decurioni.*

*QVi Vno eodemque fraternitatis vinculo copulamur, eodem, tuæ amicitiæ copulatione, ex patria, cui omnia debemus, & parentis nostri Aldefonsi, qui te vnice diligit, nobisq; omnium bonarum actionum auctor est, præscripto coniuimur; doctissime Hieronyme, ac vnas easdemq; tibi vni gratias non agimus solum, sed referimus, à quo tot ac tantos honorum, in patriam & Academiam nostram, quæ te nato alumnoq; gloriantur, cumulos experiamur accrescere. Ingenij monimenta, vti animum, à quo illa præcipuè promanant, immortalia, bene antiquorum, nescio quis, appellabat, quæ nimirum.*

—— Nec Iouis ira, nec ignis:
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.

*Vt ait Naso, Talia tui; quibus quid mirum si exultemus, cum in nullum orbis angulum, quem literarum nomen attigerit, non peruenerint? nec vllius in Republica literaria Senatoris calculis probata non sint? nam cui non nota laudataq; tot illa,* * Communium contra communes opinionum volumina? *In quibus tot diuersarum rerum materies tam ingeniose proponuntur, laboriosè pertractantur, & eruditè definiuntur: macte ijs animis, vir clarissimè, & famam tuam tot meritis auge. Benè Iustinianus noster* * juris prudentiam divinarum atque humanarum rerum notitiam, * *dicit, tu in utrisque clarus (divinas, & humanas res benè disponere) vt auctoritas legum est, ita scis, ut, in quib. doctior ac accuratior sis, possimus ambigere. Nec immeritò, cum qui Iureconsulti vocantur, iidem & (sacerdotes) ab Vlpiano adpellentur. Nec alio in opere id ornatius experiri est, quam in hoc tuo, quo Hispaniarum Regis nostri Monarchiam mire extollis. Quid enim aliud vel maiori Regem Catholicum honore commendabit, vel eius regna felicius augebit quàm protectio hac rerum Ecclesiasticarum, & debitum Ecclesiæ Romanæ, ut Capiti, à Rege nostro sedulò præbitum semper iuuamen? Olim Romulus Romanorum Pater (non solùm auspicatò urbem condidisse, sed ipse etiam optimus augur fuisse traditur) à Cicerone; nimirum ut ostenderet apud Reges, non solum rerū secularium cura deuolutā, sed & sacrarū propugnaculū: unde apertius idē Romulus apud Dionysium Halicarnassæum, Regis hæc munia eximia esse jussit, primum ut sacrorum & sacrificiorum principatum haberet & omnes res divinæ ac piæ per eum augerentur) sic apud Palæstinos Hircanus & Aristobulus fratres, qui (ut ait Xiphilinus) desui Dei, quisquis ille est, sacerdotio, sic eorum regnum est appellatum, inter sese dissidebant, & Reges AEgyptiorum ut ait Plutarchus, iidem & sacerdotes, ut apud Virgilium.*

Rex Anius, Rex idem hominum Phœbique sacerdos.

*Sed hæc omnia etsi apud antiquos superstitiose, in exemplum nostrarum rerum proficue. Nam quid Catholico Regi conducibilius, quam acris Catholicarum rerum defensio est? Magnus ille Constantinus Imperator præiuit, cum donationem Ecclesiæ Romanæ Silvestro Pontifici Maximo, eiusque successoribus, Christi in terra Vicariis, libenter libereque, & ex animi sententia fecerit, ut non solum Ecclesiæ patres Athanasius, Damasus, Gelasius, Isidorus, D. Thomas, aliique ex antiquioribus probant; sed & Zosimus ac Ammianus Marcellinus Ethnici, ac R. Habraham & Aben Ecz ra judæi docent; quidquid Hereticorum Coryphæi, & mordacissimus Valla latrent: de qua videndi Cardinales illustrissimi Bellarminus, & Baronius, ac alij,* qui de Romanæ Ecclesiæ auctoritate sunt optimè meriti, tam in quam potius rem Constantini cura incubuit, quam in Romanæ sedis defensionem? Sic Rex noster Catholicus, & Catholicorum exemplar eximium; ut tu Hieronyme doctissime, doctissimè doces. Mirabitur hæc posteraq; ætas Regis in hanc rem curam, mirabitur & tuam doctrinam, qui ab illo præclare gesta præclarè scribis. Macte iterum ijs animis, & patriam nostrā tuæ famæ meritis auge, una, & scriptorum illustrium Toletanorū numerū, quē adfatente invidia in numerum nobis, vel parentis nostri suasu eleganter dabit amicus omnium noster nobilis D. Thomas Tamaio de Vargas in sua Toletanæ Vrbis, cuius est valde amans, admirandis, & Elogiis: in illis tibi veriores, lautioresque laudes; interea has patere, vir amice, ex tuis vnice amicis.*

*Inter victrices hederas tibi serpere lauros.*

Vltim. Metam. lib.
§. 1. inst. de iust. & iur.
L. 1. Vers. cū itaque, C. de vet. iur. enucle.
L. 1 ff. de iustit. & iur.
Lib. 1. de diuin.
Lib. 11. aut. Rom.
In Pompeio.
Lib. de Isid. & Osirid. Aeneid. 3.
Ex Genebr. li. 3. Chro. an. Dom. 325. Lib. 27 hist. lib. de traden. rer. gest. Rom.
Dan. in 11. 10. 2. cont. in constāt. & Silvest.
* Aug. triumphus, q. 43. de potesta. Eccl. August. Steuchus in Vallam. Angel. Roc. in Biblio. vatic. Cæs. Bulengerus, c. 4. Imper. Ro. lib. 1.

ELEN-

# ELENCHVS QVÆSTIONVM PRIMAE PARTIS, HVIVS TRACTATVS de cognitione per viam violentiæ.

Initium

Initium jurisdictionis à primo parente Adam, gloss.18. ex n.83 usque ad Romanos, & suas generationes, & qualis fuit prima appellatio, in procemio, cap.11.

Argumenta proposita adversus nostram cognitionem, diruuntur, gloss.18. à n.122. usque ad finem.

*Los que vsan deste remedio por via de fuerca, no pueden ser presos, ni descomulgados,* gloss.18. num. 133.

*Las partes de vn recto juez para consejero de su Magestad, y lo que conuiene mirarlo*, gloss. 17. numer.33.

*Refierese vn capitulo de las cortes del anno de 1588. publicadas el de 93. adonde se manda castigar a los que contrauinieren a este remedio del auxilio real de la fuerca,* gloss.18. n 134.

*La Bulla in Cœna Domini, que prohibe el conocimiento por via de fuerca en las causas Eclesiasticas: esta hecha despues de causada la costumbre inmemorial deste conocimiento, y ansi no le puede comprehender, quando fuera por solo priuilegio, y no por derecho natural,* in procemio, c. fin. ubi referuntur Bullæ Alexandri Papæ, anno 1499. & aliorum Pontificum, ubi non fit mentio, hujus prohibitionis.

*Los efectos de la ley natural, y de la positiua para este conocimiento, por via de fuerca, el qual fue necessario despues que se introduxo, * mio, y suyo: * y porque no le alcancò la ley natural fue necessario que la ley positiua, diesse la forma para conseguir los efectos de la ley natural,* ut vides in procemio, cap.1. ex n.12.

*Solos los Reyes y Principes, que no reconocen superior en lo temporal, como los sennores Reyes de Espanna, pueden hazer leyes para el gouerno politico de sus subditos,* ut in procemio, cap.3.

*Y los Eclesiasticos estan obligados a guardarlas quando tocan al bien publico, y no son contra el derecho Canonico,* ut ibi, c.4. *porque el gouerno politico, es dado por Dios,* ut ibi, c.7.

*Tratase del oficio de los Reyes para con sus subditos, y de su poder,* in procemio, cap.9.

*Ni el Pontifice puede quitar a los Reyes el conocimiento por via de fuerca por ser de derecho natural, ni los Reyes le pueden renunciar, ni dar a otro ninguno,* ut in procemio, cap.10. per totum, ubi assignatur ratio.

*Finis quæstionum Primæ partis.*

INDEX

# INDEX LEGVM ET IVRIVM, AD IVRIS CANONICI, ET CIVILIS, ET REGII, ET CONCILII TRIDENTINI, QVÆ IN hoc Tractatu de cognitione per viam violentiæ exponuntur, in prima, & secunda parte, & ponderantur. Primus numerus significat, questionem: secundus, quæstionis numerum demonstrat.

*Ex libris Digestorum.*



*Ad ll. Codicis.*



*Ad Volumen Novell.*



*Ad ll. Partita.*



*Ad ll. Nova Recopilationis.*



*Ad ll. Tauri.*

PROEMIVM

# PROOEMIUM HUJUS TRACTATUS DE COGNITIONE PER VIAM VIOLENTIÆ, PRO CLARIORI INTELLIgentia, & interpretatione legis, 36. titu. 5. lib. 2. Recopil. in quo tota materia recursus ad Regia tribunalia, per plures glossas, & capitula, & quæstiones, dilucidatur, tam in theorica, quam in practica.

## SUMMARIUM.

1 *Humanum genus duobus regitur, naturali jure & moribus.*
2 *Ius naturale est, quòd in lege, & in Euangelio continetur.*
3 *Defensio & injuriarum repulsio provenit de jure naturali.*
4 Cap. jus naturale, 1. distin. *declaratur.*
5 Lex 2. titu. 1. par. 1. *ponderatur.*
6 Lex 2. titu. 8. par. 6. *declaratur.*
7 Lex 3. titu. 16. par. 2. *declaratur.*
8 *Reges non habent facultatem faciendi leges, contra personas Ecclesiasticas.*
9 Lex 36. tit. 5. lib. 2. recop. *non est lex dispositiva, sed declaratoria juris naturalis.*
10 *Lex divina, non tollit legem naturalem.*
11 *Lex positiva, non potest tollere legem naturalẽ.*
12 *Appellatio est defensio naturalis.*
13 *Appellari potest à quolibet judice.*
14 *Defensio omni jure est comprobata, & permissa.*
15 *Ius positivum introduxit appellationem pro defensione juris naturalis.*
16 * Meum, & tuum, * *Ortum est de jure gentium, crescente humano genere.*
17 Cap. dilectissimis, 12. q. 1. *ponderatur.*
18 *De jure naturali præmia Viris debentur, supplicia, improbis.*
19 *Executio juris naturalis secundum circumstantias loci, & temporis, pertinet ad ius positivum.*
20 *Lex nostri regni, non est servanda in vim legis dispositivæ, sed in vim legis declaratoriæ iuris naturalis.*
21 *Ratio legis est vita iuris positivi.*
22 *Sal sicut in omni sacrificio adhibetur, ita ratio in omni dispositione.*
23 *Regis consiliarÿ magis debent legis rationem inspicere, quam Regis voluntatem.*
24 *Nihil est iustum in lege positiva, quod non descendat à lege divina.*
25 *Rex non debet abuti sua potestate, cum eius officium sit vim tollere.*
26 *Ius naturale apud omnes nationes idem est.*
27 *Lex positiva est, quæ causat meliorem populi gubernationem, vel iniquam.*
28 *Ius positivum, potest tolli, secus ius naturale.*
29 *Leges in Hispania primùm latæ fuerunt à Tubale Rege.*
30 *Iudices in Hispania, fuerunt tẽpore Regis Fruile ann. 756. ante Christum natum 854.*

## CAPUT I.

*De lege naturali, & ejus effectu, circa cognitionem, & defensionem per viam violentiæ, & de introductione,* * meum, & tuum, * *& de observatione legis justa, contra iniquam.*

Humanum † genus duobus regitur, 1
naturali vide licet jure, & moribus.
Ius naturale † est, quòd in lege & in 2
Evangelio continetur. Ita cavetur
*in c. 1. dist. 1.* S. Tho. *1. 2. q. 91.* Paleotus,
*de sacro consistorio, 4. par. q. 8. lit. B.* Ex hoc jure
provenit defensio, † & injuriarum repulsio, ut 3
probat *tex.* † *in c. ius naturale, in fin. 1. dist.* ibi: * 4
*Violentia per vim repulsio.* * *l. ut vim, in fin. de iustitia & iure, c. 3. §. Si vero, in fin. de sententia excommunicationis. Lex, 2.* † *tit. 1. par* 1. ibi: * *Otrosi* 5
*consiente este derecho natural, que cada uno se pueda amparar contra aquellos que deshonra, fuerça le quisieren fazer.* * *Lex 2.* † *tit. 8. par. 7.* ibi: * *Ca* 6
*natural cosa es è muy guisada, que todo home aya poder de amparar su persona de muerte, queriendo alguno matar a el.* * *Lex, 3.* † *tit. 16. par. 2.* ibi: * *Por* 7
*mandado del Rey, o defendiendose.* * Vbi Gregorius, verbo, *ò defendiendose,* ampliat & confirmat nostram conclusionem. Ex quibus colliges, dispositionem nostræ legis (cum vergat ad faciliorem directionem juris naturalis, quæ consistit in defensione subditorum, protegendo eos ab injuriis judicum Ecclesiasticorum) non esse legem
positivam civilem, quia tunc † non haberet Rex 8
noster facultatem condendi similem legem, contra
personas Ecclesiasticas, & sic solum est † di- 9
spositio juris naturalis declaratoria; ad directionem, & defensionem subditorum & vasallorum, qui sunt sub Regum protectione, ut tradit Alvarus Valascus, *consultatione 100.* Anton. de Petra, *de potestate Princ. c. 3. q. 3. num. 35. vers. ex hoc patet, num. 39.* Covar. *pp. c. 1. n. 2.* Et sic nemo potest de ejus viribus & potentia dubitare, quia nihil de rebus ad Ecclesiasticum forum pertinentibus disponit; sed solùm dat formam procedendi judicialiter, in defensione subditorum per viam violentiæ, & extraordinariæ cognitionis sine aliqua cognitione causæ principalis (quantum ad justitiam, vel injustitiam causæ) sed solum de mero facto defensionis, in quantum defensio est necessaria, ad tollendam vim, cujus defensio, naturaliter omnibus est permissa, *ut supra dictum est:*

& si quilibet privatus potest uti dicta defensione, multo magis Princeps temporalis, tanquam cōservator judex suorum subditorū, & vasallorum, dirigendo causam violentiæ, ad faciliorem exitū causæ principalis, quæ intacta remanet judici Ecclesiastico, ut ipse de meritis ipsius cognoscat, sublata vi, quæ in executione sententiæ appellatione remota potest contingere, contra sacros canones. Quod in tantum † verum est, quia neque
10 lex divina tollit legē naturalem, *ut docet* S. Tho. *1.2.q.98.* Soto, *de iusti. & iure, lib.1.q.4.art.5.* Azor *in sua summa, lib.6.institu. mor.c.1. de lege naturali, versi. sed tertio quaeritur.* Et sic si lex divina non tollit legem naturalem; quomodo lex posi-
11 tiva; † tollet legem naturalem, quæ consistit in hac subditorum defensione, per viam violentiæ, *ut c. ius naturale, 1. distin. l. ut vim, ubi Doctores, D. de iustitia & iure.*

12 Vnde cùm appellatio † sit defensio naturalis, *ut tradit* Innocentius *in c. cum inter, de exceptionibus,* Andreas Gail *lib.1. obser vationum in observat.135.num.13. & tenet expressè* Iodocius, *in practica civili, c.229.* Treutler. *lib.2. selectarum, disput.33. thes.1.* & alios refert Camilius Berelli, *de Regis catho. praestantia, c.39 num. 14.* ubi ipse dicit quod appellatio, quo ad sua principia, est juris naturalis, quo ad formam verò, est juris civilis; & secundum hanc distinctionem intelligo, *tradita* per Sigismundum Scacciam *(ut referam in c. 11.) in tractatu de appellationibus, q. 16. limit. 1. à num.23.* Et quòd à quolibet judice possit appel-
13 lari, † *docet* Speculator, *tit. de appellat. §. videndum restat in princip. lib.2.* Bar. *in l. à. proconsulibus num.3. C. de appellat.* Maranta, *in suo speculo, 6.par.art.2. versi. quarto principaliter, num. 246.* Ferrar. *in tract. de appellat. lib.2. c.3. in prin.* Marquesanus, *in tract. de commission. 2.par. in commissione appellationis, c.1. num.56.* sequitur manifestè, quòd quemadmodum de jure naturæ, cuique conceditur, ut possit se defendere, ne occi-
14 datur; quæ naturæ defensio, † non tam jure civili, sed etiam jure cœli, est comprobata, *ut supra resolvimus, & docet* Couar. *in clementin. si furiosus, 3.par. §. unico, num.1. de homicidio,* & Anton. de Petra, *in tractatu de potestate Principis c.3 q 3. num.39.* Quæ lex defensionis naturalis, non tam scripta est, quam nata: eamq; didicimus, non accepimus, sed ex natura ipsa, arripuimus, hausimus, & cæpimus. Ad quam, non docti, sed facti; non instituti sed imbuti sumus. Vt si vita nostra, in aliquas insidias, si in vim, in tela, aut latronum, aut inimicorum inciderit: omnis honesta erit, expediendæ salutis ratio silent enim, inter arma leges, *ut tradit* Couar. *sup.*

15 Ex qua fonte naturæ, oritur defensio, † quam jus positivum in appellatione constituit, adversus gravamen, quod sine violentia, est reparabile: & nulla enim honestiori via, gravatus se tueri potest, quam via recursus ad superiorem, qui potest gravamen tollere, & revocare, *ut tradit* frater Michael Salon. *2.2. D.Tho. q.69 art. 3. conc. 1. fol. 474. quem refert, & sequitur novissimè* Sigismundus Scaccia. *in tractatu de appellat. q.16. n. 3. vers. Ita etiam.* Quæ omnia sunt singularia pro declaratione nostræ legis, & totius tractatus de cognitione, per viā violentiæ, quæ inducta fuit pro cōservatione juris naturalis defensionis, ad tollendā vim, quæ in executione sententiæ, appellatione remota ad Pontificem; consistit, servato tamē legitimo modo defensionis; & sine violatione, & contemptu Ecclesiasticæ jurisdictionis, quæ semper illæsa debet conservari: Deum præ oculis semper habendo. Et sic, cum post multa tempora, crescente humano genere; * *Meum, & tuum,* † 16
* ortum est; & ædiū occupatio facta Regna distincta & termini agris impositi; & bella introducta; & servitutes inventæ: & consequenter primæva natura, & jus supra dictū naturale, corruptū; & à malitia læsum, & vulneratū: & ob hanc profectò causam fuerunt Magistratus invēti, qui manu Regia, subditos cogerent ad observandum primæ unius, sine cujus protectione, & tutela, homines vivere nō possunt; ut experientia, rerum magistra, docet; & vetustas consuetudo hujus cognitionis per viam violentiæ suadet, & probat *tex.* † *in c. dilectissimis, 12.q.1.* ibi: * *Sed per iniquitatem, alius dixit hoc esse meum, & alius, istud, & sic inter mortales, facta est divisio.* 17

*Meum, & tuum plurima causa causarum in republica.*

Ex quo naturali jure, præmia † viris bonis debentur, supplicia improbis. An verò, nunc hoc, aut illud supplicii genus, hoc loco, & hoc tēpore, & huic culpæ, præscribi deberet; id omne ad jus positivū pertinere dubiū non est, *ut docet* S. Tho. *1.2.q.95.art.2.* Itaq; in rebus hujus generis, nō est sola Principis voluntas cōsideranda, sed est ratio habenda, loci temporis, personarū, & aliarū hujusmodi rerum: quarum consideratio propria est Senatorum, eximiamq; prudentiam, magnumq; negotiorū usum, & cognitionē, videntur postulare. Vnde provenit, quod licet defensio aut protectio subditorū, procedat ex principiis juris naturalis, illius tamē executio, † secundū temporis, & loci qualitatē, & personarū dignitatē, & culpā, pertinet ad jus positivum, & ad hoc effectum, lex nostra Regia (cujus interpretationē aggredimur) condita est. Quæ profectò, nō est servanda † in vim legis dispositivæ, sed in vim legis declaratoriæ juris naturalis, in quo non cōprehendūtur rerum circumstantiæ, qualiter ob rerum varietatē applicandæ sunt. Quod quidē ad jus positivum, & ad eximiam Senatorum prudentiā, & negotiorū usum, spectat. Quia ipsa ratio, † est velut animus, & vita juris positivi, *ut docet* Bald. *in l. qui servo. C. de furtis;* & est velut sal; quē in omni sacrificio Deus porrigi voluit. *Vt habetur Levit. 13.* Et quemadmodū sal, † in omni sacrificio adhibetur, ita ratio in omni, lege, inesse debet. Fatemur n. legē jam sancitam, licet non pateat ratio illius, servandā esse dūmodo divinis præceptis, aut naturæ, apertè non sit contraria. Neq; ex hoc potestatem, quam in condenda, & promulganda lege habet Princeps, aliqua ex parte minuere intendimus: sed hoc tantū affirmamus, in lege, constituenda † Consiliarios Regis, ad quos pertinet executio, non tam debere ad voluntatem Principis, quam ad rationem respicere. Imo si voluntas Principis, pugnet cum ratione, nefas esse, quantumvis ad jus positivum illud attineat, Principi consentire. Quia *ut docet* Augustinus, *lib.*

18 19 20 21 22 23

*Effectus legis naturalis, & positivæ pro declaratione nostræ legis.*

*lib.1.de liber. arbit. cap.5. & 6.* in temporali lege, 24 nihil † est justum, ac legitimum, quòd non ex lege æterna descendat, *ut in cap. erit autem lex 4. distinctio.* Et ideò deficiente ratione dicitur, lex iniqua, & non habet rationem legis, sed violentiæ, *ut docet* S. Thom. 1. 2. *quæst.96. ar.4.* & cum 25 officium Regis † proprium sit, vim tollere, indignum erit, abutendo sua potestate vim facere, condendo legem sine ratione. Quòd deficit *in nostra lege 36.tit.5.lib.2.recop.* Quæ juri. & rationi consona est, & declaratoria, legis naturalis: in qua ipsius executio, & forma executionis traditur, ut facilius, servato legitimo modo defensionis; vis à judicibus Ecclesiasticis illata, tollatur. 26 Et licet jus naturale † apud omnes respublicas, & apud omnes homines, qui utuntur ratione, idem sit, *ut docet* S. Thom. *1.2.q.94.* Ratio potissima, 27 cur hæc respublica, † melius quam illa, administretur, pendet ex legibus positivis, in quibus debent Senatores diligenter elaborare, rationes utriusque partis respiciendo; omnia emolumenta, & detrimenta ponderando; ut pax perpetua populorum conservetur. In quo illud maximè necessarium est, ut semper ratio hujus juris habeatur: semperque pars illa præferatur, quæ jure naturali, ac divino, magis consentanea videa-
28 tur. Et in hoc differt † jus naturale, & positivum, quòd jus naturale, semper vim obtinet, manentibus eisdem circumstantiis materiæ, jus vero positivum potest tolli, etiam si nulla mutatio fiat circa materiã, *ut docet* Lesius, *in tract. de just. & jur.*
29 *lib.2.c.5.du.2.in fi.* & à quibus † leges primum latæ fuerunt in Hispania *tradit Matiē. in dial. rela-*
30 *toris, 2.p.c.4.* ubi dicit latas fuisse à Tubale primo, Hispaniarum Rege, *& n.16.* dicit, judices in Hispani fuisse anno ante Christi ortum, 894. tempore Regis Fruile, anno 756.

SVMMARIVM.

1 *Legis definitio traditur, & explicatur.*
2 Lex, 2. de legibus *ponderatur.*
3 Lex, 4.tit.1.p.1. *declaratur.*
4 *Legis virtus in quibus consistat.*
5 *Leges conditæ, contra libertatem Ecclesiasticam sunt nullæ.*
6 *Potestas Ecclesiastica, & sæcularis sunt distinctæ.*
7 Lex 3. tit.1.partit.1. *ponderatur.*
8 El mundo se gouierna por las dos potestades, Ecclesiastica, y temporal.

## CAPVT II.

### *De legis diffinitione.*

RVrsus animadvertendum est, quod in hac
1 lege Regni, nullum est verbum, præceptivum, neque dispositivum, contra personas Ecclesiasticas, neque contra libertatem Ecclesiasticam; & sic non convenit diffinitio legis, *de qua, in l.1. D. de legibus.* Vbi Papinian. sic diffinit legem: * *Lex est, commune præceptum, virorum prudentum consultum, delictorum quæ sponte, vel ignorantia contrahuntur coercitio, communis*
2 *reipublicæ sponsio.* * Martianus verò, † *in l.2. illius tituli* aliter diffinit. * *Lex est, cui omnes homines decet obedire, tùm propter multa, & varia, tùm maxime, quia omnis lex est, inventio quædam, & donum Dei; decretum autem hominum sapientium, correctio autem voluntariorum & nõ voluntariorum:* * Sed Chrysippus Philosophus, *ut in d.l. notatur,* aliter diffinit. * *Lex est, omnium divinarum, & humanarum rerum Regina, oportet autem eam etiam præsidere & bonis, & malis, præceptrix quidem faciendorum, prohibitrix autem nõ faciendorum.* Sed *in lege part.4.tit.1.p.1.* † aliter 3
diffinitur, ibi: * *Ley tanto, quiere dezir, como leyenda, enque yaze ensenamiento, è castigo escrito, que liga, y apremia la vida del hombre, que no faga mal, è muestra, y ensenna el bien que el hõbre deve fazer, è usar. E otrosi es dicha ley, porque todos los mandamientos della devenser leales, è derechos, è cumplidos, segum Dios, è segun justicia,* *
virtus † enim legis consistit in imperando, vetando, 4
permittendo, & puniendo, *ut in l. legis, 6. D. de legibus, l.1.tit.12.lib.1.recopi.l.5.tit.1.p.1. ubi refert septem virtutes legis.* Quod deficit in nostra lege, in qua nulla est punitio, neque permissio, contra jus canonicum: sed quædam relatio & instructio pro faciliori cognitione, & expeditione articulorum per viam violentiæ, & qualiter isti articuli in Regio Senatu examinari debeãt, quãdo causæ Ecclesiasticæ per viam recursus ad chancellarias remittuntur: & sic nihil in hac lege disponitur contra libertatem Ecclesiasticam, cum tota illius ordinatio & dispositio, sit juri canonico conformis, ut in interpretatione illius legis per plures glossas apparebit, & alias inutilis, † & 5
nulla esset talis dispositio, *c. solitæ, de maiorit. & obedient. c. novit, de judiciis, ca. per venerabilem, qui filij sint legitimi, c. duo sunt, c. cum ad verum, c. benè quidem 96. dist.* ubi potestas Ecclesiastica, & sæcularis † distinctè sunt, & certis quibusdam 6
finibus ac terminis circumscribuntur, & sic una, non potest in alteram falcem mittere, *pro qua sententia est bona lex, p.3.tit.1.p.1.* † ibi: * *Como* 7
*quier que las leyes son unas, quanto en derecho, en dos maneras se departem, quanto en razon. La una, es, à pro de las almas, y la otra à pro de los cuerpos. La de las almas, en quanto à crehencia, la de los cuerpos, en quanto à buono vida, è por estas dos se gouierna el mundo:* * Et ibi: † * *E conostas* 8
*dos cosas se endereça el mundo, faziendo biena los que bien fazen, è dando penas, y escarmiento à los que lo merecen.*

SVMMARIVM

1 *Rex solus, vel Imperator in suo Regno, vel Imperio habet potestatem faciendi leges.*
2 *Lex debet fieri ab eo qui non habet superiorem in temporalibus.*
3 *Reges Hispaniæ non recognoscunt superiorem in temporalibus.*
4 *Põtifex nõ recognoscit superiorẽ in spiritualib.*
5 *Lex respicit ad ordinem & bonum commune.*
6 *Solus Rex in temporalibus potest legem condere.*
7 *Populus Romanus, habuit iurisdictionem totius mundi.*
8 *Legem condere, pertinet illi, qui successit in iuribus Imperij.*
9 *Reges Hispaniæ, sunt Imperatores in suo Regno.*

## CAPVT III.

### De his qui habent potestatem faciendi leges.

1 SOlum Rex, † vel Imperator, in suo Regno, vel Imperio habent potestatem, faciendi leges in rebus temporalibus, ita elegenter disponit *lex,12.tit.1.p.1.* ibi: * *Emperador, o Rey, puedem fazer leyes sobre las gentes de su sennorio, e otro ninguno no ha poder de las fazer en lo temporal:* * ubi latè Gregor. *verb.* * *Sobre las gentes de su sennorio.* * multa refert quæ non attinent ad veram declarationem illius legis. Et ratio nostræ legis est,
2 quia † semper lex debet fieri ab eo, qui non recognoscit superiorem in temporalibus, vel spiritualibus, *ut tradit* Camilus Borrel, *de præstantia Re-*
3 *gis Catholici, c.31.* Et sic cum Reges Hispaniæ, † non recognoscant superiorem in temporalibus,
4 possunt legem condere, sicut Pontifex † in spiritualibus, *ut tradit* Anton. Cuchus, *lib.1.inst.ar.3. n.1.* & Hipol. *in tract. de bannitis, verb. Ecclesiæ, n. 73. ubi plures refert. Ita docet* Andreas de Isern. *in constitut. Neap. in princip. per tex. in, c. consuetudo, 1. dist. l.1. D. de constitut. Princip.* Ripa *in rub. de constitut. nu.7.* Rebuffus, *ad dictas constitutiones Gallicas, in proœmio, num. 4.* Didacus Perez, *dicens*, Regem nostrum Hispaniæ, non habere superiorem in temporalibus, *in proœmio ad ll. ord. q.1. proœmiali, in princip.* Anton. Gomez *in lib. 1:*
5 *Tauri in princ. n.6. & 7.* Et ratio est, quia † cum lex respiciat ordinem, & bonum commune, nemo potest aliquid ordinare ad regimen boni publici, in commune, nisi ille qui habet vices totius communitatis, & multitudinis gentium, *ut pro-*
6 *bat.* S. Tho. *1.2.q.90. art.3.* & sic condere legẽ, † vel pertinet ad totam rem publicam, vel ad personam publicam, quæ totius multitudinis curam habet, *lex, non ambigitur, D. de legib.* Vnde cum
7 populus Romanus † qui Imperiũ, & jurisdictionem, totius mundi habuit omnem suam potestatem transtulerit in Imperatorem, *ut in l.1.§. sed in hoc studium, C. de veteri jure enucleand.* meritò te-
8 nendum est, legem condere, ei convenire † qui successit in juribus Imperii, ut est noster Rex Hispaniæ, *ut dicemus in ultima glossa, ad nostram legem, à n.118.* ubi latissimè agetur, quibus rationibus Reges Hispaniæ non sunt subditi Imperio;
9 imò quod sint Imperatores † in suo Regno; *ut docet* Camilus Borrelli, *ubi sup. c.48. n.3.* & ob hanc causam possunt legem condere inter suos subditos, & cives suæ reipublicæ temporalis, & cognoscere per viam violentiæ inter eos; quia Rex est judex conservator suorum vasallorum ad tollendam vim, cum sit suæ Reipub. temporalis. Et sic tenetur membra defendere, ut contigit in corpore humano. Et inter regalia, ponitur jus condendi leges, *ut tradit* Camil. *ubi supra.*

### SVMMARIVM.

1 *Clerici tenentur servare leges Regni, quæ non contrariantur juri canonico, & respiciunt bonum publicum.*
2 *Lex civilis non potest obligare eũ in quem nullam habet jurisdictionem.*
3 *Lex quæ repugnat libertati Ecclesiasticæ, non est servanda.*
4 *Legis virtus multis modis potest intelligi.*
5 *Lex directiva, & coactiva differunt, & qualiter per exempla declaretur.*
6 *Legis finis, multipliciter potest intelligi.*
7 *Lex non obligat, nisi personas, contra quas loquitur.*
8 *Lex laicalis circa personas Ecclesiasticas, est ipso iure nulla.*
9 *Leges favorabiles clericis, non habent vim legis ex defectu potestatis.*
10 *Lex quæ respicit commune bonum clericorum, & laicorum servanda est.*
11 *Lex quæ respicit damnum bonorum clericorum servanda non est.*
12 *Lex sine jurisdictione non fertur.*
13 *Leges generales possunt obligare clericos, licet lex particularis, eos non obliget, ubi traditur ratio.*
14 *Vniformis observantia legum, necessaria est ad pacem republicæ.*
15 *Ratio fundamentalis in quæstione proposita traditur.*
16 *Iurisdictio primæva, revertitur ad suũ principiũ, quãdo cessat ratio principalis exẽptionis.*
17 Los Reyes a los principios del mundo regian lo espiritual, y temporal.
18 *Clerici non obligantur servare leges politicas ex vi iurisdictionis, sed ex vi rationis.*
19 *Clerici sunt membra Reipublicæ temporalis.*
20 *Clerici tenẽtur servare leges quæ respiciunt bonum publicum, sive ex vi rationis, seu iurisdictionis.*
21 *Clericus tenetur servare forum rei, in rebus temporalibus.*
22 *Clericus tenetur servare pragmaticã taxæ panis*
23 Lex 36. tit.5. lib.1. recop. *declaratur.*

## CAPVT IV.

### An clerici teneantur servare leges Regias, quæ ordinantur ad bonum publicum totius communitatis.

CLerici, licet exempti sint à sæculari, & Regia jurisdictione, *ut latè resolvimus in lib. 4. in epist. ad Regem nostrum, n. 22.* tenentur leges Regias observare, † quæ respiciunt bonũ publicum totius communitatis, dũmodo non tendant in præjudiciũ libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ. *Ita eleganter* Victoria, *in relectione de potestate Ecclesiæ n.4* Morla, *1.p. tit.1. de legib. n.9 ubi fundat hanc conclusionem.* Et dixi *in d. epist. n.23.* ubi plures refero Doctores Theologos, & Iuristas, & latius etiam illud met resolvi, *in q. 899. n. 148.* & Sarmient. *lib.7. select. cap. 13. num.1.* Surdus, *cons.301. vol.3.* Martha. *de iurisdictione, 4. p. q. 1. cas.7. num.6.* Quia non potest lex civilis † obligare eum, in quem nullam habet jurisdictionem ex defectu potestatis. Et sic legislatores laici, non possunt suis legibus clericos ligare, cum nullam jurisdictionem contentiosam, in eos habeant, *authentica, cassa, C. de sacrosanctis ecclesiis, cap. fin. de immunitate ecclesiarum, lib. 6.* Et eo ipso † quòd leges civiles fiunt ad ligandos clericos,

(margin numbers in right column: 1 at "Regias observare", 2 at "obligare", 3 at "eo ipso")

ticos, libertati Ecclesiasticæ repugnat; & hoc fori privilegium, non solum eximit clericum à jurisdictione temporali inferiorum Magistratum, sed etiam à suprema Regum & Imperatorum, nisi in ordine ad tollendam vim, expotentia juris naturalis, *ut dixi sup. in c.1.n.8.*

Sed pro perfecta declaratione hujus articuli, a-
4 nimadvertendum est, multiplicem † esse vim, & potestatem legis humanæ; quia sunt aliquæ leges directivæ, aliæ coactivæ: per vim directivã, intelligimus potestatẽ præcipiendi, sub obligatione, non solum pœnæ, sed etiam conscientiæ. Sed vis
5 coactiva, est vis cogendi per pœnam; exemplũ † potest constitui, in taxatione prætij rerum, quæ pertinet ad vim directivã; at verò retractare contractus, vel illos corrigere, instituendo formam, sine qua validi non sint, illud attinet ad vim coactivã & si illud fiat, propter solam directionẽ morum, & bonum regimen Reipublicæ, tunc talis dispositio ad vim directivam applicanda est.

6 Aliquãdo enim lex civilis † promulgatur, pro omnibus civibus, abstrahendo à laicis, & clericis, qui utriq; cives sunt, & civitatẽ componunt: aliquando fertur lex pro solis laicis, vel pro solis clericis: aliquando dispositio legis, respicit propriũ, quòd attinet ad clericos, vel Ecclesiam: vel est cõmunis utriusq;, aliquando lex est onerosa clericis, aliquando favorabilis: & sæpè solet contingere, quod sit indifferens, quia licet respectũ communitatis, utilis sit, nihilominus respectũ singulorum affert incommodum, & sic cum variæ sint legum dispositiones, & ordinationes; variæ etiã sunt constituendæ resolutiones.

Et in primis animadvertendum est, quod si lex civilis lata sit pro solis laicis, quod clericos nullo modo comprehendit, etiamsi ratio sit generalis;
7 quia nulla lex † obligat nisi inter personas cũ quibus loquitur. Si verò lex indefinitè feratur, clericos non obligat, ratio est evidẽs, tum propter exemptionẽ, tum quia materia legis restringit ejus obligationẽ, ad personas, quibus propria est talis materia, quæ si fuerit Ecclesiastica, nullam obligationẽ inducunt, propter exemptionẽ talis ma-
8 teriæ; & sic omnis lex † laicalis, circa materias Ecclesiasticas, est ipso jure nulla. *Vt latè confirmat* Suarez, *de legibus, lib.4. c.11.* Et tradunt Doctores *in c. Ecclesia S. Mariæ, de const. c. qua in Ecclesiarũ in eod. tit. c. fin de reb. Ecclesiæ non alienand.* Quæ sententia nõ solum vera est, quando leges sunt onerosæ clericis, sed etiam si sint favorabiles, quia privilegium in favorem datum non debet ita extendi ut privilegiato noceat, & licet non noceat respectu personæ, nocet respectu fori, & exemptionis potestatis sæcularis, *& sic loquitur tex. in*
9 *d.c. Ecclesia S. Mariæ*, quia talis lex, † re vera, non est lex, etiam si sit favorabilis, quia deficit jurisdictio, & quod veriùs est, non potest dici lex favorabilis quia magis nocet, ex usurpatione jurisdictionis Ecclesiasticæ, quam prosit, aliquid cõ-
10 modi afferendo. Si vero lex † non respiciat personã clericorum, sed bona temporalia ipsorũ, quę sunt immediatè sub dominio Principis, & lex sit conveniens illis bonis, nõ ut bona clericorũ, sed ex eo quia sunt omnes cives reipublicæ temporalis, tunc lex civilis, quæ respicit universum bonum, & commodum Reipub. servanda est ab omnibus, *ut tradit* Abb. *in c. Ecclesia, nu.20. & 21. de constitut.* Menoch. *consil.1000. volu.10.* Petrus Surdus, *consil.1. nu.8. vol.3.* & est ratio, quia sicut clerici in spiritualib. tenentur jura pontificia servare, ita in tẽporalibus à civilibus sanctionibus, concernentibus bonum commune omnium civium, discedere non debet, *ita* Diodorus, *de lib. Christiana, lib.2. c.1. prop.4.* S. Tho. *de regimine Prin. lib.1. c.12.* Bellarm. *lib.3. c.6.* Salzedo *ad Bernar. Diaz, c.55. ver. sed ut libere dicam.*

Sed *adversus opinionem Abbatis* facit, quia sicut non valet lex Regia, quæ aliquid disponit circa personas clericorum, similiter erit nulla si dispositio vergat † contra ipsorum bona, quia non po- 11
test lex civilis aliquid in particulari disponere circa bona clericorum, nisi obligando clericos ad observationem illius legis, sive principaliter, sive accessoriè; quia bona adhærent personæ, & lex disponens circa bona, non potest observari immediatè, sine ipsa persona clericorum. Ergo cùm lex Regia non possit in particulari obligare personas clericorum, similiter neque valebit dispositio circa illorum bona. Secunda difficultas est, quia lex † non fertur sine jurisdictione, ut su- 12
pra dictum est, sed Rex non habet jurisdictionẽ, seu potestatem circa personas clericorum, ergo nec circa bona illorum, quæ cohærent personæ, & exerceri debent, mediante dispositione clericorum, quia accessorium sequitur naturam sui principalis. Vnde cum lex facta à potestate civili, circa bona clericorum in particulari, sit nulla, tanquàm sine jurisdictione facta, similiter etiam erit nulla, sive respiciat bona clericorũ, sive ejus personam, cùm in utroque casu deficiat potestas condendi legem.

Cui difficultati respondeo, quia aliud est condere † legem particularem circa bona clerico- 13
rum, vel generalem, quæ comprehendat omnia bona temporalia, tam laicorum quàm clericorum. Nam in primo casu, procedit argumentum, & ratio illius, in secundo verò non; quia lex non respicit in particulari bona clericorum, sed universa bona consistentia in republica temporali, quæ sunt sub dominio, & protectione Regis, quo ad bonum publicum totius communitatis, & sic valida est talis dispositio, & lex, cum nõ concernat personas principaliter, neque accessoriè clericorum, sed bonum publicum totius communitatis, ad eorum mutuam societatem, & uniformitatem. Et sic in hoc casu omnes clerici obligantur, quo ad vim directivam, in quo omnes catholici conveniunt, *ut tradit* Suarez, *ubi supra de legibus, lib.3. c.34.* Et ratio est, quia † unifor- 14
mis observantia talium legum, est necessaria, ad pacem reipublicæ, & ad observandum inter cives æquitatem.

Sed circa rationem fundamentalem hujus observationis, † variant Doctores, quia aliqui tenẽt, 15
illud procedere ex vi potestatis, & jurisdictionis Principis temporalis, quia quo ad has leges condendas (quæ concernunt bonum publicũ totius communitatis) dicunt retinuisse jurisdictionem,

in omnes etiam clericos, quæ erat necessaria ad convenientem reipublicæ temporalis gubernationem, & in hoc casu non habent exemptionē: quia usus talis exemptionis, non solum non esset utilis reipublicæ Christianæ, sed multum damnosus, & sic jurisdictio primæva, † revertitur
16 ad suum principium quando cessat ratio principalis exēptionis, & libertatis, ut diximus, in hac cognitione per viam violentiæ, *in dicta epistola ad Regem nostrum, lib. 4. com. q.1. num. 75. & 77.* ubi defendimus hanc opinionem, & conclusionem, *ex* Covar. *c.1 pp. nu.8.* Menchaca, *lib.1. controversiarum illustrium, c.22.n.3.* Parladoro, *lib.2. rerum quotidia. c.1. num.9.* Bobadilla, *in sua polyt. lib.1.c.2. num. 26. & lib.3.c.8. num. 140. & est bona*
17 *lex regni,* † *1. & 2. tit.1. par.2. lex 6. titu. 1. par. 2.* ibi; * *Los Reyes tambien regian lo espiritual como lo temporal,* * Morla, *tit.2. de iurisdict. q.14. nu.1.* quæ ratio non convenit nostræ conclusioni.

18 Secunda ratio est, † clericos non obligari ad observandas similes leges ex vi jurisdictionis, & potestatis legis cōdendæ, sed ex vi rationis, id est, quia pōsita tali lege justa in republica, ad omnes pertinet, & quæ à clero decenter, & sine speciali gravamine servari potest, ratio naturalis dictat,
19 esse servandam; quia clerici † sunt partes & mēbra, talis cōmunitatis, & turpis est pars quæ non convenit toto universo in his quæ commodè potest, quia aliàs nō servaretur æqualitas debita inter clericos, & laicos, si cum causa publica sit cōmunis, unus civis teneretur ad onera, & alter esset liber, & exceptus, & sic istæ leges servandæ sunt à clericis, ex vi justitiæ naturalis, & non ex vi jurisdictionis, sed ex vi rationis directivæ.

Sed profectò quòd inutilis est ista investigatio, cùm nemo dubitet de obligatione & observatione legis publicæ, quæ concernit utilitatem clericorum & laicorum, sed solum difficultas consistit, in ratione vinculi obligationis, quòd licet
20 procedat ex vi † jurisdictionis, vel rationis directivæ, illud est parum fructuosum, cùm certum sit clericos teneri ad observantiam talis legis, ex quacunque ratione illud procedat, sive ex ratione directiva, sive ex ratione jurisdictionali, quòd
21 non est inconveniens, quia sicut † clericus ut actor tenetur sequi forum rei, & quoad hunc actum non est exemptus, ita non est inconveniens, clericum ut civem, & membrum reipublicæ temporalis, in his actionibus communibus non esse exemptum à virtute, & jurisdictione legis civilis. Et cum difficultas nostri dubii, sit an teneantur, & non ex qua ratione teneantur, dicendum est, teneri omnes servare leges civiles & regias, quæ concernunt publicam utilitatem clericorum, & laicorum.

22 Ex qua ratione tenendum est, clericos † ad observationem pragmaticæ taxæ panis teneri, sub pœna peccati, & restitutionis, *ut docet* Ioannes Gutie. *lib.2. pp. q.182. n.1.* Soto, *in 4. senten. distin. 25. q.1. art.2.* Morla, *in suo emporio iuris, titul.2. de iurisdictione, q.12. num. 12. & in titu. de legib. q.16. nu.15.* Franciscus Vivius, *decis. 18. per totam.* & ego dixi *in epistola ad Regem nostrum, num 23. & in lib.4. com. q.899. nu. 147.* quia illa lex obligat omnes, sive ex vi jurisdictionis, quia respicit bonum publicum, sive ex vi rationis directivæ, vel ex utraque causa. Et reducendo hæc omnia ad nostrum propositum, colliges rectò jure legē nostram † *35. tit.5. lib.2. recopilat.* factam fuisse, cùm nihil disponat contra libertatem Ecclesiasticam, neque contra personas Ecclesiasticas; sed 23
solùm det formam generaliter, qualiter sit procedendum in articulis violentiæ, in defensione, & jurisdictione naturali; quæ lex cùm sit generalis, quæ respicit utilitatem omnium oppressorū reipublicæ temporalis, servāda est ab omnibus, maximè quia est conformis juri canonico, *ut ibi per plures glossas demonstravimus,* & in hoc casu valet lex quæ fit ad coadjuvandum jus canonicum, & in ejus utilitatem, *ut docet* Morla, *in emporio iuris. titu. de legib. num. 24. & 25.* & Ioan. Gutier. *lib.2. practic. q.1. n.14.* Unde cùm lex nostra coadjuvet jus canonicum, in quo disponitur, quòd non exequatur sententia appellatione remota, & quòd tollatur vis, quæ in executione facta fuerit, & cum in hoc sit lex generalis, quæ comprehendit defensionem publicam subditorū, sequitur, quòd ex vi rationis directivæ servanda est, ex rationibus *de quibus supra.* Et ex traditis per me, *in q. 899. lib. 4. comm. à n. 148. cum sequent.* ubi hanc refero esse communem opinionem.

## SVMMARIVM.

1 *Exemptio clericorum est de jure positivo, secundum veriorem opinionem.*
2 *Cap. 20. sessio 25. Concil. Trident. declaratur.*
3 *Exemptio clericorū in causis spiritualib. est de jure divino, & in temporalib. de jure positivo.*
4 *Opinio Suarez declaratur, & verba Concilij supra.*
5 *Clerici quoad actiones corporis debent, esse divini ministerij addicti.*
6 *Vasa Deo consecrata, desinunt est esse prophana.*
7 *Pontifex nō debet se intromittere in rebus tēporalibus, circa taxā rerum reipub. temporalis.*
8 *Concordia opinionum refertur.*
9 *Lex 6. tit. 1. par. 2. declaratur.*
10 *Civilis Magistratus capit tempore legis naturæ.*
11 *Privilegium immunitatis fuit prius à Constantino Imperatore concessum Ecclesiasticis.*
12 *Fredericus concessit immunitatem clericis tam in civilibus quam in criminalibus.*
13 *Leges Hispaniæ confirmant immunitatem Ecclesiasticorum.*
14 *Cap. Decernimus, de jud. declaratur.*
15 *Verbum,* * Decernimus, * *denotat ius novum.*

## CAPVT V.

*De personis Ecclesiasticis an sint exempta in rebus temporalibus à jurisdictione Regis, jure divino, vel humano.*

VAriæ sunt Doctorum opiniones in hac controversia, in qua plures refert doctissimus Covar. Doctores, *pp. quæst. cap. 31 num. 1. & 2.* affirmantes hanc exemptionem esse de jure divino.

divino. Navar. *in cap. novit de iudic. in 3. notabili, nu. 52.* Rolandus à Valle, *conf. 23. nu. 18. lib. 2.* Bursatus, *conf. 97. nu 10. vol 4.* Marta *de jurisdictione, 2. p. cap. 6. à nu 1.* & noviter Cenedo. *q. 4.* Sed
1 quòd illa exemptio † sit de jure positivo, tenent
plures Doctores, quos refert & sequitur Ioannes
Garcia *de Nobilitate, gloss 9 à num. 8.* ubi pluribus
rationibus, & fundamentis defendit istam opinionem, ex Innocentio, *ex cap. 2. de maiorit. & obedientia*, & sequitur Alciatus *in cap. cùm non ab homine*, de judiciis. Alexand. *conf. 8. lib. 1.* Boetius, *decis. 31. num. 3.* Mexia, *in conclus. 5. ad pragmaticam Regni, fol. 82.* Medina *de restitut. q. 15.* & alios refert & sequitur Castillo *lib. 2. controversiarum iuru, cap. 5. à num. 29.* ubi me allegat pro illa opinione, & plures refert Zenedo, *in collectanea ad decretum, col. 7. num. 1. & in suis quæstionibus, q. fin. num 54* ubi idem facit, *q. 739. num. 2.* ubi dicit quòd in capacitas est de jure positivo si non sit causa spiritualis, veluti circa ordines, & sacramenta. & sequitur Morla *in suo Emporio juris, tit. 2. de iurisdictio q 12.* ubi refert plura fun-
2 damenta & intelligit † textum *Concilii Tridentini cap. 20. sess. 25.* Et alios ego refero *lib. 4. comm. in epistola ad Regem nostrum à num. 63.* Munnoz *de ratiocinu. capit. numer 33.* Paz. *in sua praxi. 2. tom. 2. prælud. 0 num. 1.* ubi tenet quòd exemptio
3 clericorum † in causis spiritualibus procedat
de jure divino, & sic procedat prima opinio, in causis verò temporalibus Ecclesiarum, & clericorum competat exemptio de jure positivo, quòd est de mente omnium Doctorum suprà, asserentes in primitiva Ecclesia clericos, & eorum res, jurisdictioni Regum, & Imperatori subesse, *ut tradit* Ioannes Garcia *sup. gloss. 9. num. 9.* Et novissimè istam quæstionem prosequitur Suarez *lib. 4. de immunitate Ecclesiastica, cap 9.* & eam in his cognitionibus per viam violentiæ defendimus *in q. 899. num. 16. cum sequentibus.* Quæ sententia, & opinio verior est & tenenda, licet Sua-
4 rez † *sup.* defendat, quod ista exemptio provenit de jure divino, & positivo, quòd verum est si causæ spirituales referantur ad jus divinum, & temporales ad jus positivum, *ut suprà dictum est*, vel aliter, si per jus divinum intelligatur jus canonicum, quatenus ex potestate divina, & super naturaliter collata, latum est, & quia de rebus divinis, & ad bonum animæ pertinentibus potissimè disponit, & in ipsis, vel in exemplis sacræ Scripturæ frequenter fundatur. Quam expositionem refert Hostiensis, *in cap. nimis de iure iurando*, cujus opinionem sequitur Salmeron *tractatu 37.* qui sic declarat, *c. quanquam de ce[n]sibus, lib. 6.* Sed istam interpretationem impugnat Abb. *in d. c. nimis, in fin.* & Suarez *suprà num. 1.* quæ profectò est contraria verbis *Concilii Tridentini, d. cap. 20.* ibi: * *Dei ordinatione & canonicis sanctionibus*, * & sic utroque jure divino & canonico videtur immunitas concessa, quod quidem verum est ut declarant Doctores *suprà* ut procedat in rebus spiritualibus, quæ tangunt bona spiritualia, & salutem animæ, secus verò, in rebus temporalibus quæ respiciunt bonum Regimem reipublicæ, & pacem, & tranquillitatem ipsius;

quia tunc saltem quo ad vim directivam, sunt subditi Regibus, & Principibus sæcularibus, quòd negat Suarez, *suprà num. 18.* cujus doctrina non potest sustineri ex suprà relatis, neque ipse pro ea refert fundamenta concludentia, prout est dice-
re, quòd clerici. † quo ad actiones corporis de- 5
bent esse divinis ministeriis addicti, & à sæcularibus negotiis abstracti, & sic quod necesse est, ut à Pontifice habeant regulam, & modum vivendi, & operandi, & utendi etiam rebus temporalibus, vel officiis, & sic quòd non possunt esse simul sub jurisdictione Principum temporalium, etiã quo ad ea, quæ ad corpus pertinent, quia sicut va-
sa † Deo sacrata eo ipso, & ex natura rei à pro- 6
phanis usibus exempta sunt & contractus matrimonij sacramentum consecratus eo ipso in forum Ecclesiasticum transit, & à sæcularibus exemptus est, (hactenus ille *ex nu. 17.*) dicens *n. 8.* clericos ex hac ratione esse exemptos absolutè à jurisdictione temporali Principum, quia præcipuè hæc jurisdictio versatur circa subditos ratione corporum, & consequenter circa omnia illa, quæ ad convenientem cõservationem vitæ temporalis ordinantur.

Quia respondeo, quod si ista ratio esset concludens, absurdum sequeretur, quod clerici neque possent contrahere in rebus prophanis, neque emere, neque vendere, cum jam in his actionibus non sint divinis ministeriis addicti, neque etiam tenerentur servare leges politicas, quę respiciunt bonum publicum totius communitatis, quod deviat à tramite juris, & rationis, *ut suprà ex communi opinione Doctorum comprobatum est*, & licèt oporteat, ut clerici à Pontifice habeant regulam vivendi illud est respectu regiminis animæ, & rerum spiritualium, non verò respectu bonorum temporalium, quia aliàs sequeretur,
quòd Pontifex † posset pretia rerum, & taxam 7
panis, & carnis in republica temporali ponere, circa clericos quod neque juris principiis, neque rationi congruit.

Et pro perfecta comprobatione nostræ principalis conclusionis, duo tempora constituenda
sunt. Primùm † quando Principes erant infi- 8
deles: secundum postquam facti sunt Christiani. In primo tempore certissimum est, omnes causas clericorum tractari coram Principibus sæcularibus, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus,
*ut in l. 6. tit. 1. par. 2.* † ibi: * *E porende los llama* 9
*uan Reyes, porque regian tan bien lo espiritual como lo temporal*, * & probat *lex 50. tit. 6. par. 1.* ibi: * *Franquezas muchas han los clerigos, mas que otros homes, tam bien en las personas, como en sus cosas, esto les dieron los Emperadores, é los Reyes por honra y reuerencia de la santa Yglesia*, * ut dixi *l. 4. com. q. 899. à n. 133. & 135.* Axia, *de implorandis auxiliis, fundam. 24.* ubi dicit, quod civilis Magistra-
tus, † cæpit tempore legis naturæ, & omnia gu- 10
bernabat. Et ego etiam dixi *in epistola ad Regem*
*nostrum, n. 61.* In secundo verò tempore. † à tem- 11
pore Constantini Imperatoris hoc privilegium exemptionis clericis est concessum. *ut docet* Almanius *in 4. q. 1. distinct. 25.* & Palacios *in 4. dist. 25. disputat. 3.* & constat *ex l. 1. C. de Episcopis, &*

*clericis*, & in codice Theodosiano, *lex 8. lib. Et in l.1. C. de Episcopali judicio*, & Baronius, *anno 150. in fin.* refert hoc privilegium immunitatis à Cõstantino fuisse concessum ad petitionem Hilarij, qui in libro ad eundem sic dicit. * *Benefica natura tua provideat, & decernat clementia tua, ne judices post hac præsumant, & usurpent, ac putent se causas cognoscere clericorum* : * quod verbum, * *post hac*, * denotat principium hujus exemptionis, & novam concessionem : & similem concessionem confirmavit Valentinianus primus, ut refert Ambros. *lib. 2. epistolarum, epistola, 13. aliàs 32.* Et cum Valentinianus, 3. clericos hoc privilegio fori privasset, *ut constat ex lib. novellarum eius, tit. 12.* Martinian. Valentini successor, pristinæ restituit libertati, revocatis legibus à suo prædecessore promulgatis *ut tradit* Baronius, *an-*
12 *no. 455. num. 25.* deinde Federicus, † sub Honorio, 3. plenissimum privilegium fori, tam in criminalibus, quam in civilibus causis clericis contulit, ut constat ex ejus constitutione, quæ habetur in volumine post libros feudorum, *authent. cassa, C. de sacrosanctis Eccles. authent. statuimus. C. de Episcopis, & clericis*, quas leges acceptavit Pontifex in fine, dictæ constitutionis, ibi: * *Nos Honorius Episcopus servus servorum Dei, has leges à Federico Romanorum Imperatore filio nostro charissimo pro utilitate omnium Christianorum aditas, laudamus, approbamus, & confirmamus tanquam in æternum valituras.* * Quod privilegium
13 fori † per leges Hispaniæ fuit etiam introductum, *lex, 51. tit. 6. p. 1. lex. 1. tit. 3. lib. 1. recopilationis, lex. 11. & 12. lib. 2. ord. Lusitaniæ.* Idemque est dispositum de jure canonico, ut constat *ex cap.*
14 *decernimus, de iudiciis*, † ibi: * *Decernimus, ut laici Ecclesiastica negotia tractare non præsumãt, sed Episcopi, & Archiepiscopi, & alij Ecclesiarum Prælati*: * & sic jus novum, & positivum ibi constituitur, ut denotat illud verbũ, * *Decernimus* *
15 † id est jus de novo statuimus, *ut notant Doctores ibi*, & sic tenendum, est dictam fori exemptioné, in rebus civilibus, & temporalibus, fuisse introductam de jure positivo, & Reges, & Principes qui totam jurisdictionem dederunt judicibus Ecclesiasticis, benè potuerũt servare causas violentiæ subditorum, in his cognitionibus defensionis naturalis.

## SVMMARIVM.

1 *Fori privilegium, nullo jure positivo revocari potest.*
2 *Privilegia pluribus modis tolluntur, & revocantur.*
3 *Privilegium immunitatis dicitur perpetuum, & irrevocabile.*
4 *Omnis res per quamcunq; causas nascitur, per eadem dissoluitur.*
5 *Principes temporales non possunt revocare privilegium immunitatis clericorum.*
6 *Pontifex potuit eximere clericos à potestate regum, illis contradicentibus.*
7 *Inferior non potest tollere lege superioris.*
8 *Donatio ob causam revocari non potest.*
9 *Semel Deo dicatum, amplius ad usus humanos transferri non potest.*
10 *Donatio Ecclesiæ facta per Constantinum non potest revocari.*
11 *Romanus Pontifex, non potest tollere clericis omnibus, immunitatem fori.*
12 *Pontifex, non est Dominus absolutus bonorum suæ sedis.*
13 *Pontifex est dispensator fidelis, & prudens bonorum Ecclesiæ, non dissipator.*
14 *Cap. significasti, de foro cõpetenti declaratur.*

## CAP. VI.

### *Utrùm hoc privilegium immunitatis clericorum, possit aliquo modo revocari, & Principi laico, per Pontificem concedi.*

SI hoc privilegium fori, est de jure divino introductum, consequens est, † nullo jure po- 1
sitivo revocari posse cum sit immutabile, & perpetuum, maximè cum non respiciat utilitatem privatam clericorum, sed publicam universalis Ecclesiæ, & sic cum non in favorem, unius loci, vel provinciæ, aut gentis, sed ob augmentum, & decentiam divini cultus, & honorem totius Ecclesiastici status institutum sit, videtur dicendum nullo jure revocari posse. Si verò hoc privilegium exemptionis sit de jure positivo, introductum in rebus temporalibus (ut resolvimus *suprà, in cap. 5.*) Tunc etiam suboritur dubium, an sit perpetuum, & utrùm auferri possit ob aliquam causam. Pro cujus enucleatione, † & declaratione, 2
oportet præ oculos habere, quibus modis privilegia destruũtur, & revocantur: & reperio quod tribus modis, illud potest contingere, primo per revocationem expressam: secundò per renuntiationem: tertiò per usum contrarium. Et si loquamur de privilegio immunitatis, † quatenus re- 3
spicit utilitatem Ecclesiasticorum, quo ad spiritualia certissimum est, cum hoc privilegium sit à Deo concessum, non posse per potestatem humanam tolli, quia datum est cum absoluta promissione perpetuitatis, & ob hanc rationem dicitur perpetuum & irrevocabile. Si verò loquamur de rebus temporalibus, & à potestate temporali Principis sæcularis, tunc est gravis contentio & difficultas, quia omnis res, † per quascunque 4
causas nascitur, per easdem dissolvitur, ergo si hoc privilegium voluntate Regis fuit introductum, contraria voluntate potest revocari, *ut diximus, ex Gratiano, in cap. omnes, §. hæc si quis, 11. q. 1. & ex lege, si quis curialis, C. de Episcopis, & clericis. & ex lege, neminem & authentica quas actiones, C. de sacrosanctis Ecclesiis, & in l. 19. C. Theodosiani.* Vbi similia privilegia revocantur, maximè, quia Reges, qui hodie vivunt, possunt dicere non concessisse tale privilegium, neque antecessores ipsorum juri præjudicare potuisse.

Sed his non obstantibus dicendum est † Prin- 5
cipes temporales non posse hoc privilegium revocare, quia tale privilegium transit in contractum à principio, & fuit ob publicam causam introductum, & ex causa remuneratoria: & sic non consentiente Pontifice, cujus causa hoc privilegium fuit concessum, non possunt Principes il-

lud

illud revocare, *ut docet* Innocentius, *in cap. novit. de judic.* ubi Abb. *nu.* 23. Felinus, *in cap.* 1. *de constitutionibus, num.* 19. *versic. alius casus*, Alvarus Pelagius, *lib.* 1. *de planctu Ecclesiæ, cap.* 44. Driedorus, *lib.* 1. *de libertate Christiana, cap.* 9. Covarruvias, *pp. cap.* 31. Soto, *in* 4. *distinct.* 25. *q.* 2. *art.* 2. *conclus.* 6. Molina, *tomo* 1. *de justitia & iure, disp.* 31. & dicam, *in cap.* 10. *per totum*, & est ratio quia
6 si Pontifex, † potuit clericos eximere à sæculari potestate, in rebus temporalibus, etiam invitis Principibus temporalibus, *ut docent Doctores suprà* sequitur quòd Reges non possunt revocare privilegium fori, quia sicut tale privilegium, non pendet à voluntatibus Principum, in fieri, ita neque in duratione, seu conservatione, quia non
7 potest inferior, † mutare jus à superiore statutum vel auferre à superiore concessum: & cum Pontifices constituissent hoc jus immunitatis, quatenus sunt superiores Regibus temporalibus, saltem indirectè per spiritualem potestatem, ergo sequitur per Principes temporales revocari non posse, cùm jam transisset in contractum, & magis dici potest donatio ob causam, quam privi-
8 legium *ut tenet* Dried. *suprà*. Et cum talis † donatio sit perfecta revocari non potest, *lex, perfecta donatio, C. de donationibus quæ sub modo*, quia ille qui donavit, neque sui successores post donationem, non sunt domini rei donatæ, & sic neque per dominium, neque per potestatem jurisdictionis, illud fieri potest. Quòd non solùm procedit in hoc privilegio exemptionis, sed in omnibus privilegiis Ecclesiæ concessis per sæcularem
9 potestatem, quia semel Deo † dedicatum amplius ad usus humanos redire non potest *ut in regula juris*, & pro hac sententia refert plures Doctores, & decisiones Surdus, *consi.* 419. *volum.* 3. *per totum*, & sic eo ipso, quòd privilegium est Ecclesiæ concessum, & cæpit esse in possessione illius, inter bona Ecclesiastica computatur, & sic nullus Princeps sæcularis potest illud annullare minuere, neque revocare, neque limitare. Quæ senten-
10 tia potest comprobari, ex donatione facta † Ecclesiæ per Constantinum Imperatorem, quæ valida fuit, mero jure, & non potuit illam revocare, *ut tradit* glossa, *verbo, pertinere, in l.* 1. *D. de officio præfecti urbis*, Rolandus, *conf.* 88. *volum.* 1. *nu.* 29. Covar. *lib.* 4. *variarum, cap.* 16. *nu.* 8. Azeve. *in l.* 5. *tit.* 5. *lib.* 2. *recop.* & ego plures refero pro hac opinione, *lib.* 1. *comm. quæst.* 345. & ultra Doctores quos ibi refero tenet novissimè hanc sententiam, Marta, *de iurisdictione*, 1. *p. c.* 30. ubi latissimè agit de viribus hujus donationis, cujus literam refert Paramo *de origi. Inquisitorum, lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 47. & sequitur Faquinetus, *lib.* 8. *controversiarum, c.* 1. *litera*, C. Et cum Principes temporales non possint revocare dictam donationem, similiter etiam neque concessionem jurisdictionis, quia circa bona, & jura Ecclesiastica, nulla est laicis tributa potestas, ergo similiter circa privilegium Ecclesiasticum, vel jurisdictionem, semel in Ecclesiam translatam.

Quæ sententia in tantum vera est, quòd neque
11 ipse Romanus Pontifex † poterit in universum huic juri immunitatis renuntiare, quia ipse non est † dominus absolutus bonorum, & jurium, 12
suæ sedis, etiam illorum quæ à Principibus donata sunt illi, quia principaliter sunt donata Christo, & Pontifici, ut Vicario ejus, & ideò non personæ, sed sedi datæ sunt, & sic solùm est † dispensa- 13
tor fidelis, & prudens, unde nimirum non potest suo arbitrio illa donare, vel dispensare, & alienare, *ut* Doctores *docent in cap. Ecclesiæ, de constitut.* Iacoba. *de Concilio, lib.* 1. *opi.* 7. Suarez, *lib.* 4. *de immunitate Ecclesiastica, cap.* 10. *à num.* 18. Et si Summus Pontifex habet interdictam facultatem, à fortiori, clerici, non possent juri pro se introducto renuntiare, quia iterum subjectioni temporali subiicerentur, in opprobrium clericorum; quòd esset absurdum. Et ita ex hac ratione venit declarandus, † tex. *in cap. significasti, & cap. si diligenti, de foro competenti*, ubi clerici non possunt prorogare jurisdictionem sui judicis, in judicem laicum. 14

## SVMMARIVM.

1 *Rex justus erigit terram.*
2 *Rex sapiens stabilimentum populi est.*
3 *Reges temporales verè Reges sunt.*
4 *Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita est.*
5 *Lex Dei est, tributum solvere Regibus.*
6 *Homo natura sua propensus est ad civilem societatem.*
7 *Communitas hominum non potest esse sine iustitia.*
8 *Pax non potest esse sine gubernatore.*
9 *Princeps politicus necessarius fuit ad rempublicam gubernandam.*
10 *Vbi non est gubernator, populus corruet.*
11 *Rex puer est supplicium populi.*
12 *Humana natura non potest esse destituta mediis ad suam conversationem necessariis.*
13 *Legis virtus est vetare, punire, corrigere.*
14 *Corpus humanum sine capite servari non potest.*
15 *Respublica, est ad instar, corporis humani.*
16 *Navis, nihil operatur sine gubernatore.*
17 *Potestas non est nisi à Deo.*
18 *Deus dat Regnum, & Imperium.*
19 *Quæ sunt de iure naturæ sunt à Deo.*
20 *Deus est author naturæ.*
21 *Reges vocantur ministri Dei.*
22 *Reges possunt ob delictum, aliquem vita privare.*
23 *Deus solus est Dominus vitæ hominis, & qui illius vicem gerit.*
24 *Reges Christiani, habent à Deo potestatem civilem.*
25 *In Ecclesia non est unus supremus Princeps politicus.*
26 *Pontifex est supremus pastor omnium fidelium.*
27 *Vna est Catholica Ecclesia.*
28 *Vnus Deus, unum Baptisma.*
29 *Sol est unus, radii multi sunt.*
30 *Vnitas servatur in origine.*
31 *Vnus grex, unus pastor, una columba.*
32 *Verba consecrationis in pane, & vino, denotant unitatem Ecclesiæ, ex pluribus fidelibus.*

CAP.

## CAP. VII.

### *Vtrùm Principatus politicus legitimo modo introductum sit à Deo.*

CErtissima est juris conclusio apud omnes
patres sine difficultate obtenta, & òbserva-
ta, politicum Principatum, debito modo, & non
per tyrannidem introductum, justum, & legiti-
1 mum esse, *ut habetur* Proverb. *cap.* 29. ibi: * † *Rex
justus erigit terram.* * Et ibi: * *Rex qui iudicat
in veritate pauperes, thronus eius in æternum fir-
2 mabitur.* * Et Sapient. 6. † * *Rex sapiens stabili-
mentum populi est.* * In quibus locis, & aliis simi-
3 libus apertè supponitur, temporales Reges † esse
veros, ac legitimos Principes, seu dominos, & id-
4 eò Petrus, 1. *can. cap* 2. præcepit, † * *Subiecti estote
omni humanæ creaturæ, propter Deum, sive Regi
tanquam præcellenti:* * & infra: * *Regem honorifi-
cate,* * & Paulus *ad Romanos, cap.* 13. * *Omnis ani-
ma potestatibus sublimioribus subjecta sit:* * Et in-
fra: * *Non solum propter iram, sed etiam propter
conscientiam:* Ex quibus verbis nostra, conclusio
manifestatur, quia non tenetur aliquis propter
conscientiam obedire, nisi legitimam potestatem
ad præcipiendum habenti. Quam veritatem cla-
rè ostendit Clemens, *lib.* 4. *constit. c.* 17. * dicens:
*estote subiecti omni Regi, & potestate in iis, quæ
Deo placent, tanquam ministris Dei, & impiorum
judicibus:* * Et ibi: * *Exhibete eis omnem metum
5 debitum, omne vectigal, † omne tributum.* * Et po-
stea concludit: * *Hæc enim est lex Dei.* * Idem ha-
betur apud Hieronymum, *epistol.* 4. *post medium*,
ubi id confirmat exemplis, ex brutis animalibus,
dicens: * *Etiam muta animalia, & ferarum gre-
ges ductores sequuntur suos; in apibus Principes
sunt, greges unum sequuntur, ordine literato, Im-
perator unus, judex unus Provinciæ.* * Quæ senten-
tia etiam confirmatur ex naturali ratione, quia
6 homo † natura sua propensus est ad civilē socie-
tatem ad convenientem hujus vitæ conservatio-
nem, ut docet, Aristot. 1. *polit. cap.* 1. & 2. & Chry-
sostomus, *homil.* 34. *in* 1. *ad Chorint.* Quòd etiam
à Deo sic fuit ordinatum, ut inter homines con-
7 ciliaretur concordia & charitas, quia † commu-
nitas hominum non potest esse sine justitia & pax
8 † sine gubernatore, qui potestatem coercendi, &
præcipiendi habeat, ut docet Victoria. *de potesta-
te Ecclesiæ, q.* 3. & sic benè sequitur quòd in hu-
9 mana civitate † necessarius sit Princeps politi-
cus, qui illam in officio contineat. Et ob hanc ra-
10 tionem dicitur, Proverb. *c.* 13. † * *Vbi non est guber-
11 nator populus corruet:* * Et Ecclesiast. 10. † *Væ tibi
terra, cuius Rex puer est:* * quia non satis est habe-
re Principem, nisi ad regendum, & gubernandū
aptus sit. Et ideò in pœnam comminatur Deus
Isaiam, *c.* 3. * *Dabo pueros Principes eorum, & effe-
minati dominabuntur eis.* * Et sic cum humanà
12 natura † non possit esse destituta mediis ad suam
conservationem necessariis, dubitari non potest,
quin ex natura rei, & attento jure, & justitia na-
turali, possit esse Princeps politicus in civili socie-
tate, habens in eam legitimam, & sufficientem
potestatem ad corrigendum, vetandum, permi-
13 tendum, & puniendum, quæ sunt legis † virtutes,
*ut in l. virtus, D. de legibus, ut suprà diximus, c.* 2. *n.* 3.
Quę sententia potest comprobari, ex naturali ex-
emptione corporis humani, quod † sine capite 14
servari non potest. Est enim humana respublica,
† ad instar corporis humani, quod sine variis mi-
nistris, & ordinibus personarum, (ad instar plu- 15
rium membrorum) subsistere non potest. Et sic
multò minùs sine gubernatore, & Principe, ad
quem totius corporis commune bonum procu-
rare pertineat. Hoc idem exemplum navigatio
navis † nobis ostendit, quæ sine gubernatore de- 16
sinit operari, idē de exercitu, si dux deficiat. Quæ
potestas politica † à Deo optimo maximo dima- 17
nat, ut tradit Paulus *ad, Romanos, cap.* 13. * *Non est
enim potestas nisi à Deo, quæ autem sunt, à Deo or-
dinata sunt:* * Et infra: * *Dei enim minister est:* *
Et Prover. 8. † * *Per me Reges regnant:* * Et Sa- 18
pient. 6. * *Audite Reges, quoniam data est à Domi-
no potestas vobis, & virtus ab altissimo.* * Et sic de
Rege Salomone, 3. *Reg.* 10. dicitur: * *Sit Dominus
Deus tuus benedictus, cui complacuisti, & posuit te
super thronum Israel:* Et Danielis, *cap.* 2. *ad Nabu-
chodonosor, dixit:* * *Deus cæli Regnum, & fortitu-
dinem, & Imperium dedit tibi.* * Et sic dixit Au-
gustinus, *lib.* 5. *de Civit. Dei, cap.* 21. * *Non tribua-
mus dandi Regni, & Imperij potestatem nisi Deo ve-
ro.* * Et est ratio hujus conclusionis, quia omnia
† quæ sunt de jure naturæ sunt à Deo, & sic cum 19
Princeps politicus sit de jure naturæ, sequitur,
quòd sit à Deo, authore naturæ, quia cùm Princi-
patus justus & legitimus sit, non potest non esse
consentaneus juri naturali, & cum sit necessarius
ad conservationem humanæ potestatis, quam i-
psa humana natura appetit, etiam hoc titulo est
de jure naturali, talem potestatem exigendi. Igi-
tur sicut Deus, † qui est author naturæ est etiam 20
author juris naturalis. ita etiam est author hujus
potestatis politicæ, quia secundum Philosophum,
qui dat formā, dat ea quæ consequūtur ad ipsam,
& cum omne bonum dimanet à Deo, ut à princi-
pali authore, *juxta illud*, Iacobi. 1. * *Omne datum
optimum, & omne donum perfectum de sursum.* *
Sed Principatus politicus est bonus, & honestus,
ergo sequitur quòd est à Deo, & ex hac causa Re-
ges † ministri Dei vocātur in scriptura, ergo eo- 21
rum potestas respectu Dei est, & ipse est principa-
lis author hujus Regiminis. Ex quo principio,
confirmatur ea potestas, quam Reges habent ad 22
vindictam malorum, † etiam illos vita privando,
quòd sine divino nutu fieri non potuisset, cum
solus Deus sit dominus † vitæ hominis, & qui il- 23
lius vicem gerit, & ob hanc causam dixit Paulus,
*ad Rom.* 13. * *Non sine causa gladium portat, Dei
enim minister est: vindex in iram ei qui malū agit.*
Ex quibus † resolvēdum est, Reges Christianos, 24
habere à Deo potestatem civilem in suo ordine
supremam, nullumq; alium directè recognosce-
re superiorem, intra eundem temporalem, seu ci-
vilem ordinem, à quò in actibus suæ potestatis
per se pendeant. Vnde fit, non dari in Ecclesia † 25
unum solum supremum Principem temporalē,
totius Ecclesiæ, seu omnium Regnorum ejus, sed
tot esse, quot sunt Regna, seu reipublicæ supre-
mæ, quæ non recognoscunt superiorem in tem-
porali-

poralibus,& sic dixit Sese. *in 2. par. decis. in episto-*
*la Regia nu* 32. quod temporalis jurisdictio non
dependet à Pontifice, sed *in num.* 4. Palinodiam
cantat,& me notat, quia Doctorem Azeued. im-
probavi.
Et licèt in qualibet Republica temporali Chri-
stiana sit unus Princeps cujus munus sit, eam gu-
bernare, in rebus temporalibus politicis, tamen
26 in Ecclesia Dei, † unus est Pastor totius gregis,
in omnibus Regnis; & Rebuspublicis Christia-
27 norum,& sic in Cant. *cap.6.* dicitur: † * *Vna est*
*columba mea, perfecta mea, una est matri suæ, ele-*
*cta genitrici suæ.* * Et Paulus *ad Ephes.* 4. * *unum*
*corpus,& unus spiritus, una spes vocationis vestræ, u-*
28 *nus Dominus,* † *una fides, unum baptisma, unus*
*Deus.* Quam unitatem firmiter tenere, & vendi-
care debemus, maximè nos Episcopi, qua in Ec-
clesia præsidemus, ut Episcopatum quoq; ipsum
unum atque indivisum probemus: * Nemo fra-
ternitatem mendacio, fallat, nemo fidei veritatē
perfida prævaricatione corrumpat, Episcopus u-
nus est, cujus à singulis in solidum pars tenetur,*
Ecclesia una est quæ in multitudine latiùs incre-
mento fæcunditatis extenditur, quomodo solis
29 † multi radij sunt, sed lumen unum. Et rami
arboris, multi sunt; sed robur unum tenaci rà-
dice fundatum. Et quomodo de fonte uno, plu-
rimi rivi defluunt: numerositas licèt diffusa, vi-
30 deatur exundantis copiæ largitate, unitas † ta-
men servatur in origine. Auelle solis radium à
corpore, divisionem lucis unitas non capit, ab
arbore frange ramum, fructus germinare non
poterit à fronte præscinde rivum præcissus are-
scet. Sic & Ecclesia Domini licèt perfusa per or-
bem totum, radios suos porrigit, unum tamen
lumen est, quòd ubique diffunditur, neque uni-
tas corporis separatur; ramos suos in univer-
sam terram copia ubertatis extendit, profluen-
tes largiter rivos latius expendit. Vnum ta-
31 men † caput est, & origo una. & una mater fæ-
cunditatis successibus copiosa; illius fætu na-
scimur illius lacte nutrimur, & spiritu ejus ani-
mamur. Et dominus noster *Ioan.* 10. insinuans
nobis hanc unitatem, dicit: * *Ego, & Pater unum*
*sumus, ad quam unitatem rediges Ecclesiam suam.*
denuò dicit: * *Et erit unus grex, & unus pastor.* *
Denique unitatem Christianam firmā sibi atque
in separabili charitate connexam, ètiam ipsa do-
32 mini sacrificia † declarant, quia quando Do-
minus corpus suum panem vocat, de multorum
granorum ad unatione congestum, populum in-
dicat adunatum, & quando sanguinem suum, vi-
num appellat, de botris, atque acinis plurimis
compressum, atq. vinum coactum gregem item
nostrum significat, commixtione adunatæ mul-
titudinis copulatum: & sic dicitur: * *Vna sancta,*
*Catholica Ecclesia;* * & sicut ipsa est una, sic pa-
stor est unus; unum ovile, & unus pastor, una fi-
des, unum baptisma.

## SVMMARIVM.

1 *Omnes clerici gaudent privilegio clericali, tam in sacris, quam in minoribus.*
2 Cap.2. de foro competenti, *declaratur, & ponderatur.*
3 Cap. cum non ab homine, de judiciis *declaratur.*
4 *Clerici sunt de familia Christi, & deputati ad divinum cultum.*
5 Cap. si diligenti, de foro competenti, *declaratur, & ponderatur.*
6 *Privilegium Ecclesiasticū conceditur omni Collegio clericorum.*
7 *Clerici omnes sunt immunes à tributis.*
8 *Clerici debent permanere in statu clericali, ut potiantur suo privilegio.*
9 *Clerici in sacris tenentur perseverare in statu clericali aliàs erunt apostatæ.*
10 *Clerici in sacris, ex vi sui ordinis gaudent privilegio clericali.*
11 Cap.6. ses.23. Concilij Trident. *declaratur, & ponderatur.*
12 *Clerici in minoribus, non gaudent privilegio clericali, si non probentur qualitates Concilij, saltem alternativè.*
13 *Verba Concilii Tridentini, alternativè sunt intelligenda.*
14 *Clericus in minoribus, qui habet beneficium Ecclesiasticum, gaudet privilegio fori, licet non portet habitum clericalem.*
15 Lex, 1. titul.4. libro, 1. recopilation. *declaratur.*
16 *Lex Regni, est conformis iuri canonico, & decreto Concilii.*
17 *Clericus beneficiatus gaudet privilegio fori, licèt non habeat apertam tonsuram, neq. deferat habitum clericalem.*
13 *Leges Regni, non possunt disponere contra sacros canones.*
19 Lex, 2. tit.4. lib.1. recopil. *declaratur.*
20 *Clericus conjugatus quando gaudeat privilegio clericali traditur remissivè.*
21 *Clericus primæ tonsuræ in civilibus, non gaudet privilegio exemptionis, quoad tributa, & vectigalia, & reliqua.*
22 *Concilium non loquitur nisi in privilegio fori, in clericis in minoribus constitutis.*
23 *Clerici primæ tonsuræ, qui non habent qualitates Concilii, saltem alternativè, non gaudent privilegio fori.*
24 *Clericus habens pensionem, an comprehendatur sub dispositione Concilii.*
25 *Cognitio clericatus, vel habitus pertinet ad iudicem Ecclesiasticum, & qualiter intelligatur.*
26 Cap. si iudex laicus, de sentent. excom. *declaratur.*
27 *Cognitio habitus clericalis, non est mixti fori.*
28 *Iudex laicus, qui prævenit per capturam potest facere qualem qualem probationem habitus.*
29 *Titulus ordinis deperditus, potest per testes comprobari.*
30 *Possessio clericatus attenditur, tempore debiti, vel capturæ*
31 Cap. tuæ, de clericis peregrinantibus. *declaratur.*

32 Iu-

32 *Iudex Ecclesiasticus, solùm cognoscit, de re Ecclesiastica, & spirituali.*
33 *Iudex sæcularis ex privilegio Pontificis potest cognoscere in causis Ecclesiasticis ob aliquas causas.*
34 *Iurisdictionis quæstio, inter Ecclesiasticum, & sæcularem, est tractanda coram judice Ecclesiastico.*
35 *Iudex sæcularis debet citari quando Ecclesiasticus dicit causam ad se pertinere.*
36 *Cognitio clericatus, est mixti fori secundum aliquos.*
37 *Laicus potius quis præsumitur, quam clericus.*
38 *Iudex laicus potest, examinare testes super clericatu.*
39 *Repertus in habitu clericali, præsumitur clericus, sicut repertus in habitu laicali laicus.*
40 *Habitus clerico conveniens, qualis debet esse, & à quo probetur, & judicetur, varia sunt opiniones, ubi author refert suam sententiam.*

## CAP. VII.

### *Utrùm omnes clerici, tam in sacris, quam in minoribus ordinibus constituti, gaudeant Ecclesiastica libertate, quoad forum, & quo ad turbata, & quis sit judex competens hujus cognitionis.*

In hac quæstione proposita duo tempora considerandа sunt, unum, ante novam legem Cõcilij Tridentini, cap. 6. in sess. 23. alterum, post ejus decisionem, & sic primo tempore considerato,
1 dicendum est, omnes clericos † tam in sacris, quam in minoribus constitutis, & in clericali statu perseverantes, plenè & integrè gaudere privilegio clericali. Quæ sententia expressè compro-
2 batur, *in cap. 2. de foro competenti*, † ibi: * *Neq; presbyterum, neque diaconum, aut clericum ullum, aut minores Ecclesiæ.* * Idem probatur, *in cap.*
3 *cũ non ab homine, de judiciis*, † ibi: * *Clericos cujuscunq; ordinis*, * & ibi: * *Clericos in quocunque ordine constitutos.* * Et traditur, *in c. de persona, 11. q. 1.* & ratio hujus assertionis est, quia si hoc privilegium est de jure divino, nullam habet limita-
4 tionem ex parte clericorum, quia omnes † speciali titulo, de familia Christi sunt, & ad divinum cultum consecrati, & deputati, quia licet inter ipsos clericos sit differentia majoris, vel minoris consecrationis, hoc nõ satis est, ut dicamus, quosdam fuisse magis exemptos, ex vi juris divini, quã alios. Si verò hoc privilegium consideretur de jure positivo Ecclesiastico, rectè limitari potest quo ad personas, sed si nõ reperiatur facta discretio inter clericos in sacris, vel in minoribus, dummodo in statu clericorum perseverent, idem jus constituendum est. Quæ sententia colligi potest,
5 † *ex c. si diligenti, de foro competenti*, quia cum hoc privilegium non sit personale, neque intuitu personæ concessum, sic non censetur datum intuitu hujus, vel illius ordinis, sed intuitu totius status clericalis, & sic possunt ponderari verba il-
6 lius textus, ibi: * *Toti collegio* † *Ecclesiastico indultum.* * Et cum omnes clerici, sint de illo collegio, ad omnes pertinet, etiam si fuerint primæ tonsuræ, cùm sub generalitate verborum omnes comprehendantur. Ita Ioannes Lupus, *de liber. Ecclesiast. cap. 2.* Covarruvias, *practicarum, c. 31. & 32. & 33.* comprobatur, *in cap. 2. de foro competenti, & cap. 6. sess. 23. Concilij Tridentini.* Nam jura canonica, & civilia, concedunt generaliter immunitatem in criminalibus & civilibus, & faciunt † clericos exemptos, & immu- 7
nes à tributis, & sic ad omnes clericos cujuscunque ordinis, in statu clericali perseverãtes, æqualiter applicanda sunt, cum ipsa jura nihil in hac parte inter eos discernant, neque aliquam constituant differentiam; & sic ubi lex, non distinguit, neque nos distinguere debemus, *l. non distinguemus, D. de receptis arbitris. l. in agris, D. de acquirendo rerum dominio.* Quæ conclusio est intelligenda, & declaranda † dummodo in cleri- 8
cali statu, tales clerici perseveraverint, quia licèt omnibus clericis commune sit, ut characterem indelebilem accipiant, illud cum proportione, & quadam imitatione, de prima tonsura accipiendum est, licèt quo ad perseverantiam in statu, & munere clericali, ordinis sacri, secum afferunt majorem stabilitatem, & obligationem, cum illi
† qui in sacris sunt constituti, tenentur præcisè 9
in statu clericali perseverare, *ut in cap. decernimus. dist. 28.* Neque sine crimine apostasiæ, illum possunt deserere, *cap. tua*, ubi glossa, *de apostatis*, clerici autem in minoribus possunt sine apostasia, statum clericalem deponere, & laicè vivere, & negotiis sæcularibus se immiscere, *ut in c. Ioannes, de cleric. coniugat. & in c. unico, eod. tit. lib. 6.*
Ex qua differentia oritur, ut clerici † in sacris 10
absolutè, & sine aliqua conditione, dicantur ex vi sui ordinis gaudere privilegio clericali, quia talis ordinatio secum trahit perseverantiam, in illo statu: inferiores autem ordines, quia per se non obligat, ad perseverantiam in illo statu, idcirco per se solum, non sufficiunt ad gaudendum privilegio clericali, & sic requiruntur in his clericis in minoribus constitutis, aliæ conditiones, quæ indicent talem personam, durare in statu clericali quæ est potissima ratio, ob quam hoc privilegium conceditur.

Ex quibus venit intelligendus † tex. *in cap. 6.* 11
*& sess. 23. Concilij Trident.* ubi non sufficit clericis in minoribus, ut habeant ordinem, & ætatem nisi habeant beneficium Ecclesiasticum, vel aliam ex qualitatibus alternativè traditis, cujus verba sunt. * *Nullus prima tonsura initiatus, aut in minoribus ordinibus constitutus, ante decimumquartum annum, beneficium possit obtinere, is etiam fori privilegio non gaudeat, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato sui Episcopi, inserviat, vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel universitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versetur.* * Ex quibus verbis constat mentem Concilij fuisse, ut nõn gaudeant privilegio clericali, clerici in minoribus constituti, nisi Ecclesiasticis ministeriis actu dicati sint. Et sic voluit † sacra 12
decisio Concilij Tridentini, ut minoribus ordinibus

bus aliquid aliud adjungatur, quo iſta perſeve-
rantia ad divinum cultum indicaretur. Duos au-
tem modos Concilium diſtinxit, unius eſt, ſi cle-
ricus primæ tonſuræ beneficium Eccleſiaſticum
habeat, alius eſt, ſi tonſuram, & habitum clerica-
lem deferat & ad ſerviendum alicui Eccleſiæ, vel
alio modo in via ad Eccleſiaſticum obſequium,
per Epiſcopum applicatus, vel cōſtitutus ſit. Qui
13 duo modi ſinguli per ſe ſufficiunt, cum † verba
Concilij alternativè procedant, ut ſenſit. Gutier-
rez, *lib. 1. practicarum, quaſtion. 7.* & ita pluries
vidi obtentum, & practicatum, *ut dixi, lib. 4. pra-
cticarum, quaſtion. 1. à numer. 579. cum ſequen-
tibus.* Et ſic ex mente, & verbis Concilij, ſuffi-
14 cit † quòd clericus minor habeat Eccleſiaſti-
cum beneficium, vel capellaniam collativam, ad
hoc ut eo ipſo gaudeat privilegio fori, etiamſi cō-
ditiones, aliàs in clericis minoribus requiſitas nō
obſervet, quia Concilium in primo membro, ſo-
lùm beneficium, cum ordinibus requirit, quia ra-
tione beneficij cenſetur eſſe actu dicatus Eccle-
ſiaſtico miniſterio, quòd declarat Avendannus, *in
cap. prætorum. 1. par. c. 22. nu. 11.* & Salcedo, *in pra-
ctic. ad Bernardum Diaz, c. 62. n. 9.* Gutierrez. *pp.
lib. 1. c. 5.* Covar. *pp. c. 32. per totum,* & alios refero
*ubi ſuprà.*

Nec ſuprà dictæ reſolutioni, eſt contraria di-
15 ſpoſitio, textus, † *in l. 1. tit. 4. lib. 1. recopilationis,*
ubi omnia ſimul conjuncta videntur neceſſaria,
ut clericus in minoribus gaudent fori, privilegio,
ibi: * *Iuntamente con qualquiera deſtas calidades
truxere habito, y tonſura clerical.* * Quia illa ver-
16 ba ſunt adaptanda † ad ſecundam partem Con-
cilij, videlicet, ut clericus in minoribus, qui non
habet Eccleſiaſticum beneficium habeat tonſu-
ram, & habitum clericalem. Si verò obtineat be-
neficium Eccleſiaſticum tunc illud ſufficit, etiam
ſi non habeat reliquas qualitates: cum illæ non
17 ſint neceſſariæ in clerico beneficiato, † quia ra-
tione beneficij eſt Eccleſiaſtico miniſterio dedi-
catus, & per conſequens gaudet fori privilegio, &
licèt poſſit à ſuo judice puniri, ſi talis clericus be-
neficiatus non habeat tonſuram, & habitum cle-
ricalem, non tamen privatur ex hac ratione pri-
vilegio fori. neq; contrarium diſponit, nec potuit
18 diſponere † lex Regni, contra decretum Con-
cilij Tridentini, imò in omnibus ſequitur illius
veſtigia ibi: * *Ordenamos, y mandamos, que aquel-
lo ſe cumpla y guarde de manera que actual, y real-
mente concurran en los tales clerigos las dichas ca-
lidadas, y no ſe haga fraude a cerca dellas à lo di-
ſpueſto por el ſanto Concilio.* * Et ibi: * *Y en lo que
tota al habito, y tonſura que hā de traer los cleri-
gos de menores ordenes, conformandonos con la
Bulla que a nueſtra ſuplicacion concedio nueſtro
muy ſanto padre el Papa Pio, IIII.* * Et ſic loquitur,
lex de clericis, reſpectu tonſuræ, & habitus, non
verò de clericis beneficiatis in quibus non loqui-
tur Concilium: neque in eis requiruntur dictæ
qualitates, quod apertè probat, *lex. 2. tit. 4. eod. li-
19 vro,* † ibi: * *Salvo los que actualmente tuvieren
beneficio Eccleſiaſtico.* * Et ſic conſtituit differen-
tiam, inter clericos primæ tonſuræ, & clericos ha-
bentes beneficium Eccleſiaſticum. Quòd eſt no-
tandum in his articulis per viam violentiæ, quia
ſæpè de facto contingit. Si verò † clericus ſit 20
clericus ſit conjugatus, ſervanda eſt diſpoſitio
Concilij, *in dict. c. 6. ſeſ. 23. & c. 1. de clericis coniu-
gatis,* & quòd traditur, *in d. Bulla Papæ Pij, IIII.*
de qua fit mentio, *in d. l. 1. tit. 4. lib. 1. recopil.* &
ego dixi, *lib. 2. practic. q. 593. & in 2. part. huius li-
bri, q. 79.* Si verò non agatur, † de privilegio fo- 21
ri in criminalibus, ſed de privilegio exemptionis
in civilibus: * *En quāto pechos, y alcavalas.* * Ser-
vanda eſt dicta *lex, 2. tit. 4. lib. 1. recop.* quia in hoc
caſu nihil eſt diſpoſitum † per Concilium Tri- 22
dentinum, quia cum ille clericus ſit ſubditus Re-
gibus cum non obſervet requiſita Concilij Tri-
dentini, non poteſt dici exemptus à tributis, niſi
ſit juriſdictioni Eccleſiaſticæ ſubjectus, & ſic cum
clerici in minoribus non gaudeant privilegio fo-
ri, ex defectu dictarum conditionum, conſequē-
ter non gaudent immunitate à tributis, neque
gabellis. Vnde cum iſti clerici † in minoribus, 23
non gaudeant privilegio fori, ergo ſubduntur
legibus civilibus, non ſolùm quò ad vim directi-
vam, ſed etiam quò ad coactivam, & per conſe-
quens, non eſt contra libertatem Eccleſiaſticam,
ut ſubjaceant legibus tributorum, aliàs ſi ſola pri-
ma tonſura, ſine alia proceſſione clericatus, fie-
rent homines à tributis immunes, multi tonſu-
rarentur ſolùm, ut à tributis eximerentur, abs-
que intentione ſtatus Eccleſiaſtici, ut benè ad-
vertit, Suarez, *libro, 4. de immunitate Eccleſiaſti-
ca, capitul. 27. num. 14. 15. & 16.* Vbi ſic interpre-
tatur *legem, 2. titul. 4. libro, 1. recopilationis.* Et ſic
defendit eius deciſionem. Et verùm habeat lo-
cum illius deciſio † in clerico habente penſio- 24
nem, tradit Laſarte, *de alcavalas, cap. 19. à num.
24.* & latius dicemus, *in 2. par. huius operis in quæ-
ſtio. 64.* Dubitari tamen ſæpè ſolet, utrùm co-
gnitio clericatus, vel habitus, pertineat ad judicē
Eccleſiaſticum, vel ſæcularem; & pro judice Ec-
cleſiaſtico, † facit, *text. capitalis, in cap. ſi iudex 25
laicus, de ſententia excommun. lib. 6.* † ubi cleri- 26
cus captus, à judice ſæculari, ſi opponat exceptio-
nem clericatus, debet de illa cognoſcere Eccleſia-
ſticus judex, ſervata forma, & deciſione illius tex-
tus, quia hæc cognitio † non eſt mixti fori, ut de- 27
claravit Rota, *in novis, deciſione, 3. tit. de ſententia
excommunicationis,* poterit tamen judex laicus,
† qui prævenit per capturam perſonæ, adhibere 28
qualem qualem cognitionem de clericatu, ad i-
pſius inſtructionem, ut tradit Baldus, *in l. ſi qua
per calumniam, codice de Epiſcopis, & clericis,* Ar-
chidiaconus, *in capitul. frequenter, diſtinction. 54.*
Belluga, *in ſpeculo Principum, rubrica, 11. §. videa-
mus, numer. 4.* Grammaticus, *deciſione, 81.* Franci-
ſcus Marcus, *deciſione, 189. & 239.* Capicius, *deci-
ſione, 161.* Si verò † titulus ordinis fuerit de-
perditus, poteſt per teſtes comprobari, ut tradit 29
gloſſa, *verbo, fecerit, in fin. in dict. capit. ſi iudex
laicus,* & Guido Papæ, *deciſione, 474.* Covarru-
vias, *practicar. quæſtion. capit. 33. numer. 3.* & ſuffi-
ciet, † quòd ille clericus ante delictum, fuiſſet 30
in poſſeſſione clericatus, licèt alio modo non
probetur, ut tradit Rota, *deciſione, 8. in antiquis,
de cauſa poſſeſ. & prop.* & ſic poteſt intelligi, † 31

*capit. tua, de clericis peregrinantibus*, ubi dicitur, quòd clericatus debet probari per literas, aut per testes, quæ omnia supplet possessio clericatus, ut *in dict. capit. si iudex laicus*, clarè comprobatur, maximè si non agatur de præjudicio ter-
32 tij. Et ratio est, quia † cum agatur de re Ecclesiastica, & spirituali, solum Ecclesiasticus cognoscit, *ut in capitul. decernimus, & in capitul. quanto, de iudiciis*, & Covarruvias, *dict. cap. 33. num. 9.*
33 nisi † ex privilegio Pontificis, reipublicæ temporales, aliud habeant dispositum, quòd servandum erit, ut tradit Marta, *de iurisdictione, 2. part.*
34 *capit. 31. numer. 11. & 16.* Si verò † vertatur dubium, de jurisdictione, tunc judex Ecclesiasticus propter majorem authoritatem, debet jurisdictionis quæstionem diffinire, ut docet Felinus, *in cap. pastoralis, num. 4.* ubi, Decius, *de rescript.* & Covar. *d. c. 33. num. 1.* in quo judex sæcularis debet citari, *ut in dicto, cap. si iudex laicus*, & tradit Bosius, *in tit. de iure competenti, num. 155.* & quòd ista controversia habitus clericatus, debeat per judicem Ecclesiasticum tractari, & terminari, tradit Geminianus, *in c. fin. de clericis coniug. lib. 6.* Cæpolla, *cons. 11. num. 30.* Roland. *cons. 4. num. 33. volum. 1.*
35 Sed non deficiunt Doctores qui dicunt hanc cognitionem † esse mixti fori, & sic posse diffiniri, quòd aut delinquens, qui erat clericus tempore delicti, & capturæ personæ, non incedebat in habitu, & sic ut laicus fuit captus à judice sæculari, tunc ipse debet hunc articulum diffinire, cùm habeat de jure fundatam suam intentioné,
36 quia in dubio quilibet † præsumitur laicus, ut tradit, Decius, *cons. 152. num. 6.* & qui dicit se clericum, cum se fundet in certa qualitate, debet illam probare, ut tradit Innocentius, *in cap. super his de accusation.* Bonifac. *cons. 50.* ubi dicit quòd
37 potest † judex laicus recipere testes, Campegius, *in tractatu de testibus regul. 427. limit. 6.* aut
38 clericus fuit repertus in habitu clericali, † & opponitur illi per curiam sæcularem, non esse clericum, tunc cum ipse reperiatur in possessione clericatus, debet remitti ad judicem Ecclesiasticum, coram quo debet causa agitari, *ut in dict. cap. si iudex laicus*, qui benè omnes casus comprehendit, & decidit. Et prosper Farinacius, *quæst. 8. tit. de Inquisitione, numer. 36.* ubi dicit, quòd debet cautio præstari de remittendo ad judicem sæcularem, si probetur, & terminetur non esse
39 clericum. Si verò † controversia fuerit super probatione habitus clericalis, an habitus, in quo fuit repertus, sit clerico conveniens, tunc de illo habitu, debet cognoscere laicus, secundum Guidon. Papæ, *decis. 138. & in cons. 110. num. 2.* & novissimè post hæc scripta Stephanus Gracianus, *discept. forens. 2. part. cap. 190. numer. 13.* Ripa, *in c. decernimus. numer. 4. de iudiciis*, Iulius Clarus, *receptarum sententiarum quæst. 36. vers. dixi, in fin.* Mascardus, *de probationi. conclus. 689.* Farinacius, *ubi sup. quæst. 18. num. 34.* Rota, *decis. 3. de sententia excommunicationis in novis.* Sed etiam in hoc casu alij tenent contrarium, unò quod cognitio pertineat ad judicem Ecclesiasticum, ut tradit Geminianus, *ubi suprà. dict. cap. fin. in fin. de clericis coniug. lib. 6.* Cæpolla, *cons. 11. numer. 30.* quæ sententia verior mihi videtur, ad obviandas fraudes, quia sæpè negaretur, quòd vestis non est clericalis, & sic illuderetur jurisdictio Ecclesiastica, quæ omnia sunt notanda in his cognitionibus per viam violentiæ. Et post hæc scripta idem tenet, Zened. *quæ. 40. num. 32.* & Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib. 3. c. 15. ex numer. 55.* Mascard. *concl. 689. num. 3.* Azeved. *in l. 1. tit. 6. lib. 8. recop.* Decian. *cons. 82. vol. 2. n. 8.*

## SUMMARIUM.

1 *Regimen omne, inventum, & creatum fuit, ob commune bonum.*
2 *Intentio originalis creationis Imperii fuit bonum, & utilitas reipublicæ.*
3 *Imperator, est procurator subditorum, non dominus proprietatis Imperii.*
4 *Princeps utilitatem subditorum propriæ anteponere debet.*
5 *Deus constituit Reges, ut rectè gubernarent.*
6 *Finis recti regiminis, est unumquemque in suo iure conservare.*
7 *Rex bonus, debet in suo Regno non proprium, sed commune bonum attendere.*
8 *Principes sunt constituti, ad hoc, ut bonum procurent subditorum.*
9 *Potestas constituitur in republica, ut homines provocentur, ad bonum, & arceantur à malo.*
10 *Imperator vocatur pater reipublicæ.*
11 *Imperator vocatur maritus reipublicæ.*
12 *Rex in quo differt, à tyranno.*
13 *Regia potestas, quæ dicatur.*
14 *Reges constituti sunt, ut injurias propulsent, contra potentes.*
15 *Princeps, debet ornare, rempublicam, tanquam tutor illius.*
16 *Princeps est custos, & conservator reipublicæ.*
17 *Rex bonus, & sapiens qualiter debeat gubernare.*
18 *Princeps vocatur conservator, & auxiliator reipublicæ.*
19 *Ciceronis dictum refertur circa regimen reipublicæ.*
20 *Iustitia metienda vera religione, & communi utilitate.*
21 *Rex nullo modo dicendus est, qui res alterius quærit.*
22 *Princeps fuit creatus ad tollenda iniusta facta.*
23 *Regem oportet prodesse, & non obesse.*
24 *Respublica non est Regis, sed Rex est reipublicæ.*
25 *Aenei Silvij sententia refertur.*
26 *Rex in operibus suis debet intendere, bonum gentis.*
27 *Epaminondæ Imperatoris dictum refertur.*
28 *Dionis dictum, de regimine Principis refertur.*
29 *Princeps debet suos cives amare.*
30 *Virgilij versus, adducuntur.*
31 *Regis nomen, non est dignitatis, sed officii.*
32 *Senecæ verba referuntur.*
33 *Magistratus servit reipublicæ.*

catur tutor reipublicæ.
lata tutela populi non servitus.
protector populi.
ss. 25. Concilij Tridentini ponderabi Reges sunt protectores Ecclesiarum
.69. & fin.
icitur pater Reipublicæ.
estas patris est temperatissima.
inceps, nihil differt à bono patre.
eus est Rex regum, & dominus dominantium.
Verba Claudiani referuntur.
Verba, Horatij referuntur, & Virgilii.
45 Verba, & doctrina sanctorum patrum referuntur.
46 Rex dat vitam pro suis civibus.
47 Rex pro communi utilitate non recusat supplicium.
48 Regnandum est sine violentia, & oppressione.
49 Imperium concessum est pro pace.
50 Victoria, verba, referuntur.
51 S. Thomæ, verba, referuntur.
52 Regnum ex hominibus constituitur, sicut domus ex parietibus.
53 Potentiæ naturales, de sua natura constitutæ sunt, ut tueantur bonum totius suppositi.
54 Lex, 26. tit. 14. p. 2. ponderatur.
55 Lex, 1. in fin. tit. 1. p. 2. ponderatur.
56 Reges sunt Vicarii Dei, & sic tenentur eius vices gerere.
57 Rex caput reipublicæ.
58 Lex, 2. tit. 10. p. 2. ponderatur.
59 Lex, fin. tit. 10. p. 2. ponderatur.
60 Lex, 13. tit. 13. p. 2. ponderatur.
61 Lex, 2. tit. 1. p. 2. ponderatur: Para los Reyes que qui tam fuercas, y violencias.
62 Principis simulacrum refertur.
63 Princeps depingitur cum oculo in corpore.
64 Iustitia, finis legis est.
65 Rex noster Philippus tertius laudatur.
66 Rex noster defendit ab omni oppressione Ecclesiasticos, & sæculares.
67 Ecclesiastici sunt subditi Regi, in ordine ad defensionem.
68 Regis officium est vim tollere.
69 Princeps potest adesse Concilio Oecumenico, & etiam armis potest defendere subditos, & rebelles, ubi reperies plura concilia, id probantia.
70 La paz de la republica se turbàra, si faltàra en ella este conocimiento por via de fuerça.
71 Cap. dilecto filio, 6. de sententia excommunicationis, lib. 6. ponderatur.

## CAP. IX.

*De officio Principis, qui non recognoscit superiorem in temporabilibus circa subditos cives, & qualiter eos defendere teneatur.*

1 OMne regimen, † omnisque Principatus, inventus, & creatus, & receptus fuit, ob cõmune bonum, publicamq; subditorum utilitaté, ut tradit Bart. *in tractatu de regimine civitatis nu.* 27. Baldus, *in l. 2. §. novissimè, D. de origine iuris, & in cons. 333. nu. 1. lib. 1.* ubi dicit, quòd originalis in-
tentio † creationis Imperij fuit bonum, & uti- 2
litatis reipublicæ, & subditorum, non verò privatæ, & sic dixit, *in cons. 327. nu. 7. lib. 1.* quòd Impe-
rator, † est procurator maximus, subditorum, 3
non tamen est dominus proprietatis Imperij, sed potius officialis, & est industria ejus electa, & quòd Principatus, sicut justitia ad aliud est, ut tradit, Albericus, *in l. Princeps legibus, nu. 8. D. de legibus, & in l. decernimus, C. de sacrosanctis Eccles. & in l. digna vox, à num. 1. C. de legibus,* ubi dicit,
quòd Princeps † utilitatem subditorum propriæ 4
anteponere debet, & Alfonsus Guerrerius, in *Thesauro Christianæ Religionis, cap. 54. num. 1. vers. Item notate,* ubi dicit, quod Regnum, non est propter Regem, sed Rex est propter Regnum
quia Deus † constituit Reges, ut rectè guber- 5
narent, & unumquenq; in suo jure conservarent
quòd est finis, † recti regiminis, idem tradit 6
Natta, *cons. 179. n. 13. lib. 1.* in hæc verba: * *Est ergo Principatus propter populum, non populus propter Principatum.* * Quia bonus Rex, † seu Impe- 7
rator, seu Monarcha, debet in suo Imperio, non proprium principaliter, sed commune bonum intendere, Greg. *in l. 9. tit. 1. part. 2. verb. Aristoteles,* quia finis cujuslibet dominij est, ut homines benè beatèque vivant, fruanturq; libertate, tranquillitate, pace, ac amicabilitate, *ut in c. dilecto filio, de sentent. excomm. lib. 6.* & tradit, Socin. *cons.* 279. *in fin. lib. 2.* & dicit Grammaticus, *voto,* 32.
*nu.* 16. quòd Principes, † sunt constituti ad hoc, 8
quòd bonum procurent subditis, & quod si aliter faciant, abutuntur Principatu, quia potestas
† constituitur in republica, ut homines provo- 9
centur ad bonum, & arceantur à malo, & ob hanc
causam, Iustinianus Imperator, vocat se † pa- 10
trem, *in authen. neque virum, §. fin. col. 8. lex. si quis filium, C. de in officios. testamen.* Lucas de Penna, *in l. quicunque, C. de omni agro deserto, lib. 11.* ubi
appellat † Principem maritum reipublicæ, & 11
sic tenetur eã defendere, & sequitur Chassaneus, *cons. 60 nu. 8. & in catalogo, gloriæ mundi, 5. part.*
*considerat.* 14. ubi Principem appellat patrem 12
communem, & sic † Rex differt à tyranno, quia unus tendit ad bonum, & commodum publicũ, alter ad privatum, Batt. *in tractatu de tyrannide, nu.* 44. Sanctus Thom, *1. part. q. 96. art. 4.* Cajetanus, *in sua summa, vers. Tyrannus.* Vnde Aristoteles, *in 3. politicorum, cap. 5.* inquit, quòd domina-
tus † unius utilitati omnium consulens, Regia 13
vocatur potestas, & *in c. 6.* dicit, quod finis mensque regentis est, ut quam optimè, quam felicissimè cives vivant, & *in cap. 5. & 10.* Regia potestas
† eò comparata est, ut in populo bonum sit 14
præsidium, & Reges constituti sunt, ut inopum multitudinem, contra locupletum injurias tueantur, & *in cap. 11* de Rege, verba faciens, consti-
tuere † rempublicam, & ornare debet, tan- 15
quam tutor, & non tyrannus, & *in lib. 5. ethicorum, cap. 6.* dicit: * † *Est autem custos, conserva-* 16
*torq; iuris Princeps.* * Et Plato, *lib. 1. de republica,*
refert † in proposito, verba, sequentia. * *Rex bo-* 17

*nus,& sapiens gubernabit semper, ita ad salutem respiciens,ut ad nautarum navisq; salutem respicit gubernator.** Et ibi: * *Quidquid prudentes Principes agunt,nunquam delinquunt, quandiu hoc potissimum servant,ut mente,& arte,quod utilissimũ est civibus,inducentes tueri eos valeant,melioresq́; quoad eius fieri potest efficere.* Et in *lib.5. de republi-*
18 *ca* nuncupat † Principes servatores, auxiliatoresque:& Marcus Tullius Cicero *officiorum*,1.ita
19 dicit, † * *Omnino,qui reipublicæ præsunt,duo Platonis præcepta teneant:unum, utilitatẽ civium, sic tueantur,ut quidquid agunt,ad eam referãt obliti cõmodorum suorum:alterum , ut totum reipublicæ corpus curẽt,ne cum partem alteram tueantur, aliquas deserant,ut enim tutela , sic procuratio reipublicæ,ad utilitatem eorũ,quibus commissa est,gerẽ-*
20 *da est.** Et revera † justitiam Principatus,nõ aliunde metimur,quam à vera religione,& cõmuni utilitate,&sic est optimus finis,propter quẽ Principatus est institutus,ut docet,Socrates,*apud Platonem,li.1.& 2.de republica*,& Xenophon.*in vita*
21 *Cyri.lib.6.& mortalium,lib 3.*sicinquit. † * *Rex nullo modo dicendus est,qui res alterius quærit,atq; desiderat verum qui civitates , & homines felices reddit.* * Et Socrates,*lib.3.*ibi:* *Rex eligitur,ut nõ se molliter curet,sed ut per ipsum ij,qui eligerũt benè,beate,que agant.** Et Cicero.2.*de officiis*, dicit; *fruendæ iustitiæ causa , reperies olim benè moratos Reges esse constitutos,& in 5. de republica.*

22 *Hac † una Reges olim sunt fine creati.*
*Dicere jus populis iniustaq; tollere facta.*

Et sic proprium Regum officium est vim subditorum tollere, ut pater reipublicæ, & sic dice-
23 bat Seneca,oportet † Regem prodesse,non obesse, quia non servitus illi traditur, sed tutela, &
24 defensio subditorum:quia respublica † non est Regis, sed Rex est reipublicæ, cum creatus sit ab ea,ut tradit Æneas Silvius,*in lib. de ortu,& autho-*
25 *ritate Imperij Romani,cap.2.* † ibi: * *Regum cõstituendorum causam publicam dedit utilitas, cavere debet ne sine ratione aliquid agat,ne ad tuã voluntatem , potius quàm ad subditorum utilitatem regas Imperium:ne ex Rege fias tyrannus: cum quo nulla societas, nullum commercium ,sed potius summa destructio.** Et confirmatur, hæc sententia ex traditis per Exidium Romanum *de regimi-*
26 *ne Principis,lib.1.cap.8.in tertio præsog.* * *Rex † in operibus suis debet intendere bonum gentis,& commune,quòd est diviniùs quam singulare.* * Et
27 Plutarchus,refert Epaminond. † Thebanorum Imperatorem exeuntem ad pugnam,& oranti uxori,ut se ipsum servaret,respondisse: * *Alius hoc consulendum est,Principi autem , ut cives servet.** Et sic dicebat Trajanus Imperator,ut refert Dion.
28 † in vita sua! * *Hoc ense,si iustè imperavero , pro me,sin minus in me utare.* * Ad cujus exemplum
29 optimus Princeps suos homines † amare,& defendere debet,& in adversis adjuvare, & de eorũ salute curam habere,&ab injuriis liberare,ut tra-
30 dit Virgilius, † *in 6. Aeneid.*

*Tu regere Imperio populos Romane memento.*
*Hæ tibi erunt artes pacisq; imponere morem.*
*Parcere subiectis, & debellare superbos.*

Regis † enim nomen, non dignitatis solum, 31
sed officij quoque est:& sic Seneca.*in libro de consolatione ad Polibium*,dicit: † * *Magna servitus 32
est,ex magna fortuna:cogita Cæsarem,vide, quantam ante indulgentiam fidem, quantam industriam debeas: intelliges , non tibi magis incurvari licere, quam illi,cuius humeris mundus immittitur,Cæsari quoq; ipsi,cui omnia licent,propter hoc ipsum multa non licent,omnium domos illius vigilia defendit, omnium ocium ipsius labor,omnium delicias , illius industria,omnium vacationem,illius occupatio , ex quo se Cæsar,orbi terrarum dedicavit , sibi eripuit, quo die primum Rex fuisti,tibi moriens alii vivere incepisti.* * Et hic dixit Cardinalis Belarminus, *in primo libro,de summo Pontifice,cap.7.** *Magistratus † servit rei publicæ,& Rex populo,& pater fi-* 33
*liis,& Magister discipulis.* * Qua propter Principes † reipublicæ tutores rectè nuncupantur, ut 34
dicit,Plinius secundus. *lib.10. epistolarum*, & Seneca,*de clementia,ad Neronem,lib.1.c.4.*ubi dicit, Principes, & Reges, tutores status publici sunt,
& quòd illis † non est tradita servitus, sed tutela: 35
& Deus Principibus, & Regibus nomen composuit protectorum, † ut habetur,*Ose.3.* ibi: * *Di-* 36
*lexerunt afferre ignominiam protectores eius.* * Idem traditur, † *in c. 20. Concilii Trident. de re-* 37
*format.sess.25.*ubi Imperatores,& Reges, & Principes † vocantur protectores Ecclesiarum, ut 38
ego dixi, *in hoc tractatu de cognitione, per viam violentiæ,in lectura.n.19.*&dicam,*in n.69. & fin.*
ubi refero verba,Concilij.Quinimò † Rex, ju- 39
re optimo pater reipublicæ dicitur,cætera autem cognomina , honori data sunt, & ideò patrem Principem,& Regem vocamus, ut sciat datam sibi esse potestatem paternam,quæ † est tempera- 40
tissima liberis consulens, & Xenophon. *in vita*
*Cyri. lib.6.in princ.* dicit, quòd † Princeps nihil 41
differt à bono patre; Nam sicut Deus, † qui 42
est Rex Regum,& dominus dominantium , non regit mundum propter se ipsum, sed propter nostram salutem , & Christus faciens officium lucernæ,quæ ut luceat omnibus, ipsa extinguitur: sic ad officium Principis spectat, ad bonum subditorum principaliter intendere, qui enim propriam utilitatem populi præferunt , non boni Principes,sed tyranni habentur,& sic cecinit bellissimè Claudianus, † ad Honorium Impera- 43
torem. Claudian.

*Tu civem patremq; geras,tu consule cunctis.*
*Non tibi,nec tua te moveant,sed publica vota.*

Et Horatius. Ad Augustum Cæsarem,*lib.1.* 44
*carm.od.2.*

*Et Od.12.*

*Sic ames dici pater,atq; Princeps.*
*Gentis humanæ pater,atq; custos.*

Et Virgilius,9. Æneid.

**Fortunati ambo , si quid mea carmina possunt.**
* *Nulla dies unquam memori vos eximet ævo.**
* *Dum domus Æneæ Capitoli immobile saxum* *
* *Accolet , Imperiumq; pater Romanus habebit.* *

Et hanc

45 Et hanc noſtram opinionem, † & veritatem,
non ſolum confirmant, teſtimonia, & ſententiæ
antiquorum Philoſophorum, ſed & ſancti patres,
atq; Theologi, ut videre poteris apud Auguſtinũ,
*in ſermon. 1. de Paraſce*, ubi dixit: * *Opus enim*
46 *Regis eſt*, † *vitam ſuam pro his quibus regnat op-*
*ponere*, & D. Chryſoſtomus, *in homilia de cruce.*
* *Imperatorum eſt* (inquiens) *pro omnibus mori,*
47 *& Regis optimi* † *pro communi utilitate nunquã*
*recuſare ſupplicium*. Et D. Bernhardus, *de conſide-*
*ratione, ad Eugenium, lib. 3.* ubi refert pulchra, &
ſingularia verba, & Dionyſius Areopagita, *in lib.*
48 *cœleſtis Hierarchia, c. 8.* ibi: * *Non enim* † *ad inſo-*
*lentiam violentiam, aut oppreſsionem exercet cœle-*
*ſtis illa ſpirituum poteſtas vires ſuas; ſicut tyranni*
*facere ſolent, opprimentes ſubiectos ſibi.* * Et ſan-
ctus Thomas, *de regimine Principis, lib. 3. cap. 5.*
49 * *Conſonum*, inquit, *videtur natura, ut* † *Imperiũ*
*conceſſum ſit pro pace, ac iuſtitia conſervanda, iur-*
*giis ac diſcordiis reſecãdis, item ad hoc videtur pro-*
*viſum, ut mali puniantur, & boni promoveantur, &*
*hoc eſt officiũ dominorum.* * Et *in opuſculo ad Du-*
*ciſam Brabantiæ. Principes terrarum ſunt à Deo*
*inſtituti, non quidem, ut propria lucra quærant, ſed*
*publicam populi utilitatem procurent.* * Vnde Frã-
50 ciſcus à Victoria, † *in relectione, 4. de poteſtate*
*Papæ, & Concilij in 17. oppoſitione*, refert hæc ver-
ba. * *Poteſtas Principum eſt à Republica, quæ non*
*dedit ei poteſtatem, ad gravandos ſubditos, ſed ad*
*conſervandos.* * Idemq; repetit *in relectione, 6. de*
*iure belli, in 3. propoſ.* & D. Thomas, *in d. lib. 3. c. 15.*
51 ibi: † * *Concluditur autem ex hoc, quod qualibet*
*res quanto ordinatur ad excellentiorem finem, tan-*
*to plus participat de actione divina, huiusmodi au-*
*tem eſt Regnum cuiuscunq; conditionis, quia cum*
*intendat nobiliſsimum finem in ipſo divina præin-*
*telligitur actio, & huic virtuti dominorum ſubijci-*
*tur regimen.* * Et *in 1. part. q. 96. art. 4. & in c. 4. &*
52 11. ibi: * *Amplius autem* † *Regnum ex hominibus*
*conſtituitur ſicut domus ex parietibus, & corpus hu-*
*manum ex membris, finis ergo Regis eſt, ut regimen*
*proſperetur, ut homines conſerventur per Regem.* *
Et eſt *lex, 2. tit. 1. par. 2.* ibi: * *E a el pertenece ſegun*
*derecho, el otorgamiento que le fizieron las gentes*
*antiguamente, de gouernar y mantener el Imperio*
*en ſu paz.* * Et ob hanc cauſam, dixit, Medina, 1. 2.
53 D. Thom. *q. 90. art. 2.* * *Quòd* † *ſicut potentia*
*naturales, de ſua natura conſtitutæ ſunt, ut tuean-*
*tur bonum totius ſuppoſiti, ſic poteſtas publica, ut*
*bonum commune procuret, & detrimentum reipu-*
*blicæ caveat.* * Idem habemus Hiſpani diſpoſitũ,
54 de jure Regio, † *in l. 26. t. 14. p. 2. & in prœmio,*
*partita, 2.* ibi: * *E anſi puſo Dios en la tierra a los*
*Reyes y Emperadores, porque de otra ſuerte ſe tur-*
*baria la paz de la republica.* * Y la ley *1. in fin. ti. 1.*
*part. 2. & in l. 5. eod. tit. le llamã al Principe, Vicario*
*de Dios*, ibi: * *Vicarios de Dios ſon los Reyes cada*
*uno en ſu Reyno, quanto a lo temporal.* * Et cum ſit
56 Vicarius, † tenetur illius vices gerere, alias Prin-
cipis naturam, & nomẽ amittit, qui aliud ageret,
quam Deus in terris, ut tradit Menchaca, *libr. 1.*
*controverſiarum illuſtrium c. 1. n. 10. & in l. 26. t. 13.*
57 *part. 2.* vocatur Rex † caput reipublicæ. Y por
58 eſta cauſa dixo la ley, *2. t. 10. p. 2.* † * *Que pues el*
*Principe es cabeça de todos, que ſe deue de doler del*
*mal, que reciben, aſsi como de ſus miembros.* * Idem
eſt diſpoſitum, *in l. fin. tit. 10. part. 2.* † *& lex, 26.* 59
*tit. 14. part. 2.* ibi: * *El Rey es cabeça, y vida, y*
*mantenimiento de los vaſſallos, y el que no ſiruieſſe*
*a ſu Rey, quitaria a Dios ſu Vicario, y al Reyno ſu*
*cabeça, y al pueblo ſu vida, y de aqui nace, que al*
*Rey le toca, el quitar las fuerças, y violencias de ſu*
*Reyno.* * Vt & *in l. 13. tit. 13. par. 2.* † ibi: * *El* 60
*Rey eſtà pueſto para mantener iuſticia, y verdad, y*
*dar a cada uno ſu derecho, ſegun ſu merecimiento,*
*è para defender a ſus vaſſallos, que no reciban mal,*
*ni fuerça.* * Vbi Greg. *verb. fuerça.* fundat jus
noſtrum tollendi vim in cauſis Eccleſiaſticis, ul-
tra Covarru. *cap. 35. num. 3.* Molinam, *de iuſtitia*
*& iure, 1. tom. diſputatione, 31. verſ. ſecunda conclu-*
*ſio*, idemque eſt diſpoſitum, *in l. 2. titul. 1. part. 2.*
† ibi: * *Como quier que ſea ſennor de todos los* 61
*del Imperio, para ampararlos de fuerça, è mante-*
*ner los en iuſticia.*

Vltimo loco † accedat pro concluſionis con- 62
firmatione, Principis ſimulacrum, quòd Ægy-
ptij, ita repræſentabant, ut oculum pingerent,
cum ſceptro indicantes, quòd oculus † in cor- 63
pore, id verus Princeps eſſet in republica, quod
Sol in cœlo; Sol, oculus mundi: Princeps, ocu-
lus multitudinis: quod animus in homine, id
Princeps in civitate, animus ſapit, corpus tempe-
rat: denique Dei moderantis univerſa, ſalutaris
Princeps vivam imaginem refert, ut diximus, *lib.*
*4. communis, q. fin. a num.* 400. * Vnde Plutar-
chus, *in libello ad Principem ineruditum: iuſtitia*
*finis* † *legis eſt, lex autem officium Principis, at* 64
*Princeps imago Dei eſt omnia rectè, conſtituentis,*
*& diſponentis.* * Pro ut hodie contingit † re- 65
gnante noſtro Monarcha Philippo tertio Hiſpa-
niarum Rege, in quo omnes Principum virtutes
floreſcunt. Cum ſit alter Rex David † hoc no- 66
ſtro ſæculo divinitùs datus, qui non ſolum cives
ſæculares ſuæ reipublicæ, defendit, ab omni op-
preſſione ſed perſonas Eccleſiaſticas, † quæ in 67
ordine ad tuitionem, & defenſionem, ſunt illi
ſubditæ, ut tradit Alvarus Valaſcus, *conſultatio-*
*ne, 100. & eſt bonus tex. in l. ſi quis in hoc genus §.*
*ſitque, C. de ſacroſanctis Eccleſiis*, ibi: * *Sitq; cun-*
*ctis laudabile factas ſacerdotibus, aut miniſtris in-*
*iurias, veluti crimen publicum proſequi.* * Et cum
† Regum proprium officium ſit vim tollere, ni- 68
mirum ſi ad eum, & ſuos integerrimos ſenatores,
pertineat, per viam violentiæ cognoſcere, ſerva-
to legitimo modo cognitionis, prout in noſtra le-
ge Regni diſponitur, quæ nihil deviat à tramite
juris, & rationis, ut ſæpè demonſtratum eſt: ex
*c. dilecto filio, de ſent. excom. lib. 6.*

Et ob hanc rationem † reſolvit eleganter An- 69
tonius Cuchus, *lib. 2. inſt. maiorum, tit. 3. de Conci-*
*lio Oecumenico, n. 36.* quod Principes poſſunt per
ſe, & ſuos legatos, intereſſe in d. Concilio, pro-
pter quietem, & tranquillitatem, ne reſpublica
turbetur: cujus verba. Quia pulchra ſunt, & ma-
nifeſtat hanc Regum protectionem, referre li-
buit, ibi: * *Eruntq; hæ Principum ſæcularium par-*
*tes præcipua, ut Concilii quietem & tranquillita-*
*tem authoritate, ac ſi opus fuerit armis tueantur,*

Principis ſimulacrum.

Los Principes ſe [illegible] ſe hallã è los Concilios, y ſe juntauan por ſu mandado.

*foveant, & tegant, turbatores longe summoveant, cũ si pax & disciplina Ecclesiæ solvatur, ille à Principibus rationem sit exacturus, qui eorum potestati, suam Ecclesiam commendavit.*

Concilia Hispaniæ, Regum nostrorum iussu coacta, vel eorum præsentia nobilitata, probant ipsa Concilia. Sic Bracarensis Synodus prima, æra 548. anno, 3. Ariamiri, qui & Theodomirus Suevorum, Regis, die Kal. Maij; cujus hæc verba liminaria. * *cum Gallicia provinciæ Episcopi Lucretius, Andreas, Martinus, Cotius Ildericus, Lucentius, Timotheus, Maliosus, ex precepto præfati gloriosissime Ariamiri Regis, in Metropolitana ejusdem provinciæ Bracarensis Ecclesiæ convenissent, considentibus simul Episcopis, &c.* * Sic Concilium apud Lucum à Teodomiro (sic illius inscriptio habet) Principe habitum, æra, 607. * *Tempore Suevorum sub æra, 607. die Kalend. Ian. Theodomirus Princeps idem Suevorum Concilium in civitate Luco fieri præcepit ad confirmandam fidem Chatolicã, vel pro diversis Ecclesiæ causis.* * Qui quidem Rex epistola ad Episcopos ibi congregatos quicquid vellet demonstravit. Sic Synodus Bracarensis secunda, currente, æra, 610. anno secundo Regis Mironis, qui & Theodomirus cognomento Mirus, seu miro. * *Præcepto præfati Regis.* * convenisse Episcopus initio testatur Sic Concilio Lucensi, æra, 610. * *His itaque terminationibus, seu definitionibus à me Nigitio nutu Dei Lucensis Sedis Episcopo diligentissime exquisitis, &c. in præsentia ipsius Regis, & omnium Chatolicorum Magnatium totius Gallaciæ.* * Et Toletana tertia, qua in Hispania hæresis Arriana cõdemnata est tempore Recaredi. * *Cum pro fidei suæ sinceritate idem gloriosissimus Princeps omnis Regiminis sui, Pontifices in unũm cõvenire mandasset.* * Huic Synodo adfuisse eundem Principem, ipsius ad illũ colloquium satis religiosum ostendit, nam. * *Sanctissimus idem Princeps, sic venerandum Concilium alloquitur, &c.* * Et postea. * *Post confessionem igitur, & subscriptionẽ omnium Episcoporum, &c.* Recaredus Rex pro *reparandis simul, & confirmandis disciplinæ Ecclesiasticæ moribus, Dei sacerdotes taliter affatus est, dicens, &c.* * Deinde subscribit. * *Flavius Recaredus Rex hanc deliberationem, quam cum sancta definivimus Synodo, cõfirmans subscripsi.* * Sic Concilium Cæsar augustanum secundum. * *Ex permisso gloriosi atq; sanctissimi Principis, Recaredi Regis, &c.* * Ab hoc tertius Gundemarus Episcopis à se coactis scribit, ut ex ipsius decreto constat, cui in hunc modum subscribit. * *Flavius Gundemarus Rex hujus edicti constitutionẽ pro confirmatione honoris sanctæ Ecclesiæ Toletanæ propria manu subscripsi.* * Sic Toletanum Cõcilium quartum. * *Studio amoris Christi ac diligentia religiosissimi Sisenandi.* * Episcopi in uno convenerunt, æra, 671. cui ipse adfuit, verba sunt Concilij. * *Gratias agimus post fidem ante fato ministro ejus* (Dei) *Excellentissimo Regi: hic quippe, dũ in Basilica B. & S. confessoris Leocadiæ omniũ nostrorum pariter iam cætus adesset, tali pro merito fidei suæ magnificentissimis viris ingressus, &c. Religiosa prosecutione Synodum exhortatus est.* * Et in calce. * *Post hæc salus, & pax Sisenando, cujus devotio nos ad hoc decretum salutiferum convocavit.* * Sic in Concilium Toletanum quintũ Cinthilanus, ingressus est, æra, 674. * *In medio nostri cætus ingressus cum optimatibus, & senioribus palatij sui hanc institutionem, quam ex præcepto eius, & decreto nostro sancimus divina inspiratione præmisit.* * Quod etiam subscriptione, & confirmatione corroboravit: ut videre est in con. sexto sub eodem: Idem in septimo sub Chindasuindo, æra, 684. Idem in octavo æra, 691. sub Recesuindo, de quo hæc ipsum Concilium. * *Adest Serenissimus Princeps pia religione plenissimus.* * Et ipsum Concilium in Regis ipsius nomine se edere Episcopi attestantur. Sic in undecimo Toletano, & Bracarensi tertio, æra, 717. sub Wambane optimo Conciliorum reparatore: & in duodecimo sub Eruigio, æra, 719. * *Cum ex glorioso prædicti Principis jussu in unum fuissemus aggregati cõventum, adfuit coram, nobis idem clemẽtissimus Princeps.* * Qui ejusdem confirmationi subscripsit: Et in Toletano decimoquarto sub eodem, æra, 721. & in decimoquinto sub Egicano, æra, 726. * *Adfuit idem Egica Princeps.* * Et in Cæsaraugustano tertio eodem Rege, æra, 728. & in Toletano decimosexto. * *Idem excellentissimus Princeps sanctæ intentionis munimine fretus, nostro sese cætui intulit.* * Et in decimoseptimo, æra, 732. * *Adfuit idem gloriosissimus Princeps.* * Et in aliis, quorum relationi facilè super sedeo, cum satis ex iis constet, jussu & præsentia nostrorum Regum Hispanica Concilia sustentata floruisse. Plura leges apud Michaelem Thomasium, & D. Franciscum de Padilla, *tractatibus de Conciliis.* 70

De todo † lo qual resulta, que los Reyes, como protectores de la Religion, para su paz y concordia, juntauan los Concilios, y estauan presentes en ellos, ayudando, y fauoreciendo sus decisiones, y decretos, y este conocimiento por via de fuerça, es ayuda de la jurisdicion Ecclesiastica, ut docet ipse Pontifex, *in cap. dilecto, de sentent. excommunication. libr. 6.* y todo va dirigido a este fin, por la paz, y tranquilidad de la republica, y religion Christiana, en lo qual son mas interessados los Ecclesiasticos, como mas menesterosos desta proteccion Real. Vt *in dict. cap. dilecto, in fin.* ibi: 71
† * *Sicq; utrumq; quodammodo gladium, & temporalem, & Ecclesiasticum alterum videtur altero adiuvare: maxime quia hi duo gladij consueverunt exigente necessitate sibi ad invicem suffragari, & in juvamen alterius subventione mutua, frequẽtiùs exerceri.* * Quæ verba, & omnia, quæ continet ille text. sunt singularia, & notatu digna, pro confirmatione nostræ antiquissimæ consuetudinis, quę quatenus est defensio naturalis subditorum, & juvamen Ecclesiasticæ jurisdictionis est approbata, per *Innocent. 4. in Concilio Lugdunensi,* qui est author dictæ decisionis cujus verba sũt aurea in nostro proposito, & semper menti tenenda pro confirmatione nostræ legis, *36. tit. 5. lib. 2. recop. l. 2. ti. 6. l. 1.* cujus interpretationẽ prosequimur, per totũ hunc tractatũ, de cognitione per viã violentiæ, in quo fundamus Reges, & Principes, nõ recognoscentes superiorẽ in tẽporalibus esse protectores Eccle-

Ecclesiarū,& Ecclesiasticorum,ut clarè insinuant verba Concilij Trident.*c.20.sess.25. tit. de immunitate Eccl.* ibi: * *Proptereaq; admonet Imperatores, Reges, Respublicas Principes, & omnes & singulos,cujuscunq; status & dignitatis extiterint, ut quo largius,bonis tēporalibus,atq; in alios potestate sunt ornati, eo sanctius quæ Ecclesiastici juris sunt tanquā Dei præcipua,ejusq; patrocinio tecta venerentur.** Ergo si Ecclesiastici sunt sub Regio patrocinio,sequitur teneri eos defendere, ab omnibus,& oppressionibus,quia Regum officium proprium est, vim tollere.

SVMMARIVM.

1 *Cognitio per viam violentiæ an possit tolli per Pontificem, si procedit ex privilegio.*

2 *Non entis, & non apparentis idem est judicium.*

3 *Cognitio per viā violentiæ, pertinet ad Reges de jure naturali; & non privilegio Pontificis.*

4 *Leges Regni non faciunt mentionem de privilegio, sed de iure & consuetudine.*

5 *Si ex privilegio pertineret cognitio, in legibus Regni id diceretur.*

6 Lex, 1. tit.6.lib.1. recopilation. *ponderatur.*

7 *Privilegium potest revocari quando immemorialis consuetudo accepit vires à privilegio.*

8 *Immemorialis consuetudo non potest plus operari quam privilegium.*

9 *Privilegium à Pontifice concessum potest ab ipso moderari & diminui, & in totum tolli.*

10 *Privilegium concessum à Pontifice reipublicæ Venetorum, revocari potest.*

11 *Pontifex revocando privilegium censetur motus ex justa causa.*

12 *Iurisdictio Regibus à Pontifice concessa est delegata.*

13 *Papa omnia potest circa spiritualem potestatem.*

14 *Consuetudo, contra libertatem Ecclesiasticam, non valet.*

15 *Papa potest clericorum exemptionem conservare, vel redintegrare.*

16 *Privilegium ex causa onerosa concessum subdito potest Papa revocare.*

17 Cap. veniens, de præscriptionibus, *declaratur, & ponderatur.*

18 *Potestas à Deo cōcessa potest nulla cōsuetudine, vel præscriptione, vel privilegio diminui.*

19 *Privilegium Pontificis, potest dare justum titulum possidenti.*

20 *Contraria opinio proponitur, & fundatur quod tale privilegium non possit revocari.*

21 *Principes non possunt revocare privilegia Ecclesiis concessa.*

22 *Privilegium non subdito concessum non potest Pontifex revocare.*

23 *Reges Hispaniæ, non sunt subditi Pontificis in rebus merè temporalibus.*

24 *Duæ sunt potestates distinctæ & separatæ.*

25 *Privilegium Pontificis uniformiter observatum revocari non potest, quando immemoriali usu est usitatum.*

26 *Privilegium quod transit in contractum revocari non potest.*

27 *Immemorialis, habet vim justitiæ, & legis.*

28 *Cognitio per viam violentiæ, non impedit libertatem Ecclesiasticam.*

29 *Regibus solum conceditur œconomica cognitio, per viam defensionis, & protectionis.*

30 *Summus Pontifex neminem intendit gravare.*

31 *Sesse Regius Consiliarius in Regno Aragonis laudatur.*

32 *Resolutio authoris traditur in quæstione proposita.*

33 *Consuetudo immemorialis, habet vim præsumptionis iuris, & de iure.*

34 *Cognitio contra Ecclesiasticos, est polytica, & non iurisdictionalis.*

35 *Pontifex non revocat consuetudinem immemorialem cognoscendi in possessorio rei Ecclesiasticæ, imò illam confirmat.*

36 *Bulla concessa à Martino Papa V.* Regi *Francorum Carolo, refertur.*

37 * La bulla de Martino Papa, aunque es particular, su razon es general.

38 Reges *non possunt hanc cognitionem per viam violentiæ, aliis concedere.*

39 *Princeps non potest à se abdicare potestatem supremam, protectiones subditorum.*

40 *Per donationem* Regis, *Ecclesiis factam non conceditur, instantia appellationes.*

41 * Soberania, *Principis, adhæret formaliter, & & essentialiter, in dominio* Regiæ *Maiestatis.*

42 *Subditus non præscribit obedientiam contra superiorem.*

43 *Dignitas, seu imperium, non moritur.*

44 Rex *repræsentat duas personas. ubi refertur dictum Bald.* consil.159.n.5.vol.3.

45 *Ex concessione, meri & mixti imperij, non venit secunda instantia appellationis.*

46 Reges *Castellæ, habent fundatam suam intentionem; contra prælatos in rebus temporalibus.*

47 *Hispania fuit à* Regibus, *ab oppreßione inimicorum liberata.*

48 *Episcopi habent iurisdictionem in temporalibus, tanquam subditi.*

49 *Iurisdictio suprema, non transfertur in prælatos.*

## CAPVT X.

*Utrùm Pontifex possit revocare privilegium, si Regibus esset concessum ad cognoscendum per viam violentiæ, & an Reges possent huic juri renunciare.*

SEd quia audio, in dubium refricari, competat ne Regibus nostris Hispaniæ, jus cognitionis hujus per viam violentiæ, virtute privilegij sedis Apostolicæ, ut exinde resultet, posse tale privilegium revocari, † *ex reg. l.* * *Iudicium sol-* 1
*vitur, vitante eo, qui iudicare jussit.* * *58. D. de iudiciis,* ideò, operæ pretium duxi, antequam alio me conferam, hujus difficultatis investigationem prænotare. Igitur, quidquid aliter alij dixerint, ego constitutissimum puto, nullum uspiam extare privilegium, cujus virtute hujusmodi cognitio Regibus nostris competat, cùm de ejus tenore, imò potius neq; concessione, nullus unquam author fecerit mentionem, quòd ego viderim, unde succedit regula. Quòd † non 2

entis, & non apparentis, idem esse debet judici-
um, l. in lege 77. D. de contrahen. empt. l. duo sunt
Titii, D. de testam. tut. cum aliis adductis à Iodo-
co Damhoud. in Enchirid. Parium aut similium
juris, verb. esse in apparenter, Remanet itaque hu-
jusmodi cognitionem Regibus nostris compete-
3 re, mero juris rigore, quo inspecto, † Regum of-
ficium proprium est vim tollere, cap. Regum offi-
cium, 23. quæst. 5. itemque consuetudine imme-
moriali, sicuti asserunt, l. 2. tit. 6. lib. 1. Et l. 36. tit.
4 5. lib. 2. novæ Recopilat. quæ † utrumque titulum
juris, scilicet, & consuetudinis immemorialis
complectitur, ibi: Assi por derecho, como por co-
stumbre immemorial.* Quæque, nec aliæ leges
Regni de hujusmodi cognitione loquentes, non
de privilegio; sed de jure, & consuetudine im-
memoriali, tantùm fecere mentionem. Cum
5 videamus, quòd omnia alia, † quæ sibi competūt
ex Pontificum privilegiis, seu tolerantia ingenuè
fateantur Reges nostri, ut videre est, in ll. 14. 16.
in fin. 18. 21. & aliis tit. 3. lib. 1. novæ Recop. Et quòd
magis est, etiam in his quæ alias de jure & con-
suetudine, sibi competunt, si ad sit quoque Pon-
tificis privilegium, illud referunt & cognoscunt,
6 prout † in l. 1. tit. 6. lib. 1 nova Recopil. ibi: * Por
derecho, y antigua costumbre, y justos titulos, y con-
cessiones Apostolicas, somos patron de todas las Igle-
sias Catedrales destos Reynos.*

Quo sic jacto solidissimo fundamento, dispu-
tationis tamen gratia, videndum est, an privile-
gium, quò circumfertur concessum à Pontifice
Regibus Hispaniæ in his cognitionibus per viam
violentiæ, revocari possit à successore. Et proba-
7 tur quod sic: quia † consuetudo, licet immemo-
rialis, quæ fundatur in privilegio, potest à Ponti-
fice revocari, quia talis consuetudo non accipit
vires à præscriptione, sed ab ipso privilegio, &
8 tunc † non potest plus operari immemorialis,
quàm privilegium, l. hoc jure, § ductus aquæ, D. de
aqua quotid. & æstiva. c. super quibusdam, §. præ-
terea, de verb. signific. ubi immemorialis, habet
9 vim privilegii. Et sic † privilegium quod à Ponti-
fice Regibus datum circunfertur, potest ab ipso
moderari, & diminui, & in totum tolli, ita docet
Glos. sing. in c. decet. de reg. jur. lib. 6. Et in termi-
nis privilegii à Pontif. concessi, tradit text. in c.
veniens. 19. de præscript. ubi Doct maximè quan-
do privilegium est datum à Pontifice circa res, vel
personas Ecclesiasticas. Vt traditur exemplum,
10 † in privilegio concesso à Pont. reipub. Veneto-
rum contra clericos in crimine læsæ Majestatis,
& falsæ monetæ, & sodomiæ: Et in privilegio
Regibus Galliæ concesso, de armorum usu, de
fractione salvæ guardiæ, de injuria facta per cle-
ricos officialibus Regis, & de ipsius usurpatione,
in quibus casibus Reges habent à Pont. delega-
tam à jurisdictionem, ut docet Ripa, in c. 2. n. 72.
judi. Cenedo. q. 4. n. 4. qui loquitur in terminis
cognitionis per viam violentiæ. Vnde nimirum,
si privilegium Regibus concessum revocari pos-
sit, ut dicit Innocent. in c novit. de judi. quem se-
quitur Paulus Castr. cons. 149. vol. 1. & cons. 317.
per totum, & in l. digna vox. C. de legibus, ubi lo-
quitur de quodam privilegio revocato à Summo
Pontif. & Surd. cons. 419. num. 15. vol. 3. & Card.
plures refert pro hac sententia, Petrus Tusch. 1.
tom. 5. verb. libertas Ecclesiastica, conclus. 342. num.
116. & 123. & ratio est, quia † semper præsumitur 11
motus ex justa causa, ob favorem, & decorē Ec-
clesiasticæ libertatis & ipsius jurisdictionis, quo
casu valida est talis revocatio, ex doctrina Inno-
cent. ubi supra. Quia cum talis jurisdictio † cen- 12
seatur semper delegata à Pontif. max. ut supra di-
ctum est, & tradit Paz. tom. 2. praxis in 1. prælud.
à num. 2. Molla. in emporio jur. tit. 2. quæst. 22. ex
num. 5. Bobadilla. in sua Politica, libr. 2. c. 18 n. 42.
non est mirum, si possit delegationem ad libitum
revocare, cùm ab ejus voluntate pendeat; quia
ut docet Innocent. in cap. 2. num. 2. de postbu. præ-
lato. * Papa † omnia potest circa spiritualem po- 13
testatem, & nullus potest quærere possessionem,
quæ ei præjudicet, cum illam habeat à Domino
tantum. * Idemque tenet gloss. in cap. cum nobis
de præscript. ubi Abb. num. 1. & 11. & est gloss. fin.
in cap. cleric. de jud. ubi dicit, non valere † con- 14
suetudinem contra libertatem Ecclesiæ, quanto
cumque temporis cursu præscriptam, Idem te-
net Abb. in cap. si diligenti. num. 11. de præscript.
Et sic Pont. † ex vi potestatis spiritualis, quàm à 15
Christo accepit, potest clericorum exemptionē,
vel conservare, vel redintegrare, si aliqua ex par-
te fuerit diminuta, & ob hanc rationem, semper
potest quamcunque præscriptionem, vel con-
suetudinem, vel privilegium Regibus concessū
revocare, ut in cap. veniens. & in c. causam de præ-
script. & in privilegio concesso † à Pontifice ex 16
causa onerosa, tradit Seraph. Olivar. decis. 1271.
à num. 2. Antonius Cuchus lib. 1. instit. tit. 6. nu.
110. de privileg. Maximè quando utitur in revo-
catione clausula * De plenitudine potestatis, * ut
tradit Ioan. Baptist. in rep. l. omnes populi, n. 107.
de just. & iur. & in concessione alterius privile-
gii: sic arguit Pontifex † in d. c. veniens. 19. de 17
præscript. videlicet, quia aut Rex habet legiti-
mam præscriptionem: & tunc si obtineat privi-
legium, censetur juri præscriptionis renunciasse,
si verò fundetur in mero privilegio, revocatio il-
lius legitima est, & non potest amplius bona fide
juvari. Quia illa † potestas, quæ à Deo concessa 18
est, per nullam consuetudinem, præscriptionem,
nec privilegium diminui potest, & quòd magis
est, nec ipse Pontifex, potest illam à se abdicare,
ut docet pater Suar. lib. 4. de immun. Eccles. c. 34.
num. 18. & sic, licet privilegium Pontificis, possit
justum titulum cognitionis Regibus præstare,
non est tutum neque fixum præsidium, cum pos-
sit ad libitum concedentis, & successorum revo-
cari, ut supra traditum est. Quia, licet consuetu-
do † immemorialis, fuerit capta ex legitimo ti- 19
tulo privilegii, non excludit, neque impedit ipsi-
us revocationem, ut tradit Suarez, ubi supra n. 17.
& Paul. de Castr. in d. l. digna vox, n. 6. C. de legib.
Et ratio est, ut superius diximus, quia illa dele-
gatio jurisdictionis, & cognitionis, virtute pri-
vilegii, non tam ex propria, & laicali jurisdictio-
ne procedit, quàm ex jurisdictione propria Ec-
clesiæ, Regibus de mandata ut insinuat Gigas,
lib. 1. de crim. læsæ Majestat. titu. qui de crimine.
num.

*numer. 20.* & alios refert Cenedo, *d. q. 4. num. 4. in fin.*

20 Sed licet † prædicta sententia generaliter loquendo vera, & recepta videatur, verum tamen in quæstione proposita, dubia reditur ex sequentibus. Primò, quia † privilegium concessum Ecclesiæ, non potest Princeps revocare, ut tradit Lucas de Penna, *in l. fin. C. de locat. præd. civil. lib. 11. num. 74.* ubi dicit, quòd Principes debent imitari Deum, qui nunquam revocat beneficia collata in aliquem, *cap. quanta, in fin. 33. quæst. 3.* & Principes, imitando Deum, non debent neque possunt, privilegium semel concessum Ecclesiæ revocare, maximè si posset perturbari pax reipublicæ, ut in simili consuluit Ludovicus Roman. *cons. 380. num. fin.* ibi: * *Si timeatur origo scandali,* * prout timeri debet in nostro casu. Quam sententiam tenet Innoc. *in d. c. novit. de iud.* Fel. *in c. ad Apostolicam, num 1. de simon.* Ias. *in l. non amplius, §. si certum, num. 14 D. de leg. 1.* ubi dicit, quod ista opinio sit tenenda in judicando, & consulendo. Ergo, si Principes sæculi tanquam Dei imitatores, non possunt privilegium semel Ecclesiæ concessum revocare, à fortiori, Pontifex Princeps supremus Christi Vicarius, non debet privilegium Regibus & Principibus concessum revocare, pro qua sententia plures Doctores, & fundamenta, tradit Alex. Trentacinqui. *lib. 3. resol. in resol. 1. tit. de pactis* ubi dicit; quòd Pontifex maximus Imperator & Rex, pactis, & contractibus ligantur, quòd procedit etiam si cum subdito, sit contractum, ut docet Paulus de Castr. *cons. 27 vol. 1.* Abb. *cons. 94 vol. 2.* Paris. *cons. 11. nu. 53. vol 1. & cons 2. vol. 4.* Alex. *cons. 138. & 146.* & Afflict. *decis. 128* Menoch. *cons. 2. n. 136. vol. 1.* Natta. *cons. 122. num. 14. vol. 1* Surd. *cons 140. num. 38.* & plures post hæc scripta refert in casu simili, Camillus Borell. *de Regis Catholici præstantia, c. 54. ex num. 4.* qui loquitur de alio privilegio concesso à Pontifice, Rogerio Regi Cantabricæ, & Siciliæ.

22 Secundò † confirmatur hac sententia, quia privilegium concessum non subdito, non potest revocari, ut docet singulariter, Innoc. *in d. c. novit.* quem sequitur Bart. *in l. qui se patris, C. unde liberi, & in l. si cum mihi, D. de dolo,* Cardin. *in repet. c. perpendimus, in prin. de sentent. excom.* Archidiacon. *in c. quicumq. 11. q. 1.* Paul. de Castr. *cons. 317. vers. Constat autem, vol. 1.* ubi loquitur in privilegio immunitatis, Dec. *cons. 286. numer. 6.* Ias. *cons. 56. n. 2. vol. 1.* Paul. *in d. l. digna vox, nu 6. vers. Nota pro terris Ecclesiæ C. de legi.* Ergò, cum

23 Reges in Hispaniæ, † non subsint Pontifici in temporalibus, ut latè fundavimus, *in gloss. fin.* cum

24 sint duæ † potestates distinctæ, & separatæ, sequitur, tale privilegium Regi non subdito concessũ revocari, non posse à Pontif. concedente, nec à successore. Tertiò defendi potest ista sententia,

25 quia privilegium Pontificis † uniformiter observatum per tempus immemoriale, potest in multis casibus sortiri effectum irrevocabilem: tum, quia fortassis ex causa onerosa concessum est: tũ,

26 quia † in vim contractus concessio facta fuerit, in quibus casibus, resolvit Ant. Burgen. *in c. Ecclesia S. Mariæ, n. 332. de const.* Anton. Cuch. *ubi supra; à num. 105.* & Franc. Vivius, *dec. 103. nu. fin.* Steph. Aufre. *in repet. Clementi. ut clericorum, num. 89.* ubi latè explicat hanc sententiã, & Rom. *in repet. l. si verò, §. de viro, n. 104. D. de solut. matr* privilegium esse irrevocabile, maximè accedente consuetudine immemoriali, quia ex ea acquiritur possidenti, jus ex fortiori causa, quæ excogitari possit, ut probat Dec. *in l. traditionibus, nu 11. C. de pact.* & qui habet eam pro se, habet titulũ datum à *l. 2. §. denique, D. de aqua plu. arcend.* ibi: * Vetustatem † vicem legis obtinere. * Et sic ha- 27
bet vim justitiæ, Ioan. Garc. *de nobilit. gloss. 12. nu. 60.* & hæc omnia confirmant nostram consuetudinem cognoscẽdi, per viam violentiæ, cujus antiquitas excedit hominum memoriam, & sic possumus omnia præsumere, quæ sint necessaria pro validitate, & irrevocabilitate talis privilegij, ut observat Ioan. Garc. *ubi supra n. 62.* maximè quia consuetudo tribuit jurisdictionem, etiam in spiritualibus, ut docet Innoc. *in c. novit. de iud.* Marsil. *singul. 690. num 1.* Caspar, Tessaurus, *in addi. ad Thessaur. decis. 82.* Peregrin. *de fideicommiss. tit. 48. num. 63.* præcipuè, quando probatur fama privilegij & consuetudinis exercitium à tempore immemoriali, ut declarat Gracian. *disc. ep. forensium, c. 238. num. 69.* quæ sententia procedit in nostra cognitione, in qua habemus consuetudinem immemorialem cum fama privilegij, & Moedan. *decis. 52 n. 1.* Quartò, quia si ob aliquam rationem posset Pontifex revocare tale privilegium, ex ea foret potissimũ, quòd esset concessũ contra jurisdictioné, & libertatem Ecclesiasticã, trahendo clericos in omnibus causis ad tribunalia Regia, in damnum & dedecus status Ecclesiastici, sed hoc quidem in nostro casu non procedit, quia † ex dicta cognitione per viam violentiæ 28
(ut sæpè demonstratum est) libertas Ecclesiastica non violatur, nec diminuitur, sed magis augetur, & ampliatur. Ergo clarè colligitur, quod licet tale privilegium Regibus nostris fuisset cõcessum à Pontifice maximo, cognoscendi per viam violentiæ in causis Ecclesiasticis, revocari minimè posset ab eo. Neque per publicationem Bullæ in Cœna Domini debet revocatum censeri, cum ex eo non inducatur violatio, nec diminutio jurisdictionis Ecclesiasticæ, ut defendimus *in lib. 4. comm. contra comm. in epist. ad Regem, num. 92. & q. 1. num. 247.* Maximè, quoniam † so- 29
lum conceditur Regibus defensio subditorum per viam protectionis reipublicæ, vel innocentium, *ut in c. dilecto filio. 6. de sent. excommunicat. lib 6.* & non in vim jurisdictionis contentiosæ, nisi quatenus necessaria fuerit in ordine ad tollendam vim, servato legitimo modo defensionis, ut noviter defendit Cenedo, *quæst. fin. num. 11.* & frater Manuel Rodrig. *1. p. summæ, cap. 156. num. 8. & in additionibus § 9. num. 87.* & Vega. *in sua sum. 1. to. c. 29. casu. 1. num. fin. & c 85. casu 41.* Et est ratio, quia † summus Pontifex, nunquã in- 30
tendit quemquã opprimere, & gravare. Vnde cũ nostra consuetudo, sit recepta, à juris prudentibus, & viris timoratæ conscientiæ, sive procedat ex privilegio Pontificis, (licet de eo non constet, ut prædiximus) sive ex naturali defensione Regis, servanda

32 *Iudex Ecclesiasticus, solùm cognoscit, de re Ecclesiastica, & spirituali.*
33 *Iudex sæcularis ex privilegio Pontificis potest cognoscere in causis Ecclesiasticis ob aliquas causas.*
34 *Iurisdictionis quæstio, inter Ecclesiasticum, & sæcularem, est tractanda coram judice Ecclesiastico.*
35 *Iudex sæcularis debet citari quando Ecclesiasticus dicit causam ad se pertinere.*
36 *Cognitio clericatus, est mixti fori secundum aliquas.*
37 *Laicus potius quis præsumitur, quam clericus.*
38 *Iudex laicus potest, examinare testes super clericatu.*
39 *Repertus in habitu clericali, præsumitur clericus, sicut repertus in habitu laicali laicus.*
40 *Habitus clerico conveniens, qualis debet esse, & à quo probetur, & judicetur, variæ sunt opiniones, ubi author refert suam sententiam.*

## CAP. VII.

### *Utrùm omnes clerici, tam in sacris, quam in minoribus ordinibus constituti, gaudeant Ecclesiastica libertate, quoad forum, & quo ad turbata, & quis sit judex competens hujus cognitionis.*

IN hac quæstione proposita duo tempora consideranda sunt, unum, ante novam legem Cōcilij *Tridentini, cap. 6. in sess. 23.* alterum, post ejus decisionem, & sic primo tempore considerato,
1 dicendum est, omnes clericos † tam in sacris, quam in minoribus constitutis, & in clericali statu perseverantes, plenè & integrè gaudere privilegio clericali. Quæ sententia expresse comprobatur,
2 *in cap. 2. de foro competenti*, † ibi: * *Neq; presbyterum, neque diaconum, aut clericum ullum, aut minores Ecclesiæ.* * Idem probatur, *in cap.*
3 *cū non ab homine, de judiciis*, † ibi: * *Clericos cujuscunq; ordinis*, * & ibi: * *Clericos in quocunque ordine constitutos.* * Et traditur, *in c. de persona, 11. q. 1.* & ratio hujus assertionis est, quia si hoc privilegium est de jure divino, nullam habet limita-
4 tionem ex parte clericorum, quia omnes † speciali titulo, de familia Christi sunt, & ad divinum cultum consecrati, & deputati, quia licet inter ipsos clericos sit differentia majoris, vel minoris consecrationis, hoc nō satis est, ut dicamus, quosdam fuisse magis exemptos, ex vi juris divini, quā alios. Si verò hoc privilegium consideretur de jure positivo Ecclesiastico, rectè limitari potest quo ad personas: sed si nō reperiatur facta discretio inter clericos in sacris, vel in minoribus, dummodo in statu clericorum perseverent, idem jus constituendum est. Quæ sententia colligi potest,
5 † *ex c. si diligenti, de foro competenti*, quia cum hoc privilegium non sit personale, neque intuitu personæ concessum, sic non censetur datum intuitu hujus, vel illius ordinis, sed intuitu totius status clericalis, & sic possunt ponderari verba il-
6 lius textus, ibi: * *Toti collegio* † *Ecclesiastico indultum.* * Et cum omnes clerici, sint de illo collegio, ad omnes pertinet, etiam si fuerint primæ tonsuræ, cùm sub generalitate verborum omnes comprehendantur. Ita Ioannes Lupus, *de liber. Ecclesiast. cap. 2.* Covarruvias, *practicarum, c. 31. & 32. & 33.* comprobatur, *in cap. 2. de foro competenti, & cap. 6. sess. 23. Concilij Tridentini.* Nam jura canonica, & civilia, concedunt generaliter immunitatem in criminalibus & civilibus, & faciunt † clericos exemptos, & immu- 7
nes à tributis, & sic ad omnes clericos cujuscunque ordinis, in statu clericali perseverātes, æqualiter applicanda sunt, cum ipsa jura nihil in hac parte inter eos discernant, neque aliquam constituant differentiam; & sic ubi lex, non distinguit, neque nos distinguere debemus, *l. non distinguemus. D. de receptis arbitris. l. in agris, D. de acquirendo rerum dominio.* Quæ conclusio est intelligenda, & declaranda † dummodo in cleri- 8
cali statu, tales clerici perseveraverint, quia licèt omnibus clericis commune sit, ut characterem indelebilem accipiant, illud cum proportione, & quadam imitatione, de prima tonsura accipiendum est, licèt quo ad perseverantiam in statu, & munere clericali, ordinis sacri, secum afferunt majorem stabilitatem, & obligationem, cum illi
† qui in sacris sunt constituti, tenentur præcisè 9
in statu clericali perseverare, *ut in cap. decernimus, dist. 28.* Neque sine crimine apostasiæ, illum possunt deserere, *cap. tua*, ubi glossa, *de apostatis*, clerici autem in minoribus possunt sine apostasia, statum clericalem deponere, & laicè vivere, & negotiis sæcularibus se immiscere, *ut in c. Ioannes, de cleric. cōiugat. & in c. unico, eod. tit. lib. 6.*
Ex qua differentia oritur, ut clerici † in sacris 10
absolutè, & sine aliqua conditione, dicantur ex vi sui ordinis gaudere privilegio clericali, quia talis ordinatio secum trahit perseverantiam, in illo statu: inferiores autem ordines, quia per se non obligat, ad perseverantiam in illo statu, idcirco per se solum, non sufficiunt ad gaudendum privilegio clericali, & sic requiruntur in his clericis in minoribus constitutis, aliæ conditiones, quæ indicent talem personam, durare in statu clericali quæ est potissima ratio, ob quam hoc privilegium conceditur.

Ex quibus venit intelligendus † tex. *in cap. 6.* 11
*& sess. 23. Concilij Trident.* ubi non sufficit clericis in minoribus, ut habeant ordinem, & ætatem nisi habeant beneficium Ecclesiasticum, vel aliam ex qualitatibus alternativè traditis, cujus verba sunt: * *Nullus prima tonsura initiatus, aut in minoribus ordinibus constitutus, ante decimumquartum annum, beneficium possit obtinere, is etiam fori privilegio non gaudeat, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato sui Episcopi, inserviat, vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel universitate delicentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versetur.* * Ex quibus verbis constat mentem Concilij fuisse, ut non gaudeant privilegio clericali, clerici in minoribus constituti, nisi Ecclesiasticis ministeriis actu dicati sint. Et sic voluit † sacra 12
decisio Concilij Tridentini, ut minoribus ordini-

bus

bus aliquid aliud adjungatur, quo ista perseve-
rantia ad divinum cultum indicaretur. Duos au-
tem modos Concilium distinxit, unus est, si cle-
ricus primæ tonsuræ beneficium Ecclesiasticum
habeat, alius est, si tonsuram, & habitum clerica-
lem deferat & ad serviendum alicui Ecclesiæ, vel
alio modo in via ad Ecclesiasticum obsequium,
per Episcopum applicatus, vel cõstitutus sit. Qui
13 duo modi singuli per se sufficiunt, cum † verba
Concilij alternativè procedant, ut sensit. Gutier-
rez, *lib. 1. practicarum, quæstion. 7.* & ita pluries
vidi obtentum, & practicatum, *ut dixi, lib. 4. pra-
cticarum, quæstion. 1. à numer. 579. cum sequen-
tibus.* Et sic ex mente, & verbis Concilij, suffi-
14 cit † quòd clericus minor habeat Ecclesiasti-
cum beneficium, vel capellaniam collativam, ad
hoc ut eo ipso gaudeat privilegio fori, etiamsi cõ-
ditiones, aliàs in clericis minoribus requisitas nõ
observet, quia Concilium in primo membro, so-
lum beneficium, cum ordinibus requirit, quia ra-
tione beneficij censetur esse actu dicatus Eccle-
siastico ministerio, quòd declarat Avendannus, *in
cap. prætorum, 1. par. c. 22. nu. 11.* & Salcedo, *in pra-
ctica ad Bernardum Diaz, c. 62. n. 9.* Gutierrez. *pp.
lib. 1. c. 5.* Covar. *pp. c. 32. per totum,* & alius refero
*ubi suprà.*

Nec suprà dictæ resolutioni, est contraria di-
15 spositio, textus, † *in l. 1. tit. 4. lib. 1. recopilationis,*
ubi omnia simul conjuncta videntur necessaria,
ut clericus in minoribus gaudent fori, privilegio,
ibi: * *Iuntamente con qualquiera destas calidades
truxere habito, y tonsura clerical.* * Quia illa ver-
16 ba sunt adaptanda †, ad secundam partem Con-
cilij, videlicet, ut clericus in minoribus, qui non
habet Ecclesiasticum beneficium habeat tonsu-
ram, & habitum clericalem. Si verò obtineat be-
neficium Ecclesiasticum tunc illud sufficit, etiam
si non habeat reliquas qualitates: cùm illæ non
17 sint necessariæ in clerico beneficiato, † quia ra-
tione beneficij est Ecclesiastico ministerio dedi-
catus, & per consequens gaudet fori privilegio, &
licèt possit à suo judice puniri, si talis clericus be-
neficiatus non habeat tonsuram, & habitum cle-
ricalem, non tamen privatur ex hac ratione pri-
vilegio fori, neq; contrarium disponit, nec potuit
18 disponere † lex Regni, contra decretum Con-
cilij Tridentini, imò in omnibus sequitur illius
vestigia ibi: * *Ordenamos, y mandamos, que aquel-
lo se cumpla y guarde, de manera que actual, y real-
mente concurran en los tales clerigos las dichas ca-
lidadas, y no se haga fraude a cerca dellas à lo di-
spuesto por el santo Concilio.* * Et ibi: * *Y en lo quo
toca al habito, y tonsura que hã de traer los cleri-
gos de menores ordenes, conformandonos con la
Bulla que a nuestra suplicacion concedio nuestro
muy santo padre el Papa Pio, I I I I.* * Et sic loquitur,
lex de clericis, respectu tonsuræ, & habitus, non
verò de clericis beneficiatis in quibus non loqui-
tur Concilium, neque in eis requiruntur dictæ
qualitates, quod apertè probat, *lex. 2. tit. 4. eod. li-
19 bro,* † ibi: * *Salvo los que actualmente tuvieren
beneficio Ecclesiastico.* * Et sic constituit differen-
tiam, inter clericos primæ tonsuræ, & clericos ha-
bentes beneficium Ecclesiasticum. Quòd est no-
tandum in his articulis per viam violentiæ, quia
sæpè de facto contingit. Si verò † clericus sit 20
clericus sit conjugatus, servanda est dispositio
Concilij, *in dict. c. 6. ses. 23. & c. 1. de clericis conju-
gatis,* & quòd traditur, *in d. Bulla Papæ Pij, IIII.*
de qua fit mentio, *in d. l. 1. tit. 4. lib. 1. recopil.* &
ego dixi, *lib. 2. practic. q. 593. & in 2. part. huius li-
bri, q. 79.* Si verò non agatur, † de privilegio fo- 21
ri in criminalibus, sed de privilegio exemptionis
in civilibus: * *En quãto pechos, y alcavalas.* * Ser-
vanda est dicta *lex, 2. tit. 4. lib. 1. recop.* quia in hoc
casu nihil est dispositum † per Concilium Tri- 22
dentinum, quia cum ille clericus sit subditus Re-
gibus cum non observet requisita Concilij Tri-
dentini, non potest dici exemptus à tributis, nisi
sit jurisdictioni Ecclesiasticæ subjectus, & sic cum
clerici in minoribus non gaudeant privilegio fo-
ri, ex defectu dictarum conditionum, consequẽ-
ter non gaudent immunitate à tributis, neque
gabellis. Vndè cùm isti clerici † in minoribus, 23
non gaudeant privilegio fori; ergo subduntur
legibus civilibus, non solùm quò ad vim directi-
vam, sed etiam quò ad coactivam, & per conse-
quens, non est contra libertatem Ecclesiasticam,
ut subjaceant legibus tributorum, aliàs si sola pri-
ma tonsura, sine alia processione clericatus, fie-
rent homines à tributis immunes, multi tonsu-
rarentur solùm, ut à tributis eximerentur, abs-
que intentione status Ecclesiastici, ut benè ad-
vertit, Suarez, *libro, 4. de immunitate Ecclesiasti-
ca, capitul. 27. num. 14. 15. & 16.* Vbi sic interpre-
tatur *legem, 2. titul. 4. libro, 1. recopilationis.* Et sic
defendit ejus decisionem. Et verùm habeat lo-
cum illius decisio † in clerico habente pensio- 24
nem, tradit Lasarte, *de alcavalas, cap. 19. à num.
24.* & latius dicemus, *in 2. par. huius operis in quæ-
stio. 54.* Dubitari tamen sæpè solet, utrùm co-
gnitio clericatus, vel habitus, pertineat ad judicẽ
Ecclesiasticum, vel sæcularem; & pro judice Ec-
clesiastico, † facit, *text. capitalis, in cap. si iudex* 25
*laicus, de sententia excommun. lib. 6.* † ubi cleri- 26
cus captus, à judice sæculari, si opponat exceptio-
nem clericatus, debet de illa cognoscere Ecclesia-
sticus judex, servata forma, & decisione illius tex-
tus, quia hæc cognitio † non est mixti fori, ut de- 27
claravit Rota, *in novis, decisione, 3. tit. de sententia
excommunicationis,* poterit tamen judex laicus,
† qui prævenit per capturam personæ, adhibere 28
qualem qualem cognitionem de clericatu, ad i-
psius instructionem, ut tradit Baldus, *in l. si qua
per calumniam, codice de Episcopis, & clericis,* Ar-
chidiaconus, *in capitul. frequenter, distinction. 54.*
Belluga, *in speculo Principum, rubrica, 11. §. videa-
mus numer. 4.* Grammaticus, *decisione, 81.* Franci-
scus Marcus, *decisione, 189. & 239.* Capicius, *deci-
sione, 161.* Si verò † titulus ordinis fuerit de-
perditus, potest per testes comprobari, ut tradit 29
glossa, *verbo, fecerit, in fin. in dict. capit. si iudex
laicus,* & Guido Papæ, *decisione, 474.* Covarru-
vias, *practicar. quæstion. capit. 33. numer. 3.* & suffi-
ciet, † quòd ille clericus ante delictum, fuisset 30
in possessione clericatus, licèt alio modo non
probetur, ut tradit Rota, *decisione, 8. in antiquis,
de causa possess. & prop.* & sic potest intelligi, † 31

*capit. tua, de clericis peregrinantibus*, ubi dicitur, quòd clericatus debet probari per literas, aut per testes, quæ omnia supplet possessio clericatus, ut *in dict. capit. si iudex laicus*, clarè comprobatur, maximè si non agatur de præjudicio ter-
32 tij. Et ratio est, quia † cum agatur de re Ecclesiastica, & spirituali, solum Ecclesiasticus cognoscit, *ut in capitul. decernimus, & in capitul. quanto, de iudiciis*, & Covarruvias, *dict. cap. 33. num. 9.*
33 nisi † ex privilegio Pontificis, reipublicæ temporales, aliud habeant dispositum, quòd servandum erit, ut tradit Marta, *de iurisdictione, 2. part.*
34 *capit. 31. numer. 11. & 16.* Si verò † vertatur dubium, de jurisdictione, tunc judex Ecclesiasticus propter majorem authoritatem, debet jurisdictionis quæstionem diffinire, ut docet Felinus, *in cap. pastoralis, num. 4.* ubi, Decius, *de rescript.* & Covar. *d. c. 33. num. 1.* in quo judex sæcularis debet citari, *ut in dicto, cap. si iudex laicus*, & tradit Bosius, *in tit. de iure competenti, num. 155.* & quod ista controversia habitus clericatus, debeat per judicem Ecclesiasticum tractari, & terminari, tradit Geminianus, *in c. fin. de clericis coniug. lib. 6.* Cæpolla, *cons. 11. num. 30.* Roland. *cons. 4. num. 33. volum. 1.*

35 Sed non deficiunt Doctores qui dicunt hanc cognitionem † esse mixti fori, & sic posse diffiniri, quod aut delinquens, qui erat clericus tempore delicti, & capturæ personæ, non incedebat in habitu, & sic ut laicus fuit captus à judice sæculari, tunc ipse debet hunc articulum diffinire, cùm habeat de jure fundatam suam intentionē,
36 quia in dubio quilibet † præsumitur laicus, ut tradit, Decius, *cons. 152. num. 6.* & qui dicit se clericum, cum se fundet in certa qualitate, debet illam probare, ut tradit Innocentius, *in cap. super his, de accusation.* Bonifac. *cons. 50.* ubi dicit quòd
37 potest † judex laicus recipere testes, Campegius, *in tractatu de testibus, regul. 417. limit. 6.* aut
38 clericus fuit repertus in habitu clericali, † & opponitur illi per curiam sæcularem, non esse clericum, tunc cum ipse reperiatur in possessione clericatus, debet remitti ad judicem Ecclesiasticum, coram quo debet causa agitari, *ut in dict. cap. si iudex laicus*, qui benè omnes casus comprehendit, & decidit. Et prosper Farinacius, *quæst. 8. tit. de Inquisitione, numer. 36.* ubi dicit, quòd debet cautio præstari de remittendo ad judicem sæcularem, si probetur, & terminetur non esse
39 clericum. Si verò † controversia fuerit super probatione habitus clericalis, an habitus, in quo fuit repertus, sit clerico conveniens, tunc de illo habitu, debet cognoscere laicus, secundum Guidon. Papæ, *decis. 138. & in cons. 110. num. 2.* & novissimè post hæc scripta Stephanus Gracianus, *discept. forens. 2. part. cap. 190. numer. 13.* Ripa, *in c. decernimus, numer. 4. de iudiciis*, Iulius Clarus, *receptarum sententiarum quæst. 36. vers. dixi, in fin.* Mascardus, *de probationi. conclus. 689.* Farinacius, *ubi sup. quæst. 18. num. 34.* Rota, *decisi. 3. de sententia excommunicationis in novis*, Sed etiam in hoc casu alij tenent contrarium, imò quod cognitio pertineat ad judicem Ecclesiasticum, ut tradit Geminianus, *ubi suprà, dict. cap. fin. in fin. de clericis coniug. lib. 6.* Cæpolla, *cons. 11. numer. 30.* quæ sententia verior mihi videtur, ad obviandas fraudes, quia sæpè negaretur, quòd vestis non est clericalis, & sic illuderetur jurisdictio Ecclesiastica, quæ omnia sunt notanda in his cognitionibus per viam violentiæ. Et post hæc scripta idem tenet, Zened. *quæ. 40. num. 32.* & Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib. 3. c. 15. ex numer. 55.* Mascard. *concl. 689. num. 3.* Azeved. *in l. 1. tit. 6. lib. 8. recop.* Decian. *cons. 82. vol. 2. n. 8.*

## SUMMARIUM.

1 *Regimen omne, inventum, & creatum fuit, ob commune bonum.*
2 *Intentio originalis creationis Imperii fuit bonum & utilitas reipublicæ.*
3 *Imperator, est procurator subditorum, non dominus proprietatis Imperii.*
4 *Princeps utilitatem subditorum propriæ anteponere debet.*
5 *Deus constituit Reges, ut rectè gubernarent.*
6 *Finis recti regiminis, est unumquemque in suo iure conservare.*
7 *Rex bonus, debet in suo Regno non proprium, sed commune bonum attendere.*
8 *Principes sunt constituti, ad hoc, ut bonum procurent subditorum.*
9 *Potestas constituitur in republica, ut homines provocentur, ad bonum, & arceantur à malo.*
10 *Imperator vocatur pater reipublicæ.*
11 *Imperator vocatur maritus reipublicæ.*
12 *Rex in quo differt, à tyranno.*
13 *Regia potestas, quæ dicatur.*
14 *Reges constituti sunt, ut injurias propulsent, contra potentes.*
15 *Princeps, debet ornare, rempublicam, tanquam tutor illius.*
16 *Princeps est custos, & conservator reipublicæ.*
17 *Rex bonus, & sapiens qualiter debeat gubernare.*
18 *Princeps vocatur conservator, & auxiliator reipublicæ.*
19 *Ciceronis dictum refertur circa regimen reipublicæ.*
20 *Iustitia metienda vera religione, & communi utilitate.*
21 *Rex nullo modo dicendus est, qui res alterius quærit.*
22 *Princeps fuit creatus ad tollenda iniusta facta.*
23 *Regem oportet prodesse, & non obesse.*
24 *Respublica non est Regis, sed Rex est reipublicæ.*
25 *Aenei Silvij sententia refertur.*
26 *Rex in operibus suis debet intendere, bonum gentis.*
27 *Epaminondæ Imperatoris dictum refertur.*
28 *Dionis dictum, de regimine Principis refertur.*
29 *Princeps debet suos cives amare.*
30 *Virgilij versus, adducuntur.*
31 *Regis nomen, non est dignitatis, sed officii.*
32 *Senecæ verba referuntur.*
33 *Magistratus servit reipublicæ.*

34 *Princeps vocatur tutor reipublicæ.*
35 *Principi est data tutela populi non servitus.*
36 *Rex dicitur protector populi.*
37 Cap. 20. sess. 25. Concilij Tridentini *ponderatur: ubi Reges sunt protectores Ecclesiarum* & 38. 69. & fin.
39 *Rex dicitur pater Reipublicæ.*
40 *Potestas patris est temperatissima.*
41 *Princeps, nihil differt à bono patre.*
42 *Deus est Rex regum, & dominus dominantium.*
43 *Verba Claudiani referuntur.*
44 *Verba, Horatij referuntur, & Virgilii.*
45 *Verba, & doctrina sanctorum patrum referuntur.*
46 *Rex dat vitam pro suis civibus.*
47 *Rex pro communi utilitate non recusat supplicium.*
48 *Regnandum est sine violentia, & oppressione.*
49 *Imperium concessum est pro pace.*
50 *Victoriæ, verba, referuntur.*
51 *S. Thomæ, verba, referuntur.*
52 *Regnum ex hominibus constituitur, sicut domus ex parietibus.*
53 *Potentia naturales, de sua natura constituta sunt, ut tueantur bonum totius suppositi.*
54 Lex, 26. tit. 14. p. 2. *ponderatur.*
55 Lex, 1. in fin. tit. 1. p. 2. *ponderatur.*
56 *Reges sunt Vicarii Dei, & sic tenentur eius vices gerere.*
57 *Rex caput reipublicæ.*
58 Lex, 2. tit. 10. p. 2. *ponderatur.*
59 Lex, fin. tit. 10. p. 2. *ponderatur.*
60 Lex, 13. tit. 13. p. 2. *ponderatur.*
61 Lex, 2. tit. 1. p. 2. *ponderatur*: Para los Reyes que qui tam fuercas, y violencias.
62 *Principis simulacrum refertur.*
63 *Princeps depingitur cum oculo in corpore.*
64 *Iustitia, finis legis est.*
65 *Rex noster Philippus tertius laudatur.*
66 *Rex noster defendit ab omni oppressione Ecclesiasticos, & seculares.*
67 *Ecclesiastici sunt subditi Regi, in ordine ad defensionem.*
68 *Regis officium est vim tollere.*
69 *Princeps potest adesse Concilio Oecumenico, & etiam armis potest defendere subditos, & rebelles, ubi reperies plura concilia, id probantia.*
70 La paz de la republica se turbàra, si faltàra en ella este conocimiento por via de fuerca.
71 Cap. dilecto filio, 6. de sententia excommunicationis, lib. 6. *ponderatur.*

## CAP. IX.

### *De officio Principis, qui non recognoscit superiorem in temporabilibus circa subditos cives, & qualiter eos defendere teneatur.*

1 OMne regimen, † omnisque Principatus, inventus, & creatus, & receptus fuit, ob cômune bonum, publicamq; subditorum utilitatē,
ut tradit Bart. *in tractatu de regimine civitatis nu.*
27. Baldus, *in l. 2. §. novissimè, D. de origine iuris, &*
*in cons. 333. nu. 1. lib. 1.* ubi dicit, quod originalis in-
tentio † creationis Imperij fuit bonum, & uti- 2
litatis reipublicæ, & subditorum, non verò priva-
tæ, & sic dixit, *in cons. 327. nu. 7. lib. 1.* quòd Impe-
rator, † est procurator maximus, subditorum; 3
non tamen est dominus proprietatis Imperij, sed
potius officialis, & est industria ejus electa, &
quòd Principatus, sicut justitia ad aliud est, ut tra-
dit, Albericus, *in l. Princeps legibus, nu. 8. D. de le-*
*gibus, & in l. decernimus, C. de sacrosanctis Eccles.*
*& in l. digna vox, à num. 1. C. de legibus*, ubi dicit,
quòd Princeps † utilitatem subditorum propriæ 4
anteponere debet, & Alfonsus Guerrerius, in
*Thesauro Christianæ Religionis, cap. 54. num. 1.*
*vers. Item notate*, ubi dicit, quod Regnum, non
est propter Regem, sed Rex est propter Regnum
quia Deus † constituit Reges, ut rectè guber- 5
narent, & unumquenq; in suo jure conservarent
quòd est finis, † recti regiminis, idem tradit 6
Natta, *cons. 179. n. 13. lib. 1.* in hæc verba: * *Est ergo*
*Principatus propter populum, non populus propter*
*Principatum.* * Quia bonus Rex, † seu Impe- 7
rator, seu Monarcha, debet in suo Imperio, non
proprium principaliter, sed commune bonum
intendere, Greg. *in l. 9. tit. 1. part. 2. verb. Aristote-*
*les*, quia finis cujuslibet dominij est, ut homines
benè beatèque vivant, fruanturq; libertate, tran-
quillitate, pace, ac amicabilitate, *ut in c. dilecto fi-*
*lio, de sentent. excomm. lib. 6.* & tradit, Socin. *cons.*
*279. in fin. lib. 2.* & dicit Grammaticus, *voto, 32.*
*nu. 16.* quòd Principes, † sunt constituti ad hoc, 8
quòd bonum procurent subditis, & quod si ali-
ter faciant, abutuntur Principatu, quia potestas
† constituitur in republica, ut homines provo- 9
centur ad bonum, & arceantur à malo, & ob hanc
causam, Iustinianus Imperator, vocat se † pa- 10
trem, *in authen. neque virum, §. fin. col. 8. lex, si quis*
*filium, C. de in officios. testamen.* Lucas de Penna,
*in l. quicunque, C. de omni agro deserto, lib. 11.* ubi
appellat † Principem maritum reipublicæ, & 11
sic tenetur eã defendere, & sequitur Chassaneus,
*cons. 60. nu. 8. & in catalogo, gloriæ mundi, 5. part.*
*considerat. 14.* ubi Principem appellat patrem 12
communem, & sic † Rex differt à tyranno, quia
unus tendit ad bonum, & commodum publicũ,
alter ad privatum, Bart. *in tractatu de tyrannide,*
*nu. 44.* Sanctus Thom, *1. part. q. 96. art. 4.* Cajeta-
nus, *in sua summa, vers. Tyrannis.* Unde Aristote-
les, *in 3. politicorum, cap. 5.* inquit, quòd domina-
tus † unius utilitati omnium consulens, Regia 13
vocatur potestas, & *in c. 6.* dicit, quod finis mens-
que regentis est, ut quam optimè, quàm felicissi-
mè cives vivant, & *in cap. 5. & 10.* Regia potestas
† eò comparata est, ut in populo bonum sit 14
præsidium, & Reges constituti sunt, ut inopum
multitudinem, contra locupletum injurias tue-
antur, & *in cap. 11.* de Rege, verba faciens, consti-
tuere † rempublicam, & ornare debet, tan- 15
quam tutor, & non tyrannus, & *in lib. 5. ethico-*
*rum, cap. 6.* dicit: * † *Est autem custos, conserva-* 16
*torq; iuris Princeps.* * Et Plato, *lib. 1. de republica,*
refert † in proposito, verba, sequentia. * *Rex bo-* 17

*nus,& sapiens gubernabit semper, ita ad salutem*
*respiciens,ut ad nautarum navisq; salutem respicit*
*gubernator.** Et ibi: * *Quidquid prudentes Prin-*
*cipes agunt,nunquam delinquunt, quandiu hoc po-*
*tissimum servant,ut mente,& arte,quod utilissimũ*
*est civibus,inducentes tueri eos valeant,melioresq;*
*quoad eius fieri potest efficere.* Et in *lib.5. de republi-*
18 *ca* nuncupat † Principes servatores, auxiliato-
resque:& Marcus Tullius Cicero *officiorum*,1.ita
19 dicit, †* *Omnino,qui reipublicæ præsunt,duo Pla-*
*tonis præcepta teneant:unum, ut utilitatẽ civium, sic*
*tueantur,ut quidquid agunt,ad eam referãt obliti*
*cõmodorum suorum:alterum , ut totum reipublicæ*
*corpus curẽt,ne cum partem alteram tueantur, ali-*
*quas deserant,ut enim tutela, sic procuratio reipu-*
*blicæ,ad utilitatem eorũ,quibus commissa est,gerẽ-*
20 *da est.** Et revera † justitiam Principatus,nõ ali-
unde metimur,quam à vera religione,& cõmuni
utilitate,&sic est optimus finis,propter quẽ Prin-
cipatus est institutus,ut docet,Socrates,*apud Pla-*
*tonem,li.1.& 2.de republica*,& Xenophon. *in vita*
21 *Cyri,lib.6.& mortalium,lib.* 3.sic inquit. † * *Rex*
*nullo modo dicendus est,qui res alterius quærit,atq;*
*desiderat verum qui civitates , & homines felices*
*reddit.** Et Socrates,*lib.*3.ibi:* *Rex eligitur,ut nõ*
*se molliter curet,sed ut per ipsum ij,qui eligerũt be-*
*nè,beate,quæ agant.** Et Cicero.2.*de officiis*,dicit;
*fruendæ iustitiæ causa, repertes olim benè moratos*
*Reges esse constitutos,& in 5. de republica.*

22 *Hac † una Reges olim sunt fine creati.*
*Dicere jus populis iniustaq; tollere facta.*

Et sic proprium Regum officium est vim sub-
ditorum tollere, ut pater reipublicæ, & sic dice-
23 bat Seneca,oportet † Regem prodesse,non ob-
esse, quia non servitus illi traditur, sed tutela, &
24 defensio subditorum:quia respublica † non est
Regis, sed Rex est reipublicæ, cum creatus sit ab
ea,ut tradit Æneas Silvius, *in lib. de ortu,& autho-*
25 *ritate Imperij Romani,cap.2.* † ibi: * *Regum cõ-*
*stituendorum causam publicam dedit utilitas,*
*cavere debet ne sine ratione aliquid agat,ne ad tuã*
*voluntatem , potius quam ad subditorum utilita-*
*tem regas Imperium:ne ex Rege fias tyrannus: cum*
*quo nulla societas, nullum commercium, sed potius*
*summa destructio.** Et confirmatur, hæc senten-
tia ex traditis per Exidium Romanum *de regimi-*
26 *ne Principis,lib.1. cap.8.in tertio præsog.* * *Rex* †
*in operibus suis debet intendere bonum gentis, &*
*commune,quòd est diviniùs quam singulare.* * Et
27 Plutarchus,refert Epaminond. † Thebanorum
Imperatorem exeuntem ad pugnam,& oranti u-
xori,ut se ipsum servaret,respondisse: * *Alius hoc*
*consulendum est,Principi autem, ut cives servet.**
Et sic dicebat Trajanus Imperator,ut refert Dion
28 † in vita sua: * *Hoc ense,si iustè imperavero , pro*
*me,sin minùs in me utare.* * Ad cujus exemplum
29 optimus Princeps suos homines † amare,& de-
fendere debet,& in adversis adjuvare, & de eorũ
salute curam habere,&ab injuriis liberare,ut tra-
30 dit Virgilius, † *in 6. Aeneid.*

*Tu regere Imperio populos Romane memento.*
*Hæc tibi erunt artes pacisq; imponere morem.*
*Parcere subiectis, & debellare superbos.*

Regis † enim nomen, non dignitatis solum, 31
sed officij quoque est:& sic Seneca.*in libro de con-*
*solatione ad Polibium*,dicit: † * *Magna servitus* 32
*est,ex magna fortuna:cogita Cæsarem,vide, quan-*
*tam ante indulgentiæ fidem, quantam industriam*
*debeas: intelliges, non tibi magis incurvari licere,*
*quam illi,cuius humeris mundus immittitur,Cæsari*
*quoq; ipsi,cui omnia licent,propter hoc ipsum mul-*
*ta non licent,omnium domos illius vigilia defendit,*
*omnium ocium ipsius labor,omnium delicias, illius*
*industria,omnium vacationem,illius occupatio, ex*
*quo se Cæsar, orbi terrarum dedicavit, sibi eripuit,*
*quo die primum Rex fuisti,tibi moriens alii vivere*
*incepisti.** Et hic dixit Cardinalis Belarminus, *in*
*primo libro,de summo Pontifice,cap.7.** *Magistra-*
*tus* † *servit res publicæ,& Rex populo, & pater fi-* 33
*liis,& Magister discipulis.* * Qua propter Princi-
pes † reipublicæ tutores rectè nuncupantur, ut 34
dicit,Plinius secundus. *lib.10. epistolarum*,& Se-
neca,*de clementia,ad Neronem,lib.1.c.4.*ubi dicit,
Principes, & Reges, tutores status publici sunt,
& quòd illis † non est tradita servitus, sed tutela: 35
& Deus Principibus, & Regibus nomen compo-
suit protectorum, † ut habetur,*Ose.3.* ibi: * *Di-* 36
*lexerunt afferre ignominiam protectores eius.** I-
dem traditur, † *in c. 20. Concilii Trident. de re-* 37
*format.sess.25.*ubi Imperatores,& Reges, & Prin-
cipes † vocantur protectores Ecclesiarum, ut 38
ego dixi, *in hoc tractatu de cognitione, per viam*
*violentiæ,in lectura n.195.*& dicam,*in n.69. & fin.*
ubi refero,verba,Concilij. Quinimò † Rex, ju- 39
re optimo pater reipublicæ dicitur,cætera autem
cognomina , honori data sunt, & ideò patrem
Principem,& Regem vocamus, ut sciat datam si-
bi esse potestatem paternam,quæ † est tempera-
tissima liberis consulens, & Xenophon. *in vita* 40
*Cyri. lib.6.in princ.* dicit, quòd † Princeps nihil 41
differt à bono patre; Nam sicut Deus, † qui 42
est Rex Regum,& dominus dominantium, non
regit mundum propter se ipsum, sed propter no-
stram salutem , & Christus faciens officium lu-
cernæ,quæ ut luceat omnibus, ipsa extinguitur:
sic ad officium Principis spectat, ad bonum sub-
ditorum principaliter intendere, qui enim pro-
priam utilitatem populi præferunt, non boni
Principes,sed tyranni habentur,& sic cecinit bel-
lissimè Claudianus, † ad Honorium Impera-
torem. Claudian. 43

*Tu civem patremq; geras,tu consule cunctis.*
*Non tibi,nec tua te moveant,sed publica vota.*

Et Horatius. Ad Augustum Cæsarem,*lib.1.* 44
*carm. od.2.*

Et Od.12.

*Sic ames diei pater,atq; Princeps,*
*Gentis humanæ pater,atq; custos.*

Et Virgilius,9. Æneid:

**Fortunati ambo , si quid mea carmina pos-*
*sunt.**
* *Nulla dies unquam memori vos eximet*
*avo.**
* *Dum domus Aeneæ Capitoli immobile sa-*
*xum* *
* *Accolet , Imperiumq; pater Romanus ha-*
*bebit.* *

Et hanc

45 Et hanc nostram opinionem, † & veritatem, non solum confirmant, testimonia, & sententiæ antiquorum Philosophorum, sed & sancti patres, atq; Theologi, ut videre poteris apud Augustinũ, *in sermon. 1. de Parasce.* ubi dixit: * *Opus enim*
46 *Regis est*, † *vitam suam pro his quibus regnat opponere*, & D. Chrysostomus, *in homilia de cruce.* * *Imperatorum est* (inquiens) *pro omnibus mori,*
47 *& Regis optimi* † *pro communi utilitate nunquã recusare supplicium.* Et D. Bernhardus, *de consideratione, ad Eugenium, lib. 3.* ubi refert pulchra, & singularia verba, & Dionysius Areopagita, *in lib.*
48 *cœlestis Hierarchiæ, c.* 8. ibi: * *Non enim* † *ad insolentiam violentiam, aut oppreßionem exercet cœlestis illa spirituum potestas vires suas, sicut tyranni facere solent, opprimentes subiectos sibi.* * Et sanctus Thomas, *de regimine Principis, lib. 3. cap. 5.*
49 * *Consonum* inquit, *videtur naturæ, ut* † *Imperiũ concessum sit pro pace, ac iustitia conservanda, iurgiis ac discordiis resecãdis, item ad hoc videtur provisum, ut mali puniantur, & boni promoveantur, & hoc est officiũ dominorum.* * Et *in opusculo ad Ducissam Brabantiæ. Principes terrarum sunt à Deo instituti, non quidem, ut propria lucra quærant, sed publicam populi utilitatem procurent.* * Vnde Frã-
50 ciscus à Victoria, † *in relectione, 4. de potestate Papæ, & Concilij in 17. oppositione*, refert hæc verba. * *Potestas Principum est à Republica, quæ non dedit ei potestatem, ad gravandos subditos, sed ad conservandos.* * Idemq; repetit *in relectione, 6. de iure belli, in 3. præpos.* & D. Thomas, *in d. lib. 3. c. 15.*
51 ibi: † * *Concluditur autem ex hoc, quod qualibet res quanto ordinatur ad excellentiorem finem, tanto plus participat de actione divina, huiusmodi autem est Regnum cuiuscunq; conditionis, quia cum intendat nobilißimum finem in ipso divina præintelligitur actio, & huic virtuti dominorum subijcitur regimen.* * Et *in 1. part. q. 96. art. 4. & in c. 4. &*
52 11. ibi: * *Amplius autem* † *Regnum ex hominibus constituitur sicut domus ex parietibus, & corpus humanum ex membris, finis ergo Regis est, ut regimen prosperetur, ut homines conserventur per Regem.* * Et est *lex, 2. tit. 1. par. 2.* ibi: * *E a el pertenece segun derecho, el otorgamiento que le fizieron las gentes antiguamente, de gouernar y mantener el Imperio en su paz.* * Et ob hanc causam, dixit, Medina, *t. 2.*
53 D. Thom. *q. 90. art. 2.* * *Quòd* † *sicut potentiæ naturales, de sua natura constitutæ sunt, ut tueantur bonum totius suppositi, sic potestas publica, ut bonum commune procuret, & detrimentum reipublicæ caveat.* * Idem habemus Hispani dispositũ,
54 de jure Regio, † *in l. 26. t. 14. p. 2. & in proœmio, partita, 2.* ibi: * *E ansi puso Dios en la tierra a los Reyes y Emperadores, porque de otra fuerte se turbaria la paz de la republica.* * Y la ley *1. in fin. ti. 1. part. 2. & in l. 5. eod. tit.* le llamã al Principe, *Vicario de Dios*, ibi: * *Vicarios de Dios son los Reyes cada uno en su Reyno, quanto a lo temporal.* * Et cum sit
56 Vicarius, † tenetur illius vices gerere, aliàs Principis naturam, & nomẽ amittit, qui aliud ageret, quam Deus in terris, ut tradit Menchaca, *libr. 1. controversiarum illustrium c. 1. n. 10. & in l. 26. t. 13.*
57 *part. 2.* vocatur Rex † caput reipublicæ. Y por
58 esta causa dixo la ley, *2. t. 10. p. 2.* † * *Que pues el Principe es cabeça de todos, que se deue de doler del mal, que reciben, aßi como de sus miembros.* * Idem est dispositum, *in l. fin. tit. 10. part. 2.* † *& lex, 26.* 59
*tit. 14. part. 2.* ibi: * *El Rey es cabeça, y vida, y mantenimiento de los vassallos, y el que no siruiesse a su Rey quitaria a Dios su Vicario, y al Reyno su cabeça, y al pueblo su vida, y de aqui nace, que al Rey le toca, el quitar las fuerças, y violencias de su Reyno.* * Vt & *in l. 13. tit. 13. par. 2.* † ibi: * *El* 60
*Rey està puesto para mantener iusticia, y verdad, y dar a cada uno su derecho, segun su merecimiento, è para defender a sus vaßallos, que no reciban mal, ni fuerça.* * Vbi Greg. *verb. fuerça.* fundat jus nostrum tollendi vim in causis Ecclesiasticis. ultra Covarru. *cap. 35. num. 3.* Molinam, *de iustitia & iure, 1. tom. disputatione. 31. vers. secunda conclusio*, idemque est dispositum, *in l. 2. titul. 1. part. 2.*
† ibi: * *Como quier que sea sennor de todos los* 61
*del Imperio, para ampararlos de fuerça, è mantener los en iusticia.*

Vltimo loco † accedat pro conclusionis con- 62
firmatione, Principis simulacrum, quòd Ægyptij, ita repræsentabant, ut oculum pingerent, cum sceptro indicantes, quòd oculus † in cor- 63
pore, id verus Princeps esset in republica, quod Sol in cœlo; Sol, oculus mundi: Princeps, oculus multitudinis: quod animus in homine, id Princeps in civitate, animus sapit, corpus temperat: denique Dei moderantis universa, salutaris Princeps vivam imaginem refert, ut diximus, *lib. 4. communis, q. fin. à num. 400.* * Vnde Plutarchus, *in libello ad Principem ineruditum: iustitia finis* † *legis est, lex autem officium Principis, at* 64
*Princeps imago Dei est omnia rectè, constituentis, & disponentis.* * Pro ut hodie contingit † re- 65
gnante nostro Monarcha Philippo tertio Hispaniarum Rege, in quo omnes Principum virtutes florescunt. Cum sit alter Rex David † hoc no- 66
stro sæculo divinitùs datus, qui non solum cives sæculares suæ reipublicæ, defendit, ab omni oppressione sed personas Ecclesiasticas, † quæ in 67
ordine ad tuitionem, & defensionem, sunt illi subditæ, ut tradit Alvarus Valascus, *consultatione, 100. & est bonus, tex. in l. si quis in hoc genus §. si que, C. de sacrosanctis Ecclesijs*, ibi: * *Sitq; cunctis laudabile factas sacerdotibus, aut ministris iniurias, veluti crimen publicum prosequi.* * Et cum
† Regum proprium officium sit vim tollere, ni- 68
mirum si ad eum, & suos integerrimos senatores, pertineat, per viam violentiæ cognoscere, servato legitimo modo cognitionis, prout in nostra lege Regni disponitur, quæ nihil deviat à tramite juris, & rationis, ut sæpè demonstratum est: ex *c. dilecto filio, de sent. excom. lib. 6.*

Et ob hanc rationem † resolvit eleganter An- 69
tonius Cuchus, *lib. 2. inst. maiorum, tit. 3. de Concilio Oecumenico, n. 36.* quod Principes possunt per se, & suos legatos, interesse in d. Concilio, propter quietem, & tranquillitatem, ne respublica turbetur: cujus verba. Quia pulchra sunt, & manifestat hanc Regum protectionem, referre libuit, ibi: * *Eruntq; hæ Principum sæcularium partes præcipuæ, ut Concilii quietem & tranquillitatem authoritate, ac si opus fuerit armis tueantur,*

Principis simulacrum.

Los Principes se hallan e los Concilios, y se juntan por su mandado.

*foveant, & tegant, turbatores longe summoveant, cū si pax & disciplina Ecclesiæ solvatur, ille à Principibus rationem sit exacturus, qui eorum potestati, suam Ecclesiam commendavit.*

Concilia Hispaniæ, Regum nostrorum iussu coacta, vel eorum præsentia nobilitata, probant ipsa Concilia. Sic Bracarensis Synodus prima, æra 548. anno, 3. Ariamiri, qui & Theodomirus Suevorum, Regis, die Kal. Maij; cujus hæc verba liminaria. * *cum Gallicia provinciæ Episcopi Lucretius, Andreas, Martinus, Cotius Ildericus, Lucentius, Timotheus, Maliosus, ex præcepto præfati gloriosissimè Ariamiri Regis, in Metropolitana ejusdem provinciæ Bracarensis Ecclesiæ convenissent, considentibus simul Episcopis, &c.* * Sic Concilium apud Lucum à Teodomiro (sic illius inscriptio habet) Principe habitum, æra, 607. * *Tempore Suevorum sub æra, 607. die Kalend. Ian. Theodomirus Princeps idem Suevorum Concilium in civitate Luco fieri præcepit ad confirmandam fidem Chatolicā, vel pro diversis Ecclesiæ causis.* * Qui quidem Rex epistola ad Episcopos ibi congregatos quicquid vellet demonstravit. Sic Synodus Bracarensis secunda, currente, æra, 610. anno secundo Regis Mironis, qui & Theodomirus cognomento Mirus, seu miro. * *Præcepto præfati Regis.* * convenisse Episcopus initio testatur Sic Concilio Lucensi, æra, 610. * *His itaque terminationibus, seu definitionibus à me Nigitio nutu Dei Lucensis Sedis Episcopo diligentissime exquisitis, &c. in præsentia ipsius Regis, & omnium Chatolicorum Magnatium totius Gallæciæ.* * Et Toletana tertia, qua in Hispania hæresis Arriana cōdemnata est tempore Recaredi. * *Cum pro fidei suæ sinceritate idem gloriosissimus Princeps omnis Regiminis sui, Pontifices in unum cōvenire mandasset.* * Huic Synodo adfuisse eundem Principem, ipsius ad illū colloquium satis religiosum ostendit, nam. * *Sanctissimus idem Princeps, sic venerandum Concilium alloquitur, &c.* * Et postea. * *Post confessionem igitur, & subscriptionē omnium Episcoporum, &c.* Recaredus Rex pro reparandis simul, & confirmandis disciplinæ Ecclesiasticæ moribus, *Dei sacerdotes taliter affatus est, dicens, &c.* * Deinde subscribit. * *Flavius Recaredus* Rex *hanc deliberationem, quam cum sanctā definivimus Synodo, cōfirmans subscripsi.* * Sic Concilium Cæsar augustanum secundum. * *Ex permisso gloriosi atq; sanctissimi Principis, Recaredi Regis, &c.* * Ab hoc tertius Gundemarus Episcopis à se coactis scribit, ut ex ipsius decreto constat, cui in hunc modum subscribit. * *Flavius Gundemarus Rex hujus edicti constitutionē pro confirmatione honoris sanctæ Ecclesiæ Toletanæ propria manu subscripsi.* * Sic Toletanum Cōcilium quartum. * *Studio amoris Christi ac diligentia religiosissimi Sisenandi.* * Episcopi in uno convenerunt, æra, 671. cui ipse adfuit, verba sunt Concilij. * *Gratias agimus post fidem ante fato ministro ejus* (Dei) *Excellentissimo Regi: hic quippe dū in Basilica B. & S. confessoris Leocadiæ omniū nostrorum pariter iam cætus adesset, tali pro merito fidei suæ magnificentissimus viris ingressus, &c. Religiosa prosecutione Synodum exhortatus est.* * Et in calce. * *Post hæc salū, & pax Sisenando, cuius devotio nos ad hoc decretum salutiferum convocavit.* * Sic in Concilium Toletanum quintū Cinthilanus, ingressus est, æra, 674. * *In medio nostri cætus ingressus cum optimatibus, & senioribus palatij sui hanc institutionem, quam ex præcepto eius, & decreto nostro sancimus divina inspiratione præmisit.* * Quod etiam subscriptione, & confirmatione corroboravit: ut videre est in con. sexto sub eodem: Idem in septimo sub Chindasuindo, æra, 684. Idem in octavo æra, 691. sub Recesuindo, de quo hæc ipsum Concilium. * *Adest Serenissimus Princeps pia religione plenissimus.* * Et ipsum Concilium in Regis ipsius nomine sedere Episcopi attestantur. Sic in undecimo Toletano, & Bracarensi tertio, æra, 717. sub Wambane optimo Conciliorum reparatore; & in duodecimo sub Eruigio, æra, 719. * *Cum ex glorioso prædicti Principis jussu in unum fuissemus aggregati cōventum, adfuit coram nobis idem clemētissimus Princeps.* * Qui ejusdem confirmationi subscripsit: Et in Toletano decimoquarto sub eodem, æra, 721. & in decimoquinto sub Egicano, æra, 726. * *Adfuit idem Egica Princeps.* * Et in Cæsaraugustano tertio eodem Rege, æra, 728. & in Toletano decimosexto. * *Idem excellentissimus Princeps sanctæ intentionis munimine fretus, nostro sese cætus intulit.* * Et in decimoseptimo, æra, 732. * *Adsuit idem gloriosissimus Princeps.* * Et in aliis, quorum relationi facilè super sedeo, cum satis ex iis constet, jussu & præsentia nostrorum Regum Hispanica Concilia sustentata floruisse. Plura leges apud Michaelem Thomasium, & D. Franciscum de Padilla, *tractatibus de Concilijs.* 70

De todo † lo qual resulta, que los Reyes, como protectores de la Religion, para su paz y concordia, juntauan los Concilios, y estauan presentes en ellos, ayudando, y fauoreciendo sus deciones, y decretos, y este conocimiento por via de fuerça, es ayuda de la jurisdicion Ecclesiastica, ut docet ipse Pontifex, *in cap. dilecto, de sentent. excommunication. libr. 6* y todo va dirigido a este fin, por la paz, y tranquilidad de la republica, y religion Christiana, en lo qual son mas interessados los Ecclesiasticos, como mas menesterosos desta proteccion Real. Ut *in dict. cap. dilecto, in fin.* ibi: 71 † * *Sicq; utrumq; quodammodo gladium, & temporalem, & Ecclesiasticum alterum videtur altero adiuvare: maximè quia hi duo gladij consueverunt exigente necessitate sibi ad invicem suffragari, & in juvamen alterius subventione mutua, frequētius exerceri.* * Quæ verba, & omnia, quæ continet ille text. sunt singularia, & notatu digna, pro confirmatione nostræ antiquissimæ consuetudinis, quę quatenus est defensio naturalis subditorum, & juvamen Ecclesiasticæ jurisdictionis est approbata, per *Innocent 4 in Concilio Lugdunensi,* qui est auctor dictæ decisionis cujus verba sūt aurea in nostro proposito, & semper menti tenenda pro confirmatione nostræ legis, *36. tit. 5. lib. 2. recop. l. 2. ti. 6. l. 1.* cujus interpretationē prosequimur, per totū hunc tractatū, de cognitione per viā violentiæ, in quo fundamus Reges, & Principes, nō recognoscentes superiorē in tēporalibus esse protectores

Ecclesiaũ,& Ecclesiasticorum, ut clarè insinuant verba Concilij Trident. *c.* 20. *ses.* 25. *tit. de immunitate Eccl.* ibi: * *Proptereaq; admonet Imperatores, Reges, Respublicas Principes, & omnes & singulos, cujuscunq; status & dignitatis extiterint, ut quo largius, bonis tẽporalibus, atq; in alios potestate sunt ornati, eo sanctius quæ Ecclesiastici juris sunt tanquã Dei præcipua, eiusq; patrocinio tecta venerentur.* * Ergo si Ecclesiastici sunt sub Regio patrocinio, sequitur teneri eos defendere, ab omnibus, & oppressionibus, quia Regum officium proprium est, vim tollere.

SVMMARIVM.

1 *Cognitio per viam violentiæ an possit tolli per Pontificem, si procedit ex privilegio.*
2 *Non entis, & non apparentis idem est judicium.*
3 *Cognitio per viã violentiæ, pertinet ad Reges de jure naturali; & non privilegio Pontificis.*
4 *Leges Regni non faciunt mentionem de privilegio, sed de iure & consuetudine.*
5 *Si ex privilegio pertineret cognitio, in legibus Regni id diceretur.*
6 Lex, 1. tit. 6. lib. 1. recopilation. *ponderatur.*
7 *Privilegium potest revocari quando immemorialis consuetudo accepit vires à privilegio.*
8 *Immemorialis consuetudo non potest plus operari quam privilegium.*
9 *Privilegium à Pontifice concessum potest ab ipso moderari & diminui, & in totum tolli.*
10 *Privilegium concessum à Pontifice reipublicæ Venetorum, revocari potest.*
11 *Pontifex revocando privilegium censetur motus ex justa causa.*
12 *Iurisdictio Regibus à Pontifice concessa est delegata.*
13 *Papa omnia potest circa spiritualem potestatem.*
14 *Consuetudo, contra libertatem Ecclesiasticam, non valet.*
15 *Papa potest clericorum exemptionem conservare, vel redintegrare.*
16 *Privilegium ex causa onerosa concessum subdito potest Papa revocare.*
17 Cap. veniens, de præscriptionibus, *declaratur, & ponderatur.*
18 *Potestas à Deo cõcessa potest nulla cõsuetudine, vel præscriptione, vel privilegio diminui.*
19 *Privilegium Pontificis, potest dare justum titulum possidenti.*
20 *Contraria opinio proponitur, & fundatur quod tale privilegium non possit revocari.*
21 *Principes non possunt revocare privilegia Ecclesiis concessa.*
22 *Privilegium non subdito concessum non potest Pontifex revocare.*
23 *Reges Hispaniæ, non sunt subditi Pontificis in rebus merè temporalibus.*
24 *Duæ sunt potestates distinctæ, & separatæ.*
25 *Privilegium Pontificis uniformiter observatum revocari non potest, quando immemoriali usu est usitatum.*
26 *Privilegium quod transit in contractum revocari non potest.*
27 *Immemorialis, habet vim iustitiæ, & legis.*
28 *Cognitio per viam violentiæ, non impedit libertatem Ecclesiasticam.*
29 *Regibus solum conceditur œconomica cognitio, per viam defensionis, & protectionis.*
30 *Summus Pontifex neminem intendit gravare.*
31 *Sesse Regius Consiliarius in Regno Aragonis laudatur.*
32 *Resolutio authoris traditur in quæstione proposita.*
33 *Consuetudo immemorialis, habet vim præsumptionis iuris, & de iure.*
34 *Cognitio contra Ecclesiasticos, est polytica, & non iurisdictionalis.*
35 *Pontifex non revocat consuetudinem immemorialem cognoscendi in possessorio rei Ecclesiasticæ, imò illam confirmat.*
36 *Bulla concessa à Martino Papa V.* Regi *Francorum Carolo, refertur.*
37 * La bulla de Martino Papa, aunque es particular, su razon es general.
38 Reges *non possunt hanc cognitionem per viam violentiæ, aliis concedere.*
39 *Princeps non potest à se abdicare potestatem supremam, protectiones subditorum.*
40 *Per donationem* Regis, *Ecclesiis factam non conceditur, instantia appellationes.*
41 * Soberania, *Principis, adhæret formaliter, & & essentialiter, in dominio Regiæ Maiestatis.*
42 *Subditus non præscribit obedientiam contra superiorem.*
43 *Dignitas, seu imperium, non moritur.*
44 Rex *repræsentat duas personas ubi refertur dictum Bald.* consil. 159. n. 5. vol. 3.
45 *Ex concessione, meri & mixti imperij, non venit secunda instantia appellationis.*
46 Reges *Castellæ, habent fundatam suam intentionem; contra prælatos in rebus temporalibus.*
47 *Hispania fuit à* Regibus, *ab oppressione inimicorum liberata.*
48 *Episcopi habent iurisdictionem in temporalibus, tanquam subditi.*
49 *Iurisdictio suprema, non transfertur in prælatos.*

CAPVT X.

*Utrùm Pontifex possit revocare privilegium, si Regibus esset concessum ad cognoscendum per viam violentiæ, & an Reges possent huic juri renunciare.*

SEd quia audio, in dubium refricari, competatne Regibus nostris Hispaniæ, jus cognitionis hujus per viam violentiæ, virtute privilegij sedis Apostolicæ, ut exinde resultet, posse tale privilegium revocari; † *ex reg. l.* * *Iudicium solvitur, vitante eo, qui iudicare iussit.* * 58. *D. de iudiciis*, ideò, operæ pretium duxi, antequam alio me conferam, hujus difficultatis investigationem prænotare. Igitur, quidquid aliter alij dixerint, ego constitutissimum puto, nullum uspiam extare privilegium, cujus virtute hujusmodi cognitio Regibus nostris competat, cùm de ejus tenore, imò potius neq; concessione, nullus unquam author fecerit mentionem, quòd ego viderim, unde succedit regula. Quòd † non 2

entis, & non apparentis, idem esse debet judici-
um, *l. in lege. 77. D. de contrahen. empt. l. duo sunt
Titii, D. de testam. tut.* cum aliis adductis à Iodo-
co Damhoud. *in Enchirid. Parium aut similium
juris, verb. esse in apparentes*, Remanet itaque hu-
jusmodi cognitionem Regibus nostris compete-
3 re, mero juris rigore, quo inspecto, † Regum of-
ficium proprium est vim tollere; *cap. Regum offi-
cium, 23. quæst. 5.* itemque consuetudine imme-
moriali, sicuti asserunt, *l. 2. tit. 6. lib. 1. Et l. 36. tit.
4 5. lib. 2. novæ Recopilat.* quæ † utrumque titulum
juris, scilicet, & consuetudinis immemorialis
complectitur, ibi: *Assi por derecho, como por co-
stumbre immemorial.** Quæque, nec aliæ leges
Regni de hujusmodi cognitione loquentes, non
de privilegio; sed de jure, & consuetudine im-
memoriali, tantùm fecere mentionem. Cùm
5 videamus, quòd omnia alia, † quæ sibi competût
ex Pontificum privilegiis, seu tolerantia ingenuè
fateantur Reges nostri, ut videre est, *in ll. 14. 16.
in fin. 18. 21. & aliis tit. 3. lib. 1. novæ Recop.* Et quòd
magis est, etiam in his quæ alias de jure & con-
suetudine, sibi competunt, si adsit quoque Pon-
tificis privilegium, illud referunt & cognoscunt,
6 prout † *in l. 1. tit. 6. lib. 1 novæ Recopil.* ibi: * *Por
derecho, y antigua costumbre, y justos titulos, y con-
cessiones Apostolicas, somos patron de todas las Igle-
sias Catedrales destos Reynos.**

Quo sic jacto solidissimo fundamento, dispu-
tationis tamen gratia, videndum est, an privile-
gium, quò circumfertur concessum à Pontifice
Regibus Hispaniæ in his cognitionibus per viam
violentiæ, revocari possit à successore. Et proba-
7 tur quod sic: quia † consuetudo, licet immemo-
rialis, quæ fundatur in privilegio, potest à Ponti-
fice revocari, quia talis consuetudo non accipit
vires à præscriptione, sed ab ipso privilegio, &
8 tunc † non potest plus operari immemorialis,
quàm privilegium, *l. hoc jure, § ductus aquæ, D. de
aqua quotid. & æstiva. c. super quibusdam, §. præ-
terea, de verb. signific.* ubi immemorialis, habet
9 vim privilegii. Et sic † privilegium quod à Ponti-
fice Regibus datum circunfertur, potest ab ipso
moderari, & diminui, & in totum tolli, ita docet
Glos. sing. *in c. decet. de reg. jur. lib. 6.* Et in termi-
nis privilegii à Pontif. concessi, tradit text. *in c.
veniens. 19. de præscript. ubi Doct.* maximè quan-
do privilegium est datum à Pontifice circa res, vel
personas Ecclesiasticas. Vt traditur exemplum,
10 † in privilegio concesso à Pont. reipub. Veneto-
rum contra clericos in crimine læsæ Majestatis,
& falsæ monetæ, & sodomiæ: Et in privilegio
Regibus Galliæ concesso, de armorum usu, de
fractione salvæ guardiæ, de injuria facta per cle-
ricos officialibus Regis, & de ipsius usurpatione,
in quibus casibus Reges habent à Pont. delega-
tam à jurisdictionem, ut docet Ripa, *in c. 2. n. 72.
judic.* Cenedo. *q. 4. n. 4.* qui loquitur in terminis
cognitionis per viam violentiæ. Vnde nimirum,
si privilegium Regibus concessum revocari pos-
sit, ut dicit Innocent. *in c. novit. de judi.* quem se-
quitur Paulus Castr. *cons. 149. vol. 1. & cons. 317.
per totum, & in l. digna vox. C. de legibus*, ubi lo-
quitur de quodam privilegio revocato à Summo
Pontif. & Surd. *cons. 419. num. 15. vol. 3.* & Card.
plures refert pro hac sententia Petrus Tusch. *l.
tom. 5. verb. libertas Ecclesiastica, conclus. 342. num.
116. & 123.* & ratio est, quia † semper præsumitur 11
motus ex justa causa, ob favorem, & decorē Ec-
clesiasticæ libertatis & ipsius jurisdictionis, quo
casu valida est talis revocatio, ex doctrina Inno-
cent. *ubi supra.* Quia cum talis jurisdictio † cen- 12
seatur semper delegata à Pontif. max. *ut supra di-
ctum est*, & tradit Paz. *tom. 2. praxis in 2. prælud.
à num. 2.* Motla. *in emporio jur. tit. 2. quæst. 22. ex
num. 5.* Bobadilla. *in sua Politica, libr. 2. c. 18 n. 42.*
non est mirum, si possit delegationem ad libitum
revocare, cùm ab ejus voluntate pendeat; quia
ut docet Innocent. *in cap. 2. num. 2. de postulat. præ-
lato.** Papa † omnia potest circa spiritualem po- 13
testatem, & nullus potest quærere possessionem,
quæ ei præjudicet, cum illam habeat à Domino
tantum.* Idemque tenet gloss. *in cap. cum nobis
de præscript.* ubi Abb. *num. 1. & 11.* & est gloss. fin.
*in cap. cleric. de jud.* ubi dicit, non valere † con- 14
suetudinem contra libertatem Ecclesiæ, quanto
cumque temporis cursu præscriptam, Idem te-
net Abb. *in cap. si diligenti. num. 11. de præscript.*
Et sic Pont. † ex vi potestatis spiritualis, quàm à 15
Christo accepit, potest clericorum exemptionē,
vel conservare, vel redintegrare, si aliqua ex par-
te fuerit diminuta, & ob hanc rationem, semper
potest quamcunque præscriptionem, vel con-
suetudinem, vel privilegium Regibus concessū
revocare, *ut in cap. veniens. & in c. causam de præ-
script.* & in privilegio concesso † à Pontifice ex 16
causa onerosa, tradit Seraph. Olivar. *decis. 1271.
à num. 2.* Antonius Cuchus *lib. 1. instit. tit. 6. nu.
110. de privileg.* Maximè, quando utitur in revo-
catione clausula * *De plenitudine potestatis*, * ut
tradit Ioan. Baptist. *in rep. l. omnes populi, n. 107.
de just. & jur.* & in concessione alterius privile-
gii: sic arguit Pontifex † *in d. c. veniens. 19. de* 17
*præscriptio.* videlicet, quia aut Rex habet legiti-
mam præscriptionem: & tunc si obtineat privi-
legium, censetur juri præscriptionis renunciasse,
si verò fundetur in mero privilegio, revocatio il-
lius legitima est, & non potest amplius bona fide
juvari. Quia illa † potestas, quæ à Deo concessa 18
est, per nullam consuetudinem, præscriptionem,
nec privilegium diminui potest; & quòd magis
est, nec ipse Pontifex, potest illam à se abdicare,
ut docet pater Suar. *lib. 4. de immun. Eccles. c. 34.
num. 18.* & sic, licet privilegium Pontificis, possit
justum titulum cognitionis Regibus præstare,
non est tutum neque fixum præsidium, cum pos-
sit ad libitum concedentis, & successorum revo-
cari, *ut supra traditum est.* Quia, licet consuetu-
do † immemorialis, fuerit capta ex legitimo ti- 19
tulo privilegii, non excludit, neque impedit ipsi-
us revocationem, ut tradit Suarez. *ubi supra n. 17.*
& Paul. de Castr. *in d. l. digna vox, n. 6. C. de legib.*
Et ratio est, ut superius diximus, quia illa dele-
gatio jurisdictionis, & cognitionis, virtute pri-
vilegii, non tam ex propria, & laicali jurisdictio-
ne procedit; quàm ex jurisdictione propria Ec-
clesiæ, Regibus de mandata ut insinuat Gigas,
*lib. 1. de crim. læsæ Majestat. tit. qui de crimine.*

num.

*numer.20.* & alios refert Cenedo, *d. q. 4. num.4. in fin.*

20 Sed licet † prædicta sententia generaliter loquendo vera, & recepta videatur, verum tamen in quæstione proposita, dubia reditur ex sequen-
21 tibus. Primò, quia † privilegium concessum Ecclesiæ, non potest Princeps revocare, ut tradit Lucas de Penna, *in l.fin.C.de locat.prad. civil. lib. 11.num.74.* ubi dicit, quòd Principes debent imitari Deum, qui nunquam revocat beneficia collata in aliquem, *cap.quanta,in fin. 33. quæst.3.* & Principes, imitando Deum, non debent neque possunt, privilegium semel concessum Ecclesiæ revocare, maximè si posset perturbari pax reipublicæ, ut in simili consuluit Ludovicus Roman. *conf. 380. num.fin.* ibi: * *Si timeatur origo scandali,* * prout timeri debet in nostro casu. Quam sententiam tenet Innoc. *in d.c. novit. de iud.* Fel. *in c.ad Apostolicam, num 1.de simon. Ias. in l. non amplius, §. si certum,num.14 D.de leg.1.* ubi dicit, quòd ista opinio sit tenenda in judicando, & consulendo. Ergo, si Principes sæculi tanquam Dei imitatores, non possunt privilegium semel Ecclesiæ concessum revocare, à fortiori, Pontifex Princeps supremus Christi Vicarius, non debet privilegium Regibus & Principibus concessum revocare, pro qua sententia plures Doctores, & fundamenta, tradit Alex. Trentacinqui. *lib. 3. resol. in resol.1.tit. de pactis* ubi dicit; quòd Pontifex maximus Imperator & Rex, pactis, & contractibus ligantur, quòd procedit etiam si cum subdito, sit contractum, ut docet Paulus de Castr. *conf. 27 vol.1.* Abb. *conf.94 vol.2.* Paris. *conf.11.nu.53. vol 1.& conf 2.vol.4.* Alex. *conf.138.& 146.* & Afflict. *decis.128* Menoch. *conf.2.n.136.vol.1.* Natta. *conf.122.num.14. vol.1* Surd. *conf 140. num 38.* & plures post hæc, scripta refert in casu simili, Camillus Borell. *de Regis Catholici præstantia, c.54. ex num.4.* qui loquitur de alio privilegio concesso à Pontifice, Rogerio Regi Cantabricæ, & Si-
22 ciliæ. Secundò † confirmatur hæc sententia, quia privilegium concessum non subdito, non potest revocari, ut docet singulariter, Innoc. *in d. c. novit.* quem sequitur Bart. *in l.qui se patris, C. unde liberi, & in l.si cum mihi, D. de dolo*, Cardin. *in repet. c. perpendimus, in prin. de sent. excom.* Archidiacon. *in c. quicumq. 11.q.1.* Paul.de Castr. *conf.317.vers. Constat autem, vol.1.* ubi loquitur in privilegio immunitatis, Dec. *conf. 286. numer.6.* Ias. *conf 56.n.2. vol.1.* Paul. *in d.l. digna vox, nu 6. vers Nota pro terris Ecclesiæ C de legi.* Ergò, cum
23 Reges in Hispaniæ, † non subsint Pontifici in temporalibus, ut latè fundavimus, *in gloss.fin.* cum
24 sint duæ † potestates distinctæ, & separatæ, sequitur, tale privilegium Regi non subdito concessũ revocari, non posse à Pontif. concedente, nec à successore. Tertiò defendi potest ista sententia,
25 quia privilegium Pontificis † uniformiter observatum per tempus immemoriale, potest in multis casibus sortiri effectum irrevocabilem: tum, quia fortassis ex causa onerosa concessum est: tũ,
26 quia † in vim contractus concessio facta fuerit, in quibus casibus, resolvit Ant.Burgen. *in c.Ecclesiæ S.Mariæ, n.332.de const.* Anton. Cuch. *ubi supra;* *à num.105.* & Franc. Vivius, *dec.103.nu.fin.* Steph. Aufre. *in repet. Clementi. ut clericorum, num.89.* ubi latè explicat hanc sententiã, & Rom. *in repet. l.si verò. §. de viro, n. 104. D. de solut. matr.* privilegium esse irrevocabile, maximè accedente consuetudine immemoriali, quia ex eâ acquiritur possidenti, jus ex fortiori causa, quæ excogitari possit, ut probat Dec. *in l.traditionibus, nu 11. C. de pact.* & qui habet eam pro se, habet titulũ datum à *l.2 §. denique, D. de aqua plu. arcend.* ibi: * Vetustatem † vicem legis obtinere. * Et sic ha- 27
bet vim justitiæ, Ioan.Garc. *de nobilit.gloss.12.nu. 60.* & hæc omnia confirmant nostram consuetudinem cognoscẽdi, per viam violentiæ, cujus antiquitas excedit hominum memoriam, & sic possumus omnia præsumere, quæ sint necessaria pro validitate, & irrevocabilitate talis privilegij, ut observat Ioan.Garc. *ubi supra n. 62.* maximè quia consuetudo tribuit jurisdictionem, etiam in spiritualibus, ut docet Innoc. *in c.novit.de iud.* Marsil. *singul.690.num 1.* Caspar, Tessaurus, *in addit. ad Thessaur. decis.82.* Peregrin. *de fideicommiss. tit.48.num.63.* præcipuè, quando probatur fama privilegij & consuetudinis exercitium à tempore immemoriali, ut declarat Gracian. *disc.ep. forensium, c. 258. num. 69.* quæ sententia procedit in nostra cognitione, in qua habemus consuetudinem immemorialem cum fama privilegij, & Moedan. *decis 52 n.1.* Quartò, quia si ob aliquam rationem posset Pontifex revocare tale privilegium, ex ea foret potissimũ, quòd esset concessũ contra jurisdictionẽ, & libertatem Ecclesiasticã, trahendo clericos in omnibus causis ad tribunalia Regia, in damnum & dedecus status Ecclesiastici, sed hoc quidem in nostro casu non procedit,
quia † ex dicta cognitione per viam violentiæ 28
(ut sæpè demonstratum est) libertas Ecclesiastica non violatur, nec diminuitur, sed magis augetur, & ampliatur. Ergo clarè colligitur, quod licet tale privilegium Regibus nostris fuisset cõcessum à Pontifice maximo, cognoscendi per viam violentiæ in causis Ecclesiasticis, revocari minimè posset ab eo. Neque per publicationem Bullæ in Cœna Domini debet revocatum censeri, cum ex eo non inducatur violatio, nec diminutio jurisdictionis Ecclesiasticæ, ut defendimus *in lib.4. comm. contra comm. in epist. ad Regem, num.92.& 0.1.num.247.* Maximè, quoniam † so- 29
lum conceditur Regibus defensio subditorum per viam protectionis reipublicæ, vel innocentium, *ut in c. dilecto filio. 6. de sent. excommunicat.lib 6.* & non in vim jurisdictionis contentiosæ, nisi quatenus necessaria fuerit in ordine ad tollendam vim, servato legitimo modo defensionis, ut noviter defendit Cenedo, *quæst.fin. num. 11.* & frater Manuel Rodrig. *1.p summæ, cap. 156. num.8.& in additionibus § 9.num.87.* & Vega. *in sua sum.1.to.c.29.casu.1. num.fin. & c 85. casu 41.*
Et est ratio, quia † summus Pontifex, nunquã in- 30
tendit quemquã opprimere, & gravare. Vnde cũ nostra consuetudo, sit recepta, à juris prudentibus, & viris timoratæ conscientiæ, sive procedat ex privilegio Pontificis, (licet de eo non constet, ut prædiximus) sive ex naturali defensione Regũ,

servanda

servanda est talis consuetudo, in qua omnia requisita pro validitate & confirmatione, & irrevocabilitate ipsius privilegij (si adesset) præsumenda sunt, ita docet gloss. magistra, *verbo, Præsumpta, in c. quia. 10. q. 3.* & tradit in nostris ter-
31 minis ille vir † doctissimus, nostri juris Lucerna, Sesse *in suis decis. 10. 2. p. in epist ad Regem nostrum, num. 113. verb. volentes,* & nostram consuetudinē confirmat virtute privilegii, Cened. *d. q. fin. c. 28.* ubi sequitur opinionem patris Bannes, *2. 2. q. 67. art. 1. dubit. 2. conclus. 6.* qui non declarant, nec disputant, an tale privilegium possit revocari; & in nostro casu magis operatur tacitum, & præsumptum privilegium, quia supponit concessionem irrevocabilem: secus si constaret de privilegio, quia non reciperet interpretationem, sed observandum erat, prout sonat, & plus operatur in hac fama privilegij cum immemoriali consuetudine, ut in terminis tradit Fulvius Pacian. *cons. fin. num. 124.* ne propter difficultatem probandi rem antiquam pereat jus partis, Camillus Borelli, *de præstantia Regis Catholici, cap 53. num. 26. & 27.*

32 Ex quibus anceps, † & dubia redditur hujus quæstionis resolutio, in qua magis vellem ab omnibus discere, quam docere.

Sed hæc omnia profectò non congruunt nostris terminis, in quibus nullum adest privilegiū, à quo dimanet iste titulus cognitionis per viam violentiæ, sed in principiis juris naturalis, quo jure inspecto, defensio & protectio subditorum pertinet ad Reges, maximè accedente consuetudine immemoriali, quæ, ut superius dicebamus, supponit titulum, quem efficaciorem excogitare possimus, plenum roboris & firmitatis, adeò, quod nulla contraria dispositione, tolli, vel minui, seu revocari possit, Bellon. *cons. 1. nu. 5. & 6.* Cephal. *cons. 458. num. 68. cum seqq. vol. 4. & cons.*
33 *459. num. 1. & 2.* affirmans: * *Quod hæc † præscriptio seu consuetudo habet vim legis, constitutionis, decreti, privilegij solemnis, & expressi pacti, ac præsumptionis juris, & de jure,* * Casianus Puteus, *quæst. feud. 48. num. 19.* discutit copiosè Franc. Becius, *cons. 180. à num. 21. usque ad num. 33. vol. 2.* Ioan. Philip. *in tract. de consuet. c. 19. nu. 25. & 26.* Card. Tusch. *tom. 8. conclus. 40. num. 4. & 5.* novissimè Aldov. Folorens. *cons. 10. num. 17. & seqq.* Et sic non debemus in baculo arundineo privilegij totam vim & potestatem hujus cognitionis per viam violentiæ collocare, maximè cum Re-
34 ges nostri, † non habeant jurisdictionem contentiosam contra Ecclesiasticos, sed œconomicam, & politicam, ut docet Carol. de Grasalis *regalium Franciæ, lib. 2. ju. 16.* Cened. *dict. quæst. fin. nu. 24.* & Sese, *de inhibitioni, c. 8. §. 4. num. 3.* Olivan. *de jur. fisci, c. 14. n. 118.* & ego resolvi, *lib. 4. commun. contra comm. quæst. 1. à num 142.*

Quæ omnia subjicio correctioni sanctæ matris Ecclesiæ, cujus summi Præsules pro sua mirabili prudentia semper agnovere hujus forensis usus observantiam, in maximam converti reipub. utilitatem, ad rectum utriusque spiritualis, & temporalis jurisdictionis usum, & compendiū. Quapropter, cum usque adhuc, non tantum in his Hispaniæ Regnis, sed & apud Gallos, & alios Christianæ reipub. sæculares Principes, eam approbaverint, ut commemorat diligenter Navar. *in c. cum contigat, de rescript. remed. 1.* ut diximus *in lect. gloss. 4. num. 55.* Id ipsum quoque credendum est fore semper ab hinc prosecuturum, ut in Bulla Martini Papæ, *de qua in n. 36.*

Ex quibus colliges, quam inutilis est in nostra Hispania resolutio, & disputatio propositæ quæstionis, de qua in principio, quia cum de jure naturali pertineat ad Reges cognitio per viam violentiæ, manifestè consequitur, non pertinere ex privilegio, quæ sunt remedia ad invicem contraria, nam frustra precibus impetratur, quod à jure est concessum, *l. 1 C. de thesaur. lib. 12.* maximè quia † Romanus Pontifex, nunquam revocat 35
consuetudinem immemorialem cognoscēdi per viam violentiæ, etiam in causis possessoriis redintegrandæ & recuperandæ possessionis, rerum spiritualium, imò solet approbare & confirmare, talem possessionem, favore illorum, qui implorant auxilium Regis, ut habemus bullam *Martini Papæ,* concessam *Carolo Regi Francorum,* anno 12. sui Pontificatus, quam refert ad literam Guido Papæ, *decis. 1. tit. de materia possessoriis in causis Ecclesiasticis,* quæ est notabilis dispositio, in hac materia, cujus verba referre libuit.

## BVLLA MARTINI V.

*Martinus † Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Apostolicæ sedis æqua & circumspecta provisio, quorumlibet jura & tranquillitatem confovere satagens, cum verisimiliter timetur, ne cupiditas improba, se à vetitu abstinere nesciens, statutis, & ordinationibus à se hujusmodi prodeuntibus laxato freno rationis abutatur, nunc per promissionis debitæ remedium, nunc verò per opportunæ declarationis officium, nititur obviare: dudum siquidem provide considerantes, quòd licet clerici ecclesiasticaq; personæ, quæ suas causas & querelas in his præcipuè, quæ de jure vel consuetudine ad forum ecclesiasticum pertinere noscuntur, eo tamen derelicto sæcularibus negotiis se submittere, seu partes sibi adversas ad forum de jure vetitum conveniri vel trahere præsumebāt, gravibus proinde pœnis, quam in spiritualibus, quam temporalibus etiam jure disponente allegarentur, pœnas tamen ipsas nunc sine propriæ salutis periculo, sæpius habere videbantur in contemptum. Nos qui ex debito pastoralis officij, salutem quærimus singulorum, super his opportunè providere volentes, authoritate Apostolica statuimus & etiam ordinamus, quòd quicunque ex clericis, & personis eisdem de cætero, reus talis præscriptionis exsisteret, nisi à præmissis desisteret, omni commodo concessionum & gratiarum omnino careret, ipseq; in graves, tunc expressas, & alias juris pœnas incurreret, prout in dictis litteris plenius continetur. Cum autem sicut pro parte charissimi in Christo filij nostri Caroli Regis Francorum Illustris, nuper nobis fuisset expositum, quòd à nonnullis vertitur in dubium, an per huiusmodi nostram concessionem derogare voluerimus iuri & iurisdictioni Regiæ præsertim * in causa possessorij retinendæ possessionis * super suis* 36

*Ecclesiis,*

*Ecclesiis, & beneficiis ecclesiasticis suorum regni Franciæ, & Delphinatus Viennensis, per quam iurisdictione præfatus Rex sibi asserit licere in omni casu etiam iuridice veri possessores.* Nos ad omnem *ambiguitatem tollendum dubium, super his opportunè providere volentes, eiusdem Regis in parte supplicationibus inclinati, authoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, nostræ intentionis nõ fuisse, neq; esse, per dictam, aut quamcunq; aliam constitutionem, eidem Regi, & eius Regiæ iurisdictioni, per quam (ut asseritur) tam Rex, quam sui progenitores, super huiusmodi possessorio, à tanto tempore, citra quòd de eius contrario memoria hominum, non existit, consueverunt cognoscere, aut in aliquo derogare voluisse, aut velle, quoquo modo, ipsosq; Reges, & iudices decernentes, partes molestatas super earum co[n]servatione ad suorum beneficiorum possessionem [...] Regis auxilium implorantes, dummodo in contemptum iurisdictionis, & libertatis ecclesiasticæ, ut partes sibi adversas in rebus ecclesiasticis diutius perturbarent, hoc non fecerint, pœnas in dicta nostra constitutione contentas, nullatenus incurrisse, aut debere incurrere, quovis modo; per hoc autem nullum ius, seu iurisdictionem, in præmissis cognoscendi, eidem Regi de novo acquiri volumus, sed antiquam, si quod habeat, omnimodò conservari, nulli ergo hominũ liceat hãc paginam nostræ declarationis, constitutionis, & voluntatis infringere & ei auso temerario, contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum, eius se noverit incursurum. Datum Romæ, apud sanctos Apostolos, Kalendis May, Pontificatus an. 12.* * Floruit ann. 1431.

37 *Advierta se † mucho à las palabras desta Bula, la qual aunque es especial en favor de los señores Reyes de Francia, su decision es general, y comprehende a todos los Principes, y Reyes que de tiempo inmemorial tienen conocimiento de alguna cosa particular, como de los articulos de via de fuerça*, ut colliges ex traditis per Guillermũ Benedictum, *in cap. Raynutius verb. & uxorem nomine Adelasiam, decis. 2. num. 117 de test.* quem sequitur Fulvius Pacian. *cons. fin. num. 12. & nu. 20. Porque en este caso dize su Santidad, que por qualquier revocacion que haga, no es su intencion revocar la tal costumbre, ni periudicar a los Reyes en su conocimiento, ni descomulgar a los que se valen de su auxilio, antes descomulgar a los que contravienen a esta decision, porque como dize la dicha Bula, no es su intencion del Pontifice dar a los Reyes derecho de nuevo, ni tam poco quitarles la costumbre inmemorial en el conocimiento possessorio retinendæ, de los despojos de bienes Ecclesiasticos entre personas Ecclesiasticas, como no toque à la propiedad del titulo, lo quales de consideracion para nuestra España.* in qua similis consuetudo est observanda, ut tradit Aym. *cons. 258. n. 8.* ubi dicit, quod etiã est servanda consuetudo vicinorum, ita Afflict. *dec. 248. n. 4. vers. quia responsum*; licet dubitet Gratian. *discep. Foren. c. 238. num. 53.* & Pacian. *cons. fin. num. 141.*

38 Ex qua verissima resolutione, animadvertendum est, † adeò Reges & Principes, qui non recognoscunt superiorem in temporalibus, habere hanc superioritatem, jure proprio regali, cognoscendi per viam violentiæ, & non ex concessione alicujus privilegij, quòd concessa jurisdictione pleno jure (cum mero & mixto imperio) nõ censeatur concessa hæc superioritas, quæ adhæret ipsi Regio diademati, in signum Regiæ majestatis, quia adhuc remanet in Principe illa cognitio, per quam subditi liberantur à vi & oppressione aliorum, quia cum Regum officium proprium sit vim tollere, non potest hæc proprietas cognitionis ad alios pertinere in damnum subditorũ, qui sunt sub protectione & tutela Regali, nec ipse Princeps, † quod Majestati suæ adhæret, à se potest abdicare, *cap. super quam, §. porrò de offic. de leg. c. etsi contra unum, §. ult. eod. tit. lib. 6.* Parlador. *lib. 1. rerũ quotid. c. 1. n. 5.* idem tenet Lesius, *de iust. & iur. lib. 2. c. 6. dubitat. 12.* ubi dicit, quod potestas castigãdi, & judicãdi, est omnino intrinseca authoritati Principis, respectu subditorum. Et ob hanc causam nullus potest, sive Ecclesiasticus, † sive sæcularis, titulo donationis, vel præscriptionis illam supremam jurisdictionẽ acquirere, in casibus violentiæ, & appellationis, adversus Reges & Principes supremos, ut tradit Cova. *in reg. possessor. 2. par. § [...] nu. 8. vers. Ex his infero*, quia donationes factæ per Reges Ecclesiis de aliquo oppido, vel civitate cum plenissima jurisdictione mero & mixto imperio, non comprehendunt, eam supremam jurisdictionem penes Regem, & Principem existentem, in signum supremæ potestatis, quæ dicitur, * *Sobera[n]ia*, * quæ nũquam in alios translata videtur, etiã si verbis amplissimis, & expressis concessio facta fuerit, quia hujusmodi jura pertinent ad supremã Principatus recognitione, & ita ipsi Regio diademati in fixa sunt, ut à Rege ipso nullo pacto, vel jure, vel privilegio, seu præscriptione avelli queat, ut tradit Lucas de Pen. *in l. quicumq; 2. C. de omni agro deserto, lib. 11.* tradit Sigismund. Scaccia, *in tract. de appell. q. 11. vers. Oppono. 2.* ubi dicit, quòd majora Regis nullo modo, à Rege alienari potest; Idem docet Peregrin. *cons. 1. n. 13. vol. 1.* & Bobad. *in sua Polit. lib. 2. c. 16. n. 85. & c. 17. n. 196. lit. C.* & loquens de Pontifice, idem tenet Anastasius Germonius, *de sacrorum templorũ immun. in c. de indultis, §. Episcopi n. 29.* & Guil. Benedict. *in c. Raynutius de test. verb. & uxorem nomine Adelasiam, in 2. decis. n. 319.* Carol. de Grassaliis, *lib. 2. Regalium Franciæ, iure. 14.* Decius, *cons. 307. col. 3.* Quia † illa supremã jurisdictio adhæret formaliter, & essentialiter in dominio & substantia Regiæ Majestatis, & ideò videtur impossibile, aliquẽ esse exemptum & immunẽ ab illa suprema jurisdictione, & protectione, quæ procedit à fonte perenni, & origine juris naturalis, *l. ut vim, D. de iust. & iur. iuxta tex. in d. c. Regum officium. 23. quæst. 5.* Covar. *pract. quæst. cap. 1. num. 6.* ubi dicit, quod Regia potestas cæterorumq; principum civilis authoritas non hominum est inventum; sed ab ipso Deo per legem naturalem, Navarr. *in cap. novit. de iudi.* & probatur ex ratione textus. *in cap. cum non liceat, 12. de præscript.* ubi non possunt membra à capite discedere, & ob hanc causam

Reges non possunt alius concedere jus cognoscendi per viam violentiæ.

39 40 41

42 causam subditus † non præscribit obedientiam
contra prælatum, *ut ibi not.* Glossa, dicens, quod
contra obedientiam, & reverentiam non currit
præscriptio, Fulvius Pacianus, *consil. fin. num. 61.*
ubi dicit, quod cum Papa sit suprà omnes, non
potest jurisdictioni alterius se submittere, quòd
est certissimum in nostra quæstione. Quia aliàs
illa concessio ex diametro repugnaret Regiæ di-
gnitati, si esset impedita potestas recurrendi ad
supremos Principes, ad repellendas judicum in-
jurias, & ab eis opem & auxilium, & protectio-
nem implorandi, ipsosque adeundi, suosque su-
premos Senatores, causa justitiæ consequendæ,
tollendo vim & violentiam illatam, ut docet Lu-
cas de Penna, *in l. sacris. col. 3. C. de proxim. Sacro.*
*Scrin. lib. 11.* pro qua doctrina habemus, *l. 1. tit. 15.*
*lib. 4. recopil.* quam declarat Gutierrez. *lib. 1. pr.*
*quæst. 38.* Et ob id dixit subtiliter Bald. *cons. 159.*
43 *num. 5. volum. 3.* Quòd † dignitas, seu imperium,
est immortalis, & licet summus Pontifex moria-
tur, non moritur summus Pontificatus, & quòd
44 in Rege † concurrunt duæ personæ, & significa-
tiones, & quod ipsa significatio (quæ est quid in-
tellectuale) semper est perseverans, ænigmaticè,
licèt non corporaliter, & ob hanc causam, licet
Rex deficiat, quoad rumbum, remanet persona
Regis quoad organum & instrumentum, & il-
lius persona intellectualis & publica est, quæ
principaliter fundat actus, undè magis attendi-
tur actus principalis, quam virtus organica, &
quemadmodum, mundus non moritur; sed di-
spositiones mundi, *argum. text. in l. proponebatur,*
ubi Alberic. *D. de iud.* sic Rex, semper vivit, quo
ad majestatem supremam, & protectionem circa
subditos, quæ nullo jure, neque facto, avelli po-
test à Regia Majestate, quia aliàs moreretur Rex
quoad effectum supremæ potestatis, jurisdictio-
nis, quod deviat à tramite juris & veritatis, & es-
set quædam falsitatis imago.

45 Ex quibus infero, concessionem † factam à
Rege, quovis titulo, meri & mixti imperii, etiam
respectu proprietatis, & territorij, esse intelligen-
dam, quoad primam instantiam, non verò, quoad
instantiam appellationis, quia hoc jus supremũ,
à jure concessum, in recognitionem Principatus,
& supremi dominij, non censetur concessum.
Sed retentum, & intactum semper manere, quã
sententiam tenet Angelus. *in l. 1. §. qui manda-*
*tam, D. de offic. eius cui mand.* & Antonius de Pe-
tra, *de potestate Principis, cap. 8. num. 65.* Natta.
*cons. 580. num. 22.* Brunus, *consil. 502.* & Iacobin.
*in tract. feudorum, versic. Vicarius, & vers. Cum*
*mero & mixto imperio, & versic. Vasallus, & ver-*
*sic. Vnum semper noteris,* & hæc Ang. sententia est
recepta in praxi, *ut tradit* Albert. Brunus, *consil.*
*102.* Quæ resolutio vera est, licet merum & mi-
xtum imperium sit concessum, cum omnimoda
jurisdictione, quibus verbis, neque translatum
videri jus cognoscendi de causis appellationis, ut
post alios tenet Aymon. *cons. 209. numer. 9.* Paris.
*cons. 8. num. 31. lib. 1.*

Ex qua ratione infert eleganter Caldas Perei-
46 ra. *cons. 27. num. 56.* quòd † Rex Portugaliæ &
Castellæ, habent fundatam suam intentionem de
jure communi, contra prælatos seu Eupiscopos,
quià Rege ipso habent temporalem jurisdictio-
nem civilem, & sæcularem, quòd non habeant
jus, ut ab eis non appelletur, vel provocetur ad
Regem, quoniam cum temporalis omnis civilis
potestas, penes ipsum Regem sit in his Regnis,
neque etiam ipsæ Ecclesiæ, vel Ecclesiarum præ-
lati, aliam habent temporalem jurisdictionem,
quam quæ sibi à Christianissimis Regibus (ex
pulsis † à Regno hostibus) concessa vel donata 47
fuit, quando misero quodam fato opprimeban-
tur Maurorumque jugum, & imperium patie-
bantur, & licet sanctissimas Ecclesias locupleta-
verint, ac amplificaverint, semper tamen mansit
penes Regem, ista suprema jurisdictio, ad ipsum
provocandi, & appellandi in temporalibus, quia
ipsi prælati, ex tali donatione & concessione nul-
lum jus pinguius, habere possunt, quam cogno-
scendi, de causis temporalibus in prima instantia,
non verò in secunda appellationis: & sic † habent 48
jurisdictionem, tamquam subditi & vasalli, ipsius
Regis, ut docet Bart. *in l. si quando, C. de appellat.*
Felin. *in cap. solita. de maiori, & obedientia,* quæ
praxis & consuetudo, hodiè viget in nostro Re-
gno Castellæ, ut diximus *in lectura. nu. 317.* & est
*lex. 18. tit. 5. p. 1. & lex 8. tit. 3. lib. 1. recop.* Et est ra-
tio, quia cum tota Hispania à Mauris & Barbaris
gentibus, oppressa fuerit, magnisque cladibus
afflicta, & jam ferè in interitum. & excidiũ Chri-
stianæ Religionis vergeret Catholici Reges, quo
preclaros domi, ac militiæ viros, & rerum gesta-
rum gloria florentes, spe præmij incitarent, ad
plura in bello facinora, pulchrè obeunda, expu-
gnatas eorum labore, & industria urbes, nonnũ-
quam in præmium laboris concedere, non dubi-
tabant; & jurisdictionem merumq; & mixtum
imperium, Ecclesiasticis & sæcularibus beneme-
ritis, sola victoriæ gloria contenti; & in memo-
riam tantorum beneficiorum Ecclesias ædifica-
runt, & collapsas restauraverunt, quibus præla-
tos, & Episcopos cum amplissimis reditibus præ-
ficiebant, & civitates cum amplissima jurisdi-
ctione applicabant, ut participes essent jurisdi-
ctionis temporalis dictarum Ecclesiarum, ex
quibus jus patronatus Regum initium cœpit. Et
sic, cum aliundè prælati non habeant jurisdictio-
nem temporalem in his Regnis, quam ex Regia
concessione; supremam illam, ad se appellandi
jurisdictionem, excepisse videntur, ut docet Co-
var. *pract. c. 4. n. 1. & 2.* Quæ jurisdictio † cum
sit suprema, per quamcunque donationem, seu
privilegium, non est translata in prælatos Eccle-
siasticos, & per consequens ex quacunque am-
plissima concessione & donatione, non privan-
tur Reges, superioritate cognoscendi per viam
appellationis in temporalibus, & in Ecclesiasti-
cis per viam violentiæ: * *Lo qual se llama sobera-*
*nia de iurisdicion, que ni los Reyes la pueden dar, ni*
*los vasallos prescrivir.*

SVMMARIVM.

1 *Naturali iure permissum est hominum iniurias propulsare.*

2 *Iudex facit vim & iniuriam, sicut privatus.*

3. Priva-

3 *Privatus potest se propria defendere authoritate, & iniuriam propulsare secus si à iudice inferatur.*
4 *Appellatio est contra vim iudicis provocatio.*
5 *Appellatio est remedium oppressorum.*
6 Cap. ad Roman. el. 2. in 2. q. 6. *declaratur.*
7 *Appellatio corrigit iudicantis imperium vel iniquitatem.*
8 *Appellatio non debet esse remedium iniquitatis.*
9 *Appellatio est inventa, ut oppressi releventur.*
10 *Negotia diligentius examinantur coram pluribus quam coram uno.*
11 *Princeps non potest tollere defensionem naturalem.*
12 *Appellatio habet quadam primordia defensionis, & sic dicitur de iure naturali.*
13 *Appellatio quoad inventionem, est iuris naturalis, quoad formam est de iure civili.*
14 *Statutum tollens appellationem non est validum.*
15 *Appellatio si esset iuris naturalis, non posset tolli per clausulam* * *appellatione remota.* *
16 *Forma appellationis est de iure civili.*
17 *Princeps est suora ius positivum.*
18 *Appellandi consuetudo ab origine mundi, est introducta.*
19 *Appellatio à tempore Luciferi fuit inventa per Angelos bonos.*
20 *Appellatio fuit introducta, in paradyso, à primo parente.*
21 *Appellatio fuit facta, ab occiso Abel, contra violentiam Cain.*
22 *Moyses fuit iudex constitutus à Deo, inter Israelitas, & Pharaonem, ad tollendam violentiam.*
23 *Paulus Apostol. appellavit ad Cæsarem.*
24 *Appellatio aperit portam ad defensionem.*
25 Reges cog*noscunt per viam violentiæ mediante appellatione.*
26 *Appellatio est scopus cognitionis, per viam violentiæ.*
27 Religiosi *licet non appellent, possunt recurrere ad superiorem.*

## CAPVT XI.

*Appellatio quo iure fuit introducta, ut ea mediante, possint gravati, per viam violentiæ, ad Regia tribunalia recurrere.*

1 HOminum Injurias, † & vim propulsare, naturali jure, cuique permissum est, *ut in leg. ut vim. D. de iust. & iure, c. ius naturale, 1. distinct. c. dilecto filio. de sententia excommunicationis,*
2 *lib. 6.* quod non solum procedit † si à privatis hominibus, vis, & injuria inferatur: sed etiam, si judiciali authoritate, illud fiat. Differentia ta-
3 men in utroque casu constituitur: quia, † in primo, propria authoritate resisti potest: in secundo, interposita appellatione, injuria & violentia
4 rejicienda est; quia appellatio, † & provocatio contra vim judicis sævitiam, proterviam, crudelitatem, imperitiam, & injustitiam, ad inventa
5 est, per quam iniuste oppressis † recto jure subvenitur, ut eleganter docet Pontifex, *in † cap. ad* 6
Romanam. el secundo, *in 2. quæst. 6.* ibi: * *Ad Romanam Ecclesiam ab omnibus, maximè tamen ab oppresis est appellandum & concurrendum, quasi ad matrem, ut eius uberibus nutriantur, authoritate defendantur, à suis oppreßionibus releventur, quia non potest, nec debet mater oblivisci filium suum.* * Vnde Vlpianus *in l. 1. D. de appellation.* refert hæc verba: * Appellandi usus, quàm sit vetus quamque necessarius, nemo est qui nesciat, quippe cum † iniquitatem judicantium, vel im- 7
peritiam corrigat. * Et sic Pontifex *in ca. cum speciali, §. porro. de appellation.* dicit in hæc verba: * *Appellationem, illiusq; remedium, † non ad* 8
*defensionem iniquitatis, sed ad præsidium innocentiæ institutum,* * ut tradit Andreas Gail. *pract. lib. 1. in observatione 128. num. 5.* Quia appellatio, † est omni jure inventa, ut oppressus relevetur, 9
& judici iniquè judicandi materia amputetur, *ut in l. 1. C. de appellat.* maximè quia † negotium di- 10
ligentiùs ac rectiùs examinatur coram pluribus judicibus, quàm coram uno, *ut in l. addictos, C. de appellat.* ubi notat glossa, *verbo diligentius.* Quæ omnia procedunt ex principiis juris naturalis, *l. scientiam, §. qui cùm alter, D. ad L. Aquil. Clem. Pastoral. de re iudic. l. defensionis facultas, C. de iure fisci, lib. 10.* Et ob hanc causam, † talem 11
defensionem per Principem tolli non posse, manifesti juris est, ut tradit Innocen. *in ca. cum inter de exception.* Vnde cùm appellatio, † habeat 12
quædam primordia ad defensionem, dicitur esse juris naturalis, ut voluit Andreas de Isernia, *in c. 1. verbo, Bona committentium, num. 17. & 18. quæ sint regalia*, Alexand. *cons. 12. vol. 5.* Vincentius de Annania, *in c. 1. num. 205. de vasallo decrepitæ ætatis.*

Sed veriùs existimo, quòd † appellatio, quo ad 13
inventionem sit juris naturalis, quo ad formam verò juris civilis, ut colligitur ex Alciato *in pract. civili, 3. par. tit. de appellat.* Et secundum hanc distinctionem est intelligenda opinio Bart. *in l. omnes populi, num. 24. de iust. & iur.* ubi dicit non valere † statutum, auferens appellationem, 14
quia est juris naturalis, ut tradit Gail. *ubi supra observatione 135.* quia si absolutè appellatio † es- 15
set de jure naturali, non posset Princeps causam delegare appellatione remota. Contrarium verò disponitur *in c. Pastoralis. de appellat. l. 1. § interdum, D. de quibus appellare non licet*, & trademus *in 2. part. huius tractatus, quæst. fin.* Et sic cùm forma † appellationis sit de jure civili, sequitur, 16
quòd defensio, quæ inducitur per appellationem, est etiam civilis, & per consequens per Principem, † qui est supra jus positum, tolli potest; ad- 17
hibita, Clausula * *appellatione remota,* * *de qua in dicta quæst. finali.*

Consuetudo † verò appellandi; ad superio- 18
rem, ut tollatur vis, & violentia ab inferiore illata, antiquissima est, ut habetur *Reg. c. 22.* ubi ab oppressione facta à Saul, dabatur recursus ad David. Sed ante illa tempora, licet antiquissima, appellandi recursus, ad superiorem fuit introductus, quia cùm † Lucifer esset ab altissimo Deo 19
creatus, in suprema gradus & pulchritudinis

prærogativa, isque superbia tumidus non ad Deum creatorem, sed ad propriam gloriam, omnia referebat volens, in monarchia, esse æqualis Deo; tunc Angeli boni, ad ipsum Deum conversi, & à Luciferi gravamine, reclamantes, & ad suum Deum, & judicem appellantes, sententiã reportaverunt. Et sic appellatio, hunc finem habuit, ut tradit Camillus Borellus, *de præstantia Regis Catholici, cap. 39. num. 19.* ubi *num. 20.* di-
20 cit, quòd postmodum, † in controversia ejusdem diaboli, cum primis parentibus, ab eo oppressis, coram Deo, judicij agitatio facta existit, qua per appellationẽ & defensionis remedium ab opprimente humanæ naturæ inimico, eodemque impulsore gravante cognita, jus unicuique pro admissi facinoris gravitate tributum fuit: Adamo, quòd sui dies essent ærumnatum pleni, & sui vultus sudore pane suo vesceretur. Evæ, quòd in dolore pareret, & sub potestate viri esset. Diabolo, quòd maledictus esset præ hominibus, animalibus, & bestiis agri, quòd super ventrem graderetur, pulverem comedendo, omnibus diebus vitæ suæ, & quòd esset inimicitia inter ipsum & mulierem, & semen utriusque, & quòd ipsa contereret, caput ejus, ut habetur *Genes. cap. 3.* Postea
21 verò † secuta fuit appellatio, ab occiso Abel, à suo fratricida Cain, ut habetur *Genes. cap. 4.* ubi vox sanguinis ipsius clamavit, id est, appellavit ad Dominum, qui existens judex, inter eos, cognita causa gravaminis illati, sententiam protulit, quòd maledictus esset Cain super terram, quę aperuerat os suum, & susceperat sanguinẽ fra-
22 tris sui de manu sua. Similiter † etiam Deus, Moysem judicem constituit inter Israelitas, & Pharaonem, illos opprimentem, & injuriantem,
23 ut habetur *Exod. cap. 3.* Et ob hanc causam † Paulus Apostolus Hierosolymis accusatus à Iudæis, coram Festo, appellavit ad Cæsarem, ut *in Actis*
24 *Apost. c. 25. & 26.* Istæ enim appellationes, † & quæ hodie in jure sunt usitatæ, ad defensionem causandam, aperiunt portam gravaminis, quæ clausa est à judice iniquo & doloso, qua median-
25 te † Reges Hispaniæ, & sui Senatores integerrimi, cognoscunt per viam violentiæ, ad tollendam
26 vim, & subditorum iniuriam, in quo † consistit totus scopus, *nostræ legis 36. tit. 5. lib. 2. Recopil.* Cuius declarationem, & interpretationem examinandam suscepimus.

Hæc omnia intelligenda sunt respectu personarum Laicarum, & sæcularium, quibus appel-
27 lare permittitur, secùs verò respectu † religiosorum, quibus appellatio est prohibita, *ut in cap. 3. de appellat.* qui si fuerint gravati, possunt per viã querelæ & recursus, accedere ad superiorem, *ut supra dictum est*, Navar. *cons. 41. num. fin. de appellat.* Cenedò. *quæst. 26. num. 19.*

SVMMARIVM.

1 *Bulla in Cœna Domini prohibitio, à quo tempore facta fuit.*
2 *Immemorialis supponit tempus infinitum.*
3 *Prohibita consuetudine, non excluditur immemorialis.*
4 *Immemorialis inducit præsumptionem juris & de jure.*
5 *Bulla Alexandri, anni 1499. non comprehendebat, cap. 16. de quo in Bulla in Cœna Domini.*
6 *Bulla Martini V. non habet illud cap. 16.*
7 *Bulla Pauli II. non habet illam prohibitionem.*
8 *Bulla Sixti IV. non habet illud, cap. 16.*
9 *Prohibita cognitione contra libertatem Ecclesiasticam, non comprehenditur cognitio per viam violentiæ quæ est favorabilis.*
10 *Libertas Ecclesiastica, non violatur, sed amplìatur, in hac cognitione.*
11 *Bulla Sixti IV. multa innovavit.*
12 *Bulla Sixti IV. contra Ducem Mediolani, anno 1479.*
13 *Bulla Adriani Papæ & Sixti, exclusit cognitionem prætextu violentiæ.*
14 *Bulla Iulij Tertij, prosequitur dictam clausulam.*
15 *Bulla Pauli IV. continet dictam clausulam.*
16 *Bulla Gregor. XIII. prosequitur dictam clausulam.*
17 *Bullæ noviores, usque ad nostra tempora, habent dictam clausulam.*
18 *Bulla Adriani, anno 1523. expreßit dictam clausulam.*
19 Lex 36. tit. 5. lib. 2. recopil. *condita fuit, anno 1525.*
20 *Quando lex Regni condita fuit, iam erat causata immemorialis ante prohibitionem Adriani Papæ.*
21 *Prohibitio Pontificis non comprehendit jus jam causatum, per immemorialem.*
22 *Bulla in Cœna Domini, verbo,* * Sub prætextu violentiæ, * *declaratur.*
23 *Cognitio per viam violentiæ non procedit, ex solo Pontificis privilegio.*
24 *Defensionis jus, procedit de jure naturali.*
25 *Opinio Gregorij Sayri Theologi, reprobatur dũ loquitur contra jus nostri Regis.*
26 *Nemo pluribus uti defensionibus prohibetur.*
27 *Defensiones, non sunt de genere prohibitorum, ut una electa, alia excludatur.*
28 *Innocens vi oppressus, potest omittere supplicationis remedium, & ad Regia tribunalia, accedere per viam violentiæ.*
29 *Romanus Pontifex, admittendo supplicationem, non excludit defensionem naturalem.*
30 *Defensio naturalis, non subiacet legi positivæ.*
31 *Sayri opinio, convincitur, quia deficit in principiis juris naturalis.*
32 *Bullæ verba, de frivolis appellationibus loquitur, non de legitimis.*
33 *Quilibet potest, uti defensione qua facilius consequatur ius suum.*
34 *Pontificis intentio, non est ut aliquis gravetur.*
35 *Sayri limitatio, impugnatur.*
36 *Pontifex admittendo supplicationem innocentis, non excludit ejus defensionem naturalem.*
37 *Regum officium proprium est, vim tollere.*

38 Reso-

38 *Resolutio tradita in hoc cap. adducitur.*
39 *Antiquior est, immemorialis usus per viam violentiæ, in nostra Hispania quam ejus prohibitio, in Curia Romana.*
40 *Iudex* Regius *non cognoscit de meritis causæ principalis, sed solum de vi illata, in non admittendo appellationem.*
41 *Lex* Regni, *non deviat à tramite iuris & rationis.*
42 *Protestatio authoris in obsequium Dei, & sui Vicarij.*

## CAPVT XII.

### *De antiquitate Bullæ in Cæna Domini, & ejus origine, circa prohibitionem recursus, ad Regia tribunalia per viam violentiæ.*

PRo perfecta hujus proœmij declaratione & totius operis, operæ pretium esse duximus, originem & antiquitatem hujus prohibitio-
1 nis, referre de qua † *in bullis Apostolicis in Cæna Domini*, ut evidentius & clariùs appareat nostræ legis decisionem, & enarrationem verissimam esse, dum in ea Reges nostri Hispaniæ affirmant: * *De iure & consuetudine immemoriali habere di-*
2 *ctam cognitionem.* * Quæ verba † supponunt tempus infinitum, ut docet Corneus, *cons. 22. n. 5. lib. 1.* ubi dicit; quòd interruptio, & prohibitio non excludit immemorialem, & sequitur Paul. *cons. 27. num. 84. lib. 1.* Molina, *lib. 2. de primogen. c. 6. num. 47. & c. 2. n. 20.* quam sententiam probat. *tex. in l. si arbiter. D. de probatio.* Et sic, hæc nostra cognitio recto jure procedit, & observanda est, non obstante prohibitione dictæ bul-
3 læ, quæ, licet † excludat consuetudinem, non excludit immemorialem cum fama privilegij, nec sub ea generali exclusione, censetur exclusa, ut tradit Boetius, *decis. 9. num. 12.* Paris. *cons. 10. nu. 48. lib. 1 & cons. 25 n. 17. lib. 4.* Pro qua sententia adducitur text. *in l. fin. C. de fundis patrimonialibus, lib. 11. gloss. in cap. 1. §. præterea, verbo, Præscription. de capitulis Conradi.* & alios tradit Burgos
4 de Paz. *cons. 41. num. 11.* Et ratio est, quia † immemorialis inducit præsumptionem juris & de jure, ut tradit Felin. *in cap. cum vobis, num. 7. de præscript.* & ipse Burg. de Paz. *cons. 15. num. 18.* Et sic cum immemorialis fuisset jam causata ante prohibitionem *bullæ in Cæna Domini*, sequitur dictam prohibitionem esse nullius momẽti, quia
5 nec in bulla † Alexandri, anno 1499. Kalendis A-
6 7 prilis, nec in bulla † Martini V. nec in bulla †
8 Pauli II. nec in bulla † Sixti IV. fit mentio expressa hujus prohibitionis quia solum in genere excommunicabantur, impedientes libertatem
9 Ecclesiasticam, cujus † prohibitio generalis non comprehendebat, hanc licitam, & saluberrimam cognitionem, servato legitimo modo defensio-
10 nis. Quia † ut sæpius diximus, non solum non violatur ex hoc, libertas Ecclesiastica, imò ampliatur & augetur, ut tutiori & securiori modo,
11 jus innocentis conservetur. Postea verò † Sixtus Papa IV. bullam Cœnæ antiquam illam formam Martini V. reduxit, & multas clausulas à

Paulo Secundo positas abstulit, à prædicta Bulla, ut tradit summa Angel. *verbo, excommunicatio. 5. casu. 31.* Sylvest. *verbo excommunicatio. 7. numer. 77. excommunicatione. 32.* & summa Tabiena, *verbo, excommunicatio. 6. §. 12. vers. 15.* ubi
Sylvest. refert bullam † ejusdem Sixti Quarti, ad 12
Ducem Mediolani Galleaceum, anno 1479. No-
vembris 19. Postea verò specialeter † & in parti- 13
culari fuit facta mentio, in bulla hujus prohibitionis; * *Etiam sub prætextu violentiæ,* * ut habetur in bulla Adriani Papæ, & Sixti, ut tradit Cajetanus, *verbo, excommunicatio. cap. 30.* Idem
cavetur in Bulla † Iulij Papæ Tertij, ut tradit 14
Martin. Ledesma, *2. part. q. 26. art. 2.* Idem habe-
tur in bulla † Pauli Quarti, ut tradit Soto. *in 4.* 15
*distin. 22. quæst. 2. art. 3.* & in Bulla † Gregorij 16
XIII. sub anno 1584. ut tradit Navar. *in manua-
li, cap. 27. num. 69.* Idemque cavetur in Bullis † 17
recentioribus, usque ad nostra tempora. Et sic colliges ex superioribus, quod antiquitas, hujus
expressæ prohibitionis, † fuit à tempore Adriani 18
Sexti, qui regnavit in Sede beati Petri, anno 1523.
quando lex Regni, † 36. *tit. 5. lib. 2. Recopil.* con- 19
dita erat anno 1525. quo tempore † affirmant Re- 20
ges Catholici Hispaniæ habere jus, & consuetudinem immemorialem cognoscendi per viam violentiæ in causis Ecclesiasticis, quibus est credendum, ut tradimus *in lib. 4. comm. quæst. 1. num.*
*176.* Et sic † prohibitiones postea factæ, per Ro- 21
manos Pontifices, non comprehendunt, jus jam causatum, & radicatum per immemorialem, cujus vim, ac potentiam tradimus, *in c. 12. hujus pro-
œmij*, quare cum verba dicta † *bullæ in Cæna Do-* 22
*mini*, ibi: * *Etiam sub prætextu violentiæ prohibendæ,* * sint verba noviter addita, post causatam consuetudinem immemorialem, etiamsi illa co-
gnitio procederet, ex † privilegio Pontificis 23
(quòd negamus) non esset dictum privilegium revocatum, ex rationibus traditis *in d. c. 12.* Ergo
multo minus, censebitur revocatum, cum † hoc 24
jus defensionis subditorum, proveniat, de jure naturali, ut *in prologo & operis introductione* latè probatum est, & probat ipse Pontifex, *in cap. dilecto filio de sent. excom. lib. 6.*

Nec † superiori resolutioni, obstat sententia 25
& opinio Gregorij Sayri, ordinis S. Benedicti, *in* **Opinio Sayri reprobatur.**
*suo Thesauro casuum conscientiæ, lib. 3. cap. 18. nu. 6.* ubi approbat hanc cognitionem, & de jure naturali licitam esse, si alia via innocentem defendendi Regibus, & Principibus, non relinqueretur; & sic dicit, quòd cum Pontifex alia via, permittat defensionem, videlicet per viam supplicationis, ad ipsum, quòd nullo jure existimat, alio modo licitam esse cognitionem, per viam recursus, quæ opinio repugnat omnibus regulis juris, qui-
bus cavetur, quòd † nemo pluribus uti defensio- 26
nibus prohibetur, *ut in l. nemo, D. de exception. cap. nullus pluribus, de regulis iuris in Decretalib.*
quia † defensiones non sunt de genere prohibi- 27
torum, ita ut una electa, excludatur alia, *ut in re-
gula cum quid, 84. eod. tit.* ergo cum † innocens, 28
cui appellatio, & defensio non admittitur, habeat supplicationem ad Pontificem, & defensionis recursum ad Regem, non est culpandus, ne-

que excommunicandus, ſi omittat ſupplicatio-
nis beneficium, & utatur defenſionis facultate,
cum hæc duo remedia non ſint contraria, reſpe-
ctu finis, imò vergant ad eundem effectum de-
fenſionis, & protectionis, ut expreſsè cavetur, *in
cap. dilecto filio, de ſent. excommun. lib. 6.* in tan-
29 tum quòd † neque Romanus Pontifex admitté-
do ſupplicationis remedium excludit defenſio-
30 nem à jure naturali provenientem: cujus † vir-
tus & poteſtas, deſcendit ex viſceribus ipſius juris
naturalis, & ex ejus fonte perenni; nulla lege po-
ſitiva prohibente, *ut in §. ſed naturalia; inſtit. de
jure naturali, gentium, & civili, cap. jus naturale,*
31 *1. diſt.* Ex quibus † claré opinio Theologi Sayri
convincitur, ignorantis & deficientis in regulis
juris, & naturalis defenſionis; cui Pontifex non
præjudicat, in illis verbis: * *Prætegentes frivolam
quandam appellationem*, * & ibi: * *Etiam ſub*
32 *prætextu violentiæ prohibendæ.* * Quia † illa
verba, non excludunt, nec excludere poſſunt, ve-
ram, & legitimam appellationem, & Regum
protectionem, ſed eam, quæ ficto colore, prætex-
tu appellationis, inducitur, ut latè diximus, in de-
claratione illorum verborum *in Epiſtola Regia.*
33 *in lib. 4. commun. quæſt. 1 ex num. 92.* quia † ſi quis
ad neceſſariam ſui defenſionem, contra injuriã,
quam certè cognoſcit ſibi illatam; & quam alia
via faciliùs tollere nõ poteſt, niſi per viam recur-
ſus, recurrendo ad Curiam Regiam; nemo qui
bene ſentiat, audebit affirmare, innocentem, &
appellantem, implorando Regis auxilium; inci-
34 dere in hujus bullæ cenſuram; quia † in hoc ca-
ſu, non eſt ſummi Pontificis intentio, aliquo mo-
do inferenti injuriam, & calumniam; & oppreſ-
ſionem favere, contra innocentem; qui utitur
jure ſuo, ut tenet Sayrus, *ubi ſupra, lib. 3. de cen-
ſuris, cap. 7. num. 5.* qui in hoc ſenſu aſſecutus eſt
35 rei veritatem. Secus † verò dum illud limitat,
quando innocens alia via poteſt ſe tueri, per viam
ſupplicationis ad Pontificem, quia ut ſupra dictũ
eſt, nemo pluribus uti defenſionibus prohibetur,
ut faciliùs poſſit ſe ab oppreſſione tueri, maximè
quia † Pontifex admittendo ſupplicationem, ad 36
ſua tribunalia; non excludit defenſionem juris
naturalis, nec Regium officium tollit; cujus † 37
proprium & genuinum eſt, vim tollere, & vaſal-
los ſuæ reipublicæ defendere, *ut in d. c. dilecto fi-
lio, de ſent. excommunicationis, lib. 6.*

Ex † quibus omnibus, duo notabilia deduces. 38
Primum; antiquiorem † eſſe cognitionem per 39
viam violentiæ in his Regnis Hiſpaniæ, quàm
prohibitionem bullæ in Cœna Domini, imò cau-
ſatam eſſe jam immemorialem, ante dictam bul-
lam, *ut ſupra probavimus.* Secundum; innocen-
tes, & vi oppreſſos habere jus recurrendi per viã
ſupplicationis, ad tribunalia Pontificis, vel ad Re-
gios Senatores, ad hoc, ut porta jam clauſa per
judices Eccleſiaſticos, pateſiat, poteſtate & manu
Regia, ut ſit aditus clarus & manifeſtus; ad pro-
ſequendam appellationem; & † non ad illum ef-
fectũ ut in Regio Senatu, de meritis cauſæ prin- 40
cipalis agatur (quia illud attinet ad judices Eccle-
ſiæ) ſed ut ſolum de vi, & violentia, quæ in dene-
gãdo appellationem legitimè interpoſitam con-
ſiſtit, reponendo omnia acta executioni tradita
poſt eam, ut expreſsè cavetur in noſtra lege re-
gni, quæ † nihil deviat à tramite juris & rationis, 41
ſervato in omnibus legitimo modo defenſionis,
prout ex conſtitutionibus Pontificiis, & Conci-
liorum decretis ſancitum eſt. In quo † auxilio & 42
remedio ſalutari, tota pax, & tranquillitas Rei-
publicæ Chriſtianæ, conſiſtit; cujus munus non
debet impediri; à Chriſti Domini noſtri Vicario,
maximè in noſtris Regnis, ubi magis viget pietas,
& cultus & Pontificis obedientia, ſub cujus cor-
rectione iſta docemus, & eo refutante refu-
tamus; Deum præ oculis ſemper
habentes.

## Finis capitulorum proœmij.

PROLO-

# PROLOGUS, ET INTRODUCTIO NECESSARIA PRO PERFECTISSIMA DECLARATIONE HUJUS TRACTATUS, DE cognitione per viam violentiæ in causis Ecclesiasticis, cum declaratione *legis, 36. titul. 5. lib. 2. Recopilationis*, ubi forma hujus recursus, ad Regia tribunalia traditur.

## SVMMARIVM.

*IN Republica Christiana, duæ extant diversæ ac distinctæ potestates, quibus in spiritualibus, & temporalibus gubernatur.*

2 *Potestas Ecclesiastica, in salutem respicit animarum.*

3 *Temporalis jurisdictio, temporalia, in tranquillam & honestam vitam moderatur.*

4 *Ecclesiastica jurisdictio, data est Petro, & ejus successoribus stante lege gratiæ.*

5 *Temporalis jurisdictio data est Reipublicæ gentium sub lege naturæ.*

6 *Reges jurisdictionem obtinent popularem, eo ipso, quod in dominos electi sunt.*

7 *Pontificis jurisdictio Soli assimilatur, qui totum illustrat orbem: digniorq; est & nobilior temporali, quia in finem digniorem animarum dirigitur.*

8 *Pontifex utramq; habet jurisdictionem, Ecclesiasticam, & temporalem; primam absolutè, alteram ad finem spiritualem.*

9 *Pontifex habet etiam jurisdictionem temporalem absolutam, in sua tantum ditione, & in sibi temporaliter subditos.*

10 *Duo gladij unus extra, & alter intra vaginam, duplicem hanc præ se ferunt jurisdictionẽ.*

11 *Christus Dominus in hoc mundo, temporalem respuit jurisdictionem, quia regnum ejus non erat de hoc mundo.*

12 *Regnũ Dei sine fine est, quia in æternũ durabile.*

13 *Reges & Principes temporales, temporalem habent jurisdictionem, ad suæ Reipublicæ gubernationem.*

14 *Potestas spiritualis pietate scatet, & misericordia.*

15 *Pax publica turbaretur, ac rueret, si utraq; non discriminaretur jurisdictio.*

16 *Imperator, Dei Vicarius in suo imperio est, ut justitiam exequatur in temporalibus.*

17 *Pontifex, Dei Vicarius est in spiritualibus.*

18 *Temporalis iurisdictio non fuit data* Regibus, *à Pontificibus.*

19 *Temporalis iurisdictio præerat, antequã Christus Dominus veniret in mundum, eamque Petro, & eius successoribus contulisset.*

20 *Reges potestatem à Deo excipiunt.*

21 *Spiritualis iurisdictio, temporali non subordinatur.*

22 *Iurisdictio temporalis, prior fuit spirituali, statim à principio mundi.*

23 *Caro subiacet spiritui, spiritus non ita carni.*

24 *Respublica Christiana una, eademq; est, etsi duplici hac iurisdictione contineatur.*

25 *Pontifex caput est Reipublicæ Christianæ, sicut & Rex Reipublicæ temporalis.*

26 *Vir caput est mulieris; & qualem induat rationem capitis.*

27 *Ecclesiastici subduntur Principi temporali, quatenus cives, & membra suæ* Reipubl.

28 *Paulus Apostolus se civem* Romanum *iactauit, & appellavit ad Cæsarem.*

29 *Ecclesiastici* Regibus *fidem iure iurando obtestantur, & ut capita & superiores reverẽtur, at noscunt.*

30 *Ecclesiastici tenentur ad observantiam legum iustarum, quæ bonum publicum statuunt, nec iuri canonico contrariantur.*

31 *Pragmatica sanctio, quæ frumento, & hordeo precium taxat, etiã obligat Ecclesiasticos.*

32 *Sæcularis per sæcularem iudicem, & Ecclesiasticus per Ecclesiasticum; compelli possunt ad legum observantium.*

33 *Ecclesiastici non sunt obtrudendi in carcere sæcularium.*

34 *Lex politica ligat Ecclesiasticum, si iure canonico non sit contraria.*

35 *In Ecclesiastico foro servanda est lex Regia, quæ à sacris canonibus non deviat.*

36 *Radicalis ratio in articulis violentiæ cognitionis, refertur.*

37 *Ecclesiastici subduntur* Regi, *in ordine ad bonum publicum.*

38 *Violentiam tollere est de iure divino.*

39 Lex, 2. tit. 10 part. 2. *declaratur.*

40 Rex *caput est suæ* Reipublicæ *temporalis.*

41 Lex, 13. tit. 13. par. 2. *declaratur*, & lex 26. tit. 14. par. 2.

42 Lex, 2. tit. 1. par. 2. *declaratur.*

43 *Violentia est, non admittere appellationem legitimè interpositam.*

44 Rex *Catholicus & Imperator in suis ditionibus quique, superiorem in temporalibus non agnoscunt, ubi populus habet suam fælicitatem in* Regibus.

45 *Regia tribunalia procedunt via extraordinariæ cognitionis in articulis violentiæ.*

46 *Regij iudices non cognoscunt de meritis causæ principalis.*

47 *Iudices* Regij *non habent iurisdictionẽ in causa principali Ecclesiastica nec adhuc accessoriè.*

48 Regum *est proprium violentias tollere.*

49 *Cognitio per viam violentiæ est, æconomica administratio, & non cognitio iudicialis.*

50 Regis *Catholici Consiliarij, sunt iudices conservatores ad violentias repellendas.*

prærogativa, isque superbia tumidus non ad Deum creatorem, sed ad propriam gloriam, omnia referebat volens, in monarchia, esse æqualis Deo; tunc Angeli boni, ad ipsum Deum conversi, & à Luciferi gravamine, reclamantes, & ad suum Deum, & judicem appellantes, sententiã reportaverunt. Et sic i appellatio, hunc finem habuit, ut tradit Camillus Borellus, *de præstantia Regis Catholici, cap. 39. num. 19.* ubi *num. 20.* di-
20 cit, quòd postmodum, † in controversia ejusdem diaboli, cum primis parentibus, ab eo oppressis, coram Deo, judicij agitatio facta exilit, quæ per appellationẽ & defensionis remedium ab opprimente humanæ naturæ inimico, eodemque impulsore gravante cognita, jus unicuique pro admissi facinoris gravitate tributum fuit: Adamo, quòd sui dies essent ærumnatum pleni, & sui vultus sudore pane suo vesceretur. Evæ, quòd in dolore pareret, & sub potestate viri esset. Diabolo, quòd maledictus esset præhominibus, animalibus, & bestiis agri, quòd super ventrem graderetur, pulverem comedendo, omnibus diebus vitæ suæ, & quòd esset inimicitia inter ipsum & mulierem, & semen utriusque, & quòd ipsa contereret, caput ejus, ut habetur *Genes. cap. 3.* Postea
21 verò † secuta fuit appellatio, ab occiso Abel, à suo fratricida Cain, ut habetur *Genes. cap. 4.* ubi vox sanguinis ipsius clamavit, id est, appellavit ad Dominum, qui existens judex, inter eos, cognita causa gravaminis illati, sententiam protulit, quòd maledictus esset Cain super terram, quæ apperuerat os suum, & susceperat sanguinẽ fra-
22 tris sui de manu sua. Similiter † etiam Deus, Moysem judicem constituit inter Israelitas, & Pharaonem, illos opprimentem, & injuriantem,
23 ut habetur *Exod. cap. 3.* Et ob hanc causam † Paulus Apostolus Hierosolymis accusatus à Iudæis, coram Festo, appellavit ad Cæsarem, ut *in Actis*
24 *Apost. c. 25. & 26.* Istæ enim appellationes, † & quæ hodie in jure sunt usitatæ, ad defensionem causandam, aperiunt portam gravaminis, quæ clausa est à judice iniquo & doloso, qua median-
25 te † Reges Hispaniæ, & sui Senatores integerrimi, cognoscunt per viam violentiæ, ad tollendam
26 vim, & subditorum iniuriam, in quo † consistit totus scopus, *nostra legu. 36. tit. 5. lib. 2. Recopil.* Cuius declarationem, & interpretationem examinandam suscepimus.

Hæc omnia intelligenda sunt respectu personarum Laicarum, & sæcularium, quibus appel-
27 lare permittitur, secùs verò respectu † religiosorum, quibus appellatio est prohibita, *ut in cap. 3. de appellat.* qui si fuerint gravati, possunt per viã querelæ & recursus, accedere ad superiorem, *ut supra dictum est,* Navar. *cons. 41. num. fin. de appellat.* Cenedo. *quæst. 26. num. 19.*

## SVMMARIVM.

1 *Bulla in Cœna Domini prohibitio, à quo tempore facta fuit.*
2 *Immemorialis supponit tempus infinitum.*
3 *Prohibita consuetudine, non excluditur immemorialis.*
4 *Immemorialis inducit præsumptionem juris & de jure.*
5 *Bulla Alexandri, anni 1499. non comprehendebat, cap. 16. de quo in Bulla in Cœna Domini.*
6 *Bulla Martini V. non habet illud cap. 16.*
7 *Bulla Pauli II. non habet illam prohibitionem.*
8 *Bulla Sixti IV. non habet illud, cap. 16.*
9 *Prohibita cognitione contra libertatem Ecclesiasticam, non comprehenditur cognitio per viam violentiæ quæ est favorabilis.*
10 *Libertas Ecclesiastica, non violatur, sed ampliatur, in hac cognitione.*
11 *Bulla Sixti IV. multa innovavit.*
12 *Bulla Sixti IV. contra Ducem Mediolani, anno 1479.*
13 *Bulla Adriani Papæ & Sixti, exclusit cognitionem prætextu violentiæ.*
14 *Bulla Iulij Tertij, prosequitur dictam clausulam.*
15 *Bulla Pauli IV. continet dictam clausulam.*
16 *Bulla Gregor. XIII. prosequitur dictam clausulam.*
17 *Bullæ noviores, usque ad nostra tempora, habent dictam clausulam.*
18 *Bulla Adriani, anno 1523. expreßit dictam clausulam.*
19 Lex, 36. tit. 5. lib. 2. recopil. *condita fuit, anno 1525.*
20 *Quando lex Regni condita fuit, iam erat causata immemorialis ante prohibitionem Adriani Papæ.*
21 *Prohibitio Pontificis non comprehendit jus jam causatum, per immemorialem.*
22 *Bulla in Cœna Domini, verbo,* * Sub prætextu violentiæ, * *declaratur.*
23 *Cognitio per viam violentiæ non procedit, ex solo Pontificis privilegio.*
24 *Defensionis jus, procedit de jure naturali.*
25 *Opinio Gregorij Sayri Theologi, reprobatur dũ loquitur contra jus nostri Regis.*
26 *Nemo pluribus uti defensionibus prohibetur.*
27 *Defensiones, non sunt de genere prohibitorum, ut una electa, alia excludatur.*
28 *Innocens vi oppressus, potest omittere supplicationis remedium, & ad Regia tribunalia, accedere per viam violentiæ.*
29 *Romanus Pontifex, admittendo supplicationem, non excludit defensionem naturalem.*
30 *Defensio naturalis, non subiacet legi positivæ.*
31 *Sayri opinio, convincitur, quia deficit in principiis juris naturalis.*
32 *Bullæ verba, de frivolis appellationibus loquitur, non de legitimis.*
33 *Quilibet potest, uti defensione qua facilius consequatur ius suum.*
34 *Pontificis intentio, non est ut aliquis gravetur.*
35 *Sayri limitatio, impugnatur.*
36 *Pontifex admittendo supplicationem innocentis, non excludit ejus defensionem naturalem.*
37 *Regum officium proprium est, vim tollere.*

38 Reso-

38 *Resolutio tradita in hoc cap. adducitur.*
39 *Antiquior est, immemorialis usus per viam violentiæ, in nostra Hispania quam ejus prohibitio, in Curia Romana.*
40 *Iudex Regius non cognoscit de meritis causæ principalis, sed solum de vi illata, in non admittendo appellationem.*
41 *Lex Regni, non deviat à tramite iuris & rationis.*
42 *Protestatio authoris in obsequium Dei, & sui Vicarij.*

## CAPVT XII.

### *De antiquitate Bullæ in Cœna Domini, & ejus origine, circa prohibitionem recursus, ad Regia tribunalia per viam violentiæ.*

PRo perfecta hujus procemij declaratione &
totius operis, operæ pretium esse duximus,
originem & antiquitatem hujus prohibitio-
1 nis, referre de qua † *in bullis Apostolicis in Cœna
Domini*, ut evidentius & clariùs appareat nostræ
legis decisionem, & enarrationem verissimam
esse, dum in ea Reges nostri Hispaniæ affirmant:
* *De iure & consuetudine immemoriali habere di-
2 ctam cognitionem.* * Quæ verba † supponunt
tempus infinitum, ut docet Corneus, *cons.22. n.
5. lib.1.* ubi dicit; quòd interruptio, & prohibi-
tio non excludit immemorialem, & sequitur
Paul. *cons.27. num.84. lib.1.* Molina, *lib. 2. de pri-
mogen. c.6. num.47. & c.2. n.20.* quàm sententiam
probat. *tex. in l. si arbiter. D. de probatio.* Et sic,
hæc nostra cognitio recto jure procedit, & obser-
vanda est, non obstante prohibitione dictæ bul-
3 læ, quæ, licet † excludat consuetudinem, non ex-
cludit immemorialem cum fama privilegij, nec
sub ea generali exclusione, censetur exclusa, ut
tradit Boetius, *decis.39. num.12.* Paris. *cons.101. nu.
48. lib.1 & cons.25 n.17. lib.4.* Pro qua sententia
adducitur text. *in l. fin. C. de fundis patrimonali-
bus, lib.11. gloss. in cap.1. §. præterea, verbo, Præscri-
ption. de capitulis Conradi.* & alios tradit Burgos
4 de Paz. *cons.41. num.11.* Et ratio est, quia † im-
memorialis inducit præsumptionem juris & de
jure, ut tradit Felin. *in cap. cum nobis, num. 7. de
præscript.* & ipse Burg. de Paz. *cons.15. num.18.*
Et sic cum immemorialis fuisset jam causata an-
te prohibitionem *bullæ in Cœna Domini*, sequitur
dictam prohibitionem esse nullius momēti, quia
5 nec in bulla † Alexandri, anno 1499. Kalendis A-
6 7 prilis, nec in bulla † Martini V. nec in bulla †
8 Pauli II. nec in bulla † Sixti IV. fit mentio ex-
pressa hujus prohibitionis quia solum in genere
excommunicabantur, impedientes libertatem
9 Ecclesiasticam, cujus † prohibitio generalis non
comprehendebat, hanc licitam, & saluberrimam
cognitionem, servato legitimo modo defensio-
10 nis. Quia † ut sæpius diximus, non solum non
violatur ex hoc, libertas Ecclesiastica, imò am-
pliatur & augetur, ut tutiori & securiori modo,
11 jus innocentis conservetur. Postea verò † Sixtus
Papa IV. bullam Cœnæ antiquam illam for-
mam Martini V. reduxit, & multas clausulas à
Paulo Secundo positas abstulit, à prædicta Bulla,
ut tradit summa Angel. *verbo, excommunicatio.
5. casu. 31.* Sylvest. *verbo excommunicatio. 7. nu-
mer. 77. excommunicatione. 32.* & summa Ta-
biena, *verbo, excommunicatio. 6. §. 12. vers. 15.* ubi
Sylvest. refert bullam † ejusdem Sixti Quarti, ad 12
Ducem Mediolani Galleaceum, anno 1479. No-
vembris 19. Postea verò specialeter † & in parti- 13
culari fuit facta mentio, in bulla hujus prohibi-
tionis; * *Etiam sub prætextu violentiæ,* * ut ha-
betur in bulla Adriani Papæ, & Sixti, ut tradit
Cajetanus, *verbo, excommunicatio. cap.30.* Idem
cavetur in Bulla † Iulij Papæ Tertij, ut tradit 14
Martin. Ledesma, *2. part. q.26. art.2.* Idem habe-
tur in bulla † Pauli Quarti, ut tradit Soto. *in 4.* 15
*distin.22. quæst.2. art.3.* & in Bulla † Gregorij 16
XIII. sub anno 1584. ut tradit Navar. *in manua-
li, cap.27. num.69.* Idemque cavetur in Bullis † 17
recentioribus, usque ad nostra tempora. Et sic
colliges ex superioribus, quod antiquitas, hujus
expressæ prohibitionis, † fuit à tempore Adriani 18
Sexti, qui regnavit in Sede beati Petri, anno 1523.
quando lex Regni, † *36. tit. 5. lib. 2. Recopil.* con- 19
dita erat anno 1525. quo tempore † affirmant Re- 20
ges Catholici Hispaniæ habere jus, & consuetu-
dinem immemorialem cognoscendi per viam
violentiæ in causis Ecclesiasticis, quibus est cre-
dendum, ut tradimus *in lib.4. comm. quæst.1. num.
176.* Et sic † prohibitiones postea factæ, per Ro- 21
manos Pontifices, non comprehendunt, jus jam
causatum, & radicatum per immemorialem, cu-
jus vim, ac potentiam tradimus, *in c.12. hujus pro-
œmij*, quare cum verba dicta † *bullæ in Cœna Do-* 22
*mini*, ibi: * *Etiam sub prætextu violentiæ prohi-
benda,* * sint verba noviter addita, post causatam
consuetudinem immemorialem, etiamsi illa co-
gnitio procederet, ex † privilegio Pontificis 23
(quòd negamus) non esset dictum privilegium
revocatum, ex rationibus traditis *in d. c.12.* Ergo
multo minus, censebitur revocatum, cum † hoc 24
jus defensionis subditorum, proveniat, de jure
naturali, ut *in prologo & operis introductione* latè
probatum est, & probat ipse Pontifex, *in cap. di-
lecto filio de sent. excom. lib.6.*

Nec † superiori resolutioni, obstat sententia 25
& opinio Gregorij Sayri, ordinis S. Benedicti, *in* **Opinio Sayri reprobatur.**
*suo Thesauro casuum conscientiæ, lib.3. cap.18. nu.6.*
ubi approbat hanc cognitionem, & de jure natu-
rali licitam esse, si alia via innocentem defenden-
di Regibus, & Principibus, non relinqueretur;
& sic dicit, quòd cum Pontifex alia via, permit-
tat defensionem, videlicet per viam supplicatio-
nis, ad ipsum, quòd nullo jure existimat, alio mo-
do licitam esse cognitionem, per viam recursus,
quæ opinio repugnat omnibus regulis juris, qui-
bus cavetur, quòd † nemo pluribus uti defensio- 26
nibus prohibetur, *ut in l. nemo, D. de exception.
cap. nullus pluribus, de regulis iuris in Decretalib.*
quia † defensiones non sunt de genere prohibi- 27
torum, ita ut una electa, excludatur alia, *ut in re-
gula cum quid, 84. eod. tit.* ergo cum † innocens, 28
cui appellatio, & defensio non admittitur, ha-
beat supplicationem ad Pontificem, & defensio-
nis recursum ad Regem, non est culpandus, ne-

que excommunicandus, si omittat supplicatio-
nis beneficium, & utatur defensionis facultate,
cum hæc duo remedia non sint contraria, respe-
ctu finis, imò vergant ad eundem effectum de-
fensionis, & protectionis, ut expressè cavetur, *in*
*cap. dilecto filio, de sent. excommun. lib. 6.* in tan-
29 tum quòd † neque Romanus Pontifex admittē-
do supplicationis remedium excludit defensio-
30 nem à jure naturali provenientem: cujus † vir-
tus & potestas, descendit ex visceribus ipsius juris
naturalis, & ex ejus fonte perenni; nulla lege po-
sitiva prohibente, *ut in §. sed naturalia; instit. de*
*jure naturali, gentium, & civili, cap. jus naturale,*
31 *1. dist.* Ex quibus † clarè opinio Theologi Sayri
convincitur, ignorantis & deficientis in regulis
juris, & naturalis defensionis; cui Pontifex non
præjudicat, in illis verbis: * *Prætegentes frivolam*
*quandam appellationem*, * & ibi: * *Etiam sub*
32 *prætextu violentiæ prohibendæ.* * Quia † illa
verba, non excludunt, nec excludere possunt, ve-
ram, & legitimam appellationem, & Regum
protectionem, sed eam, quæ ficto colore, prætex-
tu appellationis, inducitur, ut latè diximus, in de-
claratione illorum verborum *in Epistola Regia.*
33 *in lib. 4. commun. quæst. 1 ex num. 92.* quia † si quis
ad necessariam sui defensionem, contra injuriã,
quam certè cognoscit sibi illatam; & quam alia
via faciliùs tollere nõ potest, nisi per viam recur-
sus, recurrendo ad Curiam Regiam, nemo qui
bene sentiat, audebit affirmare, innocentem, &
appellantem, implorando Regis auxilium, inci-
34 dere in hujus bullæ censuram; quia † in hoc ca-
su, non est summi Pontificis intentio, aliquo mo-
do inferenti injuriam, & calumniam, & oppres-
sionem favere, contra innocentem, qui utitur
jure suo, ut tenet Sayrus, *ubi supra, lib. 3. de cen-*
*suris, cap. 7. num. 5,* qui in hoc sensu assecutus est
35 rei veritatem. Secus † verò dum illud limitat,
quando innocens alia via potest se tueri, per viam
supplicationis ad Pontificem, quia ut supra dictũ
est, nemo pluribus uti defensionibus prohibetur,
ut faciliùs possit se ab oppressione tueri, maximè
quia † Pontifex admittendo supplicationem, ad 36
sua tribunalia; non excludit defensionem juris
naturalis, nec Regium officium tollit; cujus † 37
proprium & genuinum est, vim tollere, & vasal-
los suæ reipublicæ defendere, *ut in d. c. dilecto fi-*
*lio, de sent. excommunicationis. lib. 6.*
Ex † quibus omnibus, duo notabilia deduces. 38
Primum; antiquiorem † esse cognitionem per 39
viam violentiæ in his Regnis Hispaniæ, quàm
prohibitionem bullæ in Cœna Domini, imò cau-
satam esse jam immemorialem, ante dictam bul-
lam, *ut supra probavimus.* Secundum; innocen-
tes, & vi oppressos habere jus recurrendi per viã
supplicationis, ad tribunalia Pontificis, vel ad Re-
gios Senatores, ad hoc, ut porta jam clausa per
judices Ecclesiasticos, pateat, potestate & manu
Regia, ut sit aditus clarus & manifestus, ad pro-
sequendam appellationem, & † non ad illum ef-
fectũ ut in Regio Senatu, de meritis causæ prin- 40
cipalis agatur (quia illud attinet ad judices Eccle-
siæ) sed ut solum de vi, & violentia, quæ in dene-
gãdo appellationem legitimè interpositam con-
sistit, reponendo omnia acta executioni tradita
post eam, ut expressè cavetur in nostra lege re-
gni, quæ † nihil deviat à tramite juris & rationis, 41
servato in omnibus legitimo modo defensionis,
prout ex constitutionibus Pontificiis, & Conci-
liorum decretis sancitum est. In quo † auxilio & 42
remedio salutari, tota pax, & tranquillitas Rei-
publicæ Christianæ, consistit, cujus munus non
debet impediri, à Christi Domini nostri Vicario,
maximè in nostris Regnis, ubi magis viget pietas,
& cultus & Pontificis obedientia, sub cujus cor-
rectione ista docemus, & eo refutante refu-
tamus, Deum præ oculis semper
habentes.

**Finis capitulorum procemij.**

PROLO-

# PROLOGUS, ET INTRODUCTIO NECESSARIA PRO PERFECTISSIMA DECLARATIONE HUJUS TRACTATUS, DE

cognitione per viam violentiae in causis Ecclesiasticis, cum declaratione *legis, 36. titul. 5. lib. 2. Recopilationis*; ubi forma hujus recursus, ad Regia tribunalia traditur.

## SVMMARIVM.

1 IN Republica Christiana, duae extant diversae ac distinctae potestates, quibus in spiritualibus, & temporalibus gubernatur.

2 *Potestas Ecclesiastica, in salutem respicit animarum.*

3 *Temporalis jurisdictio, temporalia, in tranquillam & honestam vitam moderatur.*

4 *Ecclesiastica jurisdictio, data est Petro, & ejus successoribus stante lege gratiae.*

5 *Temporalis jurisdictio data est Reipublicae gentium sub lege naturae.*

6 *Reges jurisdictionem obtinent popularem, eo ipso, quod in dominos electi sunt.*

7 *Pontificis jurisdictio Soli assimilatur, qui totum illustrat orbem: digniorque est & nobilior temporali, quia in finem digniorem animarum dirigitur.*

8 *Pontifex utramque habet jurisdictionem, Ecclesiasticam, & temporalem; primam absolutè, alteram ad finem spiritualem.*

9 *Pontifex habet etiam jurisdictionem temporalem absolutam, in sua tantum ditione, & in sibi temporaliter subditos.*

10 *Duo gladij unus extra, & alter intra vaginam, duplicem hanc prae se ferunt jurisdictionē.*

11 *Christus Dominus in hoc mundo, temporalem respuit jurisdictionem, quia regnum ejus non erat de hoc mundo.*

12 *Regnū Dei sine fine est, quia in aeternū durabile.*

13 *Reges & Principes temporales, temporalem habens jurisdictionem, ad suae Reipublicae gubernationem.*

14 *Potestas spiritualis pietate scatet, & misericordia*

15 *Pax publica turbaretur, ac rueret, si utraque non discriminaretur jurisdictio.*

16 *Imperator, Dei Vicarius in suo imperio est, ut justitiam exequatur in temporalibus.*

17 *Pontifex, Dei Vicarius est in spiritualibus.*

18 *Temporalis iurisdictio non fuit data Regibus, à Pontificibus.*

19 *Temporalis iurisdictio praeerat, antequā Christus Dominus veniret in mundum, eamque Petro, & eius successoribus contulisset.*

20 *Reges potestatem à Deo excipiunt.*

21 *Spiritualis iurisdictio, temporali non subordinatur.*

22 *Iurisdictio temporalis, prior fuit spirituali, statim à principio mundi.*

23 *Caro subiacet spiritui, spiritus non ita carni.*

24 *Respublica Christiana una, eademque est, etsi duplici hac iurisdictione contineatur.*

25 *Pontifex caput est Reipublicae Christianae, sicut & Rex Reipublicae temporalis.*

26 *Vir caput est mulieris; & qualem induat rationem capitis.*

27 *Ecclesiastici subduntur Principi temporali, quatenus cives, & membra suae* Reipubl.

28 *Paulus Apostolus se civem* Romanum *iactauit, & appellavit ad Caesarem.*

29 *Ecclesiastici* Regibus *fidem iure iurando obtestantur, & ut capita & superiores reverētur, ac noscunt.*

30 *Ecclesiastici tenentur ad observantiam legum iustarum, quae bonum publicum statuunt, nec iuri canonico contrariantur.*

31 *Pragmatica sanctio, quae frumento, & hordeo precium taxat, etiā obligat Ecclesiasticos.*

32 *Saecularis per saecularem iudicem, & Ecclesiasticus per Ecclesiasticum, compelli possunt ad legum observantium.*

33 *Ecclesiastici non sunt obtrudendi in carcere saecularium.*

34 *Lex politica ligat Ecclesiasticum, si iure canonico non sit contraria.*

35 *In Ecclesiastico foro servanda est lex Regia, quae à sacris canonibus non deviat.*

36 *Radicalis ratio in articulis violentiae cognitionis, refertur.*

37 *Ecclesiastici subduntur* Regi, *in ordine ad bonum publicum.*

38 *Violentiam tollere est de iure divino.*

39 Lex, 2. tit. 10 part. 2. *declaratur.*

40 R*ex caput est suae* R*eipublicae temporalis.*

41 Lex, 13. tit. 13. par. 2. *declaratur*, & lex 26. tit. 14. par. 2.

42 Lex, 2. tit. 1. par. 2. *declaratur.*

43 *Violentia est, non admittere appellationem legitimè interpositam.*

44 *Rex Catholicus & Imperator in suis ditionibus quisque, superiorem in temporalibus non agnoscunt, ubi populus habet suam falicitatem in* Regibus.

45 *Regia tribunalia procedunt via extraordinariae cognitionis in articulis violentiae.*

46 *Regij iudices non cognoscunt de meritis causae principalis.*

47 *Iudices* R*egij non habent iurisdictionē in causa principali Ecclesiastica nec adhuc accessoriè.*

48 R*egum est proprium violentias tollere.*

49 *Cognitio per viam violentiae est, oeconomica administratio, & non cognitio iudicialis.*

50 R*egis Catholici Consiliarij, sunt iudices conservatores ad violentias repellendas.*

51 *Rex Catholicus justè dicitur judex conservator, pro tollendis violentiis.*

52 *Rex est judex conservator suorum vasallorum.*

53 *Rex tenetur sibi subditos, etiam Ecclesiasticos defendere.*

54 *Pontifex judices creat conservatores pro tollēdis violentiis.*

55 *Princeps est anima suæ Reipublicæ, & civis corpus illius.*

56 *Reges sunt patroni, & tutores causarū reipubl.*

57 *Reges æquiparantur Aquilæ, quæ volatu in altum attollitur, & humilia prospectat.*

58 *Iurisdictio in duobus attenditur; in cognitione causæ principalis, & in articulo violentiæ.*

58 *Iudex Ecclesiasticus in causis prophanis, non potest in laicum procedere, quod si processerit, est articulus violentiæ.*

60 Cap. si duobus, §. denique de appellationibus, *declaratur & ponderatur.*

61 *Sententiam exequi, legitima appellatione nō admissa, manifesta est violentia.*

62 *Iurisdictio Ecclesiastica protenditur, media cognitione per violentiam, quādo appellatio jubetur admitti.*

63 *Distinctio cognitionum in causis violentiæ.*

64 *Regium tribunal, non prohibet causas deferri ad judicem Ecclesiasticum superiorem in gradu appellationis.*

65 *Articulus violentiæ in causis Ecclesiasticis, consistit in executione sententiarum legitima appellatione non admissa.*

66 *Articuli violētiæ in favorem jurisdictionis Ecclesiasticæ diriguntur, quia via ad appellationē recluditur, quam præcluserat judex Ecclesiasticus exequendo, legitimâ appellatione rejectâ.*

67 *Admittere & reponere, quid significent, in articulis violentiæ.*

68 *Iudex Ecclesiasticus est, qui subtrahit jurisdictionem, suam exequendo sententiam, appellatione repulsâ.*

69 *Ad judicem Ecclesiasticum superiorem respectat cognitio causæ principalis, ad Regium verò attinet articulus violentiæ.*

70 *Huiusmodi iurisdictiones sunt omninò diversæ.*

71 *Rex est absolutè Dominus in temporalibus.*

72 *Clerici & Ecclesiasticæ personæ, cives sunt tēporalis* Reipubl. *atq; ideò suo Principi subjecti.*

73 *Rex Catholicus, & illius consiliarij, possunt Ecclesiasticos damnare in temporalibus, si eorum mandatis inobedientes resiliant.*

74 *Argumentum traditur contra huiusmodi cognitionem, & eius solutio.*

75 *Laici non subduntur Pontifici in causis merè prophanis, bono spirituali cessante.*

76 *Ecclesiastici & sæculares suo subiacent* Regi, *ut vero capiti temporali, in his quæ bonum publicum redolent.*

77 Rex *tenetur violenter oppressos sublevare.*

78 *Pontifex potest violentiam laico illatam tollere, si Dei offensam involvat.*

79 *Pontifex habet iurisdictionem in temporalib. quatenus spiritualia respiciunt.*

80 *Decisiones plurimæ iuris canonici stabiliunt cognitionem per viam violentiæ.*

81 *Consuetudo immemorialis suscepit cognitionē per violentiam.*

82 *Consuetudo immemorialis supponit titulum, & rationem præexistentem.*

83 *Cognitio per violentiam, non est ex permissione Pontificum, sed ex mero iure Regio.*

84 *Regi incumbit tutela & protectio suæ reipubl.*

85 *Duo constituuntur articuli ad expositionem cognitionis per viam violentiæ.*

86 *In articulis violentiæ, Ecclesiastici immediatè recurrere possunt ad Regia tribunalia.*

87 *Ecclesiasticis licita appellatio per viā violētiæ, absq; nota censuræ Bullæ in Cœna Domini.*

88 *Regius Senatus detinere potest Apostolica diplomata, interpellante cōtrario, aut fiscali, ut interim dignoscatur; an ex falsa relatione, aut in præiudicium tertij fuerint expeditæ.*

89 *Spiritualis respublica, iudicat temporalē, quia potestatem induit superiorem.*

90 *Exemptio Ecclesiasticorum, circa forum sæculare est de iure positivo.*

91 *In mundi primordiis,* Reges *& Principes spiritualibus simul, & temporalib. moderabātur.*

92 *Moysi collata est iurisdictio, spiritualis, & temporalis, post diluvium.*

93 *Iudex sæcularis incapax est jurisdictionis Ecclesiasticæ.*

94 *Altera ex his* Rebuspublicis, *non potest alterius punire delicta.*

95 *Exemptio Ecclesiastica in temporalibus non est de iure divino.*

96 *De iure divino est fideles, principib. infidelibus subjici, & ideò Christus Dominus in signū subiectionis præcepit tributum Cæsari impendi.*

97 *Clerus in temporalibus subditus est principibus temporalibus.*

98 *Leges politicæ quæ libertatem Ecclesiasticam non profligant utrumque forum obligant.*

99 *Ecclesiastici superiores, ut vasalli, fidelitatis iuramento obtestantur suis principibus.*

100 *Rex tenetur oppressos à violentiis eripere.*

101 *Moyses Aegyptium occidit propter iniuriam Iudæo illatam.*

102 *Qui potens, iniuriam non avertit, reus est iniuriæ.*

103 *Quo pacto iniuria, & violentia irrogentur.*

104 Reges *Dei vicem sortiuntur in terris ad subditorum protectionem.*

105 *De iure divino est,* Reges *violentias repellere.*

106 Lex, 13. tit. 13. par. 2. *declaratur.*

107 Reges *Castellæ ex antiqua consuetudine habent cognitionem per violentiam in causis Ecclesiasticis.*

108 Regum *est violentias abigere.*

109 *Iusta est oppressorum defensio per sententias, rapinas, violentias inflictas.*

110 *Licitum est prædoni obsistere, insidiari lupo rapaci.*

111 *Quale cognomentum mereantur iniqui iudices, & quibus assimilentur.*

112 *Sententia iudicis requirit veritatem, iustitiā, & æquitatem.*

113 Ex duplici capite judicium aliquod redditur injustum.
114 Iudicium iniustum duobus claudicat, dolo, scilicet, & fraude.
115 Dolus maximè adversatur justitiæ.
116 Iudex hypocrita, cui conferendus, & quanta initungat mala.
117 Sententia iniusta bellum est sub specie pacis, & iniuria sub persona iustitiæ.
118 Injustè damnato, licita est fuga ex carcere.
119 Iniustè in bonis damnato, licitum est bona recondere.
120 Ratio genuina, & naturalis, qua inducitur cognitio per violentiam.
121 Rerum divisio decuit, sed ingruente necessitate res ad sua redigantur principia.
122 Cap. si quis propter necessitatem, de furtis, ponderatur.
123 In casu necessitatis extremæ omnia communia sunt.
124 In casibus reservatis proceditur urgente necessitate extrema.
125 Iurisdictio Ecclesiastica deducta fuit ex saculari, in mundi principio ante diluvium.
126 In mundi principio, iurisdictio collata fuit à Deo Reipublicæ hominum, quam illi posteà ad Principes retulere.
127 Christus Dominus, iurisdictionem dedit Apostolis in ædificationem, non in excidium.
128 Exemptio collata fuit Ecclesiasticis in favorē, non in eorum perniciem.
129 Firmius est ius naturale, in oppressorum defensionem, quam Pontificium in clericorum exemptionem.
130 In casu læsionis, jurisdictio devolvitur ad Rempublicam temporalem, ad auferendam solummodo violentiam.
131 Propter læsiones, & iniustitias, Deus detrahit aliquibus iurisdictionem, quam aliis elargitur.
132 Iudex Ecclesiasticus legitimam denegans appellationem, iniuriam facit, & sæcularis reparat iniuriam.
133 Sacrilegia est cognitio per violentiam, quando iudex Ecclesiasticus procedit iuridicè.
134 Res nullam maiorem virtutem habet ad operandum, quam à suis causis mendicavit.
135 Quando Regia tribunalia enuntiant causam non esse in statu, supponit nullam fieri violentiam, aut iniuriam.
136 Violentia à iudice Ecclesiastico, multis modis fieri potest.
137 Appellatio quando admittenda, aut neganda, & in dubiis admittenda.
138 Iudex Ecclesiasticus agens ex opinione probabili nullam refert violentiam.
139 In re dubia admittenda est appellatio.
140 Deficiente læsione, cessat & defensio.
141 Iniquitas solet induere personam iustitiæ.
142 Iniusti iudices gravius infestant, quam in viis deprædantes.
143 Sententia iniusta, sententia non appellanda sed violentia.
144 Ecclesiasticus, cui violentia ingeritur, potest ad Regios Magistratus decurrere, relictis iudicibus Ecclesiasticis.
145 In lege naturæ, temporales Magistratus, de causis Ecclesiasticis, & sæcularibus iudicabant, & post diluvium utraq; iurisdictio fuit in Moyse.
146 Qui vim patitur, à quocunq; sibi & amiciore potest remedium exposcere, etiam à Cane auxiliari.
147 Cain primus defensionem machinatus, civitatem erexit.
148 Cain primus Rex fuit in orbe.
149 Articuli violentiæ decernuntur citra ordinem iudicialem, citato nemine, nec adhibitis probationibus.
150 Violentiæ remedium non gradatim, & ab immediato, sed ab amico magis, & indulgentiori deposcendum.
151 Apostolica diplomata retineri possunt in supremo Senatu, quousq; de vera relatione constiterit.
152 Pontifex fons est iustitiæ, ideo nec læsionem fieri patitur.
153 Asina Balaam miraculosè loquitur, & Prophetæ amentiam redarguit.
154 Duo sunt orbis moderatores Pontifex in spiritualibus, & Rex in temporalibus.
155 Istorum subditi distincti sunt, sicut & eorum Principes.
156 Violentiæ, & iniuriæ, non sunt emanaturæ à iustitia.
157 Bullæ, quibus de causis retinendæ in supremo Senatu.
158 De causis retentionis gravibus, aut levibus, consulendus est Pontifex, si voluerit.
159 Principem magis veneremur, dum ministrantium excessus supprimimus, quam dum revelamus.
160 Oppressi defensor, non tenetur cuiquam facti rationem reddere.
161 Supremus Senatus iudex conservator est, in articulis violentiæ.
162 Bullæ Apostolicæ, certis de causis retinendæ, & 197.
163 Respublica spiritualis, superior est temporali.
164 Ecclesiasticorum exemptio in eorum cladem, non detorquenda.
165 Ecclesiastici potiori titulo protegendi, quia personæ publicæ sunt, & Deo sacratæ.
166 Iniuria illata clerico, Deo infertur, quia ab eo bonum spirituale dependet.
167 Clericum lædens, gravius peccat, quā laicum.
168 Bulla in Cœna Domini, non includit articulos violentiæ si appellatio fuerit iusta & rectè interposita.
169 Excommunicatio, quæ de jure positivo est, non prævalet in ius divinum.
170 Bulla in Cœna Domini, solum est lata, contra impedientes iurisdictionem Ecclesiasticam.
171 Bulla in Cœna Domini membratim exponitur pro articulis violentiæ.
172 Bulla in Cœna Domini, appellationes frivolas impugnat, non legitimas, quæ de iure sunt admittendæ.

173 *Morla opinio, improbatur, quia in articulis violentiæ, nõ proceditur ex privilegio Pontificũ, sed ex jure, & consuetudine. & numer. 174.*

175 *Iurisdictionem impedire Ecclesiasticam, longè diversum est à cognitione per violentiam.*

176 *Vera solùm violentia, non ficta, excusat à censura Bullæ in Cœna Domini.*

177 *Cognitio per violentiam, non debet à fictione proficisci.*

178 Cap. 3. sess. 25. Concilij Trident. *declaratur.*

179 *Iurisdictio Ecclesiastica, non violatur in cognitione per violentiam.*

180 *Reges non procedunt in articulis violentiæ, ex privilegio, aut tolerantia Pontificum, sed ex mero suo jure.*

181 *Decisio Rotæ, contra præfectum justitiæ Aragonum, declaratur, quæ non excludit cognitionem per veram violentiam.*

182 *Omnes Christianorum provinciæ, procedunt in cognitione per violentiam, & referuntur singulæ.*

183 *Hispaniarum Reges, semper sedi Apostolicæ obedientes.*

184 *Præfectus justitiæ Aragonum triginta & septem jurisprudentes delegit, qui omnes assensere, de iure divino inesse Regibus violentias tollere, nec ideò eos ligare censuram Bullæ in Cœna Domini.*

185 *Cognitio per violentiam, non denuò inducta in Hispaniis.*

186 *Reges Hispaniarum, cæteris præferuntur Regibus, quia pluribus locupletantur Regnis, & præcedunt in cognitione per violẽtiam.*

187 *Rex Portugalliæ, pollet eodem jure per viam violentiæ.*

188 *Ducatus etiam Burgundiæ.*

189 *Regnum itidem Neapolitanum.*

190 *Ducatus item Medialanensis.*

191 *Pedamontanus, seu Sabaudiæ Ducatus.*

192 *Viget similiter in Senatu Mantuano.*

193 *In Regno adhuc Galleciæ.*

194 *In Regno quoq; Francico.*

195 *In Comitatu Flandriæ.*

196 *In Comitatu Barchinonensi, alias Cosetana Provincia.*

197 *In Regno Aragoniæ.*

198 *In Regno etiam Navarræ observatur.*

199 *Hispaniarum Reges regna, à Mauris vendicarunt, & demolitis eorum Mezquitis, templa Deo erexerunt.*

200 *Ecclesiastici iudices, & sæculares, à multis retro annis ius hoc, & cognitionem per viam violentiæ comprobarunt.*

201 *Excessus qui interdum fiunt à iudicibus, in cognitione per violentiam, non erunt in culpa, ut Respublica tanto beneficio destituatur.*

202 *Cognitio per violentiam incredibilem confert utilitatem.*

203 *In causis iurisdictionis sancti Officij Inquisitionis, non est recursus per viam violentiæ.*

204 *In causis etiam Fisci eiusdem sancti officii, cessat articulus per viam violentiæ.*

205 *In causis subsidii non proceditur per viam violentiæ.*

206 *In causis visitationis monasteriorum, non habet locum articulus violentiæ.*

207 *Opinio patris Azoris, improbantis cognitionem per violentiam exponitur.*

208 *Iudices supremi Senatus, nullam habent iurisdictionem in causis Ecclesiasticis, nec fovere potest eam consuetudo, aut præscriptio.*

209 *Azoris opinio reprobatur, dum sentit, debere fieri excussionem gradatim, per Ecclesiastica tribunalia, antequam ad articulum violentiæ recurratur.*

210 *In articulis violentiæ proceditur, via extraordinariæ cognitionis.*

211 *Iurisdictio Ecclesiastica protenditur mediâ cognitione per viam violentiæ.*

212 *Author refert, à quibus fuerit invitatus, ut hæc de articulis violentiæ scripserit.*

213 *Hispaniarum Reges nulli in temporalibus assurgunt, & intra sphæram suæ ditionis sunt Imperatores.*

214 *Exhortatio ad Christianos Principes, ut de articulis violentiæ conveniant.*

215 *Expedire, ut à Pontifice, & Rege Catholico causa hæc, doctissimis viris demandetur, qui dubia de articulis violentiæ absolvant.*

216 *In dubiis, iurisdictioni Ecclesiasticæ favendũ est, propter Ecclesiæ decorem, & superexcellentiam.*

## S. C. R. M.

COgnitio per viam violentiæ, seu recursus ad tua Regia tribunalia, semper difficillima, & nodosa, apud graves viros existimata fuit. Et sic
pro † perfecta, & genuina declaratione illius, a- 1
nimadvertendum est, quòd manus Regia, & eius potestas, est murus Ecclesiæ Catholicæ, pax clericorum, salus populi, propugnaculum & præsidiũ Christianæ religionis. Et sic inter Reges Catholicos & Orthodoxos, & Pontificem Maximum, debet esse maxima unio, & charitas: & tanta debet intervenire, inter has duas potestates, fraternitas, & mutua affectio, ut quælibet jurisdictio, alterius semper egeat auxilio; quia cum mundus duobus tantum constet, sacerdotio, & Regno, sic horum munera, licèt disjuncta, debent singulari fraternitatis amore uniri; cùm uterque sit divinæ legis executor, ut eleganter docet in simili Roman. Pontif. *in c. dilecto filio. 6. de sent. excomm. lib. 6.* Et hoc nobis insinuant illa duo brachia dextrum & sinistrum, duo luminaria, majus & minus, Sol & Luna, & illi duo gladij, in quibus potestas Ecclesiastica, & sæcularis repræsentatur, & sic adinvicem se adjuvare debent, ita ut in suis actionibus nunquam se impediant. Vndè, nec Imperator jura Pontificatus arripiat, nec Pontifex nomen Imperatoris usurpet. Et indè evenit, quòd cum sint duæ potestates, duo etiam genera subditorum sunt, neque plura esse possunt; quia neque plures sunt partes integrales in homine, quam anima & corpus, quibus illæ duæ potestates im-

tes im-

*tas* impositæ sunt, quarum una major est altera,
nempè spiritualis temporali, & sicut Sol præest
diebus, hoc est, rebus spiritualibus, sic Luna no-
ctibus, id est, temporalibus. Et similiter in ho-
mine duo luminaria sunt, majus ratio, minus sen-
sus est; majus & honoratius videtur, quod melio-
ribus & dignioribus præest: anima plusquã cor-
pus æstimatur, & corpus plusquã externa bona:
corpus animæ causa conditum est; bona verò re-
rum natura hominũ gratia comparavit. Nobilior
ergò anima, & nobiliora & fortiora spiritualia;
temporalibus; & sic Pontifex Maximus (Ecclesię
caput) curam gerit animarum; & rerum ad salu-
tem animæ spectantium. Reges verò pacem; &
tranquillitaté subditorum debent circumspice-
re, eosq; defendere, & tutelari; & ab injuriis, &
violentijs tueri, prout faciunt recto jure in co-
gnitione per viã violentiæ, cujus finis præcipuus
est, Ecclesiam tueri; Christianumq; populum
in pace & quiete conservare; quæ sine ejus auxi-
lio, & protectione; viduata esset; & sic oppressus
habet in his casibus Regium patrocinium, & cu-
stodem qui jam sua jura servet, defendat, & tuea-
tur; in quo Reges, Ecclesiæ jura invadere nullo
unquam tempore tentarunt. Nec ob hanc co-
gnitionis materiam, ullo modo impeditur, aut
violatur libertas Ecclesiastica; imò magis auge-
tur, & conservatur, & in melius dirigitur, ut ex
serie nostræ legis, luce meridiana clarius, omni-
bus (benè sentientibus) apparebit. Quæ quidem
potestates sunt essentiæ distinctæ, & abjunctæ, ut
tradit Francisc. Marc. *decis.* 267 *num.* 1. *in* 1. *p.* Ro-
dulf. *de potestate Principis, c. de brachio seculari,*
*num.* 1. *&* *l.c. cum ad verum,* 96. *dist. c. duo sunt.* 13.
*q.* 1; *ca. Solita, de maiorit. & obed. lex.* 5. *tit.* 1. *p.* 1.
ibi: * *E por estas dos se gouierna el mundo.* * Ho-
rum quælibet suum habet præfixum finem, co-
gnitionemque ab alia sejunctã, ut aptiùs expedi-
tiùsque politico rerum ordini queat provideri.
Vt tradit Navar. *in c. novit.* 2. *notab num.* 85. *de ju-
dic.* Victoria, *de potest. civil. num.* 8. Covar. *pract.*
*cap.* 1. *num.* 6 Molin. *de iust. & iur.* 1. *tom. disp.* 26.
Bellarm. *de laicis, lib.* 3. *c.* 3. Idem *in responso con-
tra Venetos, prop.* 1. *fol.* 3. Petrus à Monte, *de mo-
narchia Conciliorum, tit. de Imperatore, in princ.*
*num.* 1. *in* 6. *vol. tract.* Et ego dixi *lib.* 4. *commun.*
*quæst.* 899. *num.* 112.
2 Prior † dignior est, & præeminentior, spiri-
tualis inquam & Ecclesiastica, quæ in æternam
inclinat salutem animarum, ut docet Rodulph.
*de brach. secul. c.* . *n.* 2. & probat, *d. l.* 5. *tit.* 1. *par.* 1.
3 Posterior, † (quæ temporalis est) in rerum na-
turalium gubernatione impenditur, ut tranquil-
lè & honestè vita peragatur, ut eleganter docet,
*l.* 3. *tit.* 1. *par.* 1. ibi: * *La de los cuerpos en quanto*
*en buena vida,* * Mart. *de iurisdict.* 1. *p.* 5. 8. *num.* 9.
4 Priorem † contulit Christus Dominus, Petro,
ejusq; successoribus, jam jam in lege gratiæ. Po-
steriorem (quæ minor est, ut corpus anima, aut
auro plumbum) antiquior est altera (ut tradit
Lancel. *in templo omnium iud. lib.* 2. *de Pontif. c.* 2.
5 *§.* 2. *n.* 1.) quam † hominibus Deus indidit sub lege
naturæ, ut tradit Bobad. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 2. *lex.*
7. *D. de constitut. Princ.* Cagnolus *in l.* 2. *num.* 101.
*D. de origine iuris, l.* 7. *tit.* 1. *part.* 2. ibi: * *El otor-
gamiento que le hizieron las gentes,* * & in *l.* 7. *tit.*
2. *par.* 2. & Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. cap* 1. *n.* 5.
Didacus Perez, *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 3. *vers.* 3. Agia, *de
exbibendis auxiliis; fundam.* 24. *in cap. solita, de
maioritate, & obedientia,* & habetur *in prologo,
ad partitam secundam.* Et plures refert Bobadil.
*ubi supra, lib.* 2. *cap.* 17. *post numerum secundum,*
à quibus † eam sortiti sunt Imperatores, & Re- 6
ges, quos gentes in dominos assumpsere, ut leges
partitæ docent, *lex.* 1. *tit.* 1 *par.* 2. *lex.* 7. *par.* 2. *tit.* 1.
Et probatur *in d. cap. solita, de maioritate, & obe-
dientia,* Menchac. *lib.* 1. *controversiarum illustriũ,*
*cap.* 20. *num.* 4. Potestas † hæc Pontificis (ut su- 7
pra diximus) Soli adsimilatur, qui totum perlu-
strat orbem, omniaque ab eo, splendorem acci-
piunt, eoque dignior habetur, & præstantior, &
suum constituit finem in superioribus & spiri-
tualibus. Est enim instar animæ, quæ corpus a-
ctuat, & informat, *cap. duo sunt,* 96. *distinct.* Lan-
cellotus Conradus, *supra in templo omnium iud.*
*lib.* 2. *§.* 1. *num.* 2. *titul. de Pontifice Maximo,* Boba-
dill. *in sua Polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 2. & 6. Dupli-
cem † istam jurisdictionem obtinet Pontifex, Ec- 8
clesiasticam, scilicet, & temporalem, primam ab-
solutè, & independenter, posteram verò, in ordi-
ne ad bonum spirituale animarum, quarum re-
spectu, ea uti potest circa fines omnes, quavis oc-
casione & tempore, (ut tradit Bobadilla, *in sua*
*Politic. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 5. ubi refert plures ca-
sus) eo † autem cessante, ea uti non valet, extra 9
suam jurisdictionem, & fines temporales; con-
tra politicum dominium Regum, & sæcularium
Principum; ut benè docet Navarrus, *ubi supra,*
*numer.* 21. Molina, *de iustitia & iur. tom.* 1. *disput.*
29. Et concivis noster Episcopus, pater Franci-
scus Sosa, *contra incognitum, fol.* 52. & Bursatus,
*cons.* 206. *ex numer.* 78. *volum.* 2. & Bellarmin. *ubi
suprà,* & novissimè Marta, *de iurisdict.* 1. *part. cap.*
17. Paramo, *de origine inquis. lib.* 3. *quæst.* 1. *numer.*
105. *opin.* 4. Quarè & si de opinione plurimorũ
Doctorum fuerit, Pontificem habere jurisdictio-
nem hanc temporalem in habitu solùm, & non
in actu, & exercitio (Nauar. *supra* Covarr. *in re-
gul. peccatum,* 2. *par* § 1. *num.* 7. Pelagius, de *plan-
ctu Ecclesiæ, lib.* 1. *num.* 37. Almarin. *de potestat.
Ecclesiæ,* 1. *par. cap.* 9. Iacob. *de Conciliis, lib.* 1. *cap.*
8. Menchac. *controvers. illustr. cap.* 20. *à numer.* 1.
Didacus Perez, *in lib.* 1. *tit.* 1. *lib* 3. *ordinam. vers.*
*Præterea,* & 6. in quo referuntur quatuor opi-
niones, Paramo, *de orig. inquisit. lib.* 3. *quæst.* 1. *in
opinione.* 4. ubi refert Theologorum opinio-
nem.) Sed verior & communior opinio est, ha-
bitu & actu, utramque retinere jurisdictionem;
sed temporalem in ordine ad spiritualem, non
secùs. Hoc, † duo illi gladij præ se ferunt, unus 10
extra, & alter intra vaginam, ita traditur *in prolo-
go, ad* 2. *part.* ibi: * *Estas son las dos espadas, por
quien se mantiene el mundo, la primera espiritual,
y la otra temporal,* * ubi Gregorius, *verbo,* *
* *Dos cuchillos.* * & est text. *in extravagante
unam sanctam, §. in hac, de maiorit. & obed. inter
commun.* quæ ut *lex partita,* in vulgare vertit,
* *Sunt*

* *Sunt duæ potestates, spiritualis nempe, & temporalis, quibus rerum omnium status fulcitur ac vi-*
11 *get.** Hinc † est, quòd Christus Dominus, quatenus homo, & dum in vita hac mortali; nullam sibi jurisdictionem temporalem, vendicavit (ut diximus, *lib.4.comm.q.898.nu.120.*) nec Pontifex maximus, illius Vicarius, nisi in ordine ad spiritualia, illam poterit exercere, sic enim Christus Salvator; *Ioh.18.* Pilato respondit: * *Regnum*
12 *meum non est de hoc mundo,* * *Luc.1.* † *1. & Dan.2.* illius Regnum aliquo termino non esse circumscriptum perhibetur. Quæ omnia de spirituali & cœlesti Regno, non de temporali veniunt intelligenda, quia ejus temporalis jurisdictio, non nisi in ordine, ad spiritualia invalescit, Covarru. Menchac. *ubi supra,* & Bellar. *de Pontif. lib.5. cap.1. §.3.* quam dicit communem esse sententiam Theologorum, & jurisprudentium, Enriquez, *quodlib.6. q.23.* Diodor. *lib.2. de libertate Chris.c.2.* Victoria, *de potestat. Ecclesiæ, quæst.2.* Soto, *in 4. dist.25.q.2. art.1.* Waldensis, *lib.2. doctrina fidei. art.3.c.76.& 78.*) Si ergò usus, & exercitium temporalis jurisdictionis Pontifici denegatur, necessum est, Re-
13 gibus, † ac Principibus, attribui, ad suæ reipublicæ moderationem, & supplicium. Nam sicut habetur *in prologo, legis partitæ, p.2. & in l.26.ti.*
14 *14 p.2.* * *El poderio † espirituales todo lleno de piedad, y de merced, y assi puso Dios en la tierra, a*
15 *los Reyes, y Emperadores, porq † de otra suerte se turbaria la paz de la Republica, y se disminuiria la autoridad y potestad del Principe, en grā daño, y diminucion de la Republica Christiana* * Cui expedit, potentiam hujus duplicis jurisdictionis, omninò esse distinctam, ac semotam, *ut in d. cap. novit. & c. duo sunt,* & declarat Bobadilla, *ubi suprà.* Vndè & antiqua vox sapientium insonuit, ut leges Partitæ referunt, *l.1 in fin. tit.1.par.2. lex.5.*
16 *eodem titul.* ibi: * *Vicarios † de Dios son los Reyes, cada uno en su Reyno, quanto a lo temporal: que el Emperador es Vicario de Dios en el Imperio,*
17 *para hazer justicia en lo temporal; bien assi † como lo es el Papa en lo espiritual,* * Franciscus Tipius, *in tract. de potestat. Princi. temporalis, §.81. num.14.* ubi dicit, quòd Vicaria Imperatoris est est mediante populo; Vicaria Papæ immediatè à Deo, & docet Bellarm. *controv.5 lib.3. ca.6. to.1.* Mart. *de iurisdict.1.par.c.8.nu.9.* & sicut Rex non potest sibi arrogare jurisdictionem spiritualem, ita nec Pontifex temporalem, nisi in ordine ad spiritualia. Et quemadmodum finis jurisdictionis spiritualis, est utilitas & commodum animarum, ita & finis temporalis est pax, & Reipublicæ tranquillitas, & honesta vita subditorum, Agia. *de exhibendis auxiliis, fundamento. 23.* quæ etiam in spiritualem potestatem referuntur, nec in aliquo adversantur, *ut in extravagant. unam sanctā, de maiorit. & obedient.* quam latè declarat Marta, *supra.1.p.c.8. in relectione, à num.1.*

Sed illud potissimùm præhabendum est, supre-
18 mam † potestatem, & politicam jurisdictioné, quam Reges, & temporales Principes fortiūtur, qui neminem sibi in temporalibus superiorem agnoscunt, non illis à summo emanare Pontifice, ut malè existimat, Azeved. *lib.11.tit.1. num.16.lib. 4. recopil.* quem sequitur Iosephus Sese, *de inhibitionibus, c.8.§.1.nu.2.* Ante † enim quam Chri- 19
stus Dominus carnem assumeret, suamque potestatem Pontifici delegaret, jam jurisdictio temporalis in Regibus præextiterat, Covar. *c.31. prac. num.2.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.9. num.8 & 12. & 17.* & plures refert Bobadilla *in sua Politica, lib.1.c.18, num.24. lit.F.* quæ illis † à Deo imme- 20
diatè fuerat impertita, *prob. c. 8. Danielis, Matth. 22. & Paulus ad Roman. c.13.* Bobadill. *lib. 2. sua Politica, c.18. num.3.* Mart. *sup. nu. 9.* mediate verò ab hominibus, tradit Lancelotus, Conradus. *in templo omni. iud lib.1.c.2. de Rom. Pont. c. 2. vers. 3.§.1.* Agia. *sup. fundam.22.* & probatur *Danielis, c.2. & Matth.22.* quia non est potestas nisi à Deo, ut referunt leges Iureconsultorum, & leges partitæ, *l.1.D. de constit l.15. titul.13. par.2.* ibi: * *Todo deue ser sometido a los Reyes, porque ellos son puestos por mano de Dios, y el poderio que han, del lo reciben,* * Castro, *lib.1. de l. pæn. c.1.* Covar. *pract. c.2.n.2. & 6.* Molin. *de iust. & iur. tom.1. disp. 26.* Bellarm. *de laicis, lib.3.c.6. & in resp. contra Venetos, præbet.6. fol.43. l.1. & 2. infra tit.1. par.2.* contra Ses. *de inhibitionibus, c.8 §.1. n.1. cum sequentib.* Theologi insuper, & iuris prudentes graviores, Hispaniæ, & exteri. Quemadmodum ergò potestas hæc temporalis à Deo effluxit, ita finis eius naturalis est felicitas Reipublicæ, *c. si Imperator, 68. dist.* Quæ cum in recta rerum serie, & honesta vita subditorum, mediis virtutibus moralibus, constat, decuit, ut potestas hæc civilis & politica reipublicæ, potestati spirituali eiusque fini supernaturali subiugetur, & substet, & superioris ordinis existat. Est enim diversa prorsus utriusq; gubernatio & regimen. Ad temporalem enim humana solum ratio & prudentia suppetit, ad spiritualem verò non nisi spiritualis & divina exquiritur. Ideoque † spiritualis temporali subesse 21
non potest, sicut nec finis suo principio, sed è converso principium fini: finis autem ultimus, in quem omnia tendunt, est bonum animarum, & vita spiritualis earum. Neque † ideo, quia an- 22
tiquior est temporalis iurisdictio, ut suprà diximus, (& docet Navar. *d. notab.3. nu.39.* & est tex. *in lege ex hoc iure, D. de iust. & iure.* Post diluviū æqualiter fuerunt cōcessæ Moysi, ut tradit Mart. *de iurisdict.1. par.c.8. num.9. & 10.*) ideò dignior est, & excellentior putanda, Iosephus Sese, *de inhibitionibus, iust. Arag. c.8. §. 1. num.8. c. sol. ta, de maiorit. & obedient.* Quemadmodum, nec animalia irrationalia præstantiora censeri debent homine, quia ante illum creata fuerint; hoc enim homini contigit, expeculari prærogativa, & Dei indulto, quem cum in cœlum, & supernaturalem beatitudinem destinasset, cœlestia aliqua superaddidit, & de terris detraxit, ideoque ante hominis creationem, bruta & plantas produxit, & earum structura terram voluit exsuccari, ut postmodum productus homo, ex cœlestibus magis quam ex terreis conflaretur. Ex his ergo sequitur, Pontificem posse uti temporali jurisdictione, & potestate, quoties ad bonum spirituale expedierit, sed non ita Reges spirituali, in ordine ad bonum tēporale; caro † enim subiacet spiritui, 23
non

non spiritus carni. Bellarm. *lib.5. de Rom. Pontif. cap.7.* Sosa. *in d. sua respons. contra in cognitum, fol.31.* & est text. *in cap. cum ad unum, dist.96.*
24 Dico ulteriùs duplicem † hanc potestatem, & jurisdictionem distinctam, distincti licet moderentur, & gerant, * *Divisum Imperium cum Iove Cæsar habet*, * & tradit additio, ad Thesaurum. 131. *vers. Cum divisio*. Bobadilla, *sup. lib.2. c.18. nu.60.* Vnam tamen, eandemque construere Christia-
25 nam Rempublicam, cujus † caput spirituale Pōtifex est, sicut & Rex caput est in sua Republicà temporali. Hoc sonat *lex partita, 26 tit.13. par.2.* quòd quemadmodum ad motum sensuum capitis, moventur reliqua membra, ita subditi ad Regis exemplar, actiones & studia conformant, &
26 propterea, caput illorum dici, sicut † & vir, caput uxoris compellatur, cujus videre, audire, & loqui, ad sensus viri, ut sui legitimi capitis, debent deduci, ita ut nihil in ea actionum supersit, præter suo conjugi obedire. Sic inquam ad Regis normam, reduci debent subditi, non solum lai-
27 ci, verùm † Ecclesiastici & Religiosi, quatenus cives, & membra temporalis Reipublicæ, Franciscus Marcus, *decis. 456. num.9. in 1. par.* Surd. *cons.1. nu.7. vol 3.* Marta, *de iuris. 4. part. num.27. cas.1.* Greg. *in l.1. tit.10. par.2.* Alvarus Valascus, *consult.100. num.2.* ubi assignat rationes, Vincentius de Franchis, *decis.491. nu.4 vol.4 & decis.9. num.5.* Bobadill. *in sua Politic. lib.2. ca.18 num.61. casu.7.* ubi refert casum de facto contra Episcopum Oximensem qui coactus est, in Regio Senatu comparere, *ut in num.181. & num.308.* text. *in c. fin. de officio de leg. lib 6.* Bernard. Diaz, *cap.15. vers. Sed ut liberu.* Mexia, *con. l.f. 5. numer.17.* Eorum quippè exemptio solummodò est, quoad forum, non quoad protectionem Regiam; sic
28 enim † S. Paulus, civem Romanum se esse dixit, & ad Cæsarem appellavit, *cap. in auditorium, distin.10.* qui enim dicit Christianum, clericum dicit, & laicum, ut docet Alvarus Valascus, *d. con-*
29 *sult.100 num.4.* Vnde † invaluit Hispaniæ consuetudo, qua Ecclesiastici Præsules, fidelitatem, Regi jure jurando obtestantur, illum, ut verum Dominum, & caput in temporalibus suscipientes, Alvarus Valasc. *supra num fin.* ubi hanc dicit consuetudinem Hispaniæ, Franciscus Tipius. *de potestate Princ. § 3. num.12.* in hæc verba: * Princeps pro communi utilitate creatus est, *l.1. C. de novo Codice, l.1. de Iustinian. Codice, confirmant.* qui licet in temporalibus Regiæ potestatis exortes sint & immunes, non tamen adeò absolutè, quin ut cives, & membra Reipublicæ temporalis, in ordine ad bonum publicum, & commune, suo Principi subdantur, Navar. *in Manual cap.23. num.88.* Soto *sup. in 4. distin. 25. q.2.* Molina, *de iust. & iur. 1. tom disputat.31. vers.5. conclus.6.* Bellarm. *lib.1. de clericis cap.28.* Salcedo *in addit. ad Bernard. Diaz, cap.55. num.5.* Prosperus Farinac. *tit. de inquisit. quæst.8. num.30.* * idem tenet Camillus Borell. *de Regis Cathol. præst. c.64.*
30 Ex hac † conclusione & principio, nempè Ecclesiasticum, ut civem & membrum suæ reipublicæ, subesse Principi temporali, planè infertur, Ecclesiasticum ad legum politicarum observantiam obstringi, quæ bonum commune & publicum Ecclesiasticorum, & laicorum involvunt: sic sentiunt gravissimi authores Theologi, & Iurisprudentes, veritatem hanc, ut firmam & stabilem existimantes, Menoch. *cons.1000. num.27. lib.10.* Bellarm. *sup. q.28. vers.5.3. propos.* Avendannus *de exequendis mandatis, 2. par. c.14. nu.19.* Mexia *ad pragmaticam Regiam, conclus.5. n.43.* Menchac. *lib.2. de success. creat. §.10. num.648.* & ita fuit Iudicatum, ut tenet Cacheran. *decis.181.* Menoch. *cons.800. num.21 lib.8.* & prob. *lex.54. tit.6. part.1.* & leges peculiares Hispaniæ constituunt, *l.52 tit.p.1. l.a. tit.25. lib.5. Recopil.* ibi: * *Assi clerigos y personas Ecclesiasticas, como seglares.* * Et tradit Morl. *in Emporio, tit. de jurisdict. quæst.12. num.12.* Pragmatica † etiam tuæ majes- 31
tatis, decreto sancita, quæ precium rei frumentariæ præfigit (ut Doctoribus placet) Ecclesiasticos tenet, ac ligat; est enim lex, quæ commune bonum Ecclesiasticorum, & laicorum importat, Gutier. *lib 2. pract. quæst. fin.* Covar. *in reg. poss.2. par.§ 4. nu.9. vers.3.* Menoch. *d. cons.800. & 1000.* Sarmient. *lib.4. sententiarum, cap.13. num.1.* Surdan. *cons.301 vol.3.* Mart. *de jurisdict. 4. par. quæst. 1. cas.7. num.6.* Hier. Gab. *cons.37. nu.5. lib.2.* Vincent. de Franchis, *decis.9. num.3.* Salced. *in pract. ad Bernar. Diaz, cap.55. vers.2. deducitur.* Bobad. *in sua Polit. lib.2 c.18 num.122.* Morl. *sup.* Sot. *in 4. dist.25. q.2. art 2.* Victoria. *de potest Ecclesia, in relectionibus, num.4.* Atque ita, quantum ad rationem directivam omnes obligat quatenus cives, & membra Reipublicæ temporalis: consentaneum namque est, ut pars conservationi, & commodo sui totius, quòd est respublica temporalis, prostituatur, ad cujus probationem, multa apponuntur exempla à Bobadill. *in sua Polit. lib.2. cap.18. per totum, & n.117. & est lex.1. in fin. tit.18. lib.6. Recopil.* ibi: * *Que las dichas penas ayan lugar contra los Prelados y clericos.* *

Sed illud maximè debet perpendi, latissimum interjacere discrimen, inter hos subditos, Ecclesiasticum nimirum, & sæcularem; sæcularis † 32
enim, cogi potest per Principem sæcularem, ad legis politicæ observantiam, Ecclesiasticus verò, non nisi per Ecclesiasticum judicem: nam & si ex vi rationis, & directionis, illum lex premat, ut etiam legislatorem, *l.16. tit.1. par.1.* Megia. *ad pragmat. Reg. conclus.5. num.52.* coërcitio tamen, & pœna solius est Ecclesiastici judicis, Bobadill. *lib.2 cap.18. à num.315. l.54. titul 6. par.1.* non sæcularis ita Bellarmin. *sup. vers.3.* Sosa, *sup. fol.36.* Sarmient. *lib.7 select. ca.8.* Redin. *de majest. Princip. num.175.* Surd. *sup. numer 31.* Mart. *de jurisdict. casu 1. centur.1. num.33.* Impium † 33
enim esset ac dedecens Christiana religioni, Ecclesiæ ministros, in sæcularium carceribus pro prophanis & temporalibus carcerari, atque ita, licet † leges politicæ sacris canonibus non ad- 34
versantes, & commune bonum providentes ipsos præpediant, executio tamen coactionis & pœnæ, solùm ad Ecclesiasticum forum defertur. In quo † lex bono publico expediens, nec sacris canonibus resiliens, inviolatâ prorsus debet observari.

Prælu-

47 quitur. Hanc † enim cognitionem non obtinent directè, nec indirectè, Reges & Principes superiores, nec principaliter, nec accessoriè in causis Ecclesiasticis, cognoscunt, ut tradit Agia, *in tractatu de exhibend. auxilii. fundam. 26. & 27.* Talis namque cognitio solùm est, via extraordinariæ cognitionis, in naturalem oppressorum
48 defensionem, quòd quidem † Regibus genuinum est, & maximè proprium, ut tradit Olivan.
49 *de iure fisci, cap. 8. num. 30.* ubi dicit, quòd † hæc est politica, & œconomica administratio, & non cognitio iudicialis est insuper, peculiaris obligatio, quæ maximè in propulsandis violentiis innotescit, quam ut expleas, tua iam Maiestas, iudices deputavit, supremum scilicet Magistratum, & Regia alia tribunalia. Quemadmodū enim Pontifex, conservatores iudices designat, quorum munus est, violentias diluere, & læsiones resarcire, *tex. in c. 1. & fin. de offic. deleg. lib 6. cap. 5. sess. 14.*
50 *c. 14. sess. 7. Concil. Trid.* ita † & tua Maiestas, Cōsiliarios instituit. *(l. 1. & 8. tit. 8. lib. 1. recopil.)* qui de hujusmodi læsionibus, & violentiis, tuæ temporalis reipublicæ civibus irrogatis, iudicent. Verè † enim diceris iudex conservator, pro oppres-
51 sionibus, & violentiis subditorum vindicandis, ita ut nec aliis inferant, nec ab eisdem mutuo sustineant, ita Fusc. *de visit. c. 32. num. 5.* ibi: * *Rex † est iudex conservator suorum vasallorum, ut ne-*
52 *mini iniuria fiat, & ne aliis iniuria inferatur.* * Verum nomen hoc iudicis cōservatoris, tuæ Maiestati inditum, non parum confert, ad huius rei
53 probationem: nam † eo ipso, quò Reges suorum subditorum conservatores extiterunt, eos etiam possunt tutari, & à quibusvis iniuriis & violentiis eripere: Sicut † & id præstant conservatores iu-
54 dices, ad talem cognitionem à Pontifice deputati, quia populus lacrymosa voce conclamat, ad Regem, dicens: * *Protege domine populum tuū, quia proprium officium Regis est, vim tollere.* Sic Seneca, *in opuscul. de clementia ad Neronem*, ut Imperatorem in subditorum amorem & clementiam alliceret, ipsum † suæ reipublicæ animam, & ci-
55 ves illius, corpus esse commemorat, ideòque ad eorum tutelam teneri, cum non tam illis, quam sibimet beneficiendo beneficium conferat: extant verba: * *Animus Reipublicæ tu es, illa corpus tuum; tibi enim parcis, cum alteri videris parcere.* * Reges † post modum tutores causarum
56 reipublicæ, nuncupat, *lib. 1. c. 4. de Clem. ad Neronem*, & Franciscus Tupius; *de potest. Princip. §. 5. numer. 36.* quòd si tutores, ergò & pupillorum defensores, civium, inquam, & suæ reipublicæ subditorum, in quorum protectionem *lex partitæ* Reges, Dei vicarios appellavit. Ex eo igitur Rex capiti æquiparatur, quia cæteris humanis membris celsius est, ut dixi, *in lib. 4. q. fin. num. 400.*
57 Aquilæ † præterea adsimilatur, quæ sublimè attollitur, infimâ simul, & maris recondita perlustrat. Leoni etiam Brutorum Regi confertur, qui apertis indormit oculis, ut intueri possit, & speculari, quidquid ubique loci, & temporis sibi subditis poterit expedire, adhuc dum quieti & somno indulget; quia tunc pro sua Republica temporali, necessum est invigilet.

Quod si objiciatur, disparem esse rationem in Pontifice & Rege; nam Pontifex iudex est idoneus ad delegandum causas in articulis violentiæ & læsionis, Rex autem, similem non habet iurisdictionem, quia iudex sæcularis est, nec competens ad cognitionem causarum Ecclesiasticarum & inter personas Ecclesiasticas, *cap. qualiter, & quando de iudiciis.* Sed præ manibus est solutio † 58
hanc scilicet cognitionem, seu extraordinariam, iurisdictionem bifariam posse exponi; primò iurisdictionaliter, ut potè alterando, aut revocando sententiam iudicis Ecclesiastici, ut si iudices supremi tui Magistratus, aut aliorum Regalium tribunalium, merita causarum principalium, ut moris est in prima instantia, dignoscerent. Secundo per viam appellationis, videlicet, enuntiando sententiam aut nullam, aut iniustam extitisse. Si primo modo, in dubium est, iudicem sæcularem, quantumvis altioris ordinis, non posse ad merita causæ principalis progredi (*text. in d. c. qualiter & quando de iudi. cap. licet, cap. ex transmissa de foro competenti*, Marta. *de iurisdi. 4. par. cent. 2. casu. 146. nu. 7.*) confirmando, aut revocando sententiam ordinarii Ecclesiastici, quia hoc spectat ad iudicem appellationis superiorem. At in secundo casu, quando iudex sæcularis procedit in articulo violentiæ, definiens scilicet, an † iudex Ecclesiasticus prosequi possit 59
in causa prophana contra reum sæcularem, & Regiæ ditionis; aut in causa Ecclesiastica contra Ecclesiasticum, suam exequendo sententiam, sine appellationis aufugio, in casibus, quibus tenetur cedere, aut non exequi; in his inquam casibus certum & pro comperto est, posse procedere per viam violentiæ, & in primo adhuc casu, quando causa prophana est, & inter sæculares, iudicata omnia aboleri, & reponi imperando, Covar. *pract. cap. 35. numer. 3. vers. Et si laicus, tex in lib. 2. tit. 6. lib. 1. Recop. & in lib. 36. tit. 5. libro 2. Recop.*) deferendo cognitionem causæ, ad iudicem sæcularem competentem, ita docet † 60
Alex. 3. *in cap. si duobus, §. denique, de appellat.* ibi: * *Quia tribunal sæculare in rebus temporalibus à summo Pontifice est exemptum;* * Paramo, *in libro 3. quæst. 1. opin. 3. numer. 99.*) aut acta omnia retinendo in Regio tribunali. In secundo casu, executata revocando, viam appellationi recludendo, ut legitimè possit, ante superiorem iudicem comparere. Est † siquidem 61
manifesta violentia sententiam exequi, præclusa ad appellationem via, in casibus, quibus de iure debuit appellatio indulgeri. Iudex enim executor sine appellationis interventu, legitimum possessorem bonis ac beneficiis exuit & denudat suum tutamen abnegando; appellatione repulsa, & causæ progressu, ad Pontificem; in quo † 62
tantum abest, Ecclesiasticæ iurisdictionis restrictio, ut potius magis ac magis dilatetur ac pateat & in eius favorem, talis cognitio vertat & accedat. Nam † aut iudex Ecclesiasticus, proce- 63
dit contra laicos, in causis prophanis, aut contra Ecclesiasticos, in causis Ecclesiasticis. Si primùm, manifestè liquet, iudicem Ecclesiasticum nullam obtinere iurisdictionem, & personam agere par

titularem, ac proindè notoriam ingerere violentiam, litigantibus laicis. Si secundum, causa existente Ecclesiastica, & inter personas Ecclesiasticas,
64 judex † sæcularis non intercipit, aut demoratur, jurisdictionem Ecclesiastici, nec obstat executioni, quominùs ad Ecclesiasticum superiorem viâ appellationis recurratur, remedio juris adhibito, quòd scilicet lite pendente, non innovetur, quòd nusquam, in hisce Regnis, expertum est: At si spoliatus, & oppressus, ad auxilium Regale violentiæ confugiat, ut Regij Consiliarij læsionem, & violentiam judicis Ecclesiastici diluant, exequentis ex abrupto, appellatione remotâ, in contemptum judicis Ecclesiastici
65 superioris, nulli dubium est, circa † articulum violentiæ, qui de spoliatione & executione appellantis est, tuæ maiestatis Consiliarios, vere esse judices, & à te delegatos conservatores, ut in similibus definiant; quorum potissimùm munus est, de facto & de jure arcere violentias, acta omnia, & executa, reponere, quod quidem non est alienam jurisdictionem arripere, sed Ecclesiasticum judicem eò adigere, ut appellationem nō renuat, ita ut oppresso liceat, re familiari in
66 columi, Pontificem, aut illius adire judices. Nec † in hoc parum foro Ecclesiastico, ejusque tribunalibus superioribus tribuitur, cum talis per violentiam cognitio viam appellanti aperiat, quam Ecclesiasticus judex obcluserat, suam exequendo sententiam, appellatione repulsa, ut dixi *libro 4. commun. quæstione prima, numero 114. cum*
67 *sequentibus.* Hæc † itaque ratio, ob quam supremus tuus Magistratus in suis mandatis hoc præferat. * *Otorgue y reponga todo lo hecho despues de la apelacion, y en el tiempo que pudo apelar.* * Id enim eò vergit, ut oppressus causam possit deferre Pontifici, aut judicibus appellationis. Qui
68 † ergo jurisdictioni Ecclesiasticæ, Pontifici, ejusque authoritati detrahit, judex est Ecclesiasticus, qui in præiudicium, & contemptum judicis superioris, appellatione explosa, exequitur, sibi primam & secundam attribuens instantiam; idque omne emendat, & reperat judex sæcularis per viam violentiæ, executa revocando, & omnia impost legitimam appellationem reponendo, dum nihil de meritis causæ principalis, an iusta fuerit, vel iniusta decernat, Agia, *de exhibendis auxil. fundam. 27. fol. 115.* ubi dicit, quod ad defensio-
69 nem non requiritur authoritas iudicialis; hoc † enim est iudicis Ecclesiastici superioris, sicut & cognitio causæ principalis, tuæ autem maiestatis, & tuorum Magistratuum, est articulus violentiæ, in executione causarum Ecclesiæ, & in prophanis contra laicos tuæ ditionis cognitio, in his siquidem nihil habet impertitum iurisdictio-
70 nis iudex Ecclesiasticus, cum † istæ duæ iurisdictiones, ut supra diximus, diversæ sint ad invicem.

Ex his ita firmis, & in iure stabilitis principiis, praxis illa pullulat, & series regalium literarum, quibus Ecclesiastici iudices exorantur, ut sub pœna temporalium proventuum, Ecclesiasticas censuras amoveant, Antonius Olivanus, *de iur. fisci, cap. 12. numer. 2. & cap. 10. per totum,* Avend. *de exequend. lib. 2. cap. 6. num. 12.* text. *in l. fin. D. de offic. procur. Cæsaris. l. quicunque, C de Episcopis, & clericis* ubi illud tenet Paulus de Castro, & sensit de facto contigisse, Bern. Diaz. *in sua pract. c. 102.* & ubi Salz. illud notat *lit. A.* Rodrig. *de annuis redditibus, c. 17. n. 67.* Enriquez, *in sum. lib. 4. de irregul. c. 12. num. 6.* & ego dixi, *in quæst. 899. num. 173.* & prob. *l. 18. tit. 9 par. 1.* Sese, *de inhibit. Reg. Arag. cap. 8. §. 3. n. 98.* Covar. *pract. 35.* Bobadill. *lib. 2. c. 18. num. 61.* Nam Reges, † 71
sunt absoluti Domini, temporalium omnium, in sua ditione; & Ecclesiastici † quatenus cives eo- 72
rum, subditi sunt, Alvarus Valascus *consult. 100. num. 2.* & Vincentius de Franchis, *decis. 49. nu. 4.* & sic tenentur, ad obsequium mandatorum sui Principis, ac naturalis domini, & iudicum ab eo destinatorum, non via contentiosæ iurisdictionis, sed politicæ & œconomicæ gubernationis, qua servus, suo tenetur subesse domino, & filius parentibus. Quare, † cum mandatum æquum 73
sit, & iuri consonū, ratione naturalis defensionis, & tutelæ, & iudex Ecclesiasticus in temporalibus Regi suo, (ut Reipublicæ capiti) subiaceat, consequens est; inesse Regi potestatem, spoliandi à temporalibus, Ecclesiasticum inobedientem, & rebellem, ita Iosephus Ses. *de inhibit. iust. Arag. cap. 9 § 1. num. 22.* Covar. *cap. 35.* Bobadill. *lib. 2. cap. 19. num. 31. & cap. 17. num. 68.* Olivan. *de iure fisci, cap. 11. num. 37. in lit. P.* contra Marta. *de iurisdict. 2. par. cap. 34. num. 24.* aliàs enim illius iurisdictio, & mandata non prævalerent, si vim etiam, & potestatem ad sua exequenda mandata, non obtineant; cum enim si Regi cognitio attribuitur, id etiam, omne debet attribui, quòd ad eam exercendam exquiritur, *l. 2. D. de iurisdict. omn. iud. l. oratio, D. de sponsalibus, l. ad rem mobilem, D. de procur.* Anton. de Herrera, Regius Historiographus, *in oratione pro comite stabili, cap. 30.* & praxis hæc viget, in omnibus Christianorum Rebuspublicis, Antonius Olivan. *de iur. fisc. c. 12. n. 2. & 13.* Covar. *sup. vers.* advers. Vellug. *in speculo Princ. rub. 18. num. 7.*

Sed † contra veritatem hanc, ita certam, & 74
communi istarum provinciarum plausu, ab immemoriali acceptam, iurisperitus quidam Ecclesiasticus, cum quo de his omnibus controverteram, sic insurrexit. Sequitur, inquit, quòd si Rex, eiusque Consiliarij, ex vi naturalis tutelæ, possunt per violentiam de læsionibus & violentiis à iudicibus Ecclesiasticis iniectis, cognoscere. Poterunt similiter Ecclesiastici iudices, violentias, & læsiones, à sæcularibus inflictas cohibere; eadem siquidem defensio, & ius naturale commune utriusque, utrobiq; militat: aut quemadmodum iudex Ecclesiasticus, adhuc summus Pōtifex, violentiam laico à sæculari iudice iniectam, non dirimit, ita nec iudex sæcularis, violentiam ab Ecclesiastico iudice patratam, queat repellere, atque ita naturalis defensio, aut nulli, aut omnibus iudicibus incumbet; quo argumento utitur, Suarez, *de lib. Ecclesiastica. cap. 34. num. 35. litera D.* Sed argumentum hoc, etsi subtile, & probabile utcunque appareat, efficax tamen non est, nec iuridico fulcitur fundamento: quia

75 quia † iudex Ecclesiasticus (etsi summus Pontifex)
nusquam præsumit, laicos suæ esse iurisdictionis
76 in temporalibus causis, cū † privatim suo natu-
rali Regi, ut capiti Reipublicæ, subiugantur, si
causa spiritualis, & bonum animarum non inter-
iaceat; at Ecclesiastici, suo substāt temporali Re-
gi, ut membra, & cives Reipublicæ, Alvarus Va-
lasc. *d. consul*, 100. Ideòque cum tam Ecclesiasti-
ci, quam sæculares, sub eadem sui Regis degant
protectione, eos omnes, ut cives & membra, suæ
Reipublicæ, ex æquo amplexari debet, & prote-
77 gere, quia † oppressis omnibus tenetur subve-
nire, (*l. 1. C. quando Imperator* glos. *in cap. filiis,
vel nepotibus*, 16. *q.* 7. Aufred. *in cap.* 1. *de officio
ordinarii, & in regul.* 2. *fol.* 3. Carol. Grasal. *l.* 2.
*Reg. Franc. iure.* 7. Afflict. *lib.* 3. *rubrica.* 65. *n.* 3.
*in constit. Reg. Neapoli.*) Vim omnem & violen-
tiā personis, aut eorum bonis à iudicibus Eccle-
siasticis provenientem, omnino refellere, tollen-
do, quæ ex denegata legitima appellatione cōtra
78 ius naturale promanant. At † si causa bonum a-
liquod spirituale animarū involvat, & iudex sæ-
cularis violentiam aliquam laico afferat, periuri-
um, seu Dei offensam suggerendo, tunc tempo-
ris Pontificis subditus redditur, & sui tutelā, non
solum à iudicibus sæcularibus, verum ab Eccle-
siasticis potest reposcere, ut tradit Paramo, *de ori-
gine inquisit. lib.* 3. *quæst.* 1. *opin.* 4. ubi latè pro-
sequitur istam materiam, quibus obligatio suæ
79 defensionis impendet. Iam † enim supra discussi-
mus, in Pontifice, iurisdictionem residere tem-
poralem, in finem spiritualem animarum, quo
cessante, per viam violentiæ, & extraordinariæ
cognitionis, sæculares simul & Ecclesiastici per
te tuosq; deputatos iudices suscipi possunt, & *de-
fendi*, *Matth. de afflict. decis.* 24. *nu.* 6. ubi dicit
quòd Rex, tenetur defendere personas Ecclesia-
sticas, ab injurijs factis per laicum, vel clericum;
idcque resolvit, *decis.* 85. *nu.* 2. *&* 280. *nu.* 8. Ca-
80 cheran. *dec.* 30.
Præter † hæc tandem præiacta fundamenta,
quibus satis superque ius tuæ Maiestatis, ac tu-
orum Magistratuum, ad cognitionem per vio-
lentiam in causis Ecclesiasticis, & inter personas
Ecclesiasticas roboratur ac figitur, multa alia per-
mittunt, & probant decreta canonica, alibi à me
relata, *lib.* 4. *com. quæst.* 1. *à nu.* 182. *usque ad* 219.
81 inter quæ † consuetudo immemorialis istarum
82 provinciarum illud confirmat, quæ titulum † &
rationem iam dudùm præhaberi clamitat, & ad
prætendendam aut contrahendam iurisdictionē
maximoperè conducit, ita Olivan. *de iur. fisc. c.*
13. *nu.* 12. ubi dicit, quòd hæc scientia Pōtificis o-
peratur idem, quod privilegium, nam privilegiū
supponit permissionem, & tolerantiam Romani
Pontificis, ut multi, & gravissimi sensere Docto-
res, Gregor. *in l.* 13. *titul.* 13. *part.* 2. *verbo*, * *Ni
fuerca*, * & novissimè Sese, *de inhibit. Reg. Arag.*
83 *cap.* 8. §. 2. *à num.* 1. Quorum † doctrinam verā
non reputo, ut sæpius demonstravi, sic enim tuæ
Maiestatis ius temporarium esset, non perpetuū
si illius concessio, aut denegatio, ex facultate li-
bera penderet Pontificis; atque ita indubitabile
censeo, cognitionem istam inesse Regibus, iure
proprio, & Regio munere, quia caput est unus-
quisque suæ Reipublicæ temporalis, & Ecclesia-
stici eorum vasalli cives, & membra Reipublicæ,
ut latè diximus *à num.* 22. & docet Morla, *in Em-
porio iuris, tit.* 2. *de iurisdict. quæst.* 14. *per totam*,
quorum † tutela, & defensio, Regum interest, 84
ut sat manet probatum.
Sed † articulum hunc absolvam, & ut obo- 85
rientia dubia clariùs patescant, ne conscientia
Ecclesiasticorum & laicorum nauseat, qui sæpiùs
auxilium regale violentiæ implorant, cum for-
midine forsan Bullæ in Cœna Domini, duos a-
lios indè emergentes articulos visum est percur-
rere.
Primus est, an † Ecclesiasticis & laicis liceat, 86
in propriis causis, per viam violentiæ, ad tuæ Ma-
jestatis Magistratus, & Regia tribunalia diffu-
gere, quin prius, in immediatis Ecclesiasticis tri-
bunalibus, compareant; ab Episcopo scilicet ad
Metropolitanum, ad Nuntium Apostolicū cum
ad ipsum tandem Pontificem, an ad supremum
Magistratū, aliaque Regia tribunalia, sine † no- 87
ta anathematis Bullæ, immediatè valeant aufu-
gere.
Secundus est an † tuus supremus Magistratus 88
deposcente hoc fiscali, vel exorante parte, licitè
queat decernere, ut diplomata, & literæ Aposto-
licæ, in præiudicium tertii aut contra Regium
patronatum expeditæ, detineantur, ac suspendā-
tur, donec Pontifex certioretur, & consulatur,
de læsione, & damno, quod ex talibus literis cō-
tra leges istius Regni subsequitur.
Vt dubia hæc enudē, præmitto primùm, Re-
publicam † spiritualem, iudicem esse tempo- 89
ralis, illique superintendere in causis spiritua-
libus ex potestate directa, quam in se imbibit,
& in temporalibus, ex indirecta potestate,
quando scilicet eas expedit in finem, & salutem
animarum dirigere. Latè diximus, *l.* 2. *com-
mun. quæst.* 739. *num.* 46. *& in lib.* 4. *quæst.* 899.
*à num.* 112. Et novissimè post hæc scripta, Sese,
de inhibit. Iusti. Arag. c. 9. §. 1. *per totum*. Qua † 90
ratione Pontifices à Divo Sylvest. & Constantino
Imperatore, clerum quantum ad personas, & eo-
rum bona à potestate civili, & Regia, subduxe-
runt, dixi. *quæst.* 901. *à n.* 35. antea enim. † Reges 91
& temporales Domini à primordio mundi, spi-
ritualia, simul gerebant, & temporalia, ut patet
de iure communi, *ex cap. bene quidem. dist.* 97.
& ex *l.* 6. *part. tit.* 1. *part.* 2. ibi: * *E por ende los
llamauan Reyes, porque regian tambien lo tem-
poral como lo espiritual.* *. Et etiam resolvimus.
*lib.* 4. *commun. quæst.* 899. *nu.* 133. & Agia *de im-
plorandis auxil. fund.* 24. ubi docet, quod civilis
Magistratus cœpit tempore legis naturæ: post † 92
diluvium vero, iurisdictio spiritualis, & tempo-
ralis, fuit æqualiter concessa Moysi, ut tradit Mar.
*de iurisd.* 1. *part. c.* 8. *nu.* 9. *&* 10. Et habetur *Ge-
nes.* 36. & quamvis Imperatores, & Reges, Eccle-
siasticæ reluctarent exemptioni, poterat Ponti-
fex eam clero indulgere: omnes tamen sæculares
Principes æquo ac libenti animo pertulêre ut tra-
dit Anastasius Germon. *de sacrorum templorum
immunitate, lib.* 2. *cap.* 16. Et referunt non ob-

scuri authores, patetque ex titulis *de Episcopis; & clericis, de sacrosanctis Ecclesiis* Quare ut hæc ex-
emptio perduret ac maneat, Curiæ stylus est, sin-
gulis annis Bullam in Cæna Domini edicere,
quę excommunicantur, Ecclesiæ libertatem ut-
cunque deturbantes Frma manet, nec nutat hæc
libertas, & si clericus in gravem quemque exces-
sum labatur, illiusque punitio in iudicem sæcu-
93 larem, neutiquam refluit, quia † incapax est
Ecclesiasticæ iurisdictionis, *cap. solitæ, de maior. & obed.* & tradit Sese, *de inhibitionib cap.* 8. § 1.
*nu.* 11. quamvis procedatur, in causa Principali-
ter, aut incidenter; quia inferiori utcunque licet
se aut alios, protelando, superiori obsistere, nus-
quam tamen in alienam ditionem irrumpere,
94 aut manus iniicere; essetque † pacem publi-
cam & universalem profligare, si Respubli-
ca una, in aliam sibi comparem, invehatur,
& incurset. Perpende, quæso, & scrutare,
Rex potentissime, utinamque alii Reges, &
Christiani Principes, appendant, quam gravi &
iniquo animo vestrum quilibet, suorum subdi-
torum procacitatem pateretur, & insolentiam,
si temerè conspirantes, sine vestro permisso, &
licentia, imo vobis invitis, ac renventibus, rei-
publicæ excessus audacter, præsumerent mode-
rari; Sic inquam ex proprio periculo, alienum
potest addisci, & à Principibus Christianis si par
est, sua propria, summi Pontificis, Christi Vicari
& communis parentis causa, iudicari; hoc inquã
quod tantæ rei est, tua clementia discutiat, atten-
95. tius & advertat. Libertas † Ecclesiastica, secũ-
dum communem, magisque acclamatam opi-
nionem, non est de iure divino in causis tempo-
ralibus, & prophanis, sed solum de iure humano
positivo (iure divino conformi) ut docet doctissi-
mus Felitianus, *l. 2. de censibus. c.* 3. *n.* 14. Covar.
*pract: cap.* 31. *n.* 1. *&* 2. Menchac. *l.* 1 controu.
*illustr. cap.* 20. *n.* 2. *Morl. in suo emporio iuris* 1.
*p. tit.* 2. *de iurisd. nu.* 3. & dixi *lib.* 2. *Pract. quæst.*
739. *n.* 2. Alvarus Valasc. *consult.* 100. *n.* 8. Boeri
*decis.* 31. *n.* 4. Sese *de inhibit. c.* 8. §. 1. *n.* 21. *&* 140.
Scobar. *de ratiociniis, c.* 7. *n.* 32, Bobadill. *l.* 2. *c.*
18. *n.* 23. Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 9. *n.* 8, *&* 27
*&* novissimè plures refert Cened. *in suis quæstionibus canonicis. quæst.* 4. *per totam*, Duarenus, *de sacris Ecclesiæ ministris. l.* 1. *c.* 2. Agia *sup. funda.*
26. *vers. Dixi.* & plures refero *in procemio. cap* 5.
*per totum & alios* refert Castill. *l.* 2. *variar. q. c.*
5. *n.* 19. (ubi me allegat) & Muñoz, *de ratiocin.*
*c.* 7. *num.* 33. pro qua sententia simile hoc funda-
96 mentale sufficiat. De † iure divino, est fideles,
Principibus infidelibus submitti, & ideo, in sig-
num subiectionis, Christus Dominus tributum
Cæsari iussit, impendi, ut dixi *in quæst. fin. nu.*
248. *lib.* 4. *comm. & lib.* 2. *quæst.* 550 *in fin.* Mo-
lin. *de iust. & iur.* 1. *tom. disp.* 31. à qua nec eos
subtrahit ius divinum ex communi, & recepta
doctrina S. Thom. 21. *quæst.* 10. *art.* 10. *cap. omnis anima de censibus.* Adhunc itaque modum, de-
cuit, in personis, in causis, ac bonis, clerum à foro
civili, & Regio, fuisse exemptũ, Morl. *in suo emporio iuris. tit.* 2. *de iuris. lict. q.* 12. *n.* 12. à quo nũquam
Deus per legem divinã, subduxit, sed solum leges
hominũ, eripuerunt, ita † ut in tẽporalibus, Re- 97
gibus, & Principibus, ac civili reipublicæ subiecti
persistant (ut tradit Olivanus *de iure fisci cap.* 9.
*a n.* 1.) in † ordine ad bonum commune cleri- 98
cis, & laicis, ac proinde † Episcopi, & Præsules, 99
in suscipiendis Regibus, sicut & alij Principes &
temporales Domini fidelitatis iuramento red-
duntur obnoxij, quia vasalli, subditi, & cives sunt
temporalis Reipublicæ, ut habetur, *in l.* 5. *tit.* 15.
*part.* 2. sub his verbis: * *E desto deven fazer omenagelos mas hõrados homes del Reyno, que hi fueren, casi como los Prelados. y ricos homes, cavalleros hyos dalgo,* * ubi tenet Gregor. verbo, * *Los Prelados.* * Et hanc dicit consuetudinem Hispa-
niæ, Alvarus Valascus, *consult.* 100. *numer.* 6.
& tradit Olivanus, *de iure fisci, c.* 7. *num.* 9. & dixi
*in quæst.* 899 *num.* 140. *lib.* 4. *comm.* in quo leges
politicæ, libertati Ecclesiasticæ non adversantur
ut probavimus. in utroque foro, & adducit Mor-
la, pluribus citatis, *tit.* 2. *de iurisd. quæst.* 12. *n.* 12.
omnes siquidem, in universum, membra sunt,
temporalis reipublicæ, & leges iustæ, bonum pu-
blicum Ecclesiasticorum, & sæcularium, prospe-
ctantes, charitate & iustitia legali exuberant, læ-
sum protegunt, & pacem publicam, contra pro-
ximi iniuriam & pacis communis turbatorem,
in quovis foro, compingunt. Sic lumen natura-
le, intellectus edocet, & Sapiens, *Proverb. c.* 24.
proclamat. * *Eripe † eos qui ducuntur ad mortem. & eos qui trahuntur ad interitum, liberare necesses.* * ita Ambrosius, & text. est in decre- 100
to; *c. non inferenda* 23. *quæst.* 3. ubi † Moysis, 101
inducitur exemplum, qui Ægyptum, Iudæum
quendam iniuriis insectantem, occidit: nam † 102
qui potens, iniuriam non avertit, reus est, & pa-
trator iniuriæ, Cicer. *in* 1. *de officiis* eleganter
addidit; quod qui potens, imminentem iniuriam
proximo non repellit, æquè eadem insimulandus
culpa, ac qui parentes, patriam sociosque despe-
ctat, ibi † * *Primum autem vi aut fraude fit iniuria, fraus quasi vulpecula; vis leonis, utrumque indignissimũ ab homine, sed fraus odio digna ma-* 103
*iori.* * Itaque si Rex, aut illius Magistratus, po-
tens est, quemquam iniuriæ & læsioni subtrahe-
re, si id non fecerit, reus erit, iniuriæ socius ea-
demque insimulandus culpa, ac si in necessitatis
conflictu, Patrem, Patriam, & amicos proiecta-
ret. Et † Reges adhuc illorumque ministros 104
gravius urget, quia Deo substituuntur in terris
*lex.* 4. *tit.* 13. *p.* 2. in subditorum tutamẽ, quibus
ex officio maior instat obligatio, ut *in d. c. Regũ officium,* cavetur: nec levi aliquo titulo, sed ex iu-
stitia cõmutativa, quæ iniuriã particularibus, aut
Reip. ex eorũ incuria aut neglig[illegible]tia provenientẽ
iubet depellere sic † enim *Iere. c.* 22. Deus præce- 105
pit Regi Iuda iustitiã exequi, oppressos è mani-
bus potentiũ insidiatorũ eripere ut advenas, pu-
pillos, & viduas, alacrare, sub his verbis. * *Facite iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris, & advenam, & pupillum, & viduam nolite contristare.* * Hoc ipsum alibi, *cap.* 21. * *Iudicate mane iudicium, & eruite vi oppressum de de manu calumniantis.* *

Quibus

Quibus inductus authoritatibus, resolvi *in q.* 1.
*n.* 115. *lib.* 4. vbi Agia, & Azeved, idem tenent, &
Gregor. *in l.* 13. *tit.* 13. *p.* 2. *verbo*, * *Fuerias*, &
ex placito aliorum plurimorum authorum, Re-
gibus ex jure divino incumbere violentiæ & læ-
sionis vindictam, quod maximè fit, violentias ab-
dicando, in casibus, quibus licet per violentiam
106 cognitio, † *lex.* 13. *titul.* 13. *part.* 2. quam glos-
sat Gregorius Lopez, quia Regem (dicit) à Deo
impositum esse Reipublicæ, ut populum, in ve-
ritate, & justitia, servet; unicuique ius suum pro
meritis distribuat, & omnes à violentia eripiat.
107 Hac de causa † Ioannes Rex, qni legem ordina-
tionis instituit, *leg.* 1. *tit.* 2. *l.* 1. *ordinam.* ubi Di-
dacus Perez, & Morla, *suprà de iurisdict. quæst.*
14. ubi alios refert, dicit, Reges Castellæ, ex an-
tiqua consuetudine nusquam intercepta, cog-
noscere posse, de injuriis & violentiis in causis
Ecclesiasticis, & beneficialibus: quæ quidem au-
thoritas & Regis sententia, magnam in jure cre-
dulitatem conciliat, ut authores, quos ad hunc
finem, retuli, consentiunt, *lib* 4. *commun. quæst*,
108 1. *numer.* 174. *&* 180. Ita † enim acclive est, & an-
nexum Regibus sibi subditos, & suæ Republi-
cæ cives, à violentiis asserere, ut inter alia onera
& munia, quibus gravantur Regum diademata,
& sceptra, hoc unum potissimum, & maximum
habeatur, à quo etiam & contigit nominari, sic
refert Gratian. *in decret. cap. Regum officium* 23.
*quæst.* 5. * *Regum officium proprium est vi oppres-*
109 *sos liberare de manu calumniantis.* * Pari † enim
ne majori dicam conatu, & studio, astandum est
defensioni oppressorum, per sententiam iniustè
latam, quam eorũ, quibus citra judicium, in via,
aut invio accidit, deprædari. Prætereà *Ezechiel*
22. Deus per Prophetam, iniquè judicantem lu-
po rapaci ac mactanti assimilat. * *Principes eius*
*in medio illius, quasi lupi rapientes prædam, ad ef-*
110 *fundendum sanguinẽ.* * Et ideo † sicut licet præ-
donibus resistere, ita in his casibus, fas est, malis
Principibus obversari, & resisti, item *Proverbi-*
*orum loco præcitato*, iudicium, quo quis damna-
tur injustè, simile violentiæ latronum perhibetur
& novissimè tradunt Iosephus Sese, *de inhibition.*
*iust. Arag. c.* 8. §. 3. *nu.* 100. *& c.* 9. §. *num.* 24. *col.*
3. & Olivan. *de iure fisci, cap.* 4. *nu.* 112. Ex quo
infertur, licitum esse prædoni, ut lupo degluti-
enti oves, obsistere, & similter iniquo Principi,
& injusto iudici, reluctari: simulata quippè æqui-
tas (ut inquit Augustinus) duplex est iniquitas,
quod *ab Ecclesiastico, cap.* 24. desumsit, illis ver-
bis. *Et si dissimulaverit. delinquit dupliciter*, sicc-
tiam Bobadil. *in sua Polit. lib.* 3. *cap.* 9. *nu.* 29. *lit.*
F. Hoc ergo præstant iniqui iudices, qui sub spe-
cie, & persona iustitiæ, honorem, & bona liti-
111 gantium diripiunt, sunt † enim deauratæ pillu-
læ, quæ cum Sem, Scamoniam, & Rhabarbarũ
introcludant, extrorsum decora inaurantur spe-
cie: Marmorea ex alabastrite sepulchra, quæ in-
terius saniem & putorem obcludunt, ita etiam
sub simulato religionis cultu, interna omnia a-
marescunt: Catuli Leonum rugentes, ut rapiant
& quærant adeò escam sibi, *ex Psal.* 10. ita Riba-
deneira *de Principe Christiano, c.* 1. *lib.* 2. *fol.* 301.

Hinc est, quod S. Tho. *2. 2. q. 7. art. 4. ad 2* tenet,
iniustũ iudiciũ nõ esse judiciũ, nec obligare in cõ-
scientiã; ita Agia, *de exhibend. auxil. limit.* 2. *fol.*
153. Nã statera falsa non est sympliciter statera, sed
statera falsa: statera enim æqualitatẽ præ se fert
& mensuram, & sententiam † veritatem innuit,
iustitiam, & æquitatem; unde cum in iniusta sen-
tentia potestas & iudicialis authoritas deficiant,
tunc temporis, index personam gerit privatam,
Olivanus, *de iure fisc. cap.* 14. *n.* 112. *&* 113. *ubi*
ampliat, hoc etiam procedere, si oppressus non
adierit Principem, quia potest iudici reniti, ut
tenent Doctores, & dixi, *in lib.* 4. *quæst.* 1. *num.*
766. & Vlcurnius *de regim. mundi, quæst.* 2. *pri-*
*ma, princip.* Corsetus, *de potest. reg quæst.* 1. *&*
4 Castaldus, *de Imperator. quæst.* 4. & hæc reni-
tentia fit per viam violentiæ, quæ legitima Regũ
defensio est, & in iure naturali fundata.

Dupplicitèr † censet Cicero, vitiari judiciũ 113
*(primo ae officiis) vi*, nempè, *& fraude, fraus*, in-
quit, *quasi vulpecula vis, leonis; utrumq, alienissi-*
*mum ab homine, licet fraus odio digna maiori.* Du-
obus † his modis iniustus iudex officit, fraude, 114
pronuntiando sententiam; vi, violenter exequẽ-
do legitima & iusta appellatione repulsa, quod
satis aptè expressit Philosophus, subiectis verbis,
* *Totius* † *iniustitiæ nulla capitalior est, quam* 115
*eorum, qui tunc cum maximè fallunt, id agunt, ut*
*viri boni esse videantur*, * sic etiam Bobadill. *in sua*
*Polit. lib* 2. *cap.* 11. *num.* 22. Vnde & Iuvenalis,
*satyr.* 14. * *Fallit enim vitium specie virtutis, &*
*umbra*, * quod etiam taxat Persius, *satyr.* 5. * *&*
*Astutam vapido servans in pectore vulpem*, * &
cautè agentes, monet Cyricus, * *Nusquam te fal-*
*lant animi sub vulpe latentes*, * & Ribadeneira,
*lib.* 2. *de Principe Christiano, c.* 3. ubi † hypocri- 116
tam Principem monstrum vocat, varios alternãs
vultus, ovem enim præ se fert, & est lupus; faciem
hominis simulat, & cor vulpeum recondit, ore
subridet, & manibus districtum minatur gladiũ;
vocẽ Iacob oblectat, & Esau manibus contrectat;
Iudæ instar, oculos violentæ pacis infigit, exterius
candet ut cygnus, interiusque denigratur; & ut
simia tandem humanas æmulatur actiones; sed
tandem simia persistit. Nec enim dubium est,
quin Dei oculos, atque hominum sanæ mentis,
infestet, iudex præsertim Ecclesiasticus, qui, cum
speculum synceritatis liceat intueri, delectum in
oppressorum aufugium, ut suum unicuique tri-
buat censorem integerrimum, in eo ipso, quo
suum profitetur & actitat munus, iustitiam pro-
sternit, & calcat. Plura iactant, contra huiusmodi
iudices, Bobadill. *lib.* 2. *c.* 11. *per totum*, Ribadenei-
ra, *lib.* 2. *de Principe Christiano, cap.* 3. & mirum
quidem, ut qui in læsionum & violentiarum vin-
dictam est assumptus, is ipse in brachio excelso
justitiæ acrius insectetur, iustum iudicium inver-
tendo. Hos impetit *Micheas Prophet. cap.* 3. *
*Audite hac Principes domus Iacob, qui abomina-*
*mini iudicium, & omnia recta pervertitis. Qui*
*ædificatis Sion, in sanguinibus, & Ierusalem, in*
*iniquitate. Principes eius in muneribus iudica-*
*bant, & sacerdotes eius, in mercede docebant.* *
Sed (prout doleo) quam multa impunitaque

his temporibus, crimina, cum maximè frænari, & cohiberi indigeant. Faxint Reges, quòd ita necessum est, suo ut utentes iure, & fungẽtes munere, non implorato adhuc auxilio, oppressos sibi subditos à læsionibus & violentiis incolumes redigant & innoxios, Olivan. *de iure fisc. cap. 4. n. 112. & 131.* ubi ampliat, hoc procedere etiam, si oppressus, non adierit Principem, cum ex præcepto diuino sit Regibus cõmissum, populum eis subiacentem ab oppressionibus de iure, vel de facto
117 sublevare. Est † tandem iniusta sententia, Bellum sub ænigmate pacis, iniuria, anthoratæ pacis prætextu (Bobadilla *in sua Politi. lib. 3. cap. 9 à n. 19.*) Est furtum satisfactionẽ redolens, & plusquam civile bellum, magis nocivum reipublicæ & proximo, quàm quòd indictum est, & manifestum, ac demum Antechristi effigies & imago sic sentiunt Doctores Sancti, Gregor. *cap. 5. Moralium*, qui allegat *caput 26. Iob.* at qui oppressũ suscipit, & à violentijs extricat, is Antechristum,
118 illiusque violentiam expugnat. Et † si reo falsis probationibus in foro exteriori convicto, iustè tamen, ad mortem damnato, carcerem fas est effugere, & suæ indemnitati consulere, Boerius, *decis. 215. num. 32.* Mascardus, *lib. 2. de probat. conclus. 820. numer. 17.* Covarru. *lib. 1. variarum cap. 2. nu. 12.* Gutierrez, *lib. 2. canoni. quæst. c. 24. per totum*, ubi plura expendit, si iniustè ex cõ-
119 municato, non se habere excõmunicatum; si † pœnam subeunti pecuniariam, bona licet occultare, quid non iniustè damnato in quovis foro, non expediat, Vega, *in appendice ad summam cap. 79. defensione num. 5. l. prohibitum, l. defensionis facultas, C. de iure fisci, libr. 10.* ubi iniquæ sententiæ resisti potest, & tradit Gutierrez, *lib. 2. canonicarum, cap. 24. à num. 35.* Archidiaconus, *in cap. cum homo, 23. quæst. 5.* si hoc inquam, permissum est damnato, & per iniustam sententiam
120 læso, quanto † magis eo iure uti poterit Rex, suæ Reipublicæ Dominus, civium caput, quorum nomine Ecclesiastici intelliguntur, & sæculares, ut ex sententia Theologorum & Iurisprudentium supra diximus, *numer. 22.* & tenet Alvarus Valascus *consul. 100. numer. 2.* Liquet ergò, Rex inclyte, te, tuosque Magistratus, authoritate Regiâ, & cognitione extraordinaria, tutelam tuorum subditorum, posse suscipere, contra quoscunque iudices iniuriam, & violentiam irrogantes, iustitiæ finibus non abruptis, & libertate Ecclesiastica inviolata. Res enim quando honesto aliquo fine à suo dimovetur principio illo cessante, & ratione aliqua superiori, præsertim si premat necessitas, dicto fini contraria facilè ad suum reducitur principium ex propria virtute, & potentia, à natura insita: sic fluvius, à suo tramite & fluenta deductus, remoto obice in pristinum alueum refluit, ac recurrit: nam quælibet res de facili ad causam remeat primævam, *l. qui*
121 *res §. aream, ff. de solution.* sit † divisio rerum legitimè fuit introducta, *l. ex hoc iure, ff. de rerũ divisione*, ne rerum dominium indivisum sisteret essetque contemptui (ut in rebus communibus solet accidere) *l. 2. C. quando & quibus, 4. pars debeatur, lib. 10.* quæ quidem divisio: & introductio quamvis facta fuerit æquè & in commodum universi, cessat tamen in casu, extremæ necessitatis, unius duntaxat personæ, † *c. si quis propter ne-* 122
*cessitatem, de furtis*, & † rediguntur omnia cõ- 123
munia, pro extremæ illius necessitatis indigentia Doctores *in d. cap. si quis propter necessitatem, de furtis*, sic † etiam reservationes aliquorum 124
casuum, à Pontificibus & Prælatis ex iusta causa statutæ, ingruente necessitate vitæ spiritualis alicuius corruunt; & Episcopus in casu reservato dispensat, ita resolvimus *lib. 3. comm. quæst. 802. à num. 31.* & hæc dispensatio in casu necessitatis emanat ab authoritate, & iurisdictione ordinaria quam ante reservationem obtinebat; deficiente autem causa, iurisdictio devolvitur ad populum, à quo profluxerat, & ad Reges, quos in dominos elegere, quibus suam contulerunt iurisdictionem. Avendano, *in capitulis Prætorum, cap. 1. n. 8.* Covarruv. *practic. capit. 4. numer. 3.* Menchac. *lib. 1. controvers. illustr. cap. 22. numer. 1.* Parlador. *lib. 2. rerum quotid. capite 1. numer. 9.* Bobadilla, *in sua Politic. libro 1. capite 2. numero 26. & libro 3. capit. 8. numer. 140.*

Sed ut hæc naturalia & iuridica principia ad ius tuæ Maiestatis, & illius confirmationem confetam, hoc unum opus est præmitti, exem-
ptionem † cleri, & suarum causarum reserva- 125
tionem ad iurisdictionem Ecclesiasticam; deductam fuisse ante diluvium, à iurisdictione temporali, & civili, Navar. *d. cap. novit. notabil. 3. numer. 32.* & dixi *lib. 2. commun. quæst. 739. num. 1. 31. & 32. & in lib. 4. commun. q. 1. n. fin. & prob. lib. 1. & 2. tit. 1. part. 2. & l. 2. tit. 1. p. 2.* 2. ibi, * *Los Reyes tambien rigian lo espiritual, como lo temporal;* * Morla *suprà titul. de iurisdict. quæst. 14. n. 1.* Mart. *q. 8. num. 9. & 10.*

Quod † ita fuisse necessum est, cum adhuc 126
in mundi exordio iurisdictio Ecclesiastica non dum fuerit impertita Petro, & eius successoribus; tunc enim à Deo collata fuit reipublicæ, Regibus, & Imperatoribus, ut supra probatum est licet post diluvium fuerit Moysi, concessa, quando *Genes. 36.* iudex instituitur in causis Ecclesiæ, Mar. *de iuris. 1. p. cap. 8. numer. 8. & 10.*

Sed hæc omnia silent, exclamante necessitate clerici per iudicem Ecclesiasticum oppressi, & ad iurisdictionem temporalem & civilem redeunt, à qua, ut à principio, primitùs fuerant dedu-
cta. Deus † enim, testante Apostolo; potestatẽ 127
dedit Apostolis, eorumque successoribus in ædificationem, non in diruptionem & excidium tex. *in capitul. 1. de officio ordinarii*, ibi: * *Non ad praiudicandum, sed potius ad ea quæ Deo placita sunt prosequendum.** Eaque † fuit mens & in- 128
tentio Pontificum, in exemptione cleri, à iurisdictione temporali & civili, ut omnia crederent, in cleri commodum, & Ecclesiæ non vero in subversionem & ruinam quæ certo obtingeret, si inculpatus & læsus, à iudice Ecclesiastico, per te & tuos consiliarios, iniuriam & violentiam non
evaderet, dictante † hoc iure naturali & divi- 129
no, quod firmius & inviolabilius est, ad oppressi defensionem, quam Pontificum & Cæsarum, ad cleri exemptionem.

Quod

Quòd si hæc duo jura concurrant, Ecclesiasticum ad cleri exemptionem; divinum & naturale, ad læsi defensionem, perspicuum est, quòd Pontificium jus, & positivum, divino cedat, quémadmodum & creatura Deo ancillatur & assurgit. Neque pugnat cum potestate absoluta, & ordi-
130 naria judicis Ecclesiastici, quòd † in peculiari casu naturalis defensionis (quia malè exequitur suam sententiam, & necessum fuerit læsum defendi) justum est, quòd judicium talis violentiæ ad temporalem Rempublicam referatur, Olivan. *de iure fisci, cap. 3. num.* 77. Petrus Gregor. *in syntagm. iuris, lib. 47. num. 12. & 15.* & probatur
131 † de jure divino, *Ecclesiast. c. 10.* * *Regnum de gente ingentem transfertur propter iniustitias & iniurias, & contumelias, & diversos dolos*; * & *Matt. 21.* hoc ipsum comminatur Christus Scribis; & Pharisæis, * *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* * Qui si propter Regni abusum, illo meruerunt abdicari, in nostro etiam casu, propter abusum jurisdictionis, ad tollendam vim, eâ poterit Ecclesiasticus judex exui, & illa reduci, ad civilem jurisdictionem, cum integrâ authoritate & potestate, quam antiquitus in suo principio retinebat, & naturalis oppressorum defensio requirit & poscit; Iudex
132 † itaque Ecclesiasticus violentiam ingerit Ecclesiasticæ jurisdictioni, non sæculari; ille enim vim affert, hic redimit; ille Ecclesiasticum bonis & beneficiis spoliat, hic restituit & fovet, ille exequitur remotâ appellatione, ostium injuriæ præcludens, hic reserat; ut ad superiorem judicem decurrat, absque spoliationis periculo aut detrimento.

133 Illud † prætereà certum est, & luce clariùs, si Ecclesiasticus judex ritè & rectè, suâ usus authoritate & potentiâ, nullam Reipublicæ, aut particulari cuipiam, injuriam aut violentiam intulerit, tunc sacrilegam fore, dignam anathematæ Bullæ, appellationem per violentiam, & injustam devolutionem causæ, ad tribunalia sæcularia, & retentionem & advocationem illius contra sacros canones, cum non sit prophanæ ditionis, nec vis ulla immineat, aut injuria, sic intelligendus est Ribadeneira, *lib. 1. de Principe Chri-*
134 *stiano, cap 22. fol. 154.* res, † *inquit*, nullam aliam sortiuntur virtutem ad operandum, præter eam, quam à suis causis desumunt, undè cum causæ monarchiæ & Principatus naturales sint & humanæ, causa etiam finalis, pax sit & tranquillitas reipublicæ, consequens est, ad supernaturalia, & divina, neutiquam posse extendi, quæ suæ supereminent facultati, ex quibus est cognitio causæ spiritualis, & Ecclesiasticæ. Nullâ ergo facta vi aut injuria, torpet jurisdictio sæcularis, Ecclesiastica tamen integra manet & immunis,
135 indeque † efficitur, ut sæpè sæpiùs causæ Ecclesiastico judici remittantur, nullam ab eo inferri violentiam, aut causam, non esse in statu, quòd idem est, decernendo.

136 Verùm † tantæ rei moles & difficultas in eo est, quibus scilicet casibus, Ecclesiasticus judex violentiam inferat, & limites juris abrumpat, ut inde etiam Regiæ jurisdictionis ambitus innotescat: sed cum hæc jurisprudentium facultas, ut ajunt, ita sit in dubio, totque vacillet opinionibus, ut videre est, *in quatuor libris communium à me editis*, quibus non agentas & amplius opiniones contra communes compilavimus: ideò articuli hujus veritas, subjectis conclusionibus patefiet. Sit prima conclusio, si judex Ecclesiasticus processerit in laicum per censuras in causa temporali, tunc manifestam ingerit violentiam. Secunda conclusio, si causa sit merè Ecclesiastica, inter Ecclesiasticos, aut laicos utrinque, aut inter Ecclesiasticum & sæcularem, tunc non potest cognosci à judice sæculari, nisi de executione solum, quatenus exequitur, appellatione repulsâ, in casibus, quibus debet admitti: nam † 137
appellatio indistinctè admittenda est, nisi in casibus à iure expressis, *l. Quoniam, C. de appellationibus. l. fin. D. ad l. Iuliam de vi publica*, Bernardus Diaz, *regul. 35.* ubi Salced. Avendanus, *in co. prætor. cap. 6.* Parlador. *lib. 1. rerum quotid. cap. fin 1. par. §. 1. num. 5.* Bobadill. *in sua Pol. tic lib 5. cap. 3. num. 75.* Duennas, *reg. 42.* Tertia conclusio, † quando causa non est evidenter, sed probabiliter, saltem iurisdictionis Ecclesiasticæ, quia 138
innititur opinione Doctorum omnium conformi, tunc Ecclesiasticus iudex nullam ingerit violentiam, quia adhæret opinioni probabili: secùs tamen, si suam sententiam, quantumvis iustam exequeretur, quia tunc habet locum articulus violentiæ, dum causa non sit executiva: at si duæ sint opiniones, æquè probabiles, quarum una actori, altera reo, in causa temporali obiecundet ac faveat, tunc iudex Ecclesiasticus, legitimè procedet ad sententiam, nec ullam inducet violentiam: quòd si indubium veniat an sit executio facienda, non poterit iudex eam exequi, reiectâ appellatione, quia † indubio appellatio 139
est admittenda, gloss. *in ... l. qui restituere, D. de rei vendicatione*, Vincentius de Franchis, *decis. 120. num. 4.* Bobadill. *lib. 5. cap. 3. numer. 75. & 86. in fin.* Verùm est tamen, ut plurimum causas ancipiti & probabili calculo agitari, iudicesque in decernendo, aut hanc, aut illam oppositam opinionem amplexari, quæ etsi contrariæ, iustæ tamen sententiæ sunt putandæ: at si † ap- 140
pellantem, læsionem nullam aut violentiam, perpeti in causa principali, aut in sententiæ executione contigerit, tunc non relinquitur locus, iudici sæculari, ut de causa per viam violentiæ cognoscat, quia ubi nulla est offensio, protectio necessaria non est aut defensio. Si verò sententia iudicis Ecclesiastici manifestè fuerit iniusta, quia se iudicem idoneum & competentem in laicum Regiæ ditionis, & in causa merè prophana, enuntiat, poterit reus, alicuius censuræ impavidus, per viam violentiæ, causam ad Regium tuum Magistratum deferre, ubi aut retineri, aut iudici sæculari, licitum erit demandari & remitti; cum appareat læsus auxilii Regii implorator; est namque talis sententia iniusta: quia contra ius & dissona opinione probabili, futilique & inani fundamento insistens, cui congruit, † il- 141
lud *Ecclesiastes, cap. 3.*

* *Vidi sub Sole, in loco iudicij, impietatem, & in loco iustitiæ, iniquitatem, & dixi in corde meo, iu-*
142 *stum & impium, iudicabit Deus.* * Majora † multò patrant flagitia judices isti, quam publici prædones; ab illis enim, ad Dei judicium, ab his ad timoratos judices, est recursus, qui ut à Deo missi, judicium illud perhorrescunt, *Luca 6. & Marci 4.* * *Eadem mensura, qua mensi fueritis, reme-*
143 *tietur vobis.* * Præterea † ut tenet Sanctus Tho. *2.2.q.70.art.4 ad 2.* & alij plures Theologi, & Iuristæ, sententia, iniusta nō est sententia, sic Agia, *de exhib.auxil.fundam.23.* & habetur, *Deut.16.c.* * *Iudicent populū iusto iudicio,* * imò est prædonis violentia, & peccat letaliter, sententiam exequendo, Navarrus *in Manuali, cap.25. numer. 12.* Bobadill. *in sua Politica, lib.5.cap.3. num.78.* neq; læsus appellat, ut de vera sententia judicis Ecclesiastici, nec à judice sæculari suspenditur, sed ille clamitat, Regium tuum implorans auxilium, cōtra eum, qui titulo & prætextu justi judicis, honorem detrahit & bona; hic verò illum tutatur ac fovet, violentiam abigit, ut judex conservator, ad tollendam læsionem & violentiam deputatus.
144 Hinc † etiam sequitur, non solùm laicum, verum etiam Ecclesiasticum, sui Episcopi sententia gravatum, posse immediatè per viam violentiæ, ad Regium tribunal advolare, non expectato judicio Metropolitani, aut Nuncij Apostolici, quia, ut supra diximus, in casu oppressionis, aut violentiæ jurisdictio ad suum remeat & devolvitur principium, quòd præfuit in lege naturæ, Antonius Olivanus, *de iure fisci, cap.3 num.77.* Gregor. Tholossanus, *in syntagma iuris, lib.47. ca.12.*
145 *num.15.* in quo † temporarij Magistratus, Ecclesiasticis & sæcularibus (in ordine ad vitam politicam) moderabantur, sic sentiunt Agia, *de exhibendis auxilijs, fundam.26.vers.Concedimus, ca. benè quidem, 96. dist.* idem Agia, *fundam. 24.* ubi dicit, quòd civilis Magistratus cœpit tempore legis naturæ, & præfuit, non solùm spiritualiter, sed etiam temporaliter & civiliter, in his quæ ad vitam politicam attinebant, Mart. *de iurisdict.1. part.cap.8.num.9. & 10.* ubi tenet, quòd jurisdictio Ecclesiastica, & temporalis, post diluvium, fuit concessa Moysi; atque ita, ubi naturalis defensio, clerici aut laici, interpellat, causa regreditur ad civilem potestatem, à qua olim profluxerat, violentiæ & injuriæ vindicatricem: quia ut retulimus, *Ecclesiast. 10.* * *Propter iniustitias & contumelias, & iniurias, ac diversos dolos transfertur Regnum de gente in gentem, & dabitur genti facienti fructus eius.* * *Matt.21.* ut tradit Mart. *de iurisdict.1.par.c.4. num.37.* Quid enim inhumaniùs, si oppresso opus fuisset, Ecclesiasticos circumvenire & percurrere Magistratus, ab Episcopo ordinario ad ipsum Episcopum; ab Episcopo ad Metropolitanum; à Metropolitano, ad Nuntium Apostolicum; à Nuntio, ad Pontificem, esset enim patientis vires absumere, & halitum
146 exhaurire, cum † posset ab amico, & proximè adstanti, remedium expetere, in quo forsan spem defixerat, fera licet, aut Canis auxiliaris extitisset. Impium certè & ferum esset, si domus aliqua cōflagraret incendio, circumstantibus undique puteis, aqua exuberantibus, ad Romanum Tiberim adaquantes repellere; sic inquàm ferinum esset, violentiis & injuriis succumbentem, oppressum eò impellere, ut à difficiliori, semoto magis, & dubio, remedium exoptaret, tutiori & propinquiori relicto; ubi præsens grassatur injuria; quod quidem paci temporalis Reipublicæ summoperè est inimicum. Extimuit † Cain, Deum 147
imprecantem, *Gen.4.* indoluitq; dicens: * *Omnis qui invenerit me, occidet me,* * atque ita timore percitus, civitatem erexit, qua se indemnem cōtra insectantes propugnaret; ex † quo tempore, 148
nimirum à principio mundi, civitates cœperunt, & Reges, Patamo, *de origine Inquis. lib.3.q.1.opin. 4.nu. 140.* (ubi tenet, Cain fuisse primum Regē in orbe,) quos vasalli, in protectores contra oppressiones & violentias advocarent (tex. *in c. postulasti. de homicidio,* Agia. *ubi sup. fundam.27.*) & cujusvis inclementiam, effugerent: Hæc igitur Reipublicæ forma, ita antiqua, ut & à Cain primo Rege, & urbium erectore incœperit, ex August. *15. lib.de Civitate Dei,* hoc ingenitum habet & insitum, in Regibus suam repositam esse tutelam, idque ex patriis legibus sic constat, ut nova putaretur injuria, si quoquo modo læso interdiceretur, Regem in tutelarem suum, & protectorem interpellare. Hoc † sanè præstant su- 149
premus Regius Magistratus, & Regij Consiliarij, qui citra judicialem ordinem, nihil sibi allegari patientes, articulos violentiæ, inter Ecclesiasticas & sæculares personas (ut veri judices docti, & è millibus electi) accuratè perpendunt. Qua propter † inhibere oppressis recursum ad hæc tua 150
tribunalia, ubi attentiùs suæ consulitur indemnitati; patique, Ecclesiastica gradatim perlustrare, nova esset & graviora moliri incommoda, sic ut præmolestiis & sumptibus, de justitia concidant & diffidant, oppresso destituto omni remedio, impunitoque opprimente: fieretque, ut exemptio, quæ in Ecclesiasticorum acta est favorem, in eorundem rediret præjudicium, contra omnem prorsus rationē naturalem, & juris regulas, quibus disponitur, introducta in alicujus favorem, neutiquam in illius odium retorquenda, *l. quod favore, C. de legibus,* hæc de primo articulo sufficiant.

Ex his jam præjactis, hoc superest, licitum esse tuæ Majestati Regiæ, cum sis pater communis omnium (Princeps enim pater communis dicitur ut tradit Franciscus Tipius, *in tractatu de potest. Princip §.5.num.23.in fin. Bal. cons.460. numer.2. lib.1.*) perscrutari, † deprehendere ac detinere, 151
quascunque literas judicis Ecclesiastici (adhuc etiam & Apostolica diplomata) Covar. *practicarum quæst. cap.35.* quem sequitur Fulvius Pacianus, *cons.fin.per totum,* Dominicus Vannez, *2. 2. q.67 art.1.dub.2.* & ego dixi *lib.4.comm q.1 num. 338.* Bobadill. *in sua Polit. lib.2. cap. 18. num.207. & 208.* quando ex sinistra relatione fuerint expedita, aut in manifestam pacis publicæ deturbationem, patronatuū sæcularium abrogationem, ac denique in tertij præjudicium tendant, ut dicam *in gloss.6. ex num. 62.* ubi assignabitur ratio. Nam protectio subditorum, totiusque tempora-
lis

alis reipublicæ, suo innititur Principe, & Dei Vi-
cario, in temporalibus, *l.1.in fin.l.5.titul.1.part.2.*
Franciscus Tipius, *supra §. quinto, numer. 36.* &
habet plenitudinem potestatis, in temporalibus,
quam potest in suo Regno exercere Bald. *consil.
457. numer.3.vol.5.* Rodolph. *de potestate Prin-
cip.cap.2.num.3* Sic enim, compellant leges par-
titæ: atque offensi subditi defensio Regi, & e-
jus ministris, imminet ex officio, contra cujus-
152 vis judicis superioris violentiam. Quare † cum
Pontifex, fons sit, & origo justitiæ, piè creden-
dum est, huic assentiri principio, ut exemplo à
Gratiano adducto, conjicitur, *in c. Nos in compe-*
153 *tentem, 2. quæst.7.* ibi: * *Si † ergo animal mu-
tum Angelica virtute Prophetæ insipientiam re-
prehendit, multo magis subditi possunt accusare
prælatos suos.* * Refert enim historiam asinæ
Prophetæ Balaam, qui cum Dei populo impre-
catus pergeret, asina alloquuta est prophetam,
illiusque amentiam redarguit; quæ, inquit, si i-
ta se habent, ut subditus suo possit detrectare
prælato, quanto prius id poterit Princeps, &
temporalis Dominus, Dei Vicarius in sua Repu-
blica, & illius caput, in temporalibus, quæ lai-
cos ambit & Ecclesiasticos? Prosequitur *textus,*
154 *in versic. Sed nota,* ibi: * *Sunt † duæ personæ
quibus mundus iste regitur, regalis videlicet, & sa-
cerdotalis,* * sicut Reges præsunt, in causis sæ-
culi, ita Sacerdotes, in causis Dei: & quemad-
155 modum, † in spiritualibus, Pontifex jurisdi-
ctionem habet in sibi subditos, & in Reges, ita
etiam Rex, in temporalibus pro naturali omni-
um defensione, ne cuiquam violentia infligatur
aut læsio, ideoque *lex Partita* utrumque, Pon-
tificem, scilicet, & Regem; Dei Vicarios nuncu-
156 pavit, à † quibus indignum est exoriri injuriam,
qui vindices sunt, & origo justitiæ, *c. qualiter &
quando, de accusationibus,* & ego dixi, *lib.4.quæst.
1. num.338.*

157 Duplici † ex causa retineri possunt Aposto-
lica diplomata in Senatu supremo ac Regio, ut
dicam *in d.gloss.5.ex num.62.* aut ex levitate cau-
158 sæ, aut ex illius gravitate & pondere, & † ubi-
que rei necessum est Pontificem consulere, mo-
tivaque & irritamenta retentionis perstringere,
at, si velit, & jubeat, de illis etiam certiorari:
quòd si causæ leves sint, & nullius fermè rei, nec
sibi referri imperet, opus non erit illum consu-
lere, quia in tot tantisq; rebus, quæ Romæ expe-
diuntur, grave esset, singula & minuta vitia di-
scutere, quæ inscio Pontifice, ministrorum mali-
159 tiâ aut incuriâ, contingunt: præterquam † quòd
honestiùs & reverentiùs, existimatur, ministro-
rum defectus supprimere, quàm incessanter de
160 illis conqueri. Iure † etiam læsi protector, id si-
bi oneris non imponat, ut quòd ex pietate agit
& munere, alteri teneatur renunciare; id siqui-
dem rei interest, qui injustè læditur, suam expli-
care injuriam, non ultrà; quia nullus usquam
judex, quantumvis inferior, sui decreti & sen-
161 tentiæ causas superiori describit; cum ergo †
supremus Magistratus judex conservator existat,
non suum erit, hujusmodi causas reddere, præ-
sertim non exigente Pontifice; at si exigat, red-
di oportebit, leves etsi sint, fiet autem à fiscali
Regio ex officio, aut læso id deposcente.

In causis † tamen superioribus & graviori- 162
bus, in quibus actum est legitimà cognitione, ci-
tatis concertantibus, expeditisque executoriali-
bus, quibus perpetuum indicitur silentium, &
undique appellatio excluditur, *l.5.tit.5.par.1,* ibi:
* *Y del juyzio que el Papa diere, no se pueden in-
guno alçar,* * aut cum causæ talis naturæ exi-
stunt, ut de jure earum cognitio Pontifici refera-
tur, tunc temporis, si diplomata retineantur, ne-
cessario expediet, causas & justa motiva retentio-
nis, in jure expressa Pontifici renuntiare, gloss. *in
cap. quod translationem, de offic. deleg.* ubi refe-
runtur, 18. In † eam adigit subjectionem reipu- 163
blicæ spiritualis præstantia, authoritas & reve-
rentia debita sedi Apostolicæ, quam inficiari, il-
lius esset jurisdictionem, contra sacrorum cano-
num decreta, & Apostolicas literas præripere, ac
remorari. Propter communem ergò oppresso-
rum defensionem, laico simul & clerico, ius in-
est petendi retentionem, aliàs † enim, nociva 164
potiùs, quàm proficua exemptio esset clerico-
rum, contra intentionem Pontificum, & Cæsa-
rum, qui eam benignè & largè clericis indulse-
runt. Deinde cum Rex de iure, ad defensionem
civium suæ reipublicæ obstringatur, & Ecclesia-
stici (ut probatum est) verè sint cives, eadem, † 165
aut maior, urget ratio protegendi Ecclesiasti-
cum, quia persona publica est, & Deo sacra, *lex,
si quis in hoc genus, §. sitque, C. de sacrosanctis Ec-
cles.* & plura tradit Franciscus Vivius, *decis. 30. u-
bi num.5.* dicit, quòd clericus injuriatus ab alio
clerico potest implorare Regis auxilium, quia † 166
iniuria illata clerico, Deum tangit, *cap. nonnulli
3.quæstion.1.* & sic potest ab omnibus vindicari,
*l.1.§. huius studij de iust. & iure,* ubi Doctores, &
† gravius peccat, clerico quàm laico iniurias in- 167
ferens, cum bonum spirituale animarum, & Rei-
publicæ temporalis, quod maius est bono pecu-
liari temporali, ab Ecclesiasticis derivatur, ac
fluit, quorum læsio maiora incommoda reipu-
blicæ civili portendit, & ideò, clericorum tutela
attentiùs à Regibus suscipienda, quia Dei causa
est, districtiùs inhibendo, ne quæ in personis, be-
neficiis, aut bonis incutiatur iniuria, naturalem
præsertim defensionem auferendo, quæ in legi-
tima appellatione admittenda, potissimum con-
sistit.

In † totam doctrinam hanc, non irruit Bulla 168
in Cœna Domini. Primùm, quia cognitio per
viam violentiæ, quam ritè & rectè obtinent Re-
ges & Principes (superiorem in temporalibus nō
agnoscentes) de iure naturali divino est, quibus
† prævalere non potest excommunicatio, quæ 169
jure positivo est inducta. Rursus inferior etiam
(ius inquam positivum) non potest abrogare &
revocare legem superioris, scilicet juris divini,
*l. nam & Magistratus, D. de receptis arbitris, l. ille
à quo, §. intempestivum, D. ad Trebell.* Quare &
si ratio hæc, ut evidens, concludat, & premat,
ex verbis ipsius Bullæ, clariùs deprehenditur,
quæ † solùm in jurisdictionem Ecclesiasticã im- 170
pedientes invehitur, non in legitimè de causis
violentiæ

violentiæ cognoscentes, ita docet novissimè Io-
sephus Sese, de inhibition. just. Arag. cap. 8. §. 3. nu-
mer. 83. & 88. ubi hoc declarat, & Covar. item
Navar. & Azeved. sup. & novissimè Cened. in
quæst. 45. num. 11. cum sequentibus, ubi dicit dictam
bullam non comprehendere Regios Senatores.
171 Et † ut verba prædictæ bullæ percurram, in qua-
tuor illis capitibus, tota hæc materia peragitur,
à capite nempe 13. usque in 16. præmitto primùm,
omnia verba, pro quorum actionibus excommu-
nicatio imponitur, ut verba, * Recurrunt, desi-
nent, * intelligenda esse, de actionibus injustis,
sic Sese, ubi sup. c. 8. §. 3. num. 102. illæ enim talem
promerentur censuram: & licet supposito hoc,
ut certa & nota conclusio, sufficeret, patet ulte-
rius evidenter, in nostro casu non solùm non li-
gare censuram, verùm & consultò excepisse Pon-
tifices, ut in illo casu non teneat, sic putant classi-
ci authores, Navar. in manual. cap. 27. numer. 70.
vers. 2. Candelabr. in expositione dictæ bullæ, ca-
su 14. Ses. sup. & ego dixi lib. 4. com. quæst. 1. num.
256. perpende ergo verba Bullæ: * Excommuni-
172 camus omnes, qui prætexentes † frivolam quandã
appellationem à gravamine, &c. * ubi eos solum
excommunicat, qui appellationis frivolæ præ-
textu causas per viam violentiæ ad Regios perfe-
runt Magistratus; procedit enim in casibus, qui-
bus appellatio frivola prætexitur, tunc siquidem
recursus ad sæcularem judicem interdicitur; in
nostro verò casu justæ & legitimæ appellationis,
appellatio frivola dici non potest, si de injusta &
manifesta violentia constiterit; ibi namque de-
fensio de jure divino est, & naturali, in qua non
præeminet lex positiva.
173 Ex quibus convellitur opinio Morlæ in suo
Emporio, tit. de jurisdict. 2. q. 14. num. 8. vers. hodie,
ubi tenet censuram Bullæ in Cœna Domini, non
ligare, quia supplicatum est ab ea, cujus intelle-
ctus & interpretatio deviat à tramite juris, & ve-
ritatis. Verbum etiam, illud: * Qui præsumpse-
rint, * denotat injustitiam eorum, qui ex iniquo
animo, absque legitima causa, diplomata impe-
diunt, non licitè, & ex authoritate Regia via ex-
traordinariæ cognitionis, per quam jurisdictio,
174 & potestas Ecclesiastica non infringitur. Hoc †
præterea conjectare licet ex aliis verbis in cap. 14.
ibi: * Quarumcunque exemptionum, vel aliarum
gratiarum, * quibus verbis indulta, & exemptio-
nes abrogantur; tua enim majestas, tuiq; Consi-
liarij, & cæteri Principes, qui in temporalibus
superiori nõ subsunt, in advocatione talium cau-
sarum, & Bullarum retentione, non procedunt,
ex vi alicujus indulti, aut exemptionis Apostoli-
cæ, sed ex mero jure divino naturali, quod in op-
pressi defensione, & communi pace temporalis
175 reipublicæ splendescit. Præterea † illud etiam
verbum: * Impediunt, * violentiam Ecclesiæ, &
ejus ministris; illatam, præ se gerit, & cursum
causarum Ecclesiasticarum impedientem: at qui
eas fovet ac dirigit, injuriam avertit, viam appel-
lationi aperit, quam judex Ecclesiasticus obclu-
serat, ne ad Pontificem usque fiat gradus, is alie-
nam jurisdictionem non proripit, quinimò, su-
am sanctè ac piè exequitur, ut verus Apostolicæ
jurisdictionis assertor, & suorum subditorum,
cõtra judicum inferiorum violentias propugna-
tor. Verba † illa postmodum sequuta: * Sub præ- 176
textu prohibendæ violentiæ. * locũ habent, quan-
do cognitio fucata est, & sub specie auferendæ
violentiæ; quod alienum à tua Majestate, à tuis-
que Consiliariis, qui nunquam ad fictitiam, sed
ad veram propulsandam violentiam, se accingũt.
Denique † verba sequentia: * Quovis quæsito 177
colore, * in idem recidunt, quatenùs mentitum
quemvis colorem & impostitium excludunt.
Nostra autem cognitio, non ex animis, enervis,
aut ex sanguis est, sed spiritu, carne, & ossibus
compacta, ad defensionem scilicet oppressi, &
præcipuè Ecclesiastici, qui persona publica est, &
Deo sacrata, tex. in cap. Princeps, 23. q. 5. S. Thom.
2. 2. q. 73. art. 9. cujus protectioni par est, ut quis-
que hominum, studeat & invigilet.
Huic † etiam resolutioni, non obstat decretum 178
sancti Concilij Tridentini, in c. 3. sess. 25. in illis ver-
bis: * Nefas sæculari Magistratui, prohibere Ec-
clesiastico judici, ne quem excommunicet, * &
ibi: * Cum non ad sæculares, sed ad Ecclesiasticos
hæc cognitio pertineat. * Vbi constituitur, non
licere judici sæculari prohibere, ne Ecclesiasticus
judex quemquam excommunicet, quia hujus-
modi cognitio, non ad sæcularem, sed ad Eccle-
siasticum judicem spectat. Nam ut ex verbis cla-
rè conspicitur, in eos solùm fulminat, qui injustè
jurisdictionem Ecclesiasticam detardant, aut Ec-
clesiasticos judices ab excommunicando cohi-
bent, in casibus, quibus de jure permittitur, ita
ut sermo sit de cognitione principali causæ Ec-
clesiasticæ, quæ directè ad judicem Ecclesiasticũ
attinet, ex alio decreto ejusdem Concilij, cap. 20.
sess. 25. de reformatione, & immunitate Ecclesia-
stica, in illis verbis, * Immunitatem, & jurisdi-
ctionem impediunt. * At † in his casibus nihil per 179
te, aut per tuos Magistratus agitur, nisi solùm per
viam violentiæ, & extraordinariæ cognitionis,
in tactis meritis causæ principalis, principaliter,
aut accessoriè, jurisdictione Ecclesiastica nulla-
tenus violata: sic decretum illud viri doctissimi
interpretantur Azevedo, Salzedo, & Bobadilla,
quos refero in quæst. 1. lib. 4. comm. nu. 125. & 133.
& Ses. de inhibitionibus, ubi supra, quia verba il-
la: * Violare jurisdictionem Ecclesiasticam, * ad-
aptari nequeunt, ad cognitionem per violentiã,
in casibus à jure permissis. Imò & illam appro-
bare videtur præfatum Concilium, cap. 20. sess. 25.
de immunitate Ecclesiæ, ubi Reges, ac Principes
alloquens, illis facultatem hanc tollendi violen-
tias videtur impertiri, illis verbis, * Qui res Ec-
clesiæ, sua inprimis authoritate, ac munificentia
auxerunt, nedum ab aliorum injuria vindicarunt.
* Quia in dictis casibus, jurisdictio Ecclesiastica
non solùm non obruitur, verùm (ut probatum
est) stat, servatur, & augetur. Nec † obstant ver- 180
ba ultima dicti decreti, quibus consuetudo qua-
vis, aut privilegium, in contrarium abrogatur,
quia jus hoc, cognoscendi per viam violentiæ, nõ
invaluit ex privilegio, aut permissione Pontifi-
cum, sed ex jure divino naturali perpetuo & in-
corruptili, quale est defensio læsi, ad pacem, &
com-

communné tranquillitatem nanciſcendam; quod
ſi Magiſtratus Regij adimpleant, tantum abeſt,
ut in Eccleſiaſticam incidant cenſuram, ut po-
tiùs, ſanctè, piè & honeſtè, quòd ſuum eſt, abſol-
vant.
181 Nec † noſtram hanc reſolutionem, oppu-
gnat *deciſio illa ſacræ Rotæ, edita anno milleſimo
quingenteſimo nonageſimo ſexto*, quam refert Io-
ſephus Seſe, *de inhibitionibus iuſt. Aragon. cap.8.
§.3. num.* 109. ſub hac verborum ſerie: * *Vtraque
parte informante ſuper dubio dato, an Paulus Le-
canus fuerit excommunicatus ob recurſum ad tri-
bunal ſæculare iuſtitiæ Aragonum, in quo illius
procurator obtinuerat formam iuris ad inhiben-
dum iudici Eccleſiaſtico, ne appellatione penden-
te aliquid innovaretur*, * & ibi: * *Domini re-
ſponderunt, illum ipſo iure incidiſſe in ſententiam
excommunicationis, quia recurrendo ad iudices
ſæculares cauſam præbuit, ut immunitas Eccleſia-
ſtica violaretur, ex §.16. Bullæ in Cœna Domini.* *
Cùm enim præfectus juſtitiæ Aragonum judicé
quendam Eccleſiaſticum à cognitione cauſæ in-
hiberet, ad quem reus ob violentiam appellarat,
Rota protulit, judicem & reum cenſuram *Bullæ
in Cœna Domini* incurriſſe, quia reus prævenerat
inhibendo judicem Eccleſiaſticum, antequam
ille cauſam principalem agere cœpiſſet, nec in-
juriam aut violentiam ullam potuiſſet ingerere;
ubi juſta quidem prodiit deciſio, eos omnes Bul-
læ contraxiſſe cenſuram: at in noſtro caſu longè
eſt diverſum, Regij enim Senatores nuſquam
cognititionem per violentiam aggrediuntur, niſi
peracto jam judicio Eccleſiaſtico, iniuriâ & vio-
lentiâ ſatis perſpectâ, aut quia Eccleſiaſticus ju-
dex in cauſa temporali proceſſerit, aut in Eccle-
ſiaſticâ, appellatione rejectâ, in caſibus, quibus
de jure eſt admittenda, in quo caſu ipſa Rota, ju-
ſtum eſſe recurſum declaravit, ut refert Seſe, *ubi
ſupra, num.*175. ibi: * *Nam iſte recurſus ad defen-
ſionem propriæ poſſeſſionis non eſt improbatus*, *
idémque refert, *num.*178. & Lancellotus, *de at-
tentat. 2. par cap.4. limit.1. num.36.*
182 Tuo † tandem, & tuorum Magiſtratuum juri
conſuetudo immemorialis applaudit, quæ in his
Hiſpaniarum Regnis, aliiſque Chriſtianorum
provinciis inolevit, ubi cognitio per violentiam,
ad communem praxin eſt redacta ſub Catholicis
183 † Regibus, ac Principibus ſedi Apoſtolicæ mori-
geris, ſub judicibus Eccleſiaſticis & ſæcularibus,
doctis ad modum, & timoratæ conſcientiæ, de
quibus cenſendum eſt, ad unguem, & exactè, de
titulis & juſtis rationibus, hujus cognitionis jam
dudum ſibi compertum. Accedit etiam, quòd
184 † præfectus juſtitiæ Aragonum, ut veritatem
hanc accuratiùs perquireret, triginta & ſeptem
juris prudentes, è primoribus, & Doctoribus il-
lius Regni delegit, qui omnes unanimes aſſenſe-
re, cognitionem per viam violentiæ, de jure eſſe
naturæ, nec illi imminere cenſuram Bullæ in
Cœna Domini, ſic referunt varii authores, Seſe,
*de inhibit. iuſt. Arag. cap* 8. *§.4. nu.6.* Bobadill. *in
ſua Polit. lib.2. c.18. num.*139. quæ tot tantorumq;
hominum praxis diutina, & continua annorum
obſervantia, jus tuæ Majeſtatis probat, & firmat.

Sed † illud maximè omnium conſcientias a- 185
nimoſque tranquillat, hanc nimirum per violen-
tiam cognitionem, non eſſe denuò ac recenter
Regnis Caſtellæ invectam, quin etiam in aliis
Chriſtianorum Regnis & Provinciis ſervatur ac
viget, atque † ideò jus hoc potiori titulo tuæ eſt 186
debitum Majeſtati, ut ſupremo Regi, & aliis Re-
gibus multitudine & qualitate Regnorum præ-
excellenti, ita Caſane. *in cathalogo gloriæ mundi,
part.5. conſid.*37. ibi: * *Rex Hiſpaniæ omnibus a-
liis Regibus eſt præferendus.* * Et præterquam
quòd Hiſpaniæ hæc extat cognitiò, Covat. *pract.
cap.*35. in † Regno etiam Portugaliæ, extat, Na- 187
var. *in cap. cum contingat, remed.*1. *de reſcriptis,*
& tradimus *in 2. part. quæſt.* 93. *num. fin.* in † Du- 188
catu adhuc Burgundiæ, Boer. *n.* 23. in † Neapoli- 189
tano Senatu, Afflict. *deciſ.* 2. & 24. & Gram. *de-
ciſ.*78. *num.*2. in † Ducatu Milevitano, Rebuffus, 190
*in comm. Reg. Franc.* 3. *tom. de poſſ. benef. gloſſ.* 2.
*num.*8. Guillerm. Benedict. *in cap. Raynutius,* 1.
*par. verſ. & uxorem, num.*9. *de teſtament.* Rodri-
guez, *de annuis redit, lib.*1. *quæſt.*17. *num.*71. in † 191
Sabaudiæ Senatu, Menoch. *de recuperat. poſſ. re-
medi.*15. *num.*120. Cacher. *deciſ.*30. Bobadill. *in
ſua Polit. lib.2. cap.16. num.90.* in † Senatu Man- 192
tuano, Surd. *deciſ.*175. *in fin.* idem † fertur in Re- 193
gno Galleciæ, Rodriguez, *de annuis reditib. lib.
1. quæſt.*17 *num.*7. in † Regno Franciæ & † Flan- 194 195
driæ Provinciis, Rebuffus, *ſupra*, Agia, *de exhi-
bendis auxiliis ſurd.*24. In † Comitatu Barchi- 196
nonis, aliàs Coſetana Provincia, Olivan. *de iure
fiſci, cap.3. num.36.* in † Regno Arragoniæ, Seſe, 197
*de inhibit. iuſt. Aragon. cap.8. §.4. numer.3. & §.2.*
in † Regno Navarræ, Anton. de Herrera, *in proba-
tionibus pro Comeſtali, c.* 36. *in fin.* Olanus, *lit. I.* 198
*num.77. & lit. C. num.34.* Camillus Borelius, *de
Regis Catholici præſtantia, cap.*81. *num.* 58. ac de-
nique in aliis Chriſtianorum provinciis, quo-
rum Principes in temporalibus ſuperiori non
ſubjacent. Quæ † ſi ita ſe habent, quid mali cō- 199
meruere Hiſpaniarum Reges, qui Regna hæc,
propulſis infidelibus, vitæ & ſanguinis diſpen-
dio, ſibi compararunt; erexeruntq; templa (ut
dixi *in quæſt.*1. *lib.4. comm. nu.* 360. & 377. & pro-
bat *lex.*18. *titul.*5. *part.*1. his verbis: * *Eſta mayo-
ria y honra an los Reyes de Eſpanna; la primera,
porque ganoron las tierras de los Moros y desfizierō
las mezquitas, e hizieron las Igleſias, echando el
nombre de Mahoma.* *) Fide Catholicâ ſuperſti-
te, ſummi Pontificis univerſalis Eccleſiæ Princi-
pis obedientiâ incolumi, dirutis Maurorum
mezquitis, & Deo templis extructis, & ob hanc
cauſam Reges Hiſpaniæ cunctis præferri, affir-
mat Gramat. *conſil. civil.* 169. *num.* 6. Nava. *con-
ſil.*638. *num.*19. *in fin. vol.*3. Camillus Borellus, *de
Regis Cathol. præſtant. cap.*45. *num.*7. Quare † il- 200
lud reor pro certo habendum, ſi jus hoc & per
violentiam cognitio utcunq; eſſet de anathema-
te ſuſpecta; jam dudum tu, & tui progenitores
Reges Catholici, ſibi ipſis providentes, ab illo de-
ſtitiſſent, conſultis præſertim tot doctiſſimis vi-
ris, ſupremi tui Senatus, alorúmque tribunaliū
Senatoribus; quorum † aliqui, ſi quando ſug- 201
gerente aliquo peculiari reſpectu, limites huius
cogni-

cognitionis excesserint, eorum vitium, non æquum est, in totius Reipublicæ damnum refundi: habent enim delicta suos authores, *l. Sancimus, C. de pœnis*, sat sit transgressoribus, censurâ bullæ si contrahant, & salva ista cognitio perseveret, nô enim abolendi omnes judices, quia eorum aliqui à justitiæ tramite declinent; non patroni, quia nonnulli abutuntur munere; non religiosi, si
202 qui reperiantur, qui à religione devient: cum † ad Reipublicæ pacem; & communem tranquillitatem, cognitio hæc ita expediat, quæ in primævo quondam mundi exordio, cum jure ipso naturali divino concrevit, cum Hispaniæ consuetudine adolevit, ut multi insignesque testantur authores, Avendanno, *in ca. Prætor. 1. par. ca. 1. n. 31.* Sese, *de inhibit. c. 8. §. 3. num. 46.* Bobadill. *in sua Polit. lib. 2. c. 18. in 1. par. num. 139.* ultra Covar. & Navar.

Regula hæc, sic juridica, & vera, aliquibus circumscribitur limitibus, in causis particularibus, justisque de causis, ne aut nimium latè pateat ista cognitio, aut, ne arcana religionis irreveren-
203 ter prodeant in publicum; ideoq; † in causis Fidei, & jurisdictionis sancti Officij Inquisitionis,
204 & † in judiciis Fisci, silent articuli violentiæ, Simancas, *de Cathol. institut. tit. 36. num. 2.* Salced.
205 *ad Bernardum Diaz, c. 120.* silent † etiam, ex privato tuæ Majestatis decreto, in causis subsidij, ut patet *ex Regia syngrapha, data apud sanctum Laurentium, 4. idus Iulij, anni 1583.* cujus memini *in*
206 *lib. 4. commun. quæst. 1. num. 286.* Idem † constitutum est per legem Regni, *l. 40. tit. 5. lib. 2. Recopil.* in causis visitationis religiosorum, ne eorum excessus sæcularia pervagarentur tribunalia, non ex defectu jurisdictionis sed ex præfatis causis, quæ firmant regulam generalem in contrarium, *l. cum prætor, ff. de judiciis.*

207 Ius † tuæ Majestatis, ad cognitionem in articulis violentiæ luce clariùs emicuit, nullo huc usque adversante, aut convellere audente veritatem, sic certam & firmam, tot rationibus fulcitam & fundamentis; donec pater Azor Societatis Iesu, *lib. 5. institut. moral. cap. 12. vers. Ex dictis,* (quem ego impugno, *lib. 4. comm. quæst. 1. n. 274.* & Sese, *de inhibition. just. Arag. cap. 8. §. 3. num. 55. & 166.*) dum altiùs voluit attolli, insultandi animo, novisq; vellicandi opinionibus, prælo mandavit, opinionem oppositam, doctissimo nostro Toletano tui supremi Senatus olim Præsidi. Covar. quam his firmare nititur fundamentis. Pri-
208 mum, † quia Regia potestas incapax est jurisdictionis, in causis Ecclesiasticis, & inter personas Ecclesiasticas, cujus oppositum, nec consuetudine, nec præscriptione ulla, potuit cõparari: quòd si aliquando cognitio hæc per violentiam, in Regiis tribunalibus privilegio, aut tolerantia Pontificum inolevit, *per bullam in Cœna Domini* cor-
209 ruit & abrogata fuit. Tum ultra, † quia si judex Ecclesiasticus injuriam aut violentiam intulerit, ad superiorem judicem Ecclesiasticum, viâ appellationis, est accurrendum, deinde, ad Metropolitanum, ad Nuncium Apostolicum, ac tandem, ad Romanum Pontificem, omnes gradatim percurrendo, ita ut defensio naturalis, latitudinem habeat, & gradus suscipiat, facta priùs excussione in Ecclesiasticis tribunalibus, antequam ad Regios, Magistratus adveniatur. Sed mirum quidem, si post lentam diutinamq; peregrinationem, oppresso misero (bonis ac beneficiis destituto) locum quo sisteret, advenerit. Vndè qui rationes, quas attulimus, expenderit, & hujus opinionis fulcra apposuerit, futilia esse, & sine fundamento deprehendet: aberrat enim ab origine hujus cognitionis, dùm in sola consuetudine aut privilegio putat inniti, cum ex jure naturali divino Regibus competat; oppressos in persona, aut in bonis, à violentiis emergere, quæ si probè nosset, & Ecclesiasticos esse vasallos, & cives temporalis reipublicæ, à veritate ita certa & stabili non dedisceret. Nec præterire debuit ista principia insignis Theologus, licet illud, de jurisdictione quòd movet, excusari possit à culpa, propter juris ignorantiam, sicut & jurisprudentes in Theologicis propter Theologiæ inscitiam; nam,
† ut supra clarè & evidenter resolvimus, tui Re- 210
gij Magistratus non procedunt in articulis violentiæ, ex vi jurisdictionis, quam certe non habent in causis Ecclesiasticis, directè nec indirectè, principaliter nec accessoriè, sed per viam extraordinariæ cognitionis, & Regij muneris & naturalis defensionis, Cavalch. *de brachio Regio, 1. par. numer. 16.* Sese, *de inhibitionibus, cap. 8. §. 3. num. 55.* & Covarr. *ubi supra*, Bobadill. *in sua Polit. lib. 2. c. 18. num. 159.* Quare si læsus aliquis, & bonis spoliatus, hoc vellet auxilio protegi, domi, & in patriis finibus, iniquum esset, eum adigere, ut bonis exutus, & trusticus, ex Roma remedium accerseret. Hoc ergò beneficium confert ista per violentiam cognitio, secundum patrias leges, & communem praxin tuorum Magistratuum, ut spoliatus post legitimam appellationem restituatur in integrum, actis omnibus & executis revocatis, ut † illæsus valeat appellationem prosequi, 211
ante judicem superiorem Ecclesiasticum, aut Romanum Pontificem, in sedis Apostolicæ obsequium, & diffusiore jurisdictionem illius. Quia si in his provinciis, judices Ecclesiastici inferiores, suas possent exequi sententias, appellatione omnino rejectâ (in causis, quibus de jure debet admitti) paucæ, aut nullæ fermè causæ sacram Rotam adirent, ita Olivan. *de iure fisci, cap. 11. numer. 54.* ubi allegat consuetudinem nostræ Hispaniæ, *& in num. 56.* refert ita observari, in aliis provinciis Christianorum; Itaque cum pateat legitima causa, & titulus illius cognitionis, constetque, omnia in pacem publicam, & in favorem Ecclesiasticæ jurisdictionis referri, magis multò formidare debet censuram *Bullæ in Cœna Domini* judex Ecclesiasticus, qui exequendo, legitimâ appellatione non admissâ, eam restringit & coarctat, quam tui Regij Consiliarij, qui spoliatis viam appellationis reserant, quam judex Ecclesiasticus repulsâ appellatione præcluserat, & causas in Romani Pontificis obsequiũ protendunt, debitamq; reverentiam impendunt: sub cujus moderatione & censura, evidens puto & indubitabile justitiæ Majestatis, tuorumq; Magistratuum in hujusmodi cognitione causarum; intellectique

quo

212 que † pacis publicæ studio, inter Christianos Principes & potentatus, fundamenta & rationes huius cognitionis Theoricè, & Practicè cōgessimus, *in lib.4. com.q.1. à n.112. cum sequentib.* ubi
213 illud adiecimus, te † nulli Principū in temporalibus, ut superiori, assurgere, Hispaniarū Imperatorē meritò compellari; tuæ Monarchiæ à Pelagio Rege principium, & multa alia, quæ in tuæ Maiestatis præconia redeunt & decorem: ut latiùs etiam dicemus *in dict. gloss.18.*

214 Iam ergò † quia in finem nostra hæc deflectit oratio, tuæ Maiestatis, ac sanctissimi Patris nostri Pauli pedibus provolutus, hoc obnixè liceat precari, ut aureo isto & fœlici sæculo, cui vos suprema mundi lumina cōtigit dominari, iurgia hæc, & iurisdictionum discrimina, tollantur, nodisq; omnibus ac dubiis maturè, & prudēter evolutis, cognitioni isti, methodus præfigatur, & forma. Sic, Ecclesiastici iudices & sæculares, sic etiā, lite concertantes, firmæ cuidam & infallibili attendentes regulæ, non ultra in decernendo, & prosequendo causas, ab scopo iustitiæ & veritatis aberrabunt. Nulla deinceps Romani Pōtificis ministri, nulla tuæ Maiestatis Consiliarii, in Dei offensam, patrabunt absurda, dum istorū quilibet plus æquo sibi iurisdictionis arrogantes, iustitiā exterminant & profligant. Non enim in cōsultò priùs, prudens, & supremus mūdi Monarcha, nostris illuxisti tēporibus, ut tot tua opulentissima Regna, sedis Apostolicæ pedibus subiecta, substerneres. Indignū quippè est, ut tantæ rei gravitas, diversis opinionū fluctibus, volitet, ancipitiq; ac vario circumferatur iudicio, ita ut vivis liceat (veritate adhuc subiudice) pro libito arbitrari. Hinc pullulant Ecclesiasticorū iudicum violentiæ, dum ad se laicorū causas merè Prophanas, & alterius ditionis adsciscunt; dum Ecclesias suas exequēdo sententias, legitima appellatione repulsâ, cōtra sacrorum canonum stabilimenta, bonis ac beneficiis denudant, Rom. Pontifici, & sacræ Rotæ tribunali appellationis instantiā præripiūt; tuæ Maiestati, tuisq; Consiliariis Regiam iurisdictionē absumunt. Præterea in Romana Curia, literæ expediūtur Apostolicæ, tùm, in præiudiciū tertii, tùm, sinistra relatione adhibitâ, id nō sentiente, neq; annuente Pontifice. Rursùs, ad tuæ Maiestatis Magistratus, causę (ut plurimū) per viā violentiæ perferuntur, ubi diplomata & mandata Apostolica, aliorūq; Ecclesiasticorum iudicū, supprimuntur; dolo, fraude, ac sinistra relatione, decimarū & beneficialium proventuum, solutio differtur, comparatis ad hoc, Regiis literis, ut, aut debitum inficiari, aut saltē solutionē valeant remorari; fucatis, nec verum redolentibus inductis & coloratis rationibus, quæ quidē mala, innumera & gravia incōmoda Christianæ Reipubl. parturiunt. Tuū ergo est, Rex potentissime, qui Vicarius Dei est, in temporalib. & Christianæ universitatis Monarcha, sanctissimi etiā Patris nostri individui Ecclesiæ Pastoris, ac Dei Vicarii in spiritualibus, & temporalibus (quæ bonū spirituale respiciunt) vestrū, inquam, est, tantæ cladis remedio incumbere, unde, aut nulla maior reportari utilitas, aut nullū gravius incommodum, poterit formidari. Quia fatendū est, tuæ Maiestatis Cōsiliarios, de his violentiæ articulis, iustè vel iniustè cognoscere: si iustè (ut sup. ex iure naturali divino, & immemoriali consuetudine deduximus) Rom. Pōtifex, Archiepiscopi, & ordinarii iudices Ecclesiastici, suis tenētur inferiorib. edicere, ut à talib. iniuriis, & violētiis absistant. Si verò iniustè (quia nullâ irrogata iniuria procedāt) tibi acrius pugnandū est, ne sub specie tollendæ violētiæ Eccles. iurisdictione derogetur, literis, & mandatis Apostolicis irritis, in animarū iacturā, & Ecclesiasticæ censuræ contemptū. Huc † itaq; oculos ani- 215
mumq; adiicite, & viri integri, docti expertiq; ne conscribantur, qui his omnibus, exactè appensis, maturo iudicio, pacem, & conscientiæ quietem, Reipubl. Christianæ cōcilient. Tempus adest opportunū, res clamitat, sors instat, quæ, si exciderit, nusquā potior alia resumetur occasio, quid enim non sperandū sub tali tantoq; Pontifice Paulo nostro V. nostris temporib. divina providentia dato, sub Rege clementissimo, pio, ac sancto, ita religioni, & cultui divino addicto, ut pro his servandis, dùm modo Christi & Ecclesiæ, patrimonium perduret incolume, regale suum profudit & exhausit. Fidendum quidē est, piissimo doctissimoq; Pontifici, totius Gregis Catholici capiti, id ambabus, quòd aiunt, venis curaturo: tibiq; Catholico & religiosissimo Principi, iurisdictionē Ecclesiasticam, plenè, & ex integro, quæ tibi directè nec indirectè convenit, in usum Pontifi-
cis relicturo. Hoc † superest, tui præstent Consi- 216
liarij in dubiis, adhuc Romano cedentes Pontifici, quia in dubiis quæstionibus pro iurisdictione Ecclesiastica est iudicandū, propter suæ potestatis excellentiā, & morigerum obsequiū, quòd sanctæ sedi, & communi patri, tenemur exoluere, cuius paterna viscera, animarum salutem inhiātia, pacis & clementiæ, leges induent, & suo potiùs cedent iuri, quā in filios præ rigore sæviant. Solis enim munus, in quo Pōtificia elucet dignitas, illud est, Lunam splendore imbuere, quæ Regiæ iurisdictionis symbolum est & typus. Quare si finis supremæ tuæ Monarchiæ, in pacem & salutem Reipubl. inclinat, æquū est, & media congruentia adiungere, ut fœlicissimos exitus, & fortunatissimā animorum temperiē, Hispaniæ nostræ reducant, quia sola mala & iniusta causa, colores quæsitos ratione prætextos, desiderat, veritas simplex est, & verborum ambages reiicit, & subtiles fallacis eloquētiæ fraudes aspernatur, ob quam rationem Deus optimus maximus faxit, eiusq; gratiâ, omnium animis & corda, illuminētur, ut pro summa rei indigentiâ, pro votis tuorum, & exterorum Regnorum obtingant. Id pro Dei clementia, & mihi polliceor, & Reipublicæ Christianæ auguror, qui tuam Catholicam Maiestatem pluribus aliis, & locupletioribus Regnis Augustam, sedi Apostolicæ sacrandis, diutissimè servet; sub cuius correctione, ut filius humillimus, hæc scripsimus.

Vale Rex inclite Hispaniæ Monarcha & Imperator.

# SEQVITVR DIFFICILLIMA, ET NODOSA REPETITIO LEgis, *36.tit.5.lib.2.& legis,2.tit.6.lib.1.Recopilationis,* In quibus tota materia, cognitionis per viam violentiæ, & recursus ad Regia tribunalia, in causis Ecclesiasticis, & inter personas Ecclesiasticas, dilucidatur, & noviter declaratur, cum rationibus, dubitandi & decidendi, explosis, & reiectis Doctorum opinionibus contrarium asserentium.

## SVMMARIVM.

1 LEx,36.titulo 5.libro 2.Recopilat. *declaratur.*
2 Lex,2.tit.6.lib.1.Recopilat.
3 Lex,7.tit.2.lib.3.Recop.
4 *Reges Hispaniæ cognoscunt per viam violentiæ in causis Ecclesiasticis.*
5 *Ad tollendam vim datur provisio,* * que se llama la ordinaria. *
6 *Verba* leg.36. *referuntur.*
7 *Decem conclusiones deducuntur, ex verbis legis.*
8 *Argumenta plurima, contra nostræ legis decisionem proponuntur.*
9 *Reges non possunt facere leges, vel statuta, contra libertatem Ecclesiasticam.*
10 *Paria sunt in iure, quod aliquid fiat directè, vel per obliquum.*
11 *Exemptio clericorum, nulla consuetudine tolli potest.*
12 *Exemptio clericorum sive sit de iure divino. vel positivo, non potest tolli per Principem temporalem.*
13 Bulla in Cœna Domini, *videtur excludere cognitionem legitimam per viam violentiæ.*
14 *Consuetudo laicalis non præiudicat Ecclesiæ.*
15 *Præscriptio immemorialis, non præiudicat libertati Ecclesiasticæ.*
16 *Bonum Reipublicæ, non potest tollere libertatem Ecclesiasticam.*
17 *Contributio clericorum, non procedit, ex vi legis Imperantis, sed ex obligatione charitatis.*
18 *Prælati Ecclesiastici, sunt laicis superiores.*
19 *Sola necessitas, non dat iurisdictionem,*
20 *Non potest unus iudex alterius iurisdictionem usurpare.*
21 *Immemorialis habet vim privilegij.*
22 *Privilegium contra libertatem Ecclesiasticam, non est præsumendum.*
23 *Contra delegationem Pontificis nemo potest acquirere iurisdictionem.*
24 *Potestas data à Deo non potest minui laicorum consuetudine.*
25 *Defensio omnibus est permissa.*
26 *Defensio naturalis etiam contra Pontificem est permissa.*
27 *Defensio non est admittenda cum strepitu & figura iudicij in his cognitionibus.*
28 *Solutio argumentorum traditur.*
29 *Declaratio legis adducitur.*
30 *Clerici sunt cives reipublicæ temporalis, in ordine ad tollendam vim.*
31 *Iudex* Regius *directè neque indirectè potest cognoscere de merito causæ principalis.*
32 *Iudex Regius non potest dare formam iudicandi iudici Ecclesiastico, nisi in ordine ad tollendam vim.*
33 *Præscriptio immemorialis iuncta cum præsumpto privilegio, quãdo, det titulũ possidenti.*
34 *Nova declaratio ad legem nostram traditur.*
35 *Laici non possunt iudici Ecclesiastico iurisdictionem dare.*
36 *Argumentum propositum à iure dissolvitur.*
37 *Ratio decidendi ad nostram legem traditur.*
38 *Cognitio per viam violentiæ, non est per viam iurisdictionis.*
39 *Cognitio per viam violentiæ, est cognitio extraordinaria.*
40 *Cognitio per viam violentiæ fuit introducta, favore iurisdictionis Ecclesiasticæ.*
41 *Clerici sunt personæ publicæ Deo consecratæ.*
42 *Iniuria clerico facta Deum tangit.*
43 *Rex tenetur clericis oppressis suum auxilium præstare.*
44 *Clerici & laici sunt* Regi *subditi propter bonum reipublicæ.*
45 *Princeps pro communi utilitate creatus est.*
46 Lex,15.tit.13.part.2. *declaratur.*
47 *Reipublicæ gubernatio, pertinet ad Principem sæcularem, circa vivendi rationem.*
48 *Reges possunt expellere à Regno suo Ecclesiasticos rebelles.*
49 *Ecclesiastici tenentur, iura Pontificia servare.*
50 *Libertas Ecclesiastica non impeditur, sed augetur per hanc cognitionem per viam violentiæ.*

AGgredior difficillimam explicationem tex.
de iure Regio, *in † l.36.tit.5.lib.2.*Recopil. 1
Et † *leg.2.tit.6.lib.1. & † leg.7. tit.2.lib.3.*Recop. 2 3
In quibus † legibus, Reges nostri Castellæ affir- 4
mant; de iure & consuetudine immemoriali, habere facultatem, & cognitionem tollendi vim, in causis Ecclesiasticis, ad illum effectum, ut iudices Ecclesiastici, non exequantur suas sententias, appellatione remotâ, in illis causis, in quibus
de iure admittenda est appellatio; Quando † ve- 5
rò causa est temporalis, & inter personas sæculares iubetur Ecclesiastico iudici, ut non se intromittat in simili cognitione, etsi illud de facto fiat,

fiat, tunc per viam violentiæ (implorato Regis auxilio) processus originalis ad Regia tribunalia remittitur, ubi revocantur omnia acta, executioni tradita per judicem Ecclesiasticum, adversus quem datur provisio Regalis, quæ dicitur: * *La ordinaria*, * per quam obsecratur ei, ut absolvat excommunicatos, & tollat interdictum (si fortè positum fuerit) ut expressè cavetur in dictis legibus Regni; de quorum validitate, & Regis protectione, aliqua ultra per nos tradita, *in libro 4. communium, in quæst.* 1. prænotanda sunt, ut faciliùs virtus, & potentia hujus cognitionis, & saluberrimi beneficij cognoscatur, quod quasi sub umbra, & in abscondito, aliis temporibus latebat, ob quam rationem, varii varia dixerunt, non attingentes verum tramitem hujus cognitionis, & pro perfecta declaratione referam, legis verba.

6 * *Por † quanto assi por derecho, como por costumbre immemorial, nos pertenece alcar las fuerças, que los juezes Ecclesiasticos, y otras personas hazen en las causas de que conocen, no otorgando las apelaciones que dellos legitima mente son interpuestas. Porende mandamos à nuestros Presidentes, y Oydores de las nuestras Audiencias de Valladolid, y Granada, que quando alguno viniere ante ellos, quexando se † que no se le otorgan la apelacion que justamente interpone de algun juez Ecclesiastico, † den nuestras cartas en la forma acostũbrada † en nuestro Consejo, para que se otorgue la apelacion; † y si el juez Ecclesiastico no la otorgare, manden traer a las dichas nuestras Audiencias el processo Ecclesiastico original mente, el qual traido sin dilacion, le vean, † y si por el les constare, que la apelacion està legitimamẽte interpuesta, † alcando la fuerca, † provean, que el tal juez la otorgue, † porque las partes puedam seguir su iusticia ante quien, † y como devan, y repongan lo que despues della huvieran hecho; † y si por el dicho processo pareciere la dicha apelacion ser iusta, y legitimamente interpuesta, remitan † luego el tal processo al iuez Ecclesiastico con condenacion de costas, † si les pareciere, paraque el proceda y haga iusticia*, * idem disponitur, *in l. 2. tit. 6. lib. 1. Recop.* ibi: * *Los Reyes de Castilla, † de antigua costumbre, aprovada, y usada, y guardada, pueden conocer, y proveer de las iniurias, violencias, y fuercas que hazen entre los Prelados, y clerigos, y Ecclesiasticas personas, sobre las Iglesias, o beneficios.* †

Verba legis referuntur.

7 Visà, † & intellectâ literæ legis relectione, conclusiones, quæ ex ea deducuntur, tales sunt. Reges Castellæ, de jure, & antiquâ consuetudine, quæ immemorialis dicitur, habet cognitionẽ in rebus Ecclesiasticis, & inter personas Ecclesiasticas, tollendi vim, quando non admittitur appellatio ad superiorem interposita, & exequitur sententia, appellatione remotâ, in casibus, in quibus de jure admittenda est; ad cujus effectum procedit dicta cognitio, ut supremi Senatores videant, an appellatio sit legitima, vel iniusta; in primo casu, reponant omnia acta, executioni tradita, ut appellatio prosequatur, coram judice Ecclesiastico, ad quem est appellatum. In secundo verò, quando sententia meretur executionem, remittitur processus, ad dictum iudicem Ecclesiasticum, factâ condemnatione expensarum (si illi visum fuerit) ut expressè disponitur in tota illius legis contextura.

Decem conclusiones quæ ex lege Regni deducuntur explicantur.

Ex qua lege primo animadvertendum est, de jure & consuetudine, Regibus competere dictã cognitionem in causis Ecclesiasticis, & inter personas Ecclesiasticas, ad effectum tollendi vim, quia non est inconveniens, quòd jus & consuetudo simul concurrant, ut docet Pacianus, *vol. 2. de prob. cap. 33. num. 29.*

Secundò deducitur ex ista lege, Reges Hispaniæ habere dictam cognitionem, de consuetudine immemoriali, intantum, quòd non habet originem, neque initium, quia si ab infinito finitum tollas, quod remanet, erit infinitum, *l. si arbiter, D. de probationibus, & in lectura, numero fin.*

Tertiò deducitur, Regios Senatores non habere principaliter, neque accessoriè, cognitionẽ in causa principali Ecclesiastica, directè neque indirectè, quia illud pertinet ad iudices Ecclesiasticos Ecclesiæ.

Quartò deducitur, illam cognitionem solùm esse ad effectum tollendi violentiam, quæ causatur in causis ordinariis, in executione sententiæ, remotâ legitimâ appellatione, ad superiorẽ Ecclesiasticum interpositâ.

Quintò colligitur, eam cognitionem favore jurisdictionis Ecclesiasticæ fuisse introductam, ne in contemptum superioris Ecclesiastici, inferior exequatur suam sententiam, spretâ appellatione, cum damno & spolio litigatorum.

Sextò deducitur, ex dicta lege, quòd dicta cognitio solùm procedit in Curia Regis, ad effectum, ut admittatur appellatio legitimè ad superiorem interposita, ut appellans prosequatur suam appellationem.

Septimò deducitur, judices Regios, non posse cognoscere de meritis sententiæ, in causa principali, an fuerit iusta, sive iniusta, quia illud pertinet ad judices Ecclesiasticos. Sed solùm conceditur dicta cognitio respectu violentiæ, quæ consistit in executione sententiæ, neglecta appellatione, in casibus, in quibus de iure est admittenda, & executio, retardanda, nisi aliter articulus violentiæ terminari possit, ut diximus *in 2. par. quæst. fin num. 6.*

Octavò deducitur, quod processus originalis causatus, coram judice Ecclesiastico, est remittendus ad Curiam Regis virtute regalis provisionis, ut ibi videatur, an cognitio pertineat ad forum Ecclesiasticum, quando proceditur contra laicos in rebus temporalibus, & tunc remittitur causa ad iudicem sæcularem. Si verò cognitio sit de re Ecclesiastica, & inter personas Ecclesiasticas, & sententiã exequatur appellatione remotã, tunc iudices supremi tollunt vim, quæ in exequendo consistit, ut litigatores sine metu spolij prosequantur appellationem interpositam, coram superiore Ecclesiastico, quòd fit sine strepitu, & figura iudicii.

Nonò deducitur, causam remittendam esse ad iudicem Ecclesiasticum, quando viso processu per iudices Regios, constiterit, appellationem non fuisse legitimè interpositam, quia causa erat executiva, cuius executio non retardatur per appellationem frivolam.

Decimò & ultimò deducitur, & comprobatur in dicta lege, posse Regios Auditores, litigatorem qui iniustè imploravit Regis auxilium, in expensis condemnare, quia illa condemnatio est accessoria ad causam principalem, ut dicemus *in gloss.16.num.410. usque 428.*

8 Argumenta contra decisionem legis traduntur. Sed † quia veritas per contraria magis elucescit, adversus totam huius nostræ legis decisionē plura se offerunt argumenta, & difficultates, quæ rem, licet apertam, faciunt dubiam. Et inprimis, contra primum fundamentum huius legis, quatenus de iure affirmat, Reges habere dictam cognitionem per viam violentiæ, in causis Ecclesiasticis, & inter personas Ecclesiasticas, sic insurgo.

9 Principes † superiores, & Magistratus civiles, non possunt leges facere, vel statuta condere, contraria Ecclesiasticæ libertati, sive disponant circa res Ecclesiæ, vel circa personas Ecclesiasticas, etiam si talis dispositio vergat in eius utilitatem, & sit rationabilis talis lex, quia deficit potestas, ubi datur incapacitas in conditore legis, ita probat *tex. in capite secundo, de iudiciis, cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitutionibus, & in cap. quæ in Ecclesiarum, eodem titulo cap. bene quidem, 96. distinctio.* Et ratio est, quia Princeps laicus ferens talem legem, se exhibet superiorem, & legislatorem in rebus Ecclesiasticis, ergo eo ipso per talem actum contra exemptionem Ecclesiasticam agit, & sic, si lex, quæ respicit favorem Ecclesiæ, est contra eius immunitatem, respectu iurisdictionis, quanto magis erit contra eius libertatem, quando non respicit favorem, sed odium, trahendo Ecclesiasticos ad tribunalia laicorum, prout disponit nostra lex Regni, quæ in totum videtur contraria libertati Ecclesiasticæ.

10 Argumentum secundū. Secundò † sic argumentor, paria sunt in iure, quòd aliquid fiat directè, vel per obliquum; *lex, non dubium. C. de legibus*, & sic cùm ex hac cognitione directè, vel obliquè Ecclesiastica libertas violetur, paria sunt directè disponere, contra libertatem Ecclesiasticam, vel aliquid ordinare, vel statuere ad gravamen clericorum, quia licet verbis directis illud non appareat, tamen re fit, sicut dicitur quis violare legem indirectè, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem, *ut in l. contra legem. D. de legibus, lex. non dubium. C. eodem titul.* quia vis, & potestas legis, magis in voluntate ferentis, quam in verba posita est. Hæc enim fraus seu indirectum gravamen multis modis fieri potest, quia non potest sub numero certo comprehendi; quia per humanam sagacitatem & malitiam possunt facilè multiplicari, quia si illud fiat indirectè, quod directè prohibitum est, circa personā clerici, magnum signum est indirectè violationis, & sic licet nostra lex directè non disponat contra libertatem Ecclesiasticam, sufficit, ut illud indirectè fiat, ut sentit Caietanus, *in summa, verbo excommunicatio, cap.31.* ubi dicit, tunc legem civilem esse contra libertatem Ecclesiasticam, quando per se, & intentionem suam contra illam tendit, quia voluntas, & intentio distingunt maleficia, & sequitur Navarr. *in summa, capite vicesimo septimo, à numero 119.* & text. *in capite fin. de immunitate Ecclesiarum, lib.6.*

Tertiò † adversus nostram legem, quatenus dicitur, etiam de consuetudine, ad Reges pertinere dictam cognitionem per viam violentiæ, sic argumentor. Exemptio clericorum, nulla consuetudine amitti, vel diminui potest, textus, *in cap. clerici, de iudiciis*, ibi: * *Non debet in hac parte canonibus præiudicium generare*, * textus etiam *in cap. cum terra, de electione*, ubi damnatur quædam consuetudo contra Ecclesiam, ibi. * *Quia in gravamen, & perniciem Ecclesiasticæ libertatis redundat*, * *cap. ad nostram, cap. cum inter, de consuetudine, Authentica, cassa, de sacrosanctis Ecclesiis*, ubi omnis consuetudo, contra libertatem Ecclesiasticam irritatur, textus, *in cap. noverit de sententia excommunicationis*, ubi Honorius Papa omnes illos excommunicat, qui consuetudines introductas cōtra libertatem Ecclesiasticam servari fecerint; ergo fundamentum consuetudinis, de quo in nostra lege, est nullius momenti, cum sit contra libertatem Ecclesiasticam, ut docet Rota, *in antiquis titulo consuetudine, decis.*804.*quæst.*10. ubi damnantur similes consuetudines. 11 Argumentum tertium.

Quartò † sic arguitur contra nostram decisionem, quia non est dare medium, nisi quòd exemptio Ecclesiasticorum à potestate sæculari, est de iure divino, vel de iure positivo canonico. Si est de iure divino (ut plurimi existimarunt, ut diximus *in proœmio huius operis, capite quinto, à numero octavo.*) sequitur, quòd consuetudo humana adversus illud ius, non potest prævalere, quia aut illud divinum ius, est naturale, & sic consuetudo illi contraria est iniqua, ut potè rationi contraria, & ideò non potest ius inducere, neque auferre, *ut in cap. fin. de consuetudine.* Si verò illa exemptio non est de iure divino, sed positivo, non possunt voluntates humanæ Principum, quantocunque tempore vel numero multiplicentur, contra Ecclesiæ ministros Ecclesiasticos prævalere, *ut in dict. cap. ad nostram, & cap. at si clerici*, quia talis consuetudo est iuri canonico valdè contraria, & per consequens non potest contra illud prævalere, quia inferior non potest tollere neque abrogare legem superioris, sine voluntate Pontificis; & cùm ipse Pontifex non possit (ex volūtate, maximè præsumpta) huic privilegio in perpetuū derogare, in præiudiciū clericorū omniū, sine aliqua causa, ergo multo minus poterit ipsa cōsuetudinē inducere, quia esset valdè irrationabilis, & multū derogās iuri divino & sic in tali cōsuetudine inducēda nō potest præsumi tacitus consensus Pontificis, quia in re tā ardua, 12 Argumentum quartū.

dua, quæ licitè non potest honestari, non potest talis consensus præsumi, nisi præcedente magna deliberatione, & causæ cognitione, & tunc derogatio, non ratione consuetudinis, sed ratione privilegii derogationis habebit effectum, quia quoties lex canonica non solum prohibet actum, sed etiam abrogat consuetudinem, non potest per consuetudinem derogari, quia lex canonica prævenit, & vires abstulit consuetudini; & alias inutilis esset illa clausula: * *Non obstante consuetudine*, * quod dicendum non est, *ut in d. cap. clerici de iudiciis.*

13 Argumentum quintum. Quintò † adversus nostram legem facit *Bulla in Cœna Domini*, ubi etiam neque prætextu violentiæ permittitur, ut causæ Ecclesiasticæ deferantur ad Curiam Regis, sub pœna excommunicationis, quia semper sedes Apostolica per expressas decisiones & edicta resistit his consuetudinibus inductis contra libertatem Ecclesiasticam, & nunquam in his consuetudinibus inducendis potest præsumi tacitus consensus Pontificis, quia, licet fortasse Papa non ignoret Principes sæculares de his causis cognoscere in suis tribunalibus (contra libertatem Ecclesiasticam) non ex eo potest induci tacitus consensus; quia fortasse illud permittit sine aliquo expresso neque tacito consensu, ad avertendum periculum majoris mali; quòd non potest trahi ad consequentiam, maximè quia jus canonicum non solum prohibet consuetudinem contra libertatem Ecclesiasticam sed etiam reprobat illam (quòd fortius est) quia potest lex prohibere consuetudinem, non quia per se irrationabilis sit, sed quia propter alias causas expedit illam non permittere; & tunc dicitur consuetudo irrationabilis, quia prohibita, non autem prohibita, quia irrationabilis; & aliquando lex prohibet consuetudinem, quia supponit illam esse irrationabilem; quòd censetur facere, quoties prohibendo consuetudinem procedit ad ulteriora, declarando esse irrationabilem, & addendo insuper esse corruptelam vel abusum; *ut in dict. cap. fin. de consuetudine*, & hoc posteriori modo, prohibet jus canonicum consuetudines contra libertatem Ecclesiasticam; *ut in capite primo de consuetudine*, ibi: * *Consuetudines quæ Ecclesiæ gravamen inducere dignoscuntur, nostrâ non deceret consideratione remittere*, * id est, non permittere, seu dissolvere aut irritare, & sicut leges contrariæ immunitati Ecclesiasticæ, tanquam irrationabiles reprobantur, *ut in dict. authentica, cassa & irrita, C. de sacrosanctis Eccles.* eadem ratio militat in consuetudine, quæ legi æquiparatur; *ut in l. de quibus, D. de legibus.* Vnde quemadmodum consuetudo reprobata per legem nunquam potest contra legem prævalere, similiter etiam omnis consuetudo, quam lex canonica reprobat, verè irrationabilis habenda est. Ergo nostra lex Regni, quæ se fundat in consuetudine, tanquam irrationabilis, & libertati Ecclesiasticæ contraria, non potest prævalere; neque in ea Reges nostri Hispaniæ possunt habere firmum præsidium, ut colliges, ex traditis per Azor, *in sua summa, tom. 1. libro quinto, capite decimo, quæstione prima, §. sed dubitari potest*, ubi tenet contra jus, & consuetudinem nostræ legis Regni.

Sextò † adversus nostram legem facit, quia omnis consuetudo, in qua fundatur nostra lex, est consuetudo laicorum Principum; vel judicum, qui per viam violentiæ cognoscunt in causis Ecclesiasticis, sed sic est, quòd consuetudo laicorum, licet possit juri civili derogare, non verò juri canonico; neque etiam potest clericis aliquòd detrimentum inferre, & per consequens non poterit huic privilegio immunitatis derogare, quia non debet plus operari consuetudo quam lex, sed lex civilis non potest derogare juri canonico, neque clericis gravamen imponere, neque præjudicium inferre, ergo neque consuetudo, de qua in nostra lege, illud potest operari, quia consuetudo laicorum est merè civilis, & solùm nititur in authoritate civili & temporali, & sic non potest clericos obligare ad eius observantiam, ut tradit Innocentius, *in rubric. de consuetudine, numero sexto*; Abb. *in cap. quod clerici, numero secundo, de foro competenti*, Felin. *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitutionibus, numero 100.* Azor, 1. *tom. libro quinto, capite decimo octavo, quæstione duodecima.* Covarr. *pract. cap. 31.* Quod in tantum procedit, quod nec clericorum consensus aliquid operabitur, cum sit quædam privata renunciatio privilegii, quæ est nullius efficaciæ ad inducendam consuetudinem, ut resolvit (ultra Felinum *ubi supra*) Paulus de Castro, *consil. 159. vol. 1.* maximè quia tali consensui clericorum nunquam accedit tacita neque expressa Pontificis voluntas, ad inducendam talem consuetudinem contra libertatem Ecclesiasticam. 14 Argumentum sextum.

Septimò, † sic argumentor contra nostram legem, si consuetudo esset sufficiens, licet immemorialis, ad adquirendam jurisdictionem contra libertatem Ecclesiasticam, sequeretur etiam, quòd per præscriptionem immemorialem illud etiam adquireretur: sed sic est, quòd laici non possunt præscribere spiritualia, vel quæ spiritualia concernunt, quatenus illis annexa sunt, ut tradit Abb. *in cap. novit. de judiciis, cap. 22.* ubi Decius, *num. 12.* Ioannes Andreas, *in cap. 2. de præbend. lib. 6.* & Doctores, *in cap. 2. de pœnitent. & remissionibus, lib. 6. per illum textum*, ubi probatur, quòd facultas eligendi confessorem non potest præscriptione acquiri, & licet jurisdictio supra clericum in se temporalis videatur; sed quatenus cadit in clericum, concernit spiritualia, & cùm deficiat bona fides in præscribente, non potest causari præscriptio, *ut in cap. possessor, de regulis jur. lib. 6. cap. fin. de præscriptionibus*, maximè, quia præscribens non est persona capax illius rei, cùm judex laicus non sit capax administrationis rerum vel personarum Ecclesiasticarum, & per obliquum diminueretur jurisdictio Ecclesiastica, & augeretur jurisdictio sæcularis; & sic, sicut laici non possunt sola præscriptione jurisdictionem supra clericos acquirere, similiter etiam neque clerici possunt propter præscriptionem laicorum aliquid de suo privilegio amittere; quia di- 15 Argumentum septimum.

mi[illegible]o unius iurisdictionis esset augmentatio alterius. Ex quibus sequitur, nullam consuetudinem, neque præscriptionem immemorialem, contra libertatem Ecclesisticam prævalere posse.

16 Argumentum octavum. Octavò † sic argumentor, si ob aliquam causam esset admittenda violatio iurisdictionis Ecclesiasticæ, & permittenda dicta cognitio per viam violentiæ, esset permittenda potissimum propter bonum reipublicæ necessarium, cùm aliquando contingere possit, ut ad commune bonum reipublicæ necessarium sit, aliquid agere contra immunitatem clericorum; & tunc, quòd non est licitum in lege, necessitas facit licitum, *argumento textus, in cap. si quis propter necessitatem, de furtis, cap. pervenit, de immunitate Ecclesiarũ*, ubi tempore magnæ necessitatis non excusantur clerici à vigiliis in muris civitatis; & simile est in materia tributorum, quando ad sublevandam communem necessitatem laici non sufficiunt, nisi clerici contribuant, & in materia fori iudicialis solet esse commune exemplum, quãdo deest iudex Ecclesiasticus, qui muneri suo incumbat, & laici vel clerici magnum detrimentum patiuntur, ut est gloss. *in cap. filiis vel nepotibus, 16. quæst. 7. & in cap. qualiter, & quando de iudiciis*. Sed in his casibus non debet libertas Ecclesiastica violari, etiam propter bonum reipublicæ, ergo, nullo modo admittenda est dicta cognitio per viam violentiæ, etiam propter bonum

17 reipublicæ necessarium; quia † licet aliquando Ecclesiastici teneantur contribuere in communibus & publicis necessitatibus, non procedit ex vi legis imponentis tributa; sed ex aliqua obligatione charitatis, aut communi iustitia, & tunc, iuxta canonum dispositionem, & non ex lege politica Regum, & ob hanc causam in his casibus non compelluntur clerici ad satisfaciendum huic obligationi per iudices sæculares, sed per suos prælatos Ecclesiasticos, & si prælati nolint suo muneri satisfacere, ad Pontificem recurrendum est, & si periculum sit in mora, quia extrema & gravis necessitas occurrat, tunc non per modum iurisdictionis, sed per modum defensionis faciendum est. Quæ sententia à fortiori procedit in casibus occurrentibus in materia iudiciali, quia iudex laicus propter negligentiam iudicis Ecclesiastici, non potest se intromittere in causis clericorum, cum illa cognitio manifestè repugnet sacris decisionibus iuris canonici, & si iudex Ecclesiasticus fuerit negligens, recurrendum est ad superiorem, & si ipse eodem morbo laboret, ad Romanum Pontificem recurrendum est, in quo tanquam in supremo capite sistendum est, quia licet ipse negligens sit, non est per Regem cogendus, sed rogandus, vel cum debita submissione monendus, prout facimus, quando Rex temporalis negligens fuerit in subveniendis publicis necessitatibus, quia ipse non permittet, ut inferiores sibi subditi, iudicia sua emendent, aut usurpent, cur ergo volent iudices Regii Ecclesiasticas causas sibi arrogare, sub prætextu negligentiæ iudicum Ecclesiasticorum, aut cur potiùs negligentia vel iniquitas iudicis Ecclesiastici timetur, quàm sæcularis, cum potiùs contrarium esset præsumendum, cum † prælati Ecclesiastici sint superiores laicis, 18
& nunquam iudex sæcularis, etiam Regius, potest acquirere iurisdictionẽ in clericos, prætextu necessitatis, quandiu sit Ecclesiasticus proximus, vel remotus, qui possit adiri; sicut è converso iudex Ecclesiasticus non poterit cognoscere de causis & violentiis factis à iudice sæculari, sive præsens, sive absens fuerit, quia iurisdictiones sunt distinctæ & separatæ, & unus non se potest intromittere in causis alterius, quia † sola neces- 19
sitas non dat iurisdictionem, & sine iurisdictione non potest iudicium usurpari, maximè contra privilegium fori clericorum, & ratio fortissima est, quia iurisdictio requirit potestatem, & voluntatem superiorem, à qua proveniat, & † 20
licet unus homo indigeat correctione aut pœna, & desit superior, qui possit illum coercere, non potest alius iudex alterius iurisdictionis, usurpare in illum iurisdictionem, quia aliàs non posset pax & iustitia in humana societate conservari.

Nonò sic argumentor adversus decisionem nostræ legis, si aliqua ratione potest defendi eius resolutio & dispositio, ex ea videlicet, defendenda erit, quia immemorialis † consuetudo, in qua 21 fundatur, habet vim tituli & privilegii, *lex hoc iure, §. ductus aquæ, D. de aqua quotidiana & æstiva, cap. super quibusdam, §. præterea, de verborum significatione*, maximè quia immemorialis consuetudo præsumitur honesta, & à legitimo initio & origine descendere, sine aliqua iuris repugnantia. Sed sic est, quòd neque talis consuetudo immemorialis licet habeat vim privilegii, erit sufficiens, ergo nullo iure dispositio nostræ legis potest sustineri, quia consuetudo reprobata per legem est nulla, ut tradit Rochus, *de consuetudine, sectione septima, numero vigesimo quarto*. Sanchez, *de matrimonio, disputatione quarta, numero decimoquarto, libro septimo*. maximè, † quia tale privilegium esset valde odio- 22
sum, & ideò non debet præsumi, nisi legitimè probetur, & solus usus, quantumvis antiquus, cum in facto consistat, non probat sufficienter jus, neque privilegium, & licet probaretur, & præsumeretur ex longa & immemoriali consuetudine, posset Pontifex illam consuetudinem revocare, cum non accipiat vires à præscriptione, sed à privilegio, & per consequens privilegium à superiori datum revocari potest, maximè ex iusta causa, & sic censetur revocatum *in bulla in Cœna Domini*, quia Pontifex potest revocare cõsuetudinem inductam per privilegium, cum † 23
talis iurisdictio sit delegata à Pontifice, & consequenter pendet ab eius voluntate, & cõtra eum, & suam supremam potestatem, nemo potest præscribere, ut docet Innocentius, *in capite secundo, de postulatione prælatorum, numero secundo*, ibi: *Quia Papa circa spiritualem potestatem omnia potest, & plenitudinem potestatis habet, & nullus potest quærere possessionem, quæ ei præiudicet, cum illam habeat à Domino tantum.*

Argumentum nonum.

* Quam

Quam sententiam tradit gloss. *in cap. cum nobis, de praescriptionibus.* ubi Abb. *num. 1. & 12.* Et sic Pontifex ex vi suæ potestatis, quam à Christo accepit, potest exemptionem clericorum vel conservare, vel redintegrare, quotiescunque in aliqua parte fuerit diminuta, & per consequens poterit quamcunque consuetudinem illi contrariam revocare prout revocat *in dicta bulla in Cana Domini, cas. 19. & in cap. clericis, §. fin. de immunitate Ecclesiarum, lib. 6.* & est ratio, quia
24 † illa potestas, quæ à Deo concessa est, non potest per consuetudines laicorum diminui, imò neque ipse Pontifex poterit à se abdicare, cum sit de iure divino, quod ipse non potest revocare cum eam habeat ad sufficientem Ecclesiæ gubernationem, & non in eius damnum & perniciem, destruendo libertatem & exemptionem clericorum. Ergo de primo ad ultimum remanet comprobatum, neque de iure, neque de consuetudine, nec virtute privilegii, posse nostram legem procedere ex rationibus, & argumentis, de quibus supra.

Argumentum decimū. Decimum argumētum erit adversus nostram legem, ex quo tota eius decisio videtur nullo iure procedere posse, & argumentum est huiusmodi: si ob aliquam causam hæc cognitio per viam violentiæ procedit, ex ea videlicet procedit,
25 quia † de iure naturali licita est defensio, & vim vi repellere licet, quia defensio in suo genere omnibus licita est, si necessaria sit, & debito modo cum moderamine inculpatæ tutelæ fiat, *ut in*
26 *l. ut vim ff. de iustitia & iure*, in tantum, quod † etiam contra Pontificem permissa est talis defensio, ut tenet Caietanus, *in suo opusculo de potestate Papæ, cap. 27.* & Victoria, *relatione. 1. de potestate Ecclesiæ num. 8. seu propositio. 8.* & ratio est quia illud principium; * *Vim vi repellere licet,* * est de iure naturali *cap. ius naturale. 1. distin. ctio.* S. Thomas, *2. 2. quæst. 96. art. 4. cap. significasti el 2. de homicidio cap. si vero; el. 1. de sententia excommunicationis*, quod maximè in hac materia cognitionis per viam violentiæ procedit quia nisi hæc defensio interdum adhiberetur, sæpius innocentes tam Ecclesiastici quam sæculares, gravissimè opprimerentur à suis iudicibus & prælatis: quia vel omninò non possent causas prosequi, vel non sine magno dispendio ad superiores prælatos, præsertim ad Romanam Curiam longè distantem, possent recurrere, etsi quilibet horum habet potestatem vim vi repellendi, quando magis Reges, & sui ministri ad hoc deputati habebunt similem potestatem, cum eius officium proprium sit vim tollere, *cap. Regum, cap. Princeps, 23. quæst. 5. cap. Maximianus, 23.*
27 *quæstio. 3.* Sed † cum hæc defensio non possit exerceri sine actu iurisdictionali, & sine strepitu & figura iudicij (ut de se patet) & cum iudex laicus non habeat iurisdictionem in clericum, sequitur ergo, non posse propter defensionem subditorum uti iurisdictione in ipsum, adversus constitutiones canonicas; quia huiusmodi cognitio ferè semper est per usum iurisdictionis, quia exercendo illius actiones dicunt iudices eum defendere qui vim patitur, causam ad se advocando, & acta processus in Ecclesiastico tribunali formata, ad se afferri præcipiendo, & postea causam iuridicè examinando, & tandem sententiam de appellatione iniustè negata, vel censura malè imposita, vel alia vi simili iniustè illata proferendo, quæ omnia sunt actus iurisdictionis, quæ non potest adversus clericos exerceri, etiam ex causa defensionis naturalis. Neque est rationi consonum, ut sub nomine defensionis usurpentur actiones, quæ re vera non pertinent ad defensionem facti, sed ad defensionem iuridicam, quam potest exercere iudex Ecclesiasticus, utendo sua iurisdictione, & non sæcularis, per actionem illicitam usurpando iurisdictionem, non servato modo defensionis moderatæ tutelæ, & vide alia argumenta, de quibus *numero centesimo nonagesimo quinto.*

Sed † his non obstantibus, vera & iuridica 28 est dispositio nostræ legis, quæ in his non deviat à tramite iuris & rationis. Et pro perfecta illius declaratione, & totius materiæ, quatenus attinet ad illam cognitionem per viam violentiæ, plurima præmittenda & consideranda sunt, quæ multum operantur pro solutione argumentorum.

Primò, † quia nostra lex non loquitur, neque procedit, neque potest procedere in actibus 29 iurisdictionalibus, qui requirunt ordinem iudiciorum, & strepitum iudicialem, quia iudex laicus omninò est incapax huius iurisdictionis, inter personas Ecclesiasticas.

Secundò, quòd nostra lex in verbo, * *Por derecho,* * non intelligitur de iure positivo; cum potestas civilis & politica nihil possint statuere, circa spiritualia, & spiritualibus annexa, & sic illa verba intelliguntur de iure naturali, quo inspecto vim vi repellere licet, *ut in dict. l. ut vim, de iustitia & iure, cap. ius naturale, 1. distin.*

Tertiò, quia illud verbum, * *Por costumbre,* * non intelligitur de absoluta & simplici consuetudine, quatenus de per se ius tribuit possidenti, cum consuetudo contra libertatem Ecclesiasticam sit corruptela, & non potest prævalere adversus ius canonicum, maximè, cum eo considerato, damnentur tales consuetudines, & sic intelligenda sunt verba illa, de iure naturali divino confirmato, & usu recepto, consuetudine immemoriali, cuius initium memoriam excedit.

Quartò, quia lex nostra non fundatur in privilegio Pontificis, quia, licet posset illud concedere, subsistente iusta causa in forma tradita *in proœmio, capite sexto, numero decimo sexto*, lex nostra non loquitur, neque procedit, neque nititur in privilegio, sed in iure & consuetudine immemoriali, quòd ius non est revocatum in dispositione *Bullæ in Cœna Domini*, quia illa cognitio procedit de iure naturali, pro defensione & protectione subditorum, inter † quos annumerantur clerici, in ordine ad bonum publicum totius communitatis. 30

Quintò, quia ista lex directè, neque indirectè,

non concernit damnum, neque violationem iurisdictionis Ecclesiasticæ, sed eius favorem, ut appellatio legitimè interposita admittatur, & non exequatur sententiâ, appellatione remotâ, in cōtemptum iurisdictionis Pontificis.

31 Sextò, † quia iudices sæculares non cognoscunt, neque possunt cognoscere de meritis causæ principalis, an iusta vel iniusta fuerit sententia, sed solùm, an talis sententia sit exequenda appellatione remotâ, in quo accessoriè agi potest de quæstione iuris, propter conservationem cognitionis, & defensionis naturalis, quæ sine illo actu non potest expediri, ut diximus *in 2. part. quæst. fin. num. 6.* quia tunc omnia censentur concessa, sine quibus talis iurisdictio, & defensio naturalis exerceri non potest.

Septimò, quia iudices non debent excedere legitimum modum defensionis, sed cum moderamine inculpatæ tutelæ.

Octavò, quia iudex sæcularis, directè neq; indirectè, principaliter neque accessoriè, in causa principali Ecclesiastica, nullam habet iurisdictionem, nisi in executione sententiæ, appellatione remotâ, an iustè vel iniustè fuerit executioni tradita.

32 Nonò, † quia dicti iudices Regii, in articulis violentiæ non possunt constituere formam iudici Ecclesiastico, qualiter debeat iudicare, & terminare causam principalem, nisi in ordine ad tollendam vim, ut vitetur circuitus, & ne iterum revertatur causa ad tribunalia Regia, & illud debet esse in vim consilij, & non in vim præcepti. Et tandem iudex Ecclesiasticus poterit, non servato consilio, neque formâ iudicandi traditâ, ad suum libitum proferre sententiam, & sic dicitur in mandato Regis, vel suorum auditorum, * *Que otorgue y reponga,* * qui debet utrumq; facere nisi alternativè sententia Senatus loquatur, quia tunc potest iudex Ecclesiasticus unam partem eligere, ut dicemus, *in gloss. 17. num. 4.* ubi tota materia declaratur.

33 Decimò, † quia præscriptio immemorialis, de per se, nisi adiuncta cum præsumpto privilegio, non sufficit pro confirmatione tituli cognitionis per viam violentiæ, ut diximus *in proœmio cap. 10.* maximè in nostro casu, in quo illa cognitio descendit à iure naturali, & est in favorem iurisdictionis Ecclesiasticæ, ut sæpè diximus *in Epistola ad Regem nostrum.* Vndè non obstant argumenta proposita, ut latiùs & sigillatim vides, *in n. 580. cum sequentibus.*

34 Vltimò, † pro perfecta declaratione huius legis est animadvertendum, duas conditiones requiri ad licitum usum illius principii * *Vim vi repellere licet.* * Prima, ut actualis vis ab altera parte inferatur, & quòd vis sit clara & manifesta. Secunda, ut defensio sit cum moderamine inculpatæ tutelæ: & sic quòd talis defensio sit necessaria, & petita à persona Ecclesiastica, quia si clericus magis voluerit recurrere ad Ecclesiasticum superiorem, ut tollat vim, non est impediendus per potestatem Regiam, cùm quilibet habeat potestatem vim tollendi inter suos subditos respectu defensionis naturalis, inspecto iure naturali, quod omnibus est commune. Quòd intelligas, quando contentio iurisdictionis est inter personas Ecclesiasticas, vel super re Ecclesiastica; secus verò, si causa fuerit merè temporalis, & opponatur exceptio declinatoria fori per secularem, quia tunc, vel poterit superior Ecclesiasticus vim tollere, vel ad instantiam Fiscalis Regis, causa potest deferri ad tribunalia Regia, ut vis tollatur, quia sicut Ecclesiastici non possunt suo consensu tribuere iurisdictionem iudici laico, *ut in ca. significasti 18. de foro compet.* similiter etiam, neque † 35
ipsi laici possunt tribuere iurisdictionem iudici Ecclesiastico in rebus profanis, & temporalibus. Et sic secundum hanc distinctionem & declarationem est procedendum in his causis per viam violentiæ, servato legitimo modo defensionis, cū moderamine inculpatæ tutelæ, sine aliqua violatione immunitatis Ecclesiasticæ, immittendo falcem in messem alienam.

Neque † supradictis obstat difficultas, tradita per Suarez, *lib. 4. de immunitate Ecclesiastica, cap. 34. num. 35. litera D.* ubi dicit, quòd sicut laicus de suo iudice sæculari non potest conqueri, quòd illi inferat vim, negando appellationem, neque patienter ferret sæcularis, ut iudex Ecclesiasticus se intromittat, & authoritatem suam interponat, acta causæ postulando sub aliqua censura, ad examinandum, & iudicandum, an iudex sæcularis vim fecit, nec ne, quòd similiter iudex Regius id non poterit facere respectu Ecclesiasticorum. Quia huic difficultati satisfactum est *in nostro discursu ad Regem, num. 74.* quia laici in rebus temporalibus non sunt subditi iudici Ecclesiastico (deficiente causa peccati) sicut clerici sunt subditi Regi in ordine ad tollendam vim, & sic termini non sunt æquales, ut dixi suprà in discursu Latino, *in introductione huius operis, nu. 75.* & sigillatim, reliqua argumenta, *num. 568.* dissolvuntur.

Quibus † sic suppositis, huius legis ratio potis- 37
sima est, quia † illa cognitio per viā violentiæ, nō 38
est per viam iurisdictionis contentiosæ, sed solùm
per viam violentiæ, quæ † dicitur extraordina- 39
ria cognitio, vel meliùs charitativum remedium,
ut tradit Olivanus, *de iure fisci, cap. 8. num. 30.* ubi
dicit, quod hæc est politica & œconomica administratio, & nō cognitio iudicialis & contētiosa, & eam dicit extraordinariam cognitionē, Marta *de iurisdictione, casu 39. num 6. centuria 1.* ubi sequitur nostram opinionem, & Sese, *de inhibitionibus iustitiæ Aragonum, cap. 8. §. 3. nu. 55. & 56.* per cuius assecutionem, neque tollitur, neque præiudicatur Ecclesiastica libertas, neque eius iuris-
dictio, imò † fortificatur, & ampliatur, ut in si- 41
mili respondit summus Pontifex, *in cap. dilecto filio, de sent. excommunicationis, lib. 6.* quia porta clausa à iudice Ecclesiastico, exequendo suam sententiam appellatione remotâ, brachio Regio aperitur, per iudices Regios, ut sit aditus ad superiorem Ecclesiasticum, ad prosequendam legitimam appellationem, tollendo vim & violentiam, reponendo omnia acta, quæ appellatione remotâ, & in contemptum superioris Ecclesiastici, fuerunt executioni tradita, quia si iniuriam laico factam

etiam poteſt Rex tollere, quanto magis ſi clerico,
41 quia † perſona publica eſt, Deo conſecrata, *l. ſi quis in hoc genus, §. ſitque, C. de ſacroſanctis Eccleſiis, lex.51. titul.6. part. 1. cap. nonnulli, 3. quæſt.1.*
42 Vbi † iniuria clerico illata Deum tangit, & ſic poteſt ab omnibus vendicari, *l.1. §. huius ſtudij, D. de iuſtitia & iure*, ubi Doctores. Et in terminis cognitionis per viam violentiæ, tradit Franciſcus Vivius, *deciſio 30. ubi numero quinto*, reſolvit, quòd clericus iniuriatus ab alio clerico, poteſt Regis auxilium implorare, & hæc dicitur defenſio charitatis, ut docet Marta, *de iuriſdictione,*
43 *cenſura 1 caſu.3? numero fin.* ubi dicit, quòd † Rex tenetur clericis oppreſſis ſuum auxilium præſtare per modum charitatis. Et ratio potiſſi-
44 ma eſt, quia † in ordine ad tollendam vim, & ad publicam defenſionem tuendam, tam laici, quam clerici, ſunt Regi ſubditi, propter bonum publicum totius communitatis, & dicuntur cives Reipublicæ temporalis, ut docet Vincentius de Franchis, *deciſio 9. numero quinto*, & Franciſcus Marcus, *deciſio. 456. numero nono, in prima parte.* Surd. *conſil.1. numero ſeptimo, volumin. 3.* & noviſſimè Marta, *de iuriſdictione, 4. part. numer.27. caſu.1.* Gregor. *in l.1. tit. 10. part.2.* & Alvarus Valaſcus, *conſultat.100. num.2. & fin.* Franciſcus Tipius, *de poteſtate Principis, §.3. numer.12.*
45 ubi dicit, quòd † Princeps pro communi utilitate creatus eſt, *l.1. C. de novo Codice, l.1. de Iuſtiniano Codice confirmando*, & eſt optima lex Regni,
46 47 † *15. tit.13. part.2.* ibi: * *Todo † hume deue ſer ſometido à los Reyes, porque ellos ſon pueſtos por mano de Dios, y el poderio que han, del lo recipen*, * Et probat *lex, 1. & 2. in fin. titul. 1. part. 2.* idem docet Vincentius de Franchis, *in deciſ. 491. numero quarto* Bobadill. *in ſua Politica, lib. 2. capite decimo octavo, numero 61. caſu.7.* ubi refert practicam & executionem huius cognitionis, & quali-
48 ter † procedatur, contra Eccleſiaſticos rebelles, qui non obtemperant Regis ſui mandatis in dictis cognitionibus, per viam violentiæ, idem tradit Mexia, *ad pragmaticam Regiam, concluſ. 5. numer.17.* Bernardus Diaz, *cap. 15. verſic. Sed ulterius*, Menoch. *conſil. 1000. num.27. volum.10.* & ſic cum clerici & religioſi ſint cives Reipublicæ temporalis (in ordine ad bonum publicum totius communitatis) non eſt mirandum, ſi Reges teneantur eos defendere ab iniuriis & violentiis, in quo nihil iuriſdictio Eccleſiaſtica præiudica-
49 tur, imò magis † veneratur, honoratur & ampliatur, ut ſublata executione ſententiæ, poſſit appellans coram Romano Pontifice proſequi ſuã appellationem, & coram ſuis iudicibus delegatis, & ad hunc finem conſequendum, in ordine ad tollendam vim, facta fuit, & condita lex noſtra, *36. titul. 5. lib. 2. Recopilationis*, quia ad Principem ſæcularem (cui à Deo in temporalibus populorum cura eſt demandata) exſpectat, legem condere, iuxta ea, quæ ad iuſtam & politicam vivendi rationem pertinent, & ſuæ Reipublicæ temporalis conſervationem & pacem, & tranquillitatem ſubditorum, ita Soto, *libro primo de iuſtitia & iure, quæſtione ſexta, articulo ſecundo, verſic. Cæterum, & in libro quarto, ſentent. quæſtione viceſima quinta.* Molina, *de iuſtitia & iure, diſputat.31. concluſ. 6.* ubi dicit, quòd laici, & clerici, in concernentibus Rempublicam temporalem, eundem habent Rectorem Principem temporalem, cuius legibus gubernatur, & ſicut † in ſpiritualibus tenentur iura Pontificia ſerva- 50
re, ita in temporalibus Principi politico clerici ſubſunt, in ordine ad bonum publicum & politicum totius communitatis, ut docet S. Thom. *lib.1. de Reg. Princip. cap. 12.* Bellarminus, *lib. 1. cap.6.* Salced, *ad Bernard. Diaz, cap. 55. verſicul. Vt libere dicam.*

## SVMMARIVM.

1. *Cognitio per viam violentiæ confirmatur de iure divino.*
2. *Regnum transfertur de gente in gentem propter iniuſtitias.*
3. Cap. 16. Deut. *declaratur.*
4. *Qualibet res de facili revertitur ad ſuam naturam.*
5. *Civilis magiſtratus cœpit tempore legis naturæ.*
6. Los Reyes al principio del mundo regian lo eſpiritual, y temporal.
7. *Cognitio per viam violentiæ ſatis convenit vitæ politicæ.*
8. *Rex primus mundi fuit Cain, qui ædificavit civitatem.*
9. *Cognitio per viam violentiæ habuit originem in principio mundi, cum ſit immemorialis eius origo.*
10. *Reges ſunt iudices conſervatores ſuorum vaſallorum, ad tollendam vim.*
11. *Reges tenentur defendere perſonas Eccleſiaſticas, ab omni oppreſſione.*
12. *Defenſio naturalis pertinet ad Reges, etiamſi oppreſſus non adierit iudicem.*
13. *Perſona Eccleſiaſtica tenentur ſervare leges Regni politicas, quæ non ſunt contrariæ iuri canonico.*
14. Lex, 54. tit.6. part. *ponderatur.*
15. *Eccleſiaſtici tenentur ſervare panis taxam.*
16. *Leges directionis & rationis, tenentur clerici ſervare.*
17. *Lex rationis ligat ipſum* Regem.
18. *Lex Luſitaniæ, declarat noſtram legem, in verbo*, * Do derecho. *
19. Lex, 13. tit.13. part. 2. *declaratur.*
20. *Cognitio per viam violentiæ obſervatur in omnibus Provinciis Chriſtianorum.*

## GLOSSA I.

### *Ad noſtram legem, in verbo,* * Por derecho, * *declaratur.*

NE videar iterum repetere, quæ *in libro 4. quæſtione prima*, per me ſcripta ſunt, non referam fundamenta de iure, & de conſuetudine huius cognitionis, quia *ibi in 1. quæſt. à 176.* reperies plures deciſiones & fundamenta ex quibus comprobatur & dilucidatur concluſio principalis

cipalis nostræ legis, ibi:* *Assi por derecho, como por costumbre, inmemorial.* * Cùm utroque iure, & titul. pertineat dicta cognitio per viam violentiæ, & ea quæ ad defensionem ex naturali iure pertinent, latiùs habes *in gloss. 6. à num. 135.*

1 Sed † ultra rationes ibi per me traditas, potest confirmari dicta cognitio de iure naturali divi-
2 no, *ex cap.10. Ecclesiastici*, ubi † propter iniustitias, & iniurias tollitur Regnum, ibi: * *Regnum de gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diversos dolos.* * Et ob hanc causam dixit Christus Dominus Deus noster. * *Auferetur vobis Regnum, & dabitur genti facienti fructus eius.* * Et sic quemadmodum, auferetur Regnum propter violentias, à fortiori iurisdictio, si fiant violentiæ, & dabitur genti facienti iustitiam, id est, administrantibus iustitiam, tollendo vim & violentiam, cùm proprium officium, Regum sit vim tollere, *ut in cap.*
3 *Regum officium, 23. quæst. 1.* Et † sic dicitur *Deuteronomij, cap.16.* quòd data est iurisdictio, * *Ut iudicetur populus iusto iudicio.* * Vndè nimirum deficiente iusto iudicio, & factâ iniuriâ & violentiâ, transfertur cognitio, ad effectum tollendi vim, ad Reges & Principes, qui non recogno-
4 scunt superiorem in temporalibus, quia † qualibet res de facili revertitur ad suam primævam naturam, & originem, *ut in l. qui res, §. Aream, D. de solution.* & in terminis tradit Antonius Olivanus, *de iure fisci, cap.3. num.77.* & Gregorius Tolosanus, *lib.47. cap.12. num.15.* & Axia, *de exhibendis auxiliis, fundamento, 26. versic. Concedi-*
5 *mus, & in fundamento, 24.* ubi dicit, quòd † civilis Magistratus cœpit tempore legis naturæ, & præfuit non solum spiritualiter, sed etiam temporaliter & civiliter, in his quæ ad politicam vitam pertinebant, ut etiam disponitur, *in l. 6. tit.*
6 *1. part. 2.* ibi: * *E porende † los llamavan Reyes, porque regian tambien lo temporal, como lo espiritual.* * & tradit Bobadilla, *in sua Politica, lib. 2.*
7 *cap.17. num. 65.* Et profectò, † huiusmodi cognitio per viam violentiæ (in casibus in quibus de iure & ratione Reges cognoscunt) satis convenit vitæ politicæ, quia, ut consideravit, Covarr. *practic. quæst. cap.31.* multum convenit quieti Reipublicæ Christianæ, ut Reges utantur hoc reme-
8 dio cognitionis per viam violentiæ. Et cùm † primus Rex mundi fuerit Cain, ut tradit Augustinus, *lib.15. de Civitate Dei*, & Paramo, *de origine Inquisit. lib.1. quæst.1. opinion.4. num.140.* & primus, qui ædificavit civitatem ad se defendendum, ut habetur, *Genes. cap.4.* ibi: * *Omnis qui*
9 *invenerit me, occidet me.* Non est † alienum, ab eo tempore Reges habere cognitionem ad tollendam vim suorum subditorum, ex traditis *in proœmio, cap.11.* cum hæc cognitio sit de naturali,
10 *ut in l. ut vim, D. de iustitia & iur.* maximè cum † Rex sit iudex conservator suorum vasallorum, ut tradit Fuscus, *in tractatu de visitatione, c.32. nu. 5.* ibi: * *Rex est iudex conservator suorum vasallorum, ut nemini iniuria fiat, & ne alius iniuria inferatur.* * Ergo si est iudex conservator suorum vasallorum ad tollendam vim & violentiam; sequitur, quòd etiam est iudex conservator clericorum & laicorum, cum omnes sint cives Reipublicæ temporalis, in ordine ad bonum publicum totius communitatis, ut supra probatum est, & ob hanc causam dixit, Matthæus de Afflict. *decis.24. num.6.* Quod † Rex tenetur defendere 11
personas Ecclesiasticas ab iniuriis factis per laicum, vel clericum, idem resolvit *in decis.85. num.2. & 280. num.8.* quòd ampliant Doctores, etiam si † 12
oppressus non adierit Principem, cùm ex præcepto divino sit Regibus commissum, populum defendere ab oppressionibus de facto, vel de iure, ut tradit Olivan. *de iure fisci, cap.14. numero 112. & 113.*

Ex qua † ratione descendit practica, & observantia huius Regni Castellæ, & dispositio 13
*legum, 52. tit.6. part.1. l.1. titul.25. lib.1. Recopil.* ibi: * *Assi clerigos, como personas Ecclesiasticas, como seglares.* * Ex quibus verbis probatur, clericos esse obligatos ad observantiam legum Regni, quãdo respiciunt bonum publicum totius communitatis clericorum & laicorum, ut tenet Menoch. *consil. 1000. num.27. lib.10.* & Bellarm. *supra quæst.28. versic. Tertia propositio*, Avendanno, *de exequendis mandatis, 2. part. cap.14. num.19.* Mexia, *ad pragmaticam Reg. conclus.5. num.43.* Menchaca, *lib.1. de success. creat. §.10. num. 648.* & ita fuit iudicatum per senatum, secundum Cacher. *decis.181.* & Menoch. *consil. 800. lib. 8.* & est optima, † *lex, 54. tit. 6. part.1.* & docet Morla, *in suo* 14
*Emporio iuris, tit.2. de iurisdict. quæst.12. num.12.* & in terminis † pragmaticæ taxæ panis, tradit 15
Gutier. *lib.2. pract. quæst. fin.* & eleganter Franciscus Vivius, *decis.28. lib.1.* ubi docet, clericos teneri observare Regiam pragmaticam sub pœna peccati, & restitutionis pretii, *& num.12.* refert exemplum notabile, quòd in anno sterili contigit clerico, & nostram principalem conclusionẽ tenet Covarr. *in regul. possess. 2. part. §. 4. num. 9. versic.3.* Sarmient. *lib.7. selectarum, cap.13. n.1.* Surdi *consil.301. vol.3.* Marta, *de iurisdict. 4. part. quæst.1. casu.7. numer. 6.* Vincentius de Franchis, *decis.4. num.3.* & Salced. *in practica ad Bernardum Diaz, cap. 55. versic. Secundo deducitur*, & Bobadill. *in sua Politica, lib.2. cap.18. num.122.* & ita † obser- 16
vatur, & practicatur quoad vim directivam, & non coactivam, quia † lex directionis & rationis 17
ipsum Regem obligat, ut *in l.16. tit.1. part.1.* & docet Mexia, *supra conclus.5. num.52.* ex quibus clarè deducitur, & comprobatur omnes Ecclesiasticos & sæculares esse Regi subditos, sicut cives Reipublicæ temporalis, & membra ipsius, ut etiam tradit Franciscus Topius, *de potestate Principis sæcularis, §.5. num.56.* Olivanus, *de iure fisci, cap.9. num.1. & cap.10. num.57. & sup. num.22.*

Quibus suppositis pro ratione decidendi ad nostram legem, verba illius declarare libuit, ut luce meridiana clarius omnibus innotescat, in nihilo adversari sacris decisionibus, neque Pontificum decretis & constitutionibus. Et in primis considerare debemus, nullum verbum iurisdictionale esse in dicta lege adversus clericos, ut docuimus *in proœmio, lib.1.* Et sic clarè Reges nobis insinuant, non per viam iurisdictionis, sed per viam naturalis defensionis procedere, quia

iudices

iudices supremi, nec principaliter, neq; accessoriè habent iurisdictionem in personas Ecclesiasticas, neque de meritis causæ Ecclesiasticæ, nec de eius sententiæ viribus ibi agitur, sed tantùm de vi tollenda; quæ in executione sententiæ, spretâ appellatione causatur; quia sicut ad iudicem Ecclesiasticum pertinet cognitio causæ principalis Ecclesiasticæ; similiter ad iudices Regios pertinet cognitio violentiæ, hoc est defensionis naturalis, quæ cognitio & protectio subditorum non adversatur canonicis decisionibus, imò tota regalis dispositio, & nostræ legis ordinatio, vergit & dirigitur, in favorem iurisdictionis Ecclesiasticæ, ut tradit Morla, *in suo Emporio iuris, titul. de iurisdict. el. 2. quæstio.14. numer.8.*

18 Rursus † confirmatur hæc sententia, ex verbis nostræ legis, verbo, * *Por derecho,* * ut interpretetur, * *De derecho natural,* * ut expressè cavetur in lege Lusitaniæ, *tit.16.lib.1.ordinamenti*, ibi: * *Faciendoles fuerça, non guardandoles oy dereito natural,* * & docet Olivanus, *de iure fisci,*
19 *ca.3.num 47.* & est † *lex nostra Hispan.13.tit.13. p.2.* ibi: * *Defender a sus vassallos, que no reciban mal, ni fuerça,* * ubi illud tenet Gregor. *verbo,* * *Fuerça,* * Navar. *in manuali cap. 21. num.30.* & Covarruv. *pract. cap. 33. numer. 10.* Gutier. *lib. 1. Cano. cap. 24. num. 23. & lib. 1. quæst. 10. nu. 1.* Parlador. *lib. 3. diff. 9. § 4. num. 24.* Sesse, *de inhibit. Reg.*
20 *Arag. cap. 8. §. 2 num. 5.* ubi dicit, quòd † ita observatur apud omnes Provincias Christianorum, & in §.4. *num.6.* resolvit, sic fuisset terminatum, per 37. advocatos de gravioribus illius Regni, idemque novissimè docet *in suis decis. 2. part. in decis.114.*

SVMMARIVM.

1 *Titulus Regis nostri Hispaniæ, ad cognoscendum per viam violentiæ inter personas Ecclesiasticas, fundatur pluribus rationibus.*
2 Cap. Regum officium, 23. quæst. 5. *declaratur.*
3 *Rex præstat auxilium in casibus violentiæ omnibus oppressis.*
4 *Ratio proœmialis est attendenda, tanquam finalis.*
5 Cap. Princeps sæculi, 23. quæstione 5. *declaratur.*
6 *Princeps sæculi habet intra Ecclesiam potestatem.*
7 Cap. petimus. 11. quæst. 1. *declaratur.*
8 *Rector Provinciæ potest tollere violentiam factam laico & clerico.*
9 *Quilibet Rector Provinciæ deberet cognoscere per viam violentiæ inter suos subditos.*
10 Cap. quidam monachi, 16. quæst. 1. *declaratur.*
11 *Sæcularis iudex potest procedere contra Monachum, qui sine licentia superioris vagatur.*
12 Cap. omnes. 6. quæst. 1. *declaratur.*
13 Cap. postulasti, de homicidio *declaratur.*
14 *Regis auxilium potest quis implorare contra subtrahentes decimas.*
15 Cap. filiis vel nepotibus, 16. quæst. 7. *declaratur.*
16 *Iudex sæcularis potest adiri, quando Ecclesiasticus est negligens.*
17 Cap. Maximianus, 23. quæst. 3. *declaratur.*
18 *Regia manus est auxilium & murus Ecclesiæ, & pax clericorum.*
19 Cap. Christiani, 11. quæst. 1. *declaratur.*
20 *Violentia est inimica legibus.*
21 Cap. administratores, 23. quæstio. 5. *declaratur.*
22 Cap. Romani, §. sanè, de censibus lib. 6. *declaratur.*
23 Can. Romana, de pœnis, lib. 6. *declaratur.*
24 *Concesso consequenti, videtur concessum antecedens, per quod devenitur ad illud.*
25 *Periculum quando est in mora, recedimus à regulis iuris communis.*
26 Authent. de sanctiss. Episcop. in §. omnibus *declaratur.*
27 *Practica dandi provisiones Regias ut absolvantur excommunicati, donec processus remittatur ad Curiam.*
28 *Principes sæculares fere omnes habent cognitionem per viam violentiæ inter Ecclesiasticos & num. 252.*
29 *Papa nunquam tollit has causas per viam violentiæ.*
30 *Reipublicæ interest, ut Rex cognoscat, & sui auditores, per viam violentiæ.*

GLOSSA II.

Verbo, * *Por derecho.* *

RVrsus, † Verba nostræ legis, *verbo,* * *Por derecho,* * possunt intelligi de iure canonico, 1
co, quasi dicat lex nostra, quòd non solum de iure naturali, sed de iure canonico: * *Tienen los Reyes facultad, y poder de quitar, y alçar las fuerças que hazen los juezes Ecclesiasticos, en no otorgar la legitima apelacion que dellos fue interpuesta para ante su Santidad.* * ut in *c. Princeps sæculi 23. q. 5. c. petimus, 11. q. 2.* & iuris canonici fundamenta sunt sequentia.

Et primò de iure canonico pro hac sententia, & nostri Regis Castellæ iurisdictione facit text. † *in d. ca. Regum officium, 23. quæst. quinta,* ubi dicitur: * *Quod Regum officium est proprium, facere iudicium atq; iustitiam, & liberare de manu* 2
*calumniantium vi oppressos, & peregrinis, pupillis, & viduis, qui faciliùs opprimuntur à potentibus, præbere auxiliū.* * Ecce † verba clara & manife- 3
sta, ubi Rex in casibus violentiæ præstat auxilium vi oppressis. Nec obstat, quod ille tex. non loquitur de personis Ecclesiasticis, sed de sæcularibus, prout sunt pupilli, & viduæ, & peregrini (de quibus loquitur, tex. ille) quia ratio, text. est generalis: & licèt Hieronymus ponat exemplum in peregrinis, pupillis, & viduis, ex eo videlicet, quia faciliùs opprimuntur, & ad ea quæ faciliùs accidunt iura adaptantur, ut constat ex illo tex. * *Peregrinis, pupillis, & viduis, qui faciliùs opprimuntur à potentibus,* * & sic nō excluditur, quòd si clericus à sæculari, vel sæcularis à clerico, opprimantur, non possit Rex impertiri auxilium ad liberandum vi oppressos, maximè, quia defensio

cleri-

clericorum, est causa publica, *ut in l. si quis in hoc genus, §. si q. C. de sacrosanctis Eccles.* ibi. * *Sit cunctis laudabile, factas sacerdotibus iniurias, veluti crimen publicum, prosequi.* * Et sic non excluduntur clerici, *in dict. cap. Regum*, quia ratio
4 est generalis, & proœmialis † illius textus, ibi: * *Regum officium est proprium, facere iudicium atq. iustitiam. & liberare de manu calumniantium vi oppressos.* Quod maximè, & à fortiori procedit, quando in Regalibus tribunalibus istæ causæ agitantur ad tollendam vim iudicum Ecclesiasticorum.

5 Secundò, † pro ista sententia facit, tex. *in c.* * *Princeps saeculi,* * *eadem 23. q. 5* ubi dicit Isidorus, quòd illud, quod sacerdotes efficere docendo non valent, disciplinæ terrore potestas sæcularis extorqueat, ibi: * *Vt qui intra Ecclesiam positi contra fidem, & disciplinam agunt, rigore Principum conterantur; ipsamq; disciplinam, quam utilitas Ecclesiæ exercere non prævalet, cervicibus superborum potestas principalis imponat, & ut venerationem mereatur, virtutem potestas impartiatur.* * Adverte, obsecro, verba pul-
6 chra Isidori, ubi dicit, quod † Principes sæculi habent intra Ecclesiam potestatem, ut superborum cervices comprimant, quando non est præ manibus Ecclesiasticus, qui præbeat auxilium, ut docet Marta, *de iurisdictione, 3. par. cap. vigesimo secundo, num. 10.* quia alias, si ad redimendam iniuriam, & tollendam vim, esset recurrendum ad Pontificem, maximas iniurias & & expensas vi oppressi paterentur, & sic dicit Isidorus; *lib. tertio, de summo bono, cap. trigesimo quinto.* * *Principes saeculi nonnunquam intra Ecclesiam potestatis adepta culmina tenent, vt per eandem potestatem disciplinam Ecclesiasticam muniant.* *

Tertiò pro hac sententia facit tex. *in c. petimus, 11. quaest. 1.* ubi ad querelam, non tantum laici, sed etiam clerici, passi violentiam à suo præ-
7 lato, potest Rector provinciæ, † & defensor civitatis suum officium interponere, ut si constet de violentia, reducat spoliatos & vi oppressos ad suam possessionem, quod audivi servari de consuetudine, in Regno Portugalliæ. Vbi non so-
8 lum Regii auditores, sed † quilibet Prætor Regiæ coronæ in sua Provincia cognoscit de similibus causis per viam violentiæ; quod esset maximè conveniens in hac nostra Hispania, ne tot expensis litigatores vexarentur, recurrendo ad supremum Consilium, vel ad Cancellarias, ex partibus remotis: sed iam durum esset, ab hac tam vetustissima praxi recedere, maximè, quia illud tangit supremam iurisdictionem & protectionem, quæ aliis iudicibus inferioribus non conceditur.

9 Quartò † fulcitur ista sententia *in c. quietam monachi. 16. quaest. 1.* ubi adversus monachos † qui sine licentia superioris vagantur, potest potestas sæcularis procedere, præbendo auxilium adversus perturbationem tranquillitatis Ecclesiæ, ibi: * *Statuit igitur sancta Synodus, hos primum commoveri, ut exeant, ac inde per defensorem compelli, ut ad sua loca redeant.*

Quintò † comprobatur intentio domini no- 10
stri Regis, *in c. omni. 7. quaest. 1.* ubi negantes auxilium vi oppressis, videntur quodammodo Christum Dominum Deum nostrum persequi, ibi: * *Omnis qui gemebat & vexabatur à Saul, fugiebat & veniebat ad David, si Rex piissimus, atque iustissimus David sciret, peccatum esse fugientes persecutionem.* * Et sic proprium officium Regis est vi oppressos, & eos qui persecutionem patiuntur, liberare, & defendere, cum talis defensio naturalis sit, *ut in l. ut vim, D. de iust. & iur.* pro qua opinione est formalis, tex. † *in cap. po-* 11
*stulasti, de homicidio*, ubi licitum est implorare Regis auxilium contra detinentes decimas, ibi: *Quaesivisti* † *praeterea, utrum contra quosdam* 12
*arbitores Ecclesiae, decimas subtrahentes tibi Regiam implorare liceat potestatem,* * & licere supponit Pontifex ibi, idemque docet Leo Papa *Epist. 75. ad Leonem Augustum*, ibi: * *Debes inquit Imperator, incunctanter advertere Regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collocatum, ut ausus nefarios comprimendo, & quæ bene sunt statuta defendas, & veram pacem his, quæ sunt turbata restituas.* *

Sextò † confirmatur de iure, iustitia domi- 13
ni Regis, ex tex. *in cap. si iis vel nepotibus, 16. quaest. 7.* Vbi constat de Episcopis & Archiepiscopis negligentibus, propter punitionem illorum, qui bonis Ecclesiasticis abutuntur, posse Regem adiri, ut illi malo medeatur, ibi: * *Quod si talia Episcopus agere tentet, Metropolitano eius hac insinuari procurent, sin autem Metropolitanus talia gerat, Regis hac auribus intimare non differant,* * ubi gloss. *verbo Regis*, intelligit, ubi † 14
Iudex Ecclesiasticus negligens est, quod contingit, quando non solum propter negligentiam, sed propter notoriam violentiam, procedendo de facto, & contra ius causa defertur ad Regalia tribunalia, ubi tollitur vis, donec causa Principalis de iure coram Romano Pontifice ventiletur. In quo iurisdictio Ecclesiastica non læditur imò potius augetur, ut supra probatum est.

Septimo facit pro corroboratione huius opinionis, tex. † *in cap. Maximianus, 23. quaest. 5.* 15
vbi Reges, & Imperatores tenentur præstare auxilium Ecclesiæ, ibi: * *Maximianus Episcopus Vaglensis auxilium petit ab Imperatore Christiano, contra hostes Ecclesiae, non tam sui ulciscendi causa, quam tuendae Ecclesiae sibi creditae, quod si praetermisisset, non eius fuisset laudanda patientia sed negligentia meritò culpanda,* quia † manus 16
Regia, & eius auxilium, est murus fortissimus Ecclesiæ, est pax clericorum, salus populi, propugnaculum, præsidium, & tutela Christianæ religionis, maximè hodie vivente nostro Rege Philippo III. religione, pietate, constantia, fortitudine præclaro, ut diximus, *lib. 4. com. num. 175. & in num. fin. quaestione. 1.*

Octavo, facit pro hac sententia, tex. † *in c.* 17
*Christianis, 11. quaest. 1.* ibi: * *Deo servientibus beneficium negare non convenit. Sylvester, atque Faustinianus qui se à cunabulis clericos confitentur, à Theodora se opprimi per violentiã conqueruntur.* *

Et ibi:

Et ibi: * *Et per Authoritatem Regiam contra leges publicas, cũ clericali cingulo olim teneretur astricti, per Archidiaconũ urbis Grumētinæ esse cōvētos, cum constet, eum, qui cælestem militem pulsat, non nisi eius forum debere sectari.* * Et ibi. * *Sublimitatis tuæ tuitione vallentur, ne quid illis aut subreptio aut inimica legibus violentia, necessitatis imponat.* * Ecce † ibi violentia, de qua Rex po- 
20 test cognoscere, est inimica legibus; & sic iustis de causis, ad tollendam dictam violentiam (ut ius suum unicuique tribuatur) Rex noster, & sui gravissimi & integerrimi auditores cognoscere possunt, In dictis causis ad tollendam vim, sine præiudicio causæ Principalis, cuius cognitio pertinet ad iudices Ecclesiasticos, & non ad sæculares.

Nonò adstipulatur huic opinioni & indubitatæ
21 sentent. tex. † *in c, ad ministratores, 23. quæst. 5* ibi: * *Administratores sæcularium dignitatum, qui ad Ecclesiarum tuitionem, pupillorum ac viduarum protectionem, rapaciumque refrænationem constituti procul dubio esse debent, quoties ab Episcopis & Ecclesiasticis viris conventi fuerint, eorum querimonias attentius audiant, & secundum quod necessitas expedierit, absq; negligentia examinent, & studio diligenti corrigant.* *

22 Decimò facit text. † *in cap. Romana, §. sanè*
23 *de censibus, lib. 6. cap.* † *Romana. de pœnis, lib. 6* ubi Archiepiscopus cognoscit in Diœcesibus suffraganeorum, in notoriis criminibus, & violentiis, & sic à fortiori, debet cognoscere Rex quia ut benè resolutum fuit *in decis. Pedemontana, 30. nu. 13* apud Octavianum Cacheranum, cui
24 † conceditur consequens, videtur concedi & antecedens, per quod devenitur ad illud, *l. ad legatum, l. ad rem mobilem, de procuratoribus, c. quoniam de sententia excommunicationis, lib. 6. l. 2. D. de iurisdictione omnium iud.* ergo si noster Rex est protector Christianæ religionis ad liberandos vi oppressos, *c. 20. sess. 25.* Concilii Trid. & illud est proprium Regis officium, ut suprà probatum est de iure: quomodo ergo cognoscent iudices Regii, nisi per viam querelæ, quando comparent clerici, coram suis auditoribus, per viam violentiæ, invocando Regis auxilium, ut tollatur vis ac violentia iudicum Ecclesiasticorũ cum Principes habeant potestatem in Ecclesiasticas personas, in ordine ad tollendam vim, *ut in c. dilecto filio, de sent. excomm. lib. 6.* præcipuè ubi superior Ecclesiasticus vel deest, vel negligens est, vel vim facit, ut *in d. c. Princeps, 23.*
25 *quæst. 5.* quia † quando periculum est in mora tunc recedimus à regulis iuris, *l. de Pupillo, §. si quis rivos* (ubi latè Ias.) *D. de novi operis nuntiatione, cap. cum ab Ecclesia, de officio ordin. c. baptizantem, 5. dist.* quam opinionē sequitur Morla, *sup tit. 2. de iurisdictione, quæst. 14 num. 1.* & ob hanc causam potest Rex, & qui ab eo iudicandi potestatem habent, interdicere & inhibere Episcopis, & eorum Vicariis, ne quemquam excommunicent, donec causa excommunicati-
26 onis ostendatur, ut † *in authentica de sanctissimis Episcopis, §. omnib.* ibi: *Omnibus autem Episcopis, presbiteris interdicimus segregare aliquem à sacra communione, antea quam causa monstretur, propter quam sanctæ regulæ hoc fieri iubent,* * ex 27
† quo text. descendit practica, qua utuntur iudices regis, qui dant provisiones Regias, tam clericis, quam laicis oppressis, ut interim, quod causa processus mittitur ad Curiam Regiam, * *Absuelvan los descomulgados, y alcen las censuras, y entredicho por ochenta dias.* * Et si iudex Ecclesiasticus fuerit rebellis, & non pareat dicto Regio mandato, seu deprecationi, datur secunda provisio, & tertia sub pœnis temporalitatis, ut tradit Guillermus Benedictus *in capite Raynutius, verbo, & uxorem nomine Adelasiam, el 2. decisione, numer.* 460. de qua practica testis est, Octavianus Cacheranus, *supra num. vigesimo, in fine*, ubi dicit omnes † ferè Principes sæcu- 28
lares ita consuevisse, ubi allegat & laudat nostrũ concivem & Covarr. *pract. quæst. cap. 35. num. 3. & 4.* qui post alios scriptores ita respondit: quam practicam refert etiam Navarrus, *in cap. cum contingat de rescriptis, remedio primo*, Carolus de Grassalis, *lib. Secundo Regal. Franciæ iure. 7.* Aufrerius *in Clementin. 1. de officio ordinarii, fallentia 30. regula secunda*, & nunquam vidimus, neque audivimus contrarium in hoc regno Hispaniarum: Neque † est aliqua prohibi- 29
tio Romani Pontificis, qui expresse has causas violentiæ tollat: & cessante prohibitione tacitus consensus præsumitur Marta, *de iurisdictione, 4. part. centuria. 2. casu 101. num. 10.* Et sic ea, quæ non mutantur, stare non prohibentur, *l. præcipimus, C. de appellationibus*, & omnia in iure nostro censentur permissa, nisi reperiantur prohibita, *l. altius C. de servitutibus*, maximè quia nec expressa prohibitio ullius esset momenti: quia lex positiva non poest tollere legem naturalem ex traditis *in proœmio, cap. 10. & in prologo.*

Hic autem forensis usus & praxis, qua Regis Consiliarii utuntur, non solùm his rationibus iustificatur, sed præcipuè propter † maximam 30
utilitatem, quæ reipublicæ accedit, prout experientia rerum magistra docet, & vetustas antiquissima suadet: aliter enim si hoc remedium & auxilium, & adversus iudices Ecclesiasticos non adhiberetur, gravissimè opprimerentur innocentes á iudicibus Ecclesiasticis, qui à Romana Curia longè distant, & sic interim contra canonum statuta, potestate & iurisdictione Ecclesiastica abuterentur, exequendo suas sententias iniustas, spretâ & neglectâ legitimâ appellatione.

## SVMMARIVM.

1 *Verbum de iure intelligi potest de iure divino.*
2 *Reges de iure divino tollunt vim oppressis factam.*
3 *Rex dicitur Vicarius Dei. in rebus temporalibus*
4 Lex 1. in fin. tit. 1. p. 2. *interpretatur.*
5 *Regibus deponentibus de proprio facto est credendum.*
6 Lex 32. titul. 16. par 3. *ponderatur pro nostra opinione.*
7 *Reges tenentur oppressis iustitiam facere.*
8 *Virtus est cognoscere per viam violentiæ.*
9 *Reges sunt patres reipublicæ*

10 *Rex est anima reipublicæ.*
11 *Cognitio per violentiam pertinet ad Regem eiusq; Senatores de iure naturali, divino & canonico.*

## GLOSSA III.

### In verbo, * *Por derecho,* * explicatur.

ULteriùs & tertiò, possunt declarari illa verba legis, † ibi: * *Por derecho,* * ut inter-
1
2 pretentur de mero iure divino, quia † eo iure inspecto, ad Reges temporales spectat liberare vi oppressos de manu calumniantium, ut disponitur *Ierem. cap. 22.* ibi: * *Iudicate mane iudiciũ, & eruite vi oppressos de manu calumniantiũ,* * idéque disponitur *in cap. 22.* ibi: * *Audi verbum Domini Rex Iuda, qui sedes super solium David, facite iustitiam, & liberate vi oppressos de manu calumniatorũ.* * Ex quibus verbis, illud ius Regibus pertinere de iure divino (ultra Gregor. *in d. l. 13. tit. 13. part. 1.*) docet Azeved. *in d. l. 36.* Rodriguez, *de annuis reditibus, lib. 1. quæst. 17. à numer. 38. usque 75.* ubi explicat materiam & practicam huius cognitionis, (ultra Covar. *cap. 35.* & Sese, *ubi supra,*) quòd ex eo maximè procedit,
3 quia † Rex dicitur Vicarius Dei in temporali-
4 bus, sicut Pontifex in spiritualibus, ut † *in l. 1. in fin. tit. 1. part. 2.* ibi: * *E otro si dixeron los Sabios antiguos, que el Emperador es Vicario de Dios en el imperio, para hazer justicia en lo temporal, bien asi como el Papa en lo espiritual.* * Ergo cùm cognitio per viam violentiæ sit quid temporale, & non tangat spiritualia, principaliter neque incidenter, sequitur, legitimo iure ad Regios Senatores pertinere dictam cognitionem, tollendi vim, cùm in hac cognitione non agatur de iustitia causæ principalis Ecclesiasticæ, neque de eius cognitione, directè nec indirectè, principaliter neque accessoriè, sed solùm de vi tollenda, cum moderamine inculpatæ tutelæ, ut novissimè post hæc scripta tradit Camill. Borrelli, *de Regis Catholici præstantia, cap. 71. num. 581. vers. Octavus.*
5 Et cum † Rex noster illud affirmet in hac lege, illi credendum est, ut habetur *in Clementin. 1. de*
6 *probationibus, & in* † *l. 32. tit. 16. part. 3.* ibi: * *Pero si Papa, o Emperador,* * & tradit Ioannes Garc. *de nobilitate, gloss. 48. § 3. num. 3.* Et ob hanc causam dixit Caspar Valascus, *in repetitione legis Im-*
7 *perium, D. de iurisdict. numero 98.* quòd † inter ea, quæ Regibus conveniunt, sunt, iustitiam oppressis facere, *cap. Regum officium, & cap. Reges, 23. quæst. 5.* & virtuosis benignè facere, & vitiosos severissimè vindicare, & Ecclesiam defensare, ut *in cap. Maximinianus, 23. quæst. 3. cap. Christianorum, 11. quæst. 1.* pauperes diligere; & præcipuæ virtutes sunt, ut iustitia, & æquitas, & illicita prohibere, & iusta præcipere, & omnia cum moderamine disponere; *cap. Si Ecclesia, 23. quæst. 4.*
8 Et † istæ omnes virtutes seu obligationes, exercentur in hac cognitione per viã violentiæ, quia tollendo vim oppressis, administratur iustitia litigatoribus, virtuosi foventur, vitiosi puniuntur, & Ecclesia defensatur; quòd est proprium Regis officium, quod debet exercere in omnibus casibus & rebus defensionis suorum subditorum: quia omnes sunt cives suæ Reipublicæ temporalis, quæ dicitur politica & œconomica administratio, & non cognitio iudicialis, ut consideravit eleganter Antonius Olivanus, *de iure fisci, cap. 8. numero 30.* Et cùm † sit pater Reipublicæ, te- 9
netur filios suos defendere, ut docet Franciscus Topius, *de Potestate Principis sæcularis, §. 5. numero 36.* Et Seneca, *de clementiâ ad Neronem lib. 1. cap. 5.* ibi: * *Animus* † *Reipublicæ tu es, illa cor-* 10
*pus tuum, tibi enim parcis, cum videris alteri parcere.* * Aufredus, *in Clementin. 1. de officio ordin. regul. 2. fallentia, 30.* Carolus Grasalis, *lib. 2. Reg. Franciæ, iure 7.* Afflict. *in suis constitutionibus, rub. 56. num. 3.* Paramo, *de origine Inquisitorum, lib. 3. quæst. 1. opinione, 3. & 4.* & est lex. *5. tit. 1. parte 2.* ubi habes pulchra verba, ut referam, *gloss. fin. num. 90.*

Ex quibus † omnibus manifestè probatum 11
est, ad Regem, suosque gravissimos Senatores, pertinere cognitionem per viam violentiæ, tam de iure naturali, quam divino & canonico, & sic benè dicit lex nostra in principio: * *Que por derecho y costumbre inmemorial, per senece a los Reyes alcar las fuercas que hazen los juezes Ecclesiasticos,* * & sic ad secundum titulum, de quo *in d. l.* recurrendum est.

## SUMMARIUM.

1 *Immemorialis consuetudo habet vim tituli, & privilegij.*
2 *Quæ privilegio acquiri possunt, similiter & consuetudine immemoriali.*
3 *Principi sæculari potest Pontifex concedere capacitatem rerum spiritualium.*
4 *Consuetudo tribuit ius conferendi beneficia Principibus sæcularibus.*
5 *Ad inducendam consuetudinem sufficiunt 60. anni.*
6 *Consuetudo cognoscendi per viam violentiæ præsumitur defluxisse à titulo præcedenti.*
7 *Consuetudo cognoscendi per viam violẽtiæ viget apud omnes nationes Christianorum.*
8 *Regna & Provinciæ, in quibus cognoscitur per viam violentiæ, referuntur.*
9 *Doctori asserenti aliquid de consuetudine credendum est.*
10 *Observantiæ, & traditionis antiquæ vis.*

## GLOSSA IV.

### In verbo, * *Por costumbre inmemorial.* *

EX his verbis colliges, etiam si deficeret naturale ius in dicta cognitione, habere Reges iustum & legitimum titulum, qui causatur ex cõsuetudine immemoriali, quæ † habet vim titu- 1
li, & privilegii, *l. hoc iure, §. ductus aquæ, D. de aqua quotid. & æstiva, cap. super quibusdam, §. præterea, de verborum significatione,* & sic illud quòd † est quæ sibile privilegio, potest acquiri consue- 2
tudine immemoriali, ut tradit Decius, *consil. 589. n. 2. & 649.* & cùm † Roman. Pontifex possit per 3
privi-

privilegium concedere laico Principi capacita-
tem rerum ſpiritualium, in aliquibus caſibus, &
ob iuſtam & rationabilem cauſam, ut tradit Au-
fred. *de poteſtat. ſacul. ſupe. Eccleſ. regul.* 1. *fal-
lentia*, 12. Gratus, *conſil.* 61. *numer.* 22. *&* 23. *vo-
lum.* 1. ubi dicit, quòd † conſuetudo tribuit ius
4 Principibus ſæcularibus conferendi beneficia,
ergò à fortiori, poteſt cauſari conſuetudo in di-
ctis cognitionibus per viam violentiæ, inter per-
ſonas Eccleſiaſticas; maximè, cum illud non ſit
damnoſum libertati Eccleſiaſticæ, ſed valde utile,
ut expreſsè tenet Suarez, *lib. de immunitate Ec-
cleſiaſtica, cap.* 34. *num.* 43. *in fin.* & in ſimili con-
ſuetudine, tradit Cacheranus, *deciſio.* 30. *num.* 15
ubi allegat noſtrum concivem, Covarru. idem
tradit Antonius Theſſaur. *deciſio.* 131. *numer.* 12.
5 Ad quam † inducendam ſufficiunt ſexaginta
anni, ut tradit Franciſc. Marcus, *deciſ.* 552. *lib.* 2.
*& deciſ.* 44. *eodem lib.* Felin. *in cap. irrefraga-
bilis, de præſcriptio.* ibi: * *Per iſtum text. dicit
Cardinalis, in cap. ſi diligenti eo tit. Dominum ſu-
um conſuluiſſe, quod licet Civitas Peruſina ſit ſub-
dita Papæ, & de patrimonio beati Petri, tamen po-
tuit ipſa Civitas præſcribere merum & mixtum
imperium in ſuos cives,* * maximè cum hæc con-
ſuetudo non ſit Eccleſiaſtica. Et noſtram conſue-
tudinem Hiſpaniæ confirmat, & probant Aven-
danus, *in cc. pp.* 2. *part. cap. num.* 12. *verſ. Deci-
mus caſus. & in* 1. *part. cap.* 1. *num.* 32. & iſtam
conſuetudinem, approbat Salzed. *in practic. ad
Bernar. Diaz. c.* 102. *verſ. Hinc etiam,* & Navar.
*in manuali, c.* 27. *à nu.* 69. *&* 70. Cordou. *in ſua
ſum. q.* 35. Azeved. *in l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1. Recop. *à
nu. fin. verſ. Secus vero.* Seſe *de inhibition. c.* 8. §.
3. *nu.* 158. Ioan. Garc. *de nobil. gloſ.* 12 *nu.* 54.
Cenedo, *collectanea*, 6. *ad decretum* Segura de
Avalos *in directorio iud. Eccleſiaſticorum*, 2. *p. c.*
13. *num.* 51. Lancellot. 2. *par. cap.* 4. *num.* 36. quæ
6 conſuetudo, † ita unanimiter apud omnes Re-
ges & Principes Chriſtianos obſervata, præſumi-
tur defluxiſſe à titulo præcedenti, *lex quadam
mulier*, D. *de rei vindicat. l. ſi à te*, D. *ſi certum
petatur, lex prædia.* D. *de acquirenda poſſeſſione*,
& tradit poſt hæc ſcripta doctiſſimus Seſe *libr.* 2.
*deciſio. in epiſtola Regia, verbo, Volentes, num.*
112. ubi reſolvit, quod quando conſuetudo præ-
ſcripta eſt immemorialis, & cum ea concurrit fa-
ma privilegii (ut in noſtra lege Regni) habet vim
ſicut privilegium Papale, & tenet Pacian. *conſ.
fin. num.* 121. & docet Puteus, *deciſ.* 365. & no-
ſtram conſuetudinem approbat Marta, *de iuriſd.*
1. *part. cap.* 12. *num.* 3. *&* 4. idem docet Olanus,
*liter.* I. *num.* 77. *& litera* C. *numer.* 34. Caſpar
Rodriguez, *de annuis reditibus, lib.* 1. *quæſt.* 17. *nu.*
61. *&* 63. & Gutier. *lib.* 1. *canonicarum quæſt. c.* 34.
*num.* 25. Michael Axia, *de exhibendis auxiliis,
fundament.* 27. Antonius Olivanus, *de iure fiſci,
cap.* 14. *nu.* 15. Bobadilla, *in ſua Politica, lib.* 2. *cap.*
18. *num.* 139. *& cap.* 19. *num.* 31. Viualdus, *in cande-
labro auri, in Bulla in Cœna Domini, caſu.* 14.
7 Quæ conſuetudo † non ſolùm viget in no-
ſtris Regnis Hiſpaniæ, ſed apud omnes nationes
Chriſtianorum, ut tradit Covarruv. *cap.* 35. &
Seſe, *de inhibitionibus*, §. 4. *numer.* 6. *dict. cap.* 8,
Bobadilla, *dict. numer.* 139. Idem † obſervatur 8
in Regno Portugalliæ, ut tradit Navarr. *in cap.
cum contingat de reſcriptis, remedio.* 1. idem in
Regno Burgundiæ, ut docet Boerius, *deciſio.* 69.
*numer.* 23. idem in Senatu Neapolitano, ut do-
cet Afflictis, *deciſ.* 2. *&* 24. & Grammaticus,
*deciſ.* 78. *numer.* 2. Menochius, *de recuperan-
da poſſeſſione, remedio.* 15. *numer.* 120. & Cache-
ranus, *dicta deciſi.* 30. & Rebuffus, *in com. Regn.
Franciæ, titul. de poſſeſſio. benefic. gloſſa*, 2. *num.* 8.
& Guillermus Benedictus, *in cap. Raynutius*, 1.
*part. verſicul. Et uxorem, numer.* 39. *de teſta-
mentis*, & in Regno Galeciæ, tradit Caſpar Ro-
driguez, *ſupra, libr.* 1. *quæſtio.* 17. *numer.* 71.
& in Regno Franciæ, Olivanus, *ſupra, cap.* 3.
*numer.* 36. Rebuffus *ſup.* & Axia, *fundament.* 24.
& in Regno Aragonum, Seſe, *cap.* 8. §. 2. *nu-
mer.* 5. & Olivanus, *cap.* 11. *numer.* 34. *&* 36.
idem in Regno Sabundiæ, ut tradit Antonius
de Herrera, * *En la informacion que hizo por el
Condeſtable*, * *cap.* 36. *in fine*, idem obſervatur
in Regno Navarræ, ut tradit Olivanus, *ubi ſu-
pra, litera* I. *numer.* 77 *& litera* A. *numer.* 34. Et
generaliter apud omnes Provincias Chriſtiano-
rum, ut docet Seſe, *ubi ſuprà, cap.* 8. §. 2. *numer.* 5.
& cùm † omnes iſti graviſſimi Doctores & ſcri- 9
ptores atteſtantur de dicta conſuetudine, creden-
dum eſt illis, ut latè reſolvimus, *lib.* 1. *practicar.
communium contra communes, quæſt.* 1. Maximè
quando † nulla eſt contradictio, neque opinio 10
in contrarium recepta, neque approbata (con-
tra hanc defenſionem ſubditorum) ut diximus
*ſuprà in operis introductione, ex numer.* 38. quæ
obſervantia ita in omnibus Regnis uniformis
ſervanda eſt, *l. quidam referunt*, D. *de iure codicil-
lorum*, ibi: * *A maioribus noſtris obſervatum*, *
*lex.* 1. *de officio quæſtoris*, ibi, * *Crebrior apud ve-
teres opinio*, * *l. Athletas, de his qui notantur in-
fam.* ibi: * *Ita omnes opinantur*, * maximè acce-
dente conſuetudine immemoriali, ut diximus *in
prooemio, cap. fin.*

## SVMMARIVM.

1 *Violentiæ ſpecies plures ſunt.*
2 *Violentia ablativa.*
3 *Violentia expulſiva.*
4 *Violentia turbativa.*
5 *Violentia compulſiva.*
6 *Violentia cauſatur in executione ſententiæ appellatione remota.*
7 *Vis ſub ſpecie iuſtitiæ qualis eſt?*
8 *Iudici procedenti de facto poteſt reſiſti.*
9 *Iudex facit vim, malè procedendo in cauſa ſibi commiſſa.*
10 *Vim facit iudex, per ſententiam iniquam.*
11 *Iniurioſum eſt, quod iure non fit.*
12 *Defenſio eſt inducta de iure naturali.*
13 *Inſitum eſt à natura, ut quilibet corpus ſuum defendat.*
14 *Remedium per viam violentiæ fuit utiliſſimum & æquiſſimum.*
15 Lex 4. tit. 10. part. 7. *declaratur.*

56 *Iudex facit vim, non admittendo appellationẽ legitimè interpositam.*
57 *Iudicium in quo aliquis condemnatur iniustè, simile est violentiæ latronum.*
58 * Voz del Rey tienen los juezes, y si hazen con ella agravios, y fuercas, es grave delito. *
59 * Iuez iniusto los damnos que haze. *
20 * Hipocrita Principe, como se pinta, y conoce. *
21 *Rex, non solum vim propriam, sed & vim subditorum, tenetur repellere.*
22 Lex 1. vers. Item autem, D. de iniuriis *declaratur.*
23 *Rex est caput Reipublicæ temporalis, & sic tenetur subditos defendere.*
24 *Rex pro communi utilitate creatus est.*
25 *Rex omnibus oppressis tenetur patrociniũ præstare.*
26 *Regibus potestas à Deo tradita est.*
27 *Reges tenentur subditos defendere, sive iniuria consistat in facto, sive in iure, & ad hunc effectum congregabantur Concilia.*
28 Cap. dilecto, de sententia excommunicationis *declaratur, & ponderatur.*
29 *Vim vi repellere licet de iure canonico.*
30 *Vicinum suum tenetur quis defendere.*
31 *Quilibet privatus tenetur vim vi repellere.*
32 *Reges sunt patres* Reipublicæ *temporalis.*
33 *Regum officium est, vim tollere.*
34 Cap. Regum officium, *noviter declaratur.*
35 Cap. ab Imperatoribus, 23. q. 3. *declarat.*
36 *Iniuria sociorum armis est propulsanda.*
37 Cap. fin. 23. quæst. 3. *ponderatur.*
38 *Iudices tenentur ad defensionem subditorum.*
39 *Defensio in foro conscientiæ est licita.*
40 *Reges tenentur in conscientia subditos defendere.*
41 *Cognatio naturalis inter omnes homines constituitur.*
42 *Iustus neq; debet nocere, neq; permittere, ut alteri noceatur.*
43 *Iniustitiæ genera duo sunt.*
44 *Dictum* Ciceronis *refertur.*
45 *Iniuriam repellere, est opus virtutis & obligationis.*
46 *Pœna suos habet authores.*
47 *Platonis refertur dictum.*
48 *Reges tenentur subditorum iniurias propulsare ratione officij.*
49 *Platonis lex explicatur.*
50 *Solonis lex refertur.*
51 *Aegyptiorum lex refertur.*
52 *Rex dicitur à rectè agendo & regendo.*
53 *Reges antiquitus tyranni vocabantur.*
54 *Regis officium refertur, & in quibus consistat bonum* Reipublicæ *Regimen.*
55 *Rex est primus in throno hominum, & in pœnis, si non faciat iustitiam.*
56 *Antonij Augustini verba referũtur pro* Regibus.
57 *Rex non debet permittere hominum oppressiones.*
58 *Iudices antiquitùs ad portas iudicabant, ut partes accederent sine difficultate.*
59 *Defensio naturalis quomodo intelligatur.*
60 *Proximo etiam defensionem debemus.*
61 *Rex non potest tollere defensionem, cum sit iuris naturalis.*
62 *Qui se non defendit, cùm possit, peccat contra præceptum charitatis.*
63 *Sacerdos se defendendo inter sacra Missarum, potest redire ad altare, licet occiderit invasorem.*
64 *Homo homini officium debet.*
65 *Defensio bonorum est permissa.*
66 *Clericis non est permissum alium occidere, nisi pro defensione.*
67 *Defensio de iure divino an sit permissa.*
68 *Christus invasus à Iudæis noluit se defendere.*
69 *Defensio potest considerari de iure gentium, & de iure civili, & de iure divino.*
70 *Defensio potest esse propria vel aliena, & in quo differant.*
71 *Defensio publica pertinet ad Regem.*

## GLOSSA V.

### *Verbo,* * Alcar las fuercas. *

IN Text. ibi: * *Alcar las fuercas que los juezes Ecclesiasticos hazen en las causas de que conocen.* * Quòd intellige sine cognitione causæ principalis, neque exercendo officium iudicis, sed tanquam ministri legis naturalis, ad tollendã vim, ut tradit Sese, *de inhib:tio. iust. Arag. cap. 8. §. 4. num. 5.* Et pro declaratione horum verborum, animadvertendum est † plures esse species violentiæ, & sic plures debent applicari species defensionis, quia alia est † violentia ablativa, ut quando aliquid accipitur per vim: alia expulsiva, † ut quando aliquis expellit aliquem à re sua (quam iusto possidet titulo): alia † dicitur vis turbativa, quando quis perturbat aliquem in sua possessione: alia † dicitur compulsiva, quando quis compellit aliquem ad relinquendam rem, quam iusto titulo possidebat, ut tradit Bossius, *in sua praxi, tit. de pluribus violentiis*, Canterà, *in suis quæstionibus criminalibus, cap. 8. num. 22.* & diximus, *lib. 4. commun. quæst. 1. num. 378.* & Mascard. *volum. 3. de probat. conclus. 1411. & conclus. 829. numer. 1254.* Antonius Ciof. *consil. 116. num. 10.* Et ultra istas species violentiæ, est † alia magis præiudicialis, de qua in nostra lege, videlicet quando iudex Ecclesiasticus exequitur suam sententiam appellatione remotâ, in casibus, in quibus admittenda est appellatio, ut in text. ibi: * *Alcar las fuercas que hazen los juezes Ecclesiasticos, en no otorgar las apelationes que dellos legitimamente fueren interpuestas.* Hæc † enim est vis notoria sub specie iustitiæ inducta, ut optimè consideravit Claudius de Seysello, *in repetitione legis ut vim, num. 36. D. de iustitia & iure*, ibi: * *Aut verum fuit appellatum, & non obstante appellatione iudex vult prosequi, & tunc aut est tale gravamen, quòd non potest reparari per iudicem à quo, & † tunc potest de facto resisti, argument. l. 2. cum ibi notatis, D. de appellatio. recip. l. omnes, 133. C. de Decurionibus lib. 10. & ita voluit,*

voluit, Petrus, Dinus, Cinus, Bald. in d. l. omnes, & in
l. Vnde vi, & in l. Ab executore, C. quorum appellat.
non recip. Bald. in l. addictos, C. de Episcopali au-
9 dientia, quia † iudex malè procedendo etiam fa-
cit vim. * Et ultra eum est text. singularis, in l. in-
iuriarum, 13. § idem Labeo, in fine, D. de iniuriis, ibi:
* Ergo si quis per iniuriam sententiam dixerit,
idem erit probandum, * ubi textus expresse in-
niuit, quòd per sententiam fit iniuria, & sic decla-
ra illa verba, in d. l. 1. versic. Nam, ibi: * Nam cum
quis inique vel iniustè sententiam dixerit, ex eo in-
iuriam dictam, quod iure, & iustitia caret, * ubi
gloss. verbo, Iniquitatem, interpretatur, id est,
* Ius iniquum, quod fit ex sententia. * Et profectò
10 † iudex, qui exequitur sententiam appellatione
remotâ, in damnum partis, in contemptum iudi-
cis appellationis (in illis casibus, in quibus ap-
pellatio non frivola, sed legitima est) vim facit,
& iniuriam parti, & sic rectò iure Reges, & sui
gravissimi Senatores vim tollunt, ad eum effe-
ctum, ut appellatio prosequatur coram iudice
Ecclesiastico, qui de iure debet cognoscere, si il-
la vis facta non fuisset, ut in text. ibi: * Para que
se le otorgue la apelacion, * & ibi; * Alcando la
fuerça; provean, que el tal juez otorgue, para que
las partes puedan seguir su justicia ante quien, y
11 como deuan. * Et ratio est, quia † generaliter lo-
quendo, omne illud, quòd non fit iure, iniurio-
sum est, & quasi per vim factum, §. 1. institut. de
iure naturali, l. 1. D. de iure iurando, l. 1. in princi-
pio, D. de novi operis nunciatione, ubi Doctores,
l. 1. D. de iniuriis; ibi: Iniuria ex eo dicta est,
12 quòd non iure fiat. * Et per consequens † licita
est defensio iure naturali permittente, l. 1. § cum
Arietes, D. si quadrupes pauperiem fecisse dica-
tur, quem text. declarat Menochius, lib. 2. de
arbitr. casu. 363. & Duennas, regul. 192. & pro-
bat etiam text. in d. l. ut vim; & in Clement. 1. de
homicidio, & in §. quod verò institut. de iure na-
turali, & docet Tiber. Decianus, cons. 20. num. 2.
volum. 3. & cons. 14. numer. 84. eodem lib. & cons.
35. num. 47. volum. 1. & 63. numer. 23. volum. 3. in
tantum, quòd pro defensione rerum potest quis
hominem occidere, quando aliter defendere
non potest, ut tradit Covarruv. in Clementina, si
furiosus, 3. part. § unico, numer. 6. & probatur in
l. furem, D. ad legem Corneliam, de Sica. l. 1. C.
unde vi, cap. 2. de homicidio, ibi: * Te tuaque li-
berando, * cap. 3. eod. cap. dilecto, de sententia ex-
communicationis, lib. 6. & plures refert & sequi-
tur pro hac sententia Fachinæus, lib. 1. controver-
13 siarum, cap. 31. Et ratio est, quia † à principio,
illud est à natura tributum, ut sua, corpusque
suum quisque tueatur, ex divina providentia, ar-
tificio naturæ, & ad conservationem individui,
& si possum me defendere, multò fortiùs pos-
sum adire Regem, ut me defendat ab omni vi &
14 iniuria, per viam violentiæ, quod † remedium
fuit utilissimum & æquissimum, in oppressorum
levamen, ut in interdicto unde vi, probat text.
in l. 1. §. hoc interdictum, D. de vi, & vi armata,
ibi: * Hoc interdictum proponitur ei, qui vi deie-
ctus est, etenim fuit æquissimum, vi deiecto subve-
niri, propter quod ad recuperandum possessionem
hoc interdictum proponitur. * Et similiter ad re-
cuperandam possessionem, de facto, & appella-
tione remota, sublatam, hoc remedium per re-
cursum, & per viam violentiæ fuit introductum,
ad similitudinem interdicti de vi & vi armata,
pro qua sententia est bona † lex Partita. 4. ti- 15
tul. 10. part. 7. ibi: * Sientense por agraviados a
las vegedas los omes de los juyzios de los juzga-
dores, y piden alcada fuerca delante del Rey, e ta-
les iuezes, y ya que con gran soberuia. o malicia
que ay en ellos, o por ser muy desentendidos, que les
non quieren dar alcada; antes los des honran di-
ziendoles mal, porende dezimos, que qualquier
iuzgador, que sobe tal razon como esta, firiesse, o
prendiesse, o matasse, o des honrasse algun home,
que deue auer otra tal pena como si fiziesse fuerca
con armas, porque muy fuertes armas han para
fazer mal aquellos que tienen voz del Rey, quando
quisieren vsar mal del lugar que tienen. * Ex qua
lege duo notabilia deducenda sunt in proposito.
Primùm, quòd † iudices faciunt vim & violen- 16
tiam, quando non admittunt appellationem, ibi:
Non les quieren dar la alcada. * Secundùm,
quòd ad Reges spectat, ut vis tollatur, in non ad-
mittenda appellatione, quia similiter parti præ-
iudicatur, sicut si armis iniuria facta fuisset, ibi:
* Como si fiziesse fuerca con armas, * & sic dici-
tur Ecclesiast. cap. 12. * Iudicium † in quo aliquis 17
condemnatur iniustè, simile est violentiæ latro-
num, * idem docet Sanctus Thomas. 2. 2, quæ. 69.
art. 4. ibi: * Principes eius in medio illius quasi lupi
rapientes prædam, ad effundendum sanguinem, &
ideò sicut licet resistere latronibus, ita licet resistere
in tali casu malis Principibus. * Quæ sententia
manifestatur, in dict. l. Partita, 4. tit. 11. par. 7. ibi:
* Deue † auer el iuez otra tal pena, como si fizi- 18
esse fuerca con armas, porque muy fuertes armas ha
para fazer mal, aquellos que tienen voz del Rey. *
Et sic dixi in discursu ad Regem, num. 70. * Que
los malos iuezes † con reboco, y mascara de iu- 19
stica, roban la honra, y hazienda de los litigantes,
son pildoras doradas, que teniendo dentro de si Sem,
Ruibarbo, y Escamonea, estan por de fuera dora-
das: son sepulcros cubiertos de alabastro, lo qual
cubren con capa de Dios, * ut habetur in Psal. 103.
num. 22. & Ribadeneira, del Principe Christiano,
cap. 1. lib. 2. fol. 301. & illud significant verba di-
ctæ legis partitæ, ibi: * Fazen mal porque tienen
la voz del Rey. * Id est authoritate Regia, non
vera, & iusta, & honesta, sed violenta, ut tradit
Olivanus, de iure fisci, cap. 14. numer. 102. & Io-
sephus Sesc, de inhibitionibus iust. Arago. cap. 8.
§. 3. num. 100. & cap. 9. §. 1. numer. 24. colum. 3. Et
profectò totius iniustitiæ nulla capitalior est,
quam eorum, qui tunc, cùm maximè fallunt, id
agunt, ut viri boni esse videantur, ut tradit Boba-
dilla, in sua Politica, lib. 2. cap. 11. numer. 22. &
sic dixit Persius, Satyra. 5. * Astutam Vapido
servans in pectore vulpem. * Et Horatius in arte
Poetica, * Nunquam te fallant animi sub vulpe
latentes. * Et Iuvenal, Satyra. 14. Fallet te vi-
tium specie virtutis, & umbra. * Et pater Riba-
deneira, lib. 2. de Principe Christiano, cap. 3. an-
nectit, hæc verba, * El Principe † hypocrita es 20

*un monstruo compuesto de varias figuras, que parte oveia, y es lobo, tiene el rostro de hombre, y el coraçon de bulpeia, la risa en la boca, y el cuchillo en la mano, la voz de Iacob, y las manos de Esau; da beso de falsa paz, como Iudas, por de fuera blanco, y dentro negro, como el cisne; es como las monas, que imitan las acciones del hombre, y se quedan monas.* * Et quod ibi refertur de principe iniquo, intellige idem de iudice Ecclesiastico, vel sæculari, qui sub velamento publicæ iustitiæ faciunt iniquitatem & iniustitias, adversus quos vim vi repellere licet, ut insimili tradit Bobadilla *in sua Politica, lib. 3. cap. 9. num. 29.*

Quæ omnia non solùm procedunt respectu illius, qui vim passus est, ut loquitur *dicta lex ut vim*, sed & respectu tertii, maximè si authoritate publica utatur, ut est Rex, & sui Senatores gra-
21 vissimi, quia † ad eos etiam spectat non solum vim propriam repellere; sed etiam vim subdito-
22 rum, & suorum vasallorum, tex † *in l. 1. vers. Item autem D. de iniuriis*, ibi: *Spectat autem ad*
23 *nos iniuria, quæ eis fit, qui vel potestati nostræ, vel affectui subiecti sunt.* * Et sic † tam ratione potestatis, quam defensionis, debet Rex vasallos suos defendere, cum sit caput Reipublicæ temporalis ut *in l. 26. tit. 13. part. 2* ibi: * *E por esso es llamado*
24 *cabeça del pueblo.* * Et cum † pro communi utilitate creatus sit, *ut in l. 1. C. de novo Codice, & in l. 1. de Iustinianeo Codice cõfirmando* communibus subditorum utilitatibus debet succurrere, ut tradit Navarr. *in manuali, cap. 23. num.* 88. Molina, *de iust. & iur. 1. tom. disput. 3*[?]. *vers. Sexta conclusio*, Bellarminus, *libr. 1. de clericis, cap. 28.* Prosperus Farinacius, vir doctus, & in omnibus
25 versatus, *tit. de Inquisitione, quæst. 8. nu. 30.* & † sic omnes illæsi debent servari, ob Regis patrocinium, ut *authen. de quæstionib. in principio*, ibi: * *Dei auxilio, ut subiecti, ab eius clementia nobis*
26 *traditi illæsi serventur.* * Quia † à Deo Respublica, illis tradita est ut *in authent. constitutio quæ, de dignitatibus in principio*, ibi: * *A Deo tradita nobis Reipublicæ*, * *Authen. de armis in principio*, ibi: *Subiectos omnes quorum Regimen nobis dedit Deus*, * text. etiam, *in authent. de privilegiis dotis in principio authen. ut differentes iudices*, ibi: * *Ex quo nos Deus Romano præposuit Imperio: & ibi commissa nobis à Deo Reipublicæ*
27 Ergo cum † Respublica sit à Deo Regibus commissa, benè sequitur eos teneri subditos ab omni oppressione defendere non solum quando iniuria consistit in facto sed etiam quando consistit in iure, exequendo sententiam appellatione remota, in casibus, in quibus admittenda est appellatio ad superiorem.

Y en confirmacion desta verdad, escrivio Gregorio Magno, a Theodorico Rey de Francia una carta, prout habetur apud Lælium Epistolarum, *Epist. 33*, paraque juntase Concilio, y se remediassem los dannos de la Republica, y ofensas de nuestro Sennor, diziendole, que el que puede remediar un danno, y no lo haze, es particepe de la culpa, y para obligarle, refiere las palabras siguientes: * *Quoniam adhortationem nostram à Deo Regis animus vestri per laudis prædicamenta placuisse significastis ut quidquid ad Dei nostri cultum, quidquid ad Ecclesiarum reverentiam, quidquid ad honorem pertinere cognoscitur Sacerdotum & studiosè statui; & velitis in omnibus custodiri iteratâ vos, pro vestra magna mercede adhortatione pulsamus, ut congregare synodum iubeatis, & sicut dudum scripsimus corporalia in Sacerdotibus vitia, & simoniacæ hæreseos pravitatem omnium Episcoporum, diffinitione damnari, atque de regno vestro amputari faciatis* * Et *in Epistol. 55.* ad Clotarium Regem sic dicit: * *Petimus ut pro mercede vestra congregare synodum faciatis, ut omnium diffinitionibus compressa, & radicitus amputata, nullas illic vires de cætero in periculo animarum inveniat.* * Idem *Epist. 64.* ad Reginam Brunnissildem ibi: * *Ne aliena pravitas, aut nostram animam, aut Regnum vestrum peccati sui iaculo feriat, ardentes ad hæc ulciscenda debemus concurrere, ne paucorum facinus multorum esse possit perditio, nam causa ruinæ populi, sunt Sacerdotes mali.* * Et ibi: * *Nec enim dissimulanda sunt, quia dicimus quia emendare potest, & negligit participem se procul dubio delicti constituit: providete & sic anima vestra providete nepotibus, quos cupitis regnare feliciter, providete Provinciis.*

Pro qua sententia est elegans † text. de iure 28
canonico *in c. dilecto, de sententia excommunicationis, lib. 6.* ibi: * *cùm omnes leges, omniaque iura vim* † *vi repellere, cunctisque sese defensare* 29
*permittant.* * Et ibi: * *Et quoniam adversus eius nimiam potentiam sufficiens temporalis defensio sibi fortè non aderat, potuit se etiam gladio videlicet utendo Ecclesiastico defensare, ac recurrere propter hoc ad arma spiritualia, quæ sunt Ecclesiæ propria, & pro suo munimine illis uti.* * Et ibi: *
*Cum liceat* † *cuilibet suo vicino vel proximo, pro* 30
*repellenda ipsius iniuria, suum impartiri auxilium imo si potest, & negligit, videatur iniuriantem fovere, ac esse particeps eius culpa* * cuius decisio satis consona est nostro instituto, & confirmat iura regalia. Et est etiam bonus text. *in cap. olim causam. 12. in fine* ubi gloss. *verbo, Excessibus, de restit. spoliatorum.* Ergo † cum ex supra dictis 31
cuilibet privato vim vi repellere liceat proximo suo factam, ut docet, Oldrad. *cons. 89. num. 3.* Pacian, *cons. fin. num. 24* in tantum, quod si potest, & non fecerit, videtur iniuriantem fovere, ut *in d. cap. dilecto filio, in fin.* à fortiori [illegible] hæc obligatio tollendi & propulsandi vim, [illegible] get in Regibus cum sint † patres Reipublicæ 32
temporalis, & cives illius sunt illis subditi tam sæculares, quam Ecclesiastici, in ordine ad bonum publicum, quod consistit in publica defensione & sic benè dicit text. *in dict. cap. Regum officium*, quod Regum † officium proprium 33
est, vim tollere, quasi dicat † textus quod, li- 34
cet Regum officium ad plura obligatoria extendatur, cùm agitur de defensione subditorum Regum officium proprium est, vim tollere, & licet omnes habeant ius defensionis, Reges habent proprietatem ad defendendum & iniuriam subditorum propulsandam, ut, in text. ibi: * *Proprium*, * quod verbum habet magnum mysterium, quia in nulla alia obligatione Re-

guli,

gum, invenies hoc verbum, *Proprium,* &
sic corpori & animæ adhæret, & est quasi à na-
tura inditum, omnes defendere sua regali, au-
35 thoritate & protectione, ut *in † cap. ab Impera-
toribus, 23. quæstione tertia*, ibi: * *Ab Imperato-
ribus universis iustum est auxilium postulandum,
propter affectionem pauperum, quorum molestiis
sine intermissione fatigatur Ecclesia.* * Et ibi:
* *Ecclesiæ quod nunquam est obviandum pervey-
36 sis, & iniuria † sociorum armis est propulsanda:
ut & malis adempta facultas delinquendi prosit: &
bonis optata facultas libere consulendi Ecclesiæ mi-
nistretur. Hoc qui non fecit consentit.* * Et rur-
37 sus † *in cap. fin.* ait Augustin. *Psal. 81.* * *Ostendit
Propheta, neque illos immunes à scelere esse, qui
permiserunt Christum Principibus interficere, cum
præ multitudine timerentur, & possent illos à fa-
cto, & se à consensu liberare. Qui desinit obviare
cum potest, consentit,* * ubi gloss. *verbo, Osten-
dit*, declarat, eos qui habent iurisdictionem, te-
38 neri ad defensionem subditorum. Ergo si † qui-
libet iudex particularis tenetur subditos suos de-
fendere ab oppressionibus & iniuriis; quanto
magis erit astrictus iudex iudicum, & Dominus
dominantium, & Reges & Principes tempora-
les, qui non recognoscunt superiorem in tempo-
ralibus; ut in nostris terminis post hæc scripta
tradit Cenedo, *quæst. fin. num. 60.* & Pacianus, *d.
cons. fin. num. 42. per cap. petimus*, 10. *quæst* 1. Ro-
land. *cons. 37. num. 18. vol. 4.* Quòd existimo, non
solum procedere ratione officii & protectionis,
39 sed † in foro conscientiæ, ne videantur consen-
tire & cooperari in violentia & non oppressione,
*ut in dict. cap ab Imperatoribus, in fin.* ibi: * *Hoc
qui non facit consentit,* * & *in dict. cap. fin.* ibi:
* *Qui desinit obviare, cum potest, consentit.* * Et
40 sic non solum in foro exteriori, sed † in foro cō-
scientiæ, Reges tenentur subditos suos defende-
re ab omni oppressione, & licet illa iura respectu
aliorum intelligantur, in foro conscientiæ, ut
docet Bart. *in l. culpa caret, D. de reg. iur.* ubi glos.
Idem Bart. *in d. l. ut vim*, & alii quos refert & se-
quitur Fortunius Garcia. *in repetitione illius le-
gis, numero 34.* Tamen respectu Regis, & illo-
rum, qui ratione officii sunt obligati, omni iure
tenentur, in iustitia, & in conscientia: quia tur-
41 pe est homini rationali, cum † cognationem
quandam natura inter omnes homines consti-
tuerit desinere iniuriatum, cum possit iniuriæ
42 obviare, & resistere, & sic dixit Seneca: * *Si †
iustus sis, non solum non nocebis, sed etiam nocen-
tes prohibebis, nam nihil nocere, non est iustitia,
sed abstinentia alieni,* * & Cyrus apud Xeno-
phontem dixisse fertur: *Nihil est iustius quam
propulsare iniuriam, aut pulchrius, quam amicis
succurrere.* * Et sic Cicero *de officiis, lib. 1.* ele-
43 gantissimè dixit: * *Duo † esse genera iniustitiæ,
unum eorum, qui inferunt; alterum eorum, qui
ab iis, quibus infertur, si possint, non propulsant in-
iuriam.* * Vis igitur rationis in hoc versatur, an
possint propulsare; quòd si possint, iusta est se-
quela, ut teneantur. Ergo cùm Rex possit in-
iurias calumniantium propulsare (Regia au-
thoritate, & protectione) sequitur quòd tenetur,

& aliàs consentiet in violentia & iniuria, ut *in d.
cap. ab Imperatoribus in fine* & subiungit Cicero,
† *ubi supra*, * *Quod qui non defendit, neque ob-* 44
*sistit, si potest iniuriæ, tam est in vitio, quam si pa-
rentes, amicos, aut patriam deserat,* * ex quo di-
cto Ambrosius, sumpsit id, quod dicitur *in cap.
non in inferenda, sup.* * *Quod non in inferenda,
sed depellenda iniuria, lex virtutis est: qui enim nō
repellit iniuriam, si potest, tam est in vitio, quam
ille qui facit.* *

Nec prædictis obstabit dicere, quòd † ex- 45
pellere iniuriam alterius, est opus virtutis, sed
non obligationis præcisæ; & sic qui virtutem
non operatur, quamvis non mereatur præmium,
pœnam tamen non meretur, quia pœna [illegible]
† delinquenti datur, ut *in l. [illegible], C. de [illegible]*, 46
& idcirco videtur dicendum cum Platone, † *l. 5.* 47
*de legibus*: * *Quod qui non infert iniuriam, ho-
norari debet, qui vero nec aliumve id facere pati-
tur, duplici honore est dignus, ille enim uni, hic ve-
ro multis hominibus comparatur, cum Principibus
cæterorum iniuriam nuntiet: qui autem unà etiā
cum magistratu iniuriam, quoad potest, ulciscitur,
is magnus perfectusq; in civitate vir, præconio am-
plissimo celebretur, hæc hospes apud Platonem.* *
Ex quibus videtur dicendum, quòd non sit pu-
niendus, qui cessat propulsare iniuriam alienam,
quamvis honorandus sit, qui eam propulsat.

Sed † veriùs existimamus, præcisè Reges & 48
Principes non recognoscentes superiorem in tē-
poralibus, teneri subditorum iniurias propulsa-
re ratione officii, cum Regum officium sit vim
tollere; & iura, & argumenta procedunt respe-
ctu socii, non vero respectu subditi, *l. 1. §. item Di-
vus. versic. ibi [illegible], D. ad legem Corneliam de
Sicariis*, Doctores, *in d. c. 2. de homicidio*, Abb. in
cap. olim, *de restitutione spoliatorum*, & probat
text. *in dict. cap. dilecto, de sententia excommuni-
cationis, lib. 6.* Lex † vero Platonis laudare & 49
honorare virtutem iubet, sed non hunc tacitum
consensum execratur ac punit. Vide Solon † 50
dictitare solebat, * *Beatam illam Rempublicam,
cùm quisque iniuriam [illegible] suam existimaret.* *
Hinc sapienter Iurisconsulti, publicas accusatio-
nes, & populares actiones quasdam esse volue-
runt, ut *in toto titul. D. de popularibus actionibus.*
Et apud Ægyptios † proditum est, reos mortis 51
esse, qui iniuriam patienti ope non ferunt; quòd
si non possunt, accusare tamen iniuriosos debent,
quòd si non fecerint, plagis & triduana inedia
castigantur. Quod institutum, [illegible] so-
cietatis humanæ vinculum esse credebant, ut tra-
dit Salomonius, *in repetit. dict. legis, ut vim, nu-
mer. 16. D. de iustitia, & iure.*

Hæc enim defensio subditorum & vassallo-
rum, magis ad Reges, quam ad alios spectat,
quia † Rex à rectè agendo, & à regendo, voca- 52
tur: si enim piè & misericorditer regit, meritò
Rex appellatur. Si his caruerit, non Rex sed ty-
rannus est. Antiqui † autem, omnes Reges ty- 53
rannos vocabant: sed postea piè, & iustè, & mise-
ricorditer regentes, Regis nomen sunt adepti.
Et sic † cùm Rex à regendo dicatur, primò ei 54
studendum est, ut semetipsam, suamque do-

mum, Christi adiuvante gratia, ab operibus ne
quam emaculet, bonisque operibus exuberare
faciat: ut ab ea cæteri subiecti bonum exemplũ
semper capiant. Regem non iniquum, sed cor-
rectorem iniquorum esse oportet. Iustitia Re-
gis est, neminem iniustè per potentiam opprime-
re, sine acceptione personarum iudicare, adve-
nis & pupillis & viduis defensorem esse, furta co-
hibere, adulteria punire, iniquos non exaltare,
impudicos & histriones non nutrire, impios de
terra perdere, parricidas & peierantes vivere non
sinere, Ecclesias defendere, pauperes eleemosy-
nis alere, iustos super Regni negotia constitue-
re, senes & sapientes & sobrios consiliarios habe-
re, iracundiam differre, patriam & fortiter & iu-
stè contra adversarios defendere, per omnia in
Deo vivere, prosperitatibus non elevare animũ,
cuncta adversa patienter ferre, fidem Catholi-
cam in Deum habere, filios suos non sinere im-
piè agere, certis horis orationibus insistere, ante
horas congruas non gustare cibum. Quantum
enim iustitia Regis in sæculo valeat, intuentibus
perspicuè patet: pax populorum est, tutamen
patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis,
cura languorum, gaudium hominum, tempe-
ries aeris, serenitas maris, fœcunditas terræ, so-
latium pauperum, hæreditas filiorum, & sibimet
55 ipsi spes futuræ beatitudinis. Attamen † sciat,
quòd sicut in throno hominum primus constitu-
tus est, sic & in pœnis, si iustitiam non fecerit, pri-
matum habiturus est. Et ultra ista refert in pro-
56 posito pulchra verba; † Antonius Augustinus,
titulo de laicis Catholicis, lib. 10. titul. 2. cap. 20.
ibi: * Liquidò claret, quòd pietas, iustitia, & mi-
sericordia stabiliunt Regnum: & læsiones vidua-
rum & pupillorum; calumniæq; miserorum, vio-
lentaq; iudicia, & perversio iustitiæ, evidenter il-
lud evertant. Vndè & multorum Regnorum colla-
psio fuit, quia pietatis, iustitiæ, & misericordiæ
non habuerunt stabilimentum, * & in cap. 21. di-
cit hæc verba: * Quapropter quisquis cæteris mo-
rtalibus temporaliter imperat, non ab hominibus,
sed à Deo Regnum sibi commissum credat: multi
namque munere divino, multi etiam Dei permis-
su regnant. Qui piè, & iustè, & misericorditer
regnat, sine dubio per Deum regnat: qui verò se-
cus, non eius munere, sed permissu tantum regnat.
Et ideò oportet, ut ipse, qui iudex est iudicum, pa-
ter patriæ, causam omnium ad se ingredi faciat,
57 & diligenter inquirat, ne fortè † illis, qui ab eo cõ-
stituti sunt, & vice eius agere debent in populo, in-
iustè aut negligenter hominũ oppressiones pati per-
58 mittat; in quo † datur intelligi, quòd legimus, an-
tiquitus iudices, idcircò in portâ ad iudicãdum se-
disse, ut nullas accedendi difficultas esset aut quispiã
civium vim, aut calumniam necesse haberet susti-
nere. *

59 Quibus sic intellectis, † pro perfecta declara-
tione huius materiæ, de cognitione per viã vio-
lentiæ, circa interpretationem & declarationem
huius legis Regni, animadvertendum est, quòd
non solum Rex tenetur subditos suos & vasallos
defendere, vim vi repellendo, sed quilibet priva-
tus tenetur ad defensionem alterius; quia si no-
bis defensionem debemus, ut in d.l.ut vim, con-
sequens est, ut † proximo debeamus, quem nõ 60
minùs, quàm nosmetipsos, diligere cogimur; in
tantum, quòd † non possit Rex defensionẽ tol- 61
lere, cùm procedat de iure naturali, ut in Clemen-
tina Pastoralis, de re iudicata, quia natura omnia
animalia docuit ad conservationem cuiusque;
actus quidem defensionis à communi natura est
iustitiæ adiectio humano inuento. Et ideò lege
induci potest, ut, quo quomodo quis defenden-
do occidat, non culpetur occisio, ut hodiè est di-
spositum, in l.1.tit.23.lib.Recopil. ibi: * Salvo si
lo matare en su defensa. * Et ideò, qui † se non 62
defendit, cum possit, peccat contra præceptum
charitatis; in tantum, quòd † si Sacerdos inter 63
Sacra missarum aggressorem suum se defenden-
do occiderit, mox redire ad altare intermissaque
sacrificia non prohibetur, ut docet Soto, lib. 5. de
iust. & iur. cap. 15. num. 3. Iulius Clarus, lib. 5. rece-
ptarum senten. § homicidium, vers. Excusatur au-
tem, in fin. & Covar. in clement. si furiosus, 3. par.
§. unico, numer. 1. de homicidio, & Sigismundus
Scaccia, de appell quæst. 16. à num. 3. & opinionem
istam tenet, Abb. in cap. clericis, de vita, & hone-
state clericorum, quem sequitur Marius Salomo-
nius, in d.l.ut vim, num. 15. ubi numero decimo o-
ctavo, resolvit, quòd licet obligatio defensionis
proximi, non sit astricta vinculo efficaci; ut con-
veniri possit, quia non legimus, quòd actio, aut
pœna in his defensionibus sit constituta; tamen
ex quadam humanitate, & societate civili, tene-
ri, non dubium, quatenus † homo homini offi- 64
cium debet, ut in l. non solum, de appellationibus,
iuxtà textum, in dict. c. dilecto, de sent. excommun.
lib. 6. c. Non inferenda, 23. quæst. 3.

Et † non solum pro defensione personæ, asse- 65
runt licitum esse quem offendere, sed etiam pro
defensione bonorum, ut in cap. olim, secundum
Doctores, de restitution. spoliatorum, l. prohibi-
tum, C. de iure fisci, ubi ponderat Bartol. libro de-
cimo, & in l. Devotum, C. de Metallariis, lib. 12.
quòd declarat Claudius de Seysello, num. 125. in
d.l. ut vim illud procedere, quantum ad pœnam
temporalem inter laicos, quia † clericis non est 66
permissum alium occidere, vel mutilare, nisi pro
defensione necessaria suæ personæ, alioquin non
evadet pœnam irregularitatis, ut in Clementin. si
de homicidio, Abb. in cap. sicut dignum, de homi-
cidio, & in cap. si verò, de sentent. excommunica-
tion.

Sed † adversus superiorem resolutionem vi- 67
detur dicendum, de iure divino, defensionem
esse illicitam; quia ut habetur in sacrosancto E-
vangelio, * Si aliquis percutiat te in una maxil-
la, debes ei aliam offerre, * ut in cap. quod debetur,
14. quæst. 1. & sic timore huius difficultatis, gloss.
1. verbo, Nam iure, exposuit; * Scilicet, fori, non
cœli. * Et sic innuit quòd de iure, cœli defensio
non sit licita: & aliter, & secundo illud intelli-
git, gloss. fin. in d. cap. quod debetur, dum dicit,
quòd illud est potius de consilio, quàm de præce-
pto. Et hoc confirmatur, quia quando Chri-
stus † à Iudæis verberatus fuit, dixit: * Si ma- 68
lè dixi, testimonium perhibe de malo, si autem bene

cur

tur me cadis.* Et sic non servavit illud consiliũ, vel præceptum, de quo in dict. cap. quod debetur, Similiter etiam pendens in Cruce, dixit: * Pater ignosce illis quia nesciunt, quid faciunt.* Ecce quia ipse Christus (agnus innocens, & sine crimine) noluit se defendere, vim vi repellendo. Ad cuius similitudinem & exemplum, nec nos debemus vim repellere, sed modestè omnia tormẽta pati. Cui difficultati respondet text. in cap. paratus, 23. quæst. 1. ubi referuntur verba Pauli contra ipsum percutientem; * Percutiat te Deus paries de albata, sedes me iudicare secundum le-
69 gem iubes me percuti.* Et sic † pro perfecta declaratione advertas, quòd defensio potest pluribus modis considerari, videlicet de iure naturali, & de iure gentium, videlicet de iure civili (diversis respectibus. Nam si consideremus defensionem ratione instinctus naturæ; Tunc est de iure naturali, ut in l. 1. §. sed cum arietes, D. ad l. Aquil. Si verò consideremus defensionem à vi iniuriosa, tunc dicitur de iure gentium, si verò consideremus defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ; tunc est de iure civili, l. 1. C. unde vi, ita declarat Franciscus Curtius, in repetit. legis, ut vim, in princ.

Sed profectò hæc distinctio non eneruat, neque dissoluit difficultatem propositam, & sic ali-
70 ter distinguendum est, quòd aut † defensio est propria, vel aliena, vel privata, vel publica. Si est propria, aut agimus de perfectione actus, vel de delicto puniendo: in primo casu, maior perfectio est iniuriam remittere: in secundo verò nõ incurritur pœna, vendicando iniuriam cum moderamine inculpatæ tutelæ, ut supra probatum est, & diximus, in lib. 4. com. q. fin. num. 155. cum seqq. Si verò defensio sit publica (prout defensio subditorum, & vasallorum respectu Regis.) Tunc omni iure licita & permissa est defensio in
71 utroque foro; cum † proprium, & genuinum officium Regis sit vim tollere, ut latè supra resolutum est. Quæ defensio nullam continet iurisdictionis contentiosæ speciem, sed solum protectionis & defensionis œconomicæ & politicæ, quia iurisdictio est potestas & Imperium, ut in authent. de lenonibus, § fin. & tradit Cephal. consil. 441. num. 8. vol. 3. quæ forma iurisdictionis & Imperii, deficit in Regibus contra personas Ecclesiasticas, quæ sunt alterius ditionis. Ex quibus remanet comprobatum, & dilucidatum, officium Regis nostri esse vim tollere, cum sit subditorum defensio, & vasallorum protectio, ut insinuant verba nostræ legis, ibi: * Alçar las fuerças que hazen los Iuezes Eclesiasticos en las causas de que conocen.* Quæ verba, non sunt intelligenda per viam iurisdictionis, sed solum protectionis & defensionis, ut nos custodiat, foveat, protegat, atq; defendat.

## SUMMARIUM.

1 *Iudex Ecclesiasticus facit vim, non admittendo appellationem.*

2 Lex lege Iulia, 7. D. ad legem Iuliam, de vi publ. *ponderatur & declaratur.*

3 *Iudex Ecclesiasticus facit vim exequendo sententiam appellatione remota.*

4 *Appellatione interposita, omnia debent remanere in suo primo statu.*

5 *Appellatione pendente, nihil est innovandum.*

6 Lex, 27. tit. 23. part. 3. *declaratur.*

7 *Lites minuũtur per cognitionem per viam violentiæ.*

8 *Attentata revocantur appellatione pendente, & per viam violentiæ.*

9 Cap. non solum, de appellationibus, lib. 6. *declaratur.*

10 *Appellatio à sententia interlocutoria, quæ non habet gravamen irreparabile, non admittitur.*

11 Cap. 20. sess. 24. Concilii Tridentini *declaratur.*

12 Lex, 3. tit. 18. lib. 4. recopilationis, *declaratur.*

13 Lex, 13. tit. 23. part. 3. *declaratur.*

14 *Appellatione remota quando procedendum sit.*

15 Cap. Super eo, 12. de appellationibus, *declaratur.*

16 *Appellatio in dubio in omnibus casibus est admittenda.*

17 Lex, 13. tit. 18. lib. 4. recopilat. *declaratur.*

18 *Iudex, qui exequitur remota appell. punitur in 3000. maraved.*

19 *Iudex Ecclesiasticus non punitur per Regios Senatores, exequendo appellatione remota.*

20 *Appellatio non admittitur in causa visitationis, & correctionis.*

21 Cap. 1. sess. 13. de reformatione, *declaratur.*

22 *Sententia visitationis & correctionis quando sit exequenda.*

23 *Visitator, qui excedit modum, non potest suam exequi sententiam.*

24 *Theologi visitatores faciunt plurima damna, procedendo ex capite, cum ignorent iuris principia.*

25 *Appellatio non admittitur in his rebus quæ celeritatẽ desiderant, & est periculum in mora.*

26 *Appellatio est admittenda, quando concurrit causa ordinaria cum executiva.*

27 *Appellatio est defensio civilis.*

28 *Appellatio fuit inventa, ut iniquitas iudicantium, vel imperitia corrigatur.*

29 *Appellatio est licita super declinatoria fori, ad utrumque effectum.*

30 *Appellatio est semper permissa, nisi reperiatur prohibita.*

31 Cap. quoties Episcopi, 2. q. 6. *declaratur & ponderatur.*

32 *Appellatione pendente ad Pontificem, non potest reus excommunicari.*

33 *Vis infertur de iure canonico procedendo appellatione remota.*

34 * Conocer por via de fuerça, es favorecer la juridicion Eclesiastica, abriẽdo la puerta al apelante, que le cerrò el juez Eclesiastico, sin tratar de la justicia de la causa principal. *

35 *Pœna statuta de iure canonico, possunt exequi de iure Regio, & per hoc, eodem modo statu.*

36 *Lex civilis potest coadiuvare ius canonicum.*

37 Matri-

T

37 *Matrimonium clandestinum contrahentes, puniuntur de iure civili.*
38 Lex, fin.tit.13.par.4. *ponderatur.*
39 *Princeps potest condere legem, pro defensione fidei, addendo pœnam iuri canonico.*
40 *Lex Regni, de qua est noster sermo, est conformis iuri canonico.*
41 * Raras causas fueran a Roma en grado de apelacion, si faltara el remedio por via de fuerca. *
42 *Remedium per viam violentiæ, non procedit ex tolerantia Pontificis, quia est ius regale.*
43 *Pontifex maximus non potest tollere remedium per viam violentiæ.*
44 *Lex positiva non potest tollere legem naturalem.*
45 *Cognitio per viam violentiæ non est contraria Iuri Canonico.*
46 Bulla in Cœna Domini, *non loquitur in iusta cognitione per viam violentiæ.*
47 *Morla opinio reprobatur, qui dicit, quòd non ligat censura Bullæ, quia est supplicatum.*
48 *Opinio Ioannis Petri Fontanellæ, & eius concordia, reprobatur circa cognitionem per viam violentiæ.*
49 *Opinio Prosperi Farinacij reprobatur, & declaratur circa cognitionem per viam violentiæ.*
50 *Farinacius deceptus fuit in intelligentia decisionis Rotæ.*
51 *Rotæ sententia, non contrariatur nostris cognitionibus per viam violentiæ.*
52 *Cognitio per viam violentiæ non procedit sine præambula appellatione ad Pontificem.*
53 *Appellatio non est interponenda ad Regem, quãdo quæritur auxilium violentiæ.*
54 *Appellatione non interposita, cessat recursus per viam violentiæ, & remittitur processus ad iudicem Ecclesiasticum.*
55 Rotæ *decisio declaratur, in his cognitionibus per viam violentiæ.*
56 *Resisti potest iudici procedenti de facto, cum tunc sit persona particularis.*
57 *Cognitio per viam violentiæ, non fundatur in privilegio Pontificis contra Vannez.*
58 *Frustra precibus impetratur, quod à iure communi est dispositum.*
59 *Azoris opinio reprobatur in his cognitionibus.*
60 *Suarez opinio reprobatur, qui sequitur Azorem, cum aliis.*
61 *Opinio Roa reprobatur.*
62 *Bullarum retentio fieri potest in supremo* Regis *Consilio.*
63 Cap. 20. sess. 24. Concilii Tridentini, *declaratur.*
64 *Rex noster est index conservator perpetuus Cõcilij Tridentini.*
65 *Iudices non obedientes mandatis* Regis *possunt privari temporalitatibus, & e Regno eiici.*
66 Lex, 18.tit.9.part.1. *declaratur.*
67 *Martæ opinio reprobatur.*
68 *Genuenses Episcopum ab Alba expulerunt à suo Regno, quia fuit rebellis: ut & Dux Ferrariæ, Episcopũ Ferrariæ eandem ob causam.*
69 *Opinio Segura Davalos reprobatur.*
70 *Clausula* * appellatione remota, * *quid operetur in cognitione per viam violentiæ.*
71 Cap. Pastoralis, de appellat. *declaratur*, & numer.106. in fin. & 109.
72 * Appellatione remota, * *quando procedatur in rescriptis Pontificis.*
73 Lex, 1. §. fin. D. Qui & à quibus appellare non licet *declaratur.*
74 *Iudex delegatus ab eo, qui habet facultatem procedendi appellatione remota, non potest uti ea clausula.*
75 Cap. Super quæstionum, in principio, de officio, & potest. iudicis delegati, *declaratur.*
76 *Clausula* * appellatione * remota *effectum qualem habeat.*
77 *Clausula*, * sine retardatione solutionis pensionis. *
78 *Clausula*, * paritò iudicato. *
79 *Clausula*, * contradictores compescendo. *
80 *Causa commissa Cardinali intelligitur*, appellatione remotâ.
81 *Clausula*, * alienatione postposita. *
82 Cap. ut debitus honor. de appellationibus, *declaratur, & num.217.*
83 *Appellatio interponi potest de iure canonico, ante sententiam, & sic à futuro gravamine.*
84 *Appellatio frivola quæ dicatur.*
85 *Effectus suspensivus, & devolutivus datur in appellationibus.*
86 *Clausula*, * appellationis remotæ, * *non excludit effectum devolutivum.*
87 Cap. inter cætera, de sententia, & re iudicata, *declaratur.*
88 *Nullitatis causa potest coram iudice à quo, & coram iudice ad quem tractari.*
89 *Sententia iniusta nullitati comparatur.*
90 *Limitatio nova in cognitione per viam violentiæ, in quo casu non admittitur recursus.*
91 *Pontifex non habet superiorem, ad quem appelletur.*
92 *Appellans à sententia Pontificis punitur.*
93 *Clausula*, * appellatione remota, * *non solùm intelligitur in causa principali, sed etiam in accessoriis, data paritate rationis.*
94 *Appellatio devoluit causam ad superiorem.*
95 *Appellatio interposita à sententia excommunicationis, quando habeat effectum suspensivum.*
96 Cap. pastoralis, §. fin. de appellationibus, *declaratur.*
97 *Excommunicatio quando trahat secum paratam executionem.*
98 *Denuntiatio à censuris, an impediatur per appellationem.*
99 Cap. solet. de sententia excommunicationis, lib. 6. *declaratur. Et an appellans teneatur prosequi suam appellationem in tempore iuris.*
100 *Iudex sæcularis an sit competens ad cognoscẽdum de nullitate censurarum.*
101 *Dantur aliquando Regales provisiones, ut excommunicati absolvantur.*

102 *Sen-*

102 *Sententia excommunicationis potest esse nulla ex pluribus causis.*
103 *Sententia excommunicationis lata à iudice recusato est nulla.*
104 *Pendente causa suspicionis, cessat iurisdictionis exercitium.*
105 *Sententia excommunicationis lata contra formam legis est nulla.*
106 *Excommunicatio prolata post appellationem est nulla.*
107 *Excommunicatio conditionalis non ligat pendente conditione, & sic ante eius eventum appellatio remanet suspensa.*
108 *Dictio, nisi, facit dispositionem conditionalē.*
109 *Excommunicatio prolata nullis præcedentibus denuntiationibus, est nulla.*
110 Lex,30.tit.9.part.1. *ponit sex casus, in quibus non ligat excommunicatio.*
111 *Iudex laicus quando sit competens ad declarādam excommunionem nullam.*
112 *Excommunicatio est de iure divino & merè spiritualis.*
113 *Iudex laicus non habet cognitionem in rebus spiritualibus.*
114 *Theodosius Imperator non fuit ausus de viribus excommunicationis iudicare.*
115 Cap.3.sess.25.Concilii Tridentini, *declaratur.*
116 Cap. illud, §.licet, de clerico excommunicato *declaratur.*
117 *Via tutior sequenda est in foro conscientiæ.*
118 *Sententia facit de albo nigrum, & de nigro album.*
119 *Iudex sæcularis non habet potestatem excommunicandi, neque absolvendi.*
120 * Rogat a los juezes Eclesiasticos que absuelvan, no es contra el Concilio, secus si se mandasse precissamente. *
121 *Paria sunt, aliquid facere ex consuetudine immemoriali, vel ex privilegio.*
122 *Pontifex potest concedere laicis facultatem excommunicandi.*
123 *Exceptio excommunicationis proponi potest coram iudice laico, in quæstione facti.*
124 *Exceptio declinatoria fori potest ex officio admitti, in rebus Ecclesiasticis.*
125 *Articulus etiam incidens, si fuerit Ecclesiasticus, est remittendus.*
126 *Iudex sæcularis incidenter potest cognoscere de nullitate excommunicationis.*
127 Cap. postulasti, de homicidio, *declaratur.*
128 *Iudex laicus potest incidenter cognoscere de rebus Ecclesiasticis.*
129 * Las censuras que manda alçar el Consejo, y Chancillerias no es contra derecho. *
130 *Immemorialis supponit omnia solemniter acta in suo principio.*
131 *Exceptio excommunicationis potest opponi coram iudice laico, quoad quæstionem facti.*
132 *De delicto usurarum potest, per viam exceptionis opponi coram iudice laico.*
133 *Iudex sæcularis de quæstione facti potest cognoscere, non etiam de quæstione iuris eius materiæ, quæ sua natura ad forum Ecclesiasticum spectat.*
134 *Permissum, si non potest expediri sine prohibito, tunc trahit ad se prohibitum.*
135 *Inhibitioni data per iudicem Ecclesiasticum contra sæcularem non est obediendum quādo hic cognoscit de quæstione facti excommunicationis.*
136 *Iudex sæcularis tenetur impartiri auxilium iudici Ecclesiastico.*
137 *Executor tenetur exequi sententiam iudicis, etiam iniustam.*
138 *Iudex, qui cognoscit de iniustitia, potest etiam de nullitate cognoscere.*
139 *Cap. Pastoralis, §. fin. ubi gloss. declaratur quatuor modis.*
140 *Sententia excommunionis, iusta sive iniusta, timenda est.*
141 *Excommunicatus si sit dubius, debet se abstinere.*
142 *Occasio seditionum est tollenda.*
143 *Sententia compromissi exequitur appellatione remota.*
144 *Pœna posita in compromisso exequi potest appellatione remota.*
145 *Pœna compromissorum parti vel fisco applicanda, intra annum exequenda est.*
146 Lex,10.tit.16.lib.5.Recop.& lex.3.tit.26.lib.8.Recop. *declarantur.*
147 *Pœna conventionalis committitur, statim quòd pactioni non statur.*
148 *Sententiæ arbitri, iustæ sive iniustæ, standum est quoad executionem.*
149 *Appellari potest à sententia arbitrorum iuris ad utrumque effectum.*
150 *Arbitrorum authoritas ex sola pœna pendet.*
151 *Pœna committitur ex sola appellatione, licèt postea pœniteat appellans.*
152 *Conditio verificatur per momentum.*
153 *Mora purgatiō non admittitur quando pœna fuit iam commissa.*
154 *Pœna semel commissa remitti non debet.*
155 *Furtum faciens non liberatur à pœna, si furtivam rem restituat.*
156 *Opinio contraria defenditur, quòd pœna exequenda non sit.*
157 *Pœna contra alienantes bona extra familiam, quando sit exequenda.*
158 *Emphyteuta alienans rem, contra legem emphyteosis, si venditio fuerit nulla, non incurrit pœnam.*
159 *Depositarius vendendo rem non punitur, si eam redimat.*
160 *Posthumus si vivo testatore nascatur, & statim moriatur, hæres remanet.*
161 *Duratio actus requiritur non tempus momentaneum.*
162 *Solutio momentanea non liberat debitorem.*
163 *Pœna conventionalis non debetur ultra id quod interest.*
164 *Pœna compromissorum reducuntur ad interesse.*
165 *Pœna ultra interesse, non est petenda à viris probis.*
166 Lex, fin.tit.4. part.3. *declaratur.*

167 *Pœna non debetur, licet reus non præsentetur in carcere ad certum diem, sed solum agitur ad interesse.*

## GLOSSA VI.

Ibi: * *No otorgando las apelaciones que dellos legitimamente son interpuestas.* *

1 EX † quibus verbis colliges, iudicem Ecclesiasticum vim facere, non admittendo legitimam appellationem, exequendo sententiam appellatione remota, quia appellatio est species defensionis, quæ nemini denegari debet, *c. cum speciali, § porrò, de appellationibus.* Vincentius de Franchis, *decis.120.num.5.* ubi *numer.4.* resolvit, quòd in omnibus casibus est admittenda, ubi non reperitur prohibita, iuxta gloss. *in l. qui restituere, D. de rei vendicatione, in fin.* & est text. nota-
2 bilis † (& à nemine ad hoc ponderatur) *in l. lege Iulia, 7. D. ad legem Iuliam de vi publica*, ubi iudex vim publicam facit, exequendo suam sententiam appellatione spreta. ibi; * *Lege Iulia de vi publica tenetur, qui, cum imperium potestatemvè haberet, civem Romanum adversus provocationem necaverit, verberaverit, iusseritvè aliquid fieri,* ubi gloss. *verbo, provocationem*, declarat, * *Id est quia appellaverat reus ab eius iniuria.* * Ecce textum expressè probantem, vim facere iudicem, qui suam exequitur sententiam, non obstante appellatione vel provocatione. Et cum † iudex Ec-
3 clesiasticus faciat vim, exequendo suam sententiam appellatione remota, nimirum si ad Regem nostrum, & suos integerrimos Senatores pertineat, vim tollere, & omnia executioni tradita reponere, sed non in vim iurisdictionis contentiosæ, sed in vim extraordinariæ cognitionis, & de-
4 fensionis naturalis, quia † appellatione legitimè interposita, omnia debent remanere in eo statu, in quo erant tempore sententiæ, *cap. non solum de appellat. lib.6.* text. *in l. appellatione 3. C. de appellationibus*, ibi: * *Appellatione interposita, licet à iudice repudiata sit, in præiudicium deliberationis nihil fieri debere, & in eo statu omnia esse, quo tempore pronuntiationis fuerunt, sæpissimè consti-*
5 *tutum est.* * Quia regula iuris est † quod nihil sit innovandum appellatione pendente, ut *in l.1. & per totum titulum, D. nihil innovari, l. sciendum de appellation. recip. l.1. §. fin. D. nihil innovari authent. ut nulli iudices, § insuper iubemus, collect.*
6 *9.* text. ubi gloss. *in dict. cap. non solum, lex* † *27. titul.23. part.3.* ibi: * *Otrosi dezimos, que si el juez del alcada fallare, que alguna de las cosas del pleyto es traspuesta por fuerça, o por enganno, o por mandamiento del primer juzgador, o mudada del estado en que solia ser, a la sazon que tomaron el alcada, que la deve fazer tornar a su lugar.* * Et sic illud, quod facit iudex appellationis iurisdictionaliter, in vim contentiosæ iurisdictionis, revocando attentata appellatione remotâ (ut *in cap. dilectis, de appellationibus, c. venientes, de iureiurando, & in d. cap. non solum*) faciunt iudices supremi, in vim defensionis naturalis, sine cognitione meritorum causæ principalis, quando Ecclesiasticus exequitur suam sententiam appellatione remota, non servato iuris ordine, & in damnum partis, & in contemptum iudicis superioris, à quo appellatum est, maximè, quia † per hoc 7
remedium cognitionis per viam violentiæ, lites minuuntur, quæ est Pontificis intentio, ut *in c.1. de appellatione lib.6.* ibi: * *Cordi nobis est lites minuere, & à laboribus relevare subiectos.* * Et ibi: * *Accedant ad sedem Apostolicam,* * & illud verbum: * *Accedant ad sedem,* * intelligas sine damno & spolio partis, & aliter si fiat, contrarium sussum est, ut in eum iudicem iura insurgant, qui ius, & superiorem & partem eludit. Et ob hanc causam, non solum † revocantur innovata, post 8
interpositam appellationem, à sententia definitiva, sed etiam ea, quæ medio tempore fuerunt executioni tradita, & sic dicitur in provisionibus Regalibus, per viam violentiæ: * *Que el juez Eclesiastico revoque lo attentado, y executado despues de la legitima apelacion, y en el tiempo que se pudo apelar.* * Quod deducitur ex verbis text. † *in* 9
*d. c. non solum*, ibi: * *Sed etiam omnia, quæ medio tempore inter sententiam & appellationem, quæ post modum intra decendium interponitur ab eadem, contingit innovari, ac si post appellationem eandem innovata fuissent.* * Et est ratio, secundum gloss. ibi, *verbo innovata*, quia sicut post appellationem à definitiva, nihil attentari debet, ut *in princip. text. in d. c. non solum*, sic neque pendente iure, quòd competit condemnatio ad appellandum, videlicet usque ad decem dies: quod intelliges, in appellatione interposita à sententia definitiva, ut *in d. cap non solum*, secùs † si senten- 10
tia fuerit interlocutoria, & non contineat damnum irreparabile: quia tunc non obstante appellatione, per viam violentiæ, debet causa devolui ad iudicem Ecclesiasticum, ut *in dict. cap. non solum*, & declarat Guido Papæ, *in tract. de appellationibus, num.11. versicul. decima conclusio*, Duennas, *regul.42. num.10.* & ob hanc causam per iudices Regios sæpè dicitur, * *Que el processo no viene en estado, y que se remite al juez, y notario, o que el juez Eclesiastico non haze fuerça,* * ad hoc, ut possit iudex prosequi dictam causam non obstante appellatione ab interlocutoria.

Ex quibus venit intelligendus, tex. † Conci- 11
lii Trident. *capite 20. sess.24. de reformat.* ibi: * *Neque appellationes ab eisdem interposita per superiores quoscunque recipiatur, eorumve commissio, aut inhibitio fiat, nisi à definitiva, vel à definitiva vim habente, & cuius gravamen à definitiva reparari nequeat appellatum fuerit.* * Ecce textum probantem admittendam non esse appellationem, nisi à sententia definitiva, vel definitiva vim habente, cuius gravamen per definitivam reparari non possit. Idemque est dispositum de iure nostro Regio, † *in l.3. tit.18. lib.4. Recop.* ibi: 12
* *Establecemos, que de las sentencias interlocutorias, no oya alcada, y que los juzgadores no la otorguen, ni la den, salvo si las sentencias interlocutorias fueren dadas sobre defension perentoria, o sobre algun articulo que haga perjuyzio en el pleyto principal.* * Idemque est dispositum de iure partitarum,

13 titarum, † in l.13.tit.23.part.3. ibi: * dezimos, que de todo juyzio afinado, se puede alcar qualquier que se tuviere por agraviado del, mas de otro mandamiento, o juyzio que fiziesse el juzgador, andando por el juyzio antes que diesse sentencia difinitiva, no se puede, ni deve ninguno alcar.* Et †
14 quando procedatur appellatione remota, tradit Avend. in cc. pp. 1. part. c.6. num.4. Duennas, regul.45. Bernar. Diaz, regul.35. Covarr. pract.23. n.5.& 6. Didac. Perez, in l.1.tit.16.lib.3. ordinament. & 8. casus, refert Ludovicus Burgensis, in repetitione legis, si se subiiciat, n.176. D. de iudic. & alios habes in l.6.tit.18.lib.4. Recop. & in gloss. verb. Constitutum, in l.3.C. de appellat. & in l.13. & 16.tit.23.par.3.

Ex quibus omnibus venit intelligendus, text.
15 † in cap. super eo, el. 2. & 12. in ordine de appellationibus, ubi de iure canonico licita erat appellatio ante sententiam definitivam, quod est innovatum, & declaratum per decretum sancti Concilii Tridentini, in dict. cap.20. cuius decisioni in utroque foro standum est, cum leges Regni illudmet disponant, ut non admittatur appellatio, nisi à sententia definitiva vel definitivæ vim habente, ut docet Surd. in decis.36. nu.13. & est lex, 37. tit.5. lib.2. Recop.
16 Et † indubio semper appellatio in omnibus casibus est admittenda, & executio retardanda, ut docet gloss. in l. qui restituere, D. de rei vindicatione, Amatis, decis. 75. numero 23. & docet Maranta, de ordine iudiciorum, tit. de appellationibus, 6. part. numero 267. Alexand. in l.1. D. si quis cautionibus, Socin. cons.39. num.1. volum.4.
17 Surdus, decis.36. num.2. l. † 13. tit.18. lib.4 Re-
18 cop. ubi ponitur † pœna. 30. millia marapetinorum, adversus iudicem, qui non admittit appellationem, & exequitur suam sententiam appellatione remota. Quæ pœna solet exequi ad-
19 versus iudices sæculares in foro sæculari, secus † verò adversus iudices Ecclesiasticos, qui sine metu pœnæ exequuntur suas sententias: * Y assi los tribunales Reales solo revocan lo executado, para que libremente se sigua la apelacion ante el superior Eclesiastico, sin condenar en cosa alguna al juez Eclesiastico.* Quia punitio delicti, exequendo appellatione remota, pertinet ad iudicem Ecclesiasticum, coram quo potest agere pars, actione de vi publica, ut in d.l. lege D. ad legem Iuliam de vi publica, ubi ponitur pœna adversus iudices, qui suas sententias executioni tradunt postposita appellatione: quòd non tangit articulum violentiæ, sed causam iustitiæ, cuius cognitio pertinet ad iudicem Ecclesiasticum.

Quæ omnia sunt amplianda, ut non solum procedant in causis civilibus, quæ agitantur in foro Ecclesiastico, sed etiam in causis criminalibus, & in causis correctionis & visitationis, in
20 quibus † non admittitur appellatio, nisi à sententia definitiva, vel definitivæ vim habente, ut hodiè est dispositum per sacrum Concilium Tri-
21 dentinum, in cap.10. sess.24. de reformatione, & † in cap.1. de reformatione, sess.13. ibi: * In causis visitationis & correctionis, sive habilitatis & inhabilitatis, necnon criminalibus, ab Episcopo, seu illius in spiritualibus Vicario generali, ante definitivam sententiam ab interlocutoria, vel alio quocunque gravamine non appelletur, neque Episcopus seu Vicarius, appellationi huiusmodi tanquam frivolæ, deferre tenetur. * Et ibi: * Nisi gravamen huiusmodi per definitivam sententiam reparari, vel ab ipsa definitiva appellari non possit.* Quem text. declarat Navar. consil.1. de appellat. & Acosta, tit. de iudiciis, capite primo, numero 211. qui eleganter & doctè interpretatur illum text. ut procedat † quando visitator non excedit ter- 22
minos correctionis circa mores, circa sufficientiam vel insufficientiam, circa habilitatem seu inhabilitatem, procedendo de bono & æquo, sine strepitu & figura iudicii, ut in cap. ad nostram, & in cap. reprehensibilis, de appellationibus. Et in his terminis, correctio est exequenda appellatione remota, ut disponitur in decreto Concilii Tridentini, & diximus in secunda parte huius tractatus, quæstio.74. numero vigesimoquarto. Alioquin, † si Visitator Ecclesiasticus excedat mo- 23
dum visitationis & correctionis, veluti, amovendo possessorem triennalem, vel declarando aliquem in trusum, qui pacificè possidet, vel privando beneficio sine causæ cognitione (vel cum ea) tunc in his casibus, & similibus, est locus appellationi, & sententia visitatorum non est exequẽda appellatione remota; & si illud fiat, erit notorius articulus per viam violentiæ, ut pluries practicavi; maximè, † quãdo sunt visitatores Theo- 24
logi, qui nulla callent iuris principia, & sic ex arbitrio suo iura pronuntiant, contra text. in Can. iudicet, 3. quæst.7. ibi: * Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, sed iuxta leges & iura pronuntiat,* ita advertit Axia, de exhibendis auxiliis, casu.5. fol.159. & sic cũ sint merè Theologi (ignorando iuris principia) deviant ubiq; à tramite veritatis & iustitiæ, & exequuntur pias voluntates defunctorum, ultra quintum bonorum, etiam si testator, vel moriens ab intestato, relinquat filios, contra ius nostrum Regium, quod est servandũ in hac parte, in utroq; foro; tunc enim in his casibus licita est appellatio ad superiorem, ad utrũq; effectum. Et si, non obstante appellatione, dicti visitatores exequantur suas sententias, procedendo per censuras Ecclesiasticas, (prout sæpè solet) tunc datur legitimus recursus ad Regalia tribunalia, per viam violentiæ, ubi omnia revocantur, quæ executioni tradita fuerunt. Et aliquando processus retinetur, si sit causa temporalis, vel remittitur ad iudices sæculares, ad hoc, ut secundũ leges Regias, sine damno filiorum (non excedendo quintum bonorum) ultima hominum iudicia exitum habeant, vel sine damno parentum disponendo ultra tertium, ut in l.6. Tauri.

At verò, si † sententia celeritatem desideret, 25
ut in terminis, l.6. titul.18. libr.4. Recopilatio. tunc executioni mandanda est, appellatione remota, ibi: * Sobre cosa que no se pueda guardar, como sobre uvas antes que el vino sea fecho dellas, o sobre miesses que se han de segar, o sobre otra cosa semejante, que perece por tiempo, o si fuere sobre govierno de los pequeños: porque estos tales pley-

*dos si se alongassen los pleytos por alçada, las cosas se perderian, y naceria dello muchos daños,* * & tradit Avend. *in cc.pp.1.p.cap.19.num.24.* & est gloss. magistra, *in l.3. C. de appellationibus verbo, Constitutum,* quæ loquitur de fructibus, Bartol. *in l.1. D. de glo. de legenda,* & declarat Scaccia, *de appellat. quæst.17. limitat.38.* in his enim casibus, & similibus, non facit iudex Ecclesiasticus vim, exequendo sententiam appellatione remota; & idcirco si appelletur per viam violentiæ, processus remittendus est ad iudicem, cùm non faciat vim; quia istæ causæ dicuntur executivæ,
26 ut tradit Amatis, *decis.75. num.1.* Si verò † concurrant duæ causæ coniunctæ, quarum una est exequibilis, & altera non, tunc appellatio in utraque causa est admittenda, ut fuit resolutum in Rota Romana, *decis.323. in 1. part. num.1.* & docet Menoch. *de recuperanda possess. remed.9. num.322.* & octo casus refert, Ludovicus Burgensis, *in repetit. legis. Si se subiiciat, num.176. D. de iudiciis, in vol.1. repetitionum civilium,* ad quos recurrendum est.

Vnde cum ex superioribus, ad Regem spectet subditorum defensio, ut tradit Cacheran. *decis. 30. numero 4. versic.2.* Cenedo, *in collectanea, 5.*
27 *ad decretum in quæst. fin.* & appellatio † legitimè interposita sit defensio (saltem civilis) ut docet Amatis, *decis.14. num.16.* & probatur *in cap. cum specialis, §. porrò, de appellationibus,* & fuit inventa, ut oppressis subveniatur, *l. per hanc, C. de temp. appellat.* Bald. *in l. licet, in princip. D. de officio ordinarij,* & Surd. *decis.36. num.5.* Amatis,
28 *decis.66. numero 15.* ubi dicit, quòd † appellatio fuit inventa, ut iniquitas iudicantis, vel eius imperitia corrigatur (& dicitur theriaca adversus iudicis venenum, ut tradit Baldus, *in l. unica, C. si de momentanea possess.* & Petrus Surdus, *cons. 163. num.7. vol.2.*) sequitur, quòd si iudex Ecclesiasticus faciat vim, non admittendo appellationem, exequendo sententiam appellatione remota, quòd iudex Regius potest vim tollere, ad illum effectum, ut appellatio admittatur ad superiorem iudicem Ecclesiasticum, ut expressè cavetur in nostra lege, quæ nihil deviat à tramite rationis, nec est contraria decisionibus iuris canonici, neque contra libertatem Ecclesiasticam, ut supra traditum & probatum est.

29 Si verò † sententia fuerit interlocutoria super declinatoria fori; tunc licita est appellatio ad utrumque effectum, ut fuit decisum per Antonium de Gamma, *decis.159. numero primo.* Menochius, *de adipiscenda, remed.4. numero 822.* Azeved. *in l.3. titul.18. numero decimo, libro quarto, Recopilat.* quòd procedit de iure communi & Regio, ut affirmat Flores, *in additionib. ad Gammam, dicta decis.159. vers. Concluditur,* & idem resolvit Amatis, *decis.76. numero primo, & decis. 95. numero quinto.* Et dicit optimum verbum *in*
30 *decis.75. num.24.* quòd appellatio † quando non reperitur prohibita, censetur permissa maximè, cùm sit introducta ob publicam utilitatem, ut dicit Anton. Thesaur. *decis. 246. num.3.* quod est menti tenendum.

Rursus, pro confirmatione nostræ legis, in quantum probat, iudicem Ecclesiasticum vim facere exequendo sentẽtiam appellatione remota, & omnia executioni tradita esse revocanda,
est bonus text. † de iure canonico, *in cap. quoties Episcopi, 2. quæst.6.* ibi: * *Et dum prædictam Romanam Ecclesiam appellaverint, aut ab ea se audiri poposcerint, nullus eos, aut excommunicare, aut eorum sedes surripere, aut res eorum auferre, aut aliquam vim eis inferre præsumat, quàm amborum causa Romani Pontificis authoritate terminetur: quòd si aliter à quoquam præsumptum fuerit: nihil erit, sed viribus carebit.* * Ecce text. notabilem, expressè probantem nostræ legis con- 31
clusionem, ubi † iudex Ecclesiasticus non potest 32
appellatione pendente ad Pontificem, reum excommunicare, neque res eorum, qui appellant auferre, & omnia executioni tradita viribus ca-
rent, & quod magis est, vis † fit appellanti à Iu- 33
dice exequente sententiam, appellatione remota, ibi: * *Vim eis inferre.* * Ergo: † * Si el juez 34
Eclesiastico haze fuerca, en descomulgar al que apelò al Pontifice maximo, y en quitarle, y despossеerle de sus bienes, no obstante la apelaciõ: justo es que su Magestad, y sus Consejeros Reales, quiten, y alcen esta fuerca, en conformidad de lo dispuesto por los sagrados Canones, ayudãdo y favoreciendo su execucion, lo qual no es contra la juridicion Ecclesiastica, ni contra su libertad, y ministros; porque no se conoce en los dichos articulos de fuerca, de los meritos y justicia de la causa principal, si fue justa, o injusta la sentencia, (porque esto toca a la causa principal, y al juez Eclesiastico) sino solamente del articulo de la execucion, en meno sprecio de la apelacion, y del tribunal del sumo Pontifice, alçãdo la fuerca, y abriendo la puerta, que avia cerrado el juez Eclesiastico al apelante, para que no pudiesse seguir su apelacion, descomulgandole, o privandole de sus bienes (appellatione remota) para que sin despojo, * & reintegra * (sicut erat tempore appellationis) las partes puedan seguir su justicia ante su Santidad, y sus juezes, y ministros Eclesiasticos. * Quòd profectò nihil adversatur sacris Pontificum constitutionibus, imò totum vergit in favorem iurisdictionis Ecclesiasticæ, & ad meliorem exitum & executionem mandatorum & decretorum sacrorum Canonum.

Et † pro perfecta declaratione huius articuli, 35
possumus cõstituere exemplum in delicto simoniæ, & usurarum & in omnibus delictis, in quibus de iure civili & canonico, sunt pœnæ constitutæ adversus reos delinquentes; & in eo qui matrimonium contraxit clandestinè, adversus quos etiam de iure Regni sunt pœnæ stabilitæ, in quo dictæ leges nihil contrariantur iuri canonico, cũ disponant illud met, quod de iure canonico est dispositum. Et quando lex civilis non se intromittit super substantia matrimonij, neq; in rebus spi-
ritualibus, sed tantum † procedit adiuvando, de- 36
clarando, ampliãdum ius canonicum, ad pleniorem ipsius observantiã (in his quæ sunt prohibita de iure canonico) tunc licita est lex civilis, & cõstitutio Regia (quando non contrariatur iuri canonico) ita docet gloss. *in cap. cum secundum leges,*

*leges. de hæreticis, lib. 6. verbo, certoque casu*, quam gloss. opinionem sequitur Cardinalis, *in 4. oppositione*, Præpositus, *numer. 6. in cap.* Gemma. *de sponsalibus*, & plures refert Emanuel Costa, *in l. cum tale, §. si arbitratu, in ultima ampliatione, numero 44.* Antonius Gomez, *in l. 49. Tauri, num. 2.*
37 ubi ponitur † pœna adversus contrahentes matrimonium clandestinum. Et noster Covarr. *in 4. in 2. part. cap. 3. §. 9. numero secundo*, Gutierrez, *libro 2. practicarum quæstionum, quæstione prima, numero decimotertio*, & ob hanc rationem dicitur causæ mixti fori, quia ab utroque iure prohi-
38 bentur. Pro qua sententia est optima † *lex. fin. titul. 13. part. 4.* ibi: ** Porque avemos voluntad, que lo que la, santa Iglesia manda sea guardado. ** Ergo cum Reges nostri, & sui integerrimi Senatores, intendant in nostra lege Regia illud met, quod de iure canonico, est dispositum, *in d. cap. quoties Episcopi*, & quòd servetur, & executioni mandetur illa decisio, quis temerario iudicio poterit affirmare, leges nostras non esse iustas, sed contrarias iuri canonico, cum in nihilo adversentur illius dispositioni, pro qua sententia faciunt tradita per Marta *de iurisdictione, 4. parte,*
39 *casu. 93. num. fin.* ubi dicit, quòd † potest Princeps ad occurrendum humanæ malitiæ, pro defensione fidei & religionis, atque iuris divini, condere legem mixtam, illi addendo pœnam. Et pro ista sententia, est optimum *consilium* Celsi, *38. num. 6.* ubi dicit, quòd licet Princeps sæcularis non possit aliquid statuere circa substantiam matrimonii, quòd poterit prohibitioni Romani Pontificis pœnas addere adversus delinquentes, pro qua sententia est bona glossa, *in Clementin. Ne Romani, verbo, Tolli, de electione*, quam sequitur Covar, *in 4. in 2. part. cap. 6. in principio, numer. 18.* & in terminis huius cognitionis per viam violentiæ, illud tenet, Sese, *de inhibition. iust. Arag. cap. 8. §. 13. numero secundo.* Vnde † cum lex
40 canonica disponat, *in d. ca. quoties Episcopi*, quòd appellantes ad Pontificem non excommunicentur, neque illorum bona auferantur, neque vis aliqua eis fiat, & quòd executioni tradita sint nulla, pendente appellatione, in contemptum iudicis superioris, quid ergo facit aut disponit lex Regia, adversus dictam constitutionem? Quid, obsecro, iudices Regii (num enim in totum contravenitur canonicæ decisionis?) nisi ut serventur ius canonicum, & Pontificum mandata, ut constat *ex provisionibus Regalibus*, ibi: ** Rogamos, y encargamos que alcen las censuras, y repongan lo executado, y admitan la apelacion, para que se pueda seguir ante el superior Ecclesiastico, ante el qual fue apelado, ** quæ omnia recto iure pro-
41 cedunt ut in nostra lege est dispositũ; & aliter, † * Como lo muestra la experiencia, muy pocas causas acudirian a la Curia Romana en grado de apelacion, si faltara est remedio por via de fuerça, el qual en todo es en favor de la juridicion Ecclesiastica, favoreciendo, y executando sus decretos, sin entremeter se en la juridicion, ni en los meritos de la causa principal, ni justification de la sentencia, porque esto toca al superior Ecclesiastico, adonde se remiten las partes, quitando, y alcando la fuerca, y despoio, y censuras puestas por el juez Eclesiastico, en per juyzio de la legitima apelacion interpuesta para el superior.

*Opinio Gregorij Lopez, & Avendani damnatur.*

EX quibus † venit reprobanda opinio doctissimi Gregorii Lopez, *in l. 13. titul. 13. part. 2. verbo, * Nin fuerca, * in medio*, Avendani, *in cc. pp. 1. part. ca. 1. numer. 13. cum sequentibus*, & sequitur Sese, *de inhibit. iust. Aragon. ca. 8. §. 3. numero 45.* Azeved. *in l. 2. tit. 6. lib. 1. Recopilat. versic. Item duodecimo*, ubi confirmant nostram legem & consuetudinem ex præsumpta voluntate & tolerantia Pontificis, qui propter bonum commune tolerat dictam consuetudinem cognoscendi per viam violentiæ; cum videat in Curia plures processus, in quibus cognitum fuit per viam violentiæ; Quia licet illa permissio esset iustus titulus ad inducendam hanc cognitionem; quia privilegium semel ob publicam causam concessum non possit revocari, ut docet gloss. *in c. quia, 10. quæstione tertia.* Antonius, *in ca. pervenit, numero 19. de censibus*, Sese, *2. part in Epistola ad Regem. num. 113.* Paulus de Castro, *consil. 146. vol. 1.* quia privilegium concessum non subdito, non potest revocari, Innocentius *in ca. novit. de iud.* & diximus *in Proœmio, ca. 10.* & vide Puteum, *decis. 365. libro primo*, ubi immemorialis cum fama privilegii dat iurisdictionem Principi laico, ut Pacianus, *consil fin. numero vigesimo.* Tamen cum ex parte Regis, & auditorum, sit ius naturale, & consuetudo immemorialis (ut in hac nostra lege est dispositum) sequitur manifestè, quòd etiamsi deficeret tacitus consensus Pontificis, & privilegium, imò † etiamsi expressè imperasset 43
Regibus, ut non cognosceretur per viam violentiæ per Regios Senatores (in casibus in quibus de iure licitè & rectè cognoscere possunt) non tenerent (ut cum omni reverentia, & correctione sanctæ matris Ecclesiæ loquar) dictis mandatis obtemperare, quia † lex positiva Pontificia, non 44
potest tollere legem naturalem defensionis subditorum, & vasallorum, in qua fundatur dicta cognitio (ad tollendam vim, & violentiam subditorum) ut diximus *in prologo, num 168.* quia illud ius est Regale, ut novissimè tradit Camillus Borellus, *de Reg. Catholici præstantia, ca. 71. numer. 58.* Et cum Pontifex videat, quòd illa cognitio † non est iuri canonico contraria, nihil dispo- 45
nit adversus dictam consuetudinem, neque † 46
*Bulla in Cœna Domini* loquitur in istis casibus, nisi quando appellatio interposita est iniusta, & frivola, ut latè *in nostro discursu, & prologo ad Regem nostrum, numer. 92.* comprobatum est, *& numero 186.*

*Opinio Morlæ reprobatur.*

SEcundò † etiam ex supradicta resolutione, 47
venit reprobanda opinio seu sententia Morlæ, *in suo emporio iuris, titul. 2. de iurisdictione, quæst. 14. num. 8. in fin. versi. Hodie tamen*, ubi non attendens iuris principia huius cognitionis

per viam violentiæ, dixit, quòd ex eo non ligat censura, de qua *in Bulla in Cæna Domini* (per quã prohibetur recursus per viam violentiæ ad Regia tribunalia) quia est supplicatum à dictis censuris, & supplicatione pendente nihil est innovandum, quem sequitur novissimè Cenedo, *quæst.45. num.46.* Quæ opinio & interpretatio vera non est, quia supponit, quòd est prohibitus dictus recursus per viam violentiæ; & quòd Pontifex potest illum prohibere, confirmare & permittere: & tertium, quòd est supplicatum; & quartum, quòd pendente supplicatione Regia tribunalia utantur eo remedio. Sed salvâ pace, in totum est falsa dicta opinio; & meritò post hæc scripta, adversus eum tenet Cenedo, *in suis quæstionibus, in quæst. fin. num.46.* quia cùm de iure divino & naturali, ad Reges pertineat dicta cognitio, in vim defensionis naturalis, non potest lex Pontificia positiva, in his cognitionibus impediendis, se intromittere; quia esset revocare ius divinum & naturale, & tollere subditorum defensionem, quod deviat à tramite veritatis, ut latè *in dicto discursu & prologo* probatum est.

*Opinio Ioannis Petri Fontanellæ notatur.*

48 TErtiò † venit reprobanda ex prædicta resolutione alia opinio Ioannis Petri Fontanellæ, *de pactu nuptialibus, gloss.13. par.3. clausula, 4. num.20.* ubi dubius de hac cognitione per viam violentiæ, propter difficultates traditas per Azor, *in sua institut. morali, lib.1. cap.12. per totum*, dixit, has contentiones, inter iudicem Ecclesiasticum & sæcularem, in omnibus cognitionibus per viam violentiæ, per iudices arbitros à Pontifice & Rege nominandos, esse dirimendas, & hanc dicit esse suam sententiam, dum alius meliorem non excogitaverit. Sed salvâ pace, hæc concordia non est necessaria; quia difficultas consistit in iure cognoscendi, vel non cognoscendi; si licita est, & iuridica cognitio per viam violentiæ, sequitur, quòd Pontifex non potest eam impedire: si non est licita, sequitur etiam, quòd neque iudex arbiter ex parte Regis potest nominari; sicut non admitteretur in cognitionibus pertinentibus ad iudicium Ecclesiæ, & ad suam iurisdictionem; quia si non potest cognoscere per viam violentiæ, neque poterit iudices arbitros nominare, ut ab iis simul cum iudicibus à Pontifice nominatis causæ violentiæ decidantur. Prætereà si cognitio esset contra ius, similiter & nominatio arbitrorum iudicum. Si verò loqueretur respectu modi cognoscendi, tunc admitterem eius sententiam, ut diximus *in prologo, n.214.* Vnde melius esset, vel discedere ab hac nostra communi & receptissima sententia, quam sine resolutione iuridica loqui, prout ipse fecit, impugnando plures authores, quos refert *numero octavo*, ultra Peguerani qui novissimè, *in decis.9. numero sexto*, nostram consuetudinem defendit, ratione defensionis & protectionis, ex quibus reprobatur opinio Ioannis Alossitricii, qui contrarium tenebat contra Olaschum, *decis.180. in collectanea, decis. in collectanea, 497. in 14. casu.*

*Opinio Prosperi Farinacij reprobatur.*

49 QVartò, † ex superiori doctrina & resolutione venit etiam reprobanda alia opinio Prosperi Farinacii, *consil.68. in decisionibus causarum criminalium*, ubi docet, quod recursus ad iudices sæculares est prohibitus, etiam quando iudex Ecclesiasticus vim facit, contra opinionem Covarru. *cap.35. numero tertio.* Et quod consuetudo recurrendi ad iudices Regios sæculares non excusat ab excommunicatione, cum iudex laicus sit incapax iurisdictionis in personas Ecclesiasticas, & in eorum causas; 50 Quia, † ut salva pace gravissimi Iurisconsulti loquar, illa cognitio non est iurisdictionalis, sed naturalis, quæ dicitur extraordinaria cognitio, quæ sine damno & præiudicio iurisdictionis Ecclesiasticæ exercetur, ut supra probatum est. Et ultra dicta fundamenta, convincitur illa opinio ex suis propriis rationibus; quia ibi duobus concurrentibus admittit recursum ad Curiam sæcularem: primò casu, quando constat de malo & iniusto processu iudicis Ecclesiastici: Secundò, quando gravatus non habet commoditatem recurrendi ad superiores Ecclesiasticos (ut ipse tradit *num. 6. & decimoquarto.*) cuius distinctio & resolutio convincitur ex eo, quia si iudex sæcularis est in hoc casu incapax, ad cognoscendum in causis Ecclesiasticis, & inter personas Ecclesiasticas, per viam violentiæ, ut ipse malè existimat, similiter erit incapax, etiam si de malo & iniusto processu iudicis Ecclesiastici constiterit; quia, cum iudex sæcularis nullam habeat iurisdictionem in clericum, neque Rex illam dare potest, neque propter negligentiam iudicis Ecclesiastici, vel iniustitiam, Regius iudex illam acquirat, ex vi iuris naturalis, neque divini, aut canonici; & cum iudex laicus sit inferior Ecclesiastico, non potest supplere superioris defectum; quia aliàs Rex Hispaniæ vel Franciæ, possent se intromittere propter defectum iustitiæ in aliena iurisdictione, quòd est falsum, & à ratione alienum, cum iurisdictiones sint distinctæ, ita Franciscus Suarez, *libro quarto, de immunitate Ecclesiastica, cap.14. num.20. in fin.* Et similiter, licet gravatus non habeat commoditatem recurrendi ad superiorem Ecclesiasticum, non adquiritur iurisdictio, ut docet Marta, *de iurisdict. quæstione quarta. par. casu.147. num. fin.* quia commoditas vel incommoditas recurrendi ad superiotem, iustitia, vel iniustitia, vel negligentia, non dat iurisdictionem incapaci iudici, ut ex superioribus comprobatum est, ultra tradita per Azor, *ubi supra*; & sic proprio ore convincitur, cum in illis duobus casibus admittat recursum ad Curiam sæcularem per viam violentiæ, in causis Ecclesiasticis, quia in illis cessat recursus, & in nostro casu est admittendus, ex iuribus & rationibus supra relatis.

Decisio

*Decisio Rotæ declaratur.*

51 NEc † prædictis obstat *decisio Rotæ*, quam ibi refert *anno 1595.* quia in casu illius litis non fuit appellatum ad Papam, sed ad iudicem laicum; & in hoc casu verum est, quòd non da-
52 tur recursus per viam violentiæ; qui † fundatur in appellatione ad Pontificem, & in executione (non obstante appellatione) quod quidem satis clarè colligitur, ex verbis dicti Prosperi Farinacii, *in d. cons. 68. num. 7.* ibi: *Et demum prolata sententia, non appellavit ad Papam, eiusque sanctã sedem Apostolicam, prout regulariter appellari solet, & debet: sed ad superiores, volens intelligere de iudicib. sæcularib. prout postea facto se declaravit, affigendo Regias provisiones in foribus Cathedralis Ecclesiæ.* * Et postea subsequuntur verba *decisionis*, ibi: * *Ex quibus nihil aliud inferri potest, nisi quòd ipsi iudices volunt de causa Ecclesiastica cognoscere, quod est admodum absurdum, cum iudex laicus sit incapax iurisdictionis in personas, & causas Ecclesiasticas, neque immemorialis hoc casu sibi suffragatur, Doctores in cap. causam, de præscriptionibus, Felin. in cap. 2. de maioritate, & obedientia, Rota in decis. 11. de consuetud. antiquis, præcipuè cum in Bulla in Cæna Domini derogetur consuetudinibus etiam immemorialibus.* * Ex quibus verbis tam decisionis, quam consilii Prosperi Farinacii constat, quòd appellatio non fuit
53 interposita ad Pontificem Maximum, sed † ad iudices sæculares. Vnde, ipsi sunt incapaces iurisdictionis Ecclesiasticæ, nimirum si in eo casu non detur recursus ad Curiam sæcularem; & quòd liget censura *Bullæ in Cæna Domini*, lex verò nostra, & nostræ Hispaniæ consuetudo non loqui-
54 tur, neque procedit in casu isto. Cùm † priùs debeat appellatio interponi ad Pontificem, ut diximus *in procœmio, capite undecimo*, in tantum, quod si processus remitteretur ad Curiam Regis, non præcedente appellatione, vel si interponeretur directè ad Regios Senatores, non cognoscerent de articulo violentiæ; imò statim remittunt processum ad iudicem Ecclesiasticum, * *Diziendo que no vino en estado.* * Ergo cum ibi non sit appellatum ad Pontificem, sed ad iudices Regios, & ipsi sint incapaces cognitionis causæ Ecclesiasticæ, per viam appellationis, & in distinctè, nimirum si ex defectu iurisdictionis, & legitimę appellationis, & ex ratione incapacitatis, denegetur recursus; cessante dicta ratione, recursus non denegatur *in dicta decisione*, prout *ex alia decisione Salmantina*, constat *anno 1595.* cuius verba sunt, prout refert ipse Farinac. *numero 13.*
55 *& 14.* ibi: † * *Resolutum fuit, Antonium de Soria, manu tenendum; cum enim per resignationem Felicis factam in manibus ordinarÿ, vacaret possessio canonicatus, de quo agitur Rota, de renuntiatione, in antiquis, Caßiodorus, decis. 4. numer. 3. de restitutione spoliatorum, potuit illius capere possessionem Antonius, & eius possessio est manutenibilis: neque obstat, quòd acta non sunt integra, quia notarius testatur de contrario. Et non obstat exceptio excommunicationis propter recursus ad Consilium Regium; quia iste recursus hoc casu ad defensionẽ propriæ possessionis, & appellationis admissionem, non est improbatus. Aquil. decis. 36. de appellation. Vrbanius enim agit, cum possit, iudici*
*† de facto procedenti de facto etiam resistere, Paris.* 56
*consil. fin. lib. 4. ut fuit dictum in illa ratione, Villæ de Rens corã reverendo Domino meo Decano. Præterea excommunicatus auditur, pro defensione suæ possessionis, cap. intelligimus de iudiciis; Menoch. de retinenda, remed. 3. n. 711. cum sequentibus.* * Ex qua decisione manifestè colligitur, non esse reprobatos recursus ad Curiam sæcularem, in casibus, ubi datur violentia iudicis Ecclesiastici, idẽque est dicẽdum de alia *decisione Rotæ*, quam tradit Sese, *ubi sup. c. 8. §. 3. n. 109.* de qua mentionem fecimus *in discursu ad Regem, nu. 180.* quia *ultra tradita in prologo, n. 181.* non est bona consequentia, quòd ibi non fuit licitus recursus ad tribunalia Regia, ergo neque in omnibus casibus est licitus, ut intelligit Cenedo, *quæst. fin. n. 51. & 52.* & Sese, *sup. n. 175.* & Lancel. *2. part. limit. 1. n. 36.*

*Opinio Gregorÿ Sayri ordinis sancti Benedicti, reprobatur.*

RVrsus ex supra dictis convincitur opinio Gregorii Sayri Theologi, qui *in suo thesauro casuum conscientiæ, lib. 3. cap. 18. num. 6.* postquam approbavit, hanc cognitionem & de iure naturali procedere, & licitam esse docuerit, illud limitat, quando alia via possit tolli vis per Pontificem maximum, per viam recursus ad eum: quia tunc, si detur recursus ad Pontificem, dicit cessare recursum ad Regem, quæ sententia caret ratione & fundamento, & proprio ore convincitur, cum nemo pluribus uti defensionibus prohibeatur, ut diximus contra eum *in procœmio, cap. fin. num. 25. cum sequentibus.*

*Opinio Dominici Vannez reprobatur.*

QVintò † ex superioribus, venit etiam de- 57
claranda opinio Dominici Vannez, *2. 2. q. 67. art. 1. dubio. 2. conclus. 6.* ubi tenet, Reges Hispaniæ habere privilegium Pontificis, revocandi causas Ecclesiasticas ad sua tribunalia per viam violentiæ, quem noviter sequitur Suarez, *lib. 4. de immunitate Ecclesiastica, cap. 34. num. 41.* ubi dicit, quòd non invenit aliam viam ad sustinendam istam cognitionem, nisi Pontificis privilegium, & tolerantiã, quòd idẽ est; Quia respondeo quòd illa cognitio necessário non fundatur in privilegio Pontificis, neque in eius tolerantia, sed in iure regali, cuius officium proprium est vim tollere, quod est ossibus, & animæ affixum,
& † sic frustra precibus impetraretur, quod à 58
iure communi est concessum, ut *in l. 1. c. de Thesauris, lib. 10.* & sequeretur aliud inconveniens, quod revocato privilegio ex aliqua causa, cessaret cognitio, quod verum non est, neque opinio Cenedi, *in suis quæstionibus canonicis, quæst. 45. num. 18.* & Sese, *de inhibitionibus, cap. 8. §. 3. nu. 44. & in decisionibus 2. part. in epistol. ad Regem, à nu. 71. & 74.* Et sic resolutè est tenendum, de iure & consuetudine Reges habere dictam cognitionem, & non ex privilegio, neque ex tacito con-

consensu Pontificis Maximi (ut diximus *in proœmio, capite* 10.) quia si benè intelligatur nostra cognitio per viam violentiæ, & defensionis, tota est favorabilis iurisdictioni Ecclesiasticæ, & in nullo casu deviat à tramite iuris & rationis, ut sæpè demonstratum est.

*Opinio patris Azoris reprobatur.*

59 SExtò, † non est admittenda opinio patris Azoris Societatis Iesu, *in sua sum. lib.* 5. *cap.* 14. *in prima parte,* qui non considerans iuris principia (tanquam sacræ Theologiæ professor) multa iura inculcavit adversus nostras leges Regias, in casibus cognitionum per viam violentiæ, contra Covar. cuius doctrinam latè reprobavimus, *in lib.* 4. *commun. quæstione prima, num.* 327. & *in discursu, ad Regem nostrum, numer* 98. & post mea scripta, adversus illius opionem tenet Sese, *de inhibitionibus, cap.* 8. §. 3. *num.* 55. & *num.* 66. & co non allegato Peguera. *in suis decisionib. decis.* 92. & sic omittimus ea omnia, quia illius doctrina solùm fundatur in cognitione iudiciali, in causis Ecclesiasticis; & in illo casu neque directè neque indirectè ad Regios Senatores pertinet cognitio, principaliter neque incidenter, in causis Ecclesiasticis, & contra personas Ecclesiasticas. At verò in casu legis nostræ, nulla est cognitio iurisdictionalis, sed defensio ad tollendam vim, quam faciunt iudices Ecclesiastici non admittendo appellationem ad Romanum Pontificem, quòd longè diversum est.

*Opinio patris Francisci Suarez Societatis Iesu reprobatur, & per plures rationes & fundamenta ore proprio convincitur.*

§. 1.

60 SEptimò, † venit reprobanda alia opinio Frãcisci Suarez Societatis Iesu, *in libro* 4. *de immunitate Ecclesiastica, de defensione fidei Catholicæ adversus errores Angliæ, cap.* 34. ubi eleganter *à num.* 30. defendit nostram consuetudinem cognoscendi per viam violentiæ, in causis Ecclesiasticis, sequendo Covarr. & Navar. & Abb. & alios, dicens illud procedere ex vi defensionis naturalis, & esse iustam, dummodo non sit excessus in dicta cognitione, sed quòd fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, ut ibi: * *Sexta & ultima excusatio est iusta defensio Regni, aut innocentum, vel propria, & hæc est valde usitata in Regiis tribunalibus, quia per se & generatim spectata, habet magnam quandam speciem illius naturalis æquitais, quâ vim vi repellere licet, nam defensio ex suo genere omnibus licita est, si necessaria sit, & debito modo fiat. Unde etiam contra Papam licitam esse Regibus, vel Ecclesiæ, cum Caietano in opusculo de potestate Papæ, cap.* 27. & *Victoria, relectione* 1. *de potestate Ecclesiæ, numero octavo, seu propos.* 8. *Covarr. & multis modernis scriptoribus Hispaniæ.* * Ex quibus verbis clarè colligitur, permissam esse dictam cognitionẽ (secundum eum) duobus concurrentibus: primò, quod sit necessaria defensio; secundò, quod debito modo fiat. Quòd quidem certissimum est, idem tenet *in tractatu de censuris, disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 77. *in censura,* 15. ubi dicit, quod excommunicatio Bullæ non procedit generaliter; sed secundum intentionẽ operantis, & iuxta occasionem & modum vocandi in foro, præter iuris canonici dispositionem, & sic damnat hanc consuetudinem respectu intentionis operantis, quæ semper iusta debet iudicari. Sed miror, qua re parum constans retentâ hac nostra opinione & declaratione (quæ in omnibus, & per omnia, est iuri & rationi consona) resolvit *supra num.* 32. quod est difficillimum illud applicare ad praxin, cum iudex sæcularis non habeat iurisdictionem in clericum, & sic propter defensionem naturalem non potest uti iurisdictione in ipsum, idemque sentit *in num.* 34. confundens, profectò terminos iurisdictionis, & defensionis, & protectionis, dicens, quòd potestas Regalis ferè semper usurpat iurisdictionem Ecclesiasticam, exercendo actiones iurisdictionis, dicendo eum defendere, qui vim patitur, deferendo causas ad tribunalia Regia, ubi examinetur & iudicetur, an iudex Ecclesiasticus vim faciat, nec ne, & quod illa distinctio & evasio, quam solent nostri assignare, inter iurisdictionem iudicialem & extraiudicialem, videtur verbis illudere, quia iudicialiter procedere, nihil aliud est, nisi advocata causa, illam publice examinare, & sententiam authoritate ferre, deferendo causam clericorum ad tribunalia Regia.

§. 2.

EX quibus verbis clarè colligitur, non benè intellexisse iuris principia, neque eius medullam; quia aliud est in iure, cognoscere de meritis & iustitia causæ principalis, & aliud, de articulo violentiæ (propter defensionem iuris naturalis) quia iudex Regius in articulo violentiæ, non cognoscit de iustitia vel iniustitia causę principalis, neque habet iurisdictionem, directè neque indirectè, principaliter, neque accessoriè, nisi in ordine ad tollendam vim, quæ aliter tolli non potest, ut dicemus *in quæstione fin. à numero sexto,* nec remissio processus ad curiam, est actus iurisdictionalis, sed præparatorius ad faciliorem expeditionem articuli violentiæ, qui potest exerceri sine aliqua causæ principalis cognitione (prout quotidiè fit) quia protectio & defensio subditorum, non est actus iurisdictionis, sed defensionis; & cùm ipse admittat defensionem & protectionem, non potest contradicere eius exercitio, ponendo difficultatem & impossibilitatem in usu ipsius defensionis, sine aliquo actu iurisdictionali, quia, ut sæpè diximus (& est verum) nunquam exercetur actus iurisdictionalis, in dictis cognitionibus per viam violentiæ; neque conceditur iudicibus supremis sæcularibus usus iurisdictionalis, sed solùm quædam notio causæ violentiæ, & protectio, & defensio subditorum, ut contingit in iudice arbitro, in patre circa filium clericum, in domino circa famulũ, qui nullam exercent iurisdictionem

dictionem adverſus ſubditos, ſed ſolum notionem, ad faciliorem uſum & exercitium, & ad cauſæ reſolutionem: & ad hunc effectum iudices ſupremi vident proceſſum coram iudice Eccleſiaſtico cauſatum, & probationes, & proferunt ſententiam: & hæc omnia profectò exercentur ſine aliqua iurisdictione, ut dicimus de iudice arbitro, & arbitratore, ut *in l. 1. D. de arbitris.* Et ſic licet iudices ſupremi videant omnia acta proceſſus, quæ fuerunt cauſata coram iudice Eccleſiaſtico, & proferant ſententiam in articulo violentiæ, (tollendo vim) non indè ſequitur, exercere iurisdictionem contentioſam, adverſus miniſtros Eccleſiaſticos, & contra libertatem Eccleſiaſticam, cum nunquam cognoſcant de iuſtitia vel iniuſtitia cauſæ principalis. Et ſic rectè applicari poteſt actus huius cognitionis per viam violentiæ, ſine aliqua iurisdictione, & cognitione cauſæ principalis, cuius cognitio ſicut pertinet ad iudicem Eccleſiaſticum, ſic notio violentiæ, & protectio, & charitativa defenſio, pertinet ad iudices Regios, cum ipſe Rex in ſua Republica ſit iudex conſervator omnium ſubditorum, ad effectum tollendi vim, in quo non violatur neque diminuitur immunitas Eccleſiaſtica, imò augetur & conſervatur (ut ſæpè demonſtratum eſt, & experientia rerum magiſtra docet) & vetuſtas huius cognitionis ſuadet: quia ſi hæc defenſio non adhiberetur, ſæpiùs innocentes graviſſimè opprimerentur à ſuis iudicibus Eccleſiaſticis; quia vel omninò non poſſent, vel non ſine magno diſpendio, ad ſuperiores prælatos recurrere, & præcipuè ad Romanam Curiam longè diſtantem, & ob hanc cauſam omnia Catholica Regna hac utũtur defenſione, ut diximus *in Epiſtola ad Regem noſtrum, à numer. 95. in lib. 4. communium, & in prologo huius operis, numer. 185.*

## §. 3.

RVrsùs convincitur illius ſententia, & difficultas, quia, ſicut quòd una via prohibetur, alia non debet permitti, ut *in regula iuris. Cum quid lib. 6.* Ita & eodem modo, ut contrariorum eadem ſit diſciplina, ut *in l. 1. C. de Cupreſſis, lib. 12.* quòd una via permittitur, non debet alia prohiberi; quia aliàs inutilis redderetur iuris diſpoſitio, & nullò modo poſſunt iſta duo concurrere in eodem ſubiecto, ut iure naturali ſit permiſſa defenſio cùm moderamine & neceſſitate (in hac cognitione per viam violentiæ) & quòd detur impoſſibilitas in cognitione, cùm non poſſit exerceri (ſecundum eum) ſine ſtrepitu, & figura iudicii, exercendo actus iurisdictionales adverſus clericos, quòd eſt poteſtati ſæculari prohibitum. Interrogo enim? quid operarentur pedes, ſi uſus ambulandi eſſet prohibitus, vel impeditus? quid operaretur os, ſi uſus manducandi, & bibendi, & loquendi prohiberetur? quid oculi, ſi uſus viſus, quid aures, ſi uſus audiendi eſſet prohibitus? & ſic de cæteris ſenſibus, & actionibus, quibus homo movetur: & ſimiliter pari ratione inanis redderetur noſtra cognitio, ſi uſus illius propter cognitionem iudiciariam eſſet prohibitus, ut diximus *in 2. part. quæſt. fin. num. 6.* Et in tantùm hoc eſt verum, quòd generaliter loquendo, conceſſa iurisdictione, videntur omnia conceſſa, ſine quibus iurisdictio exerceri non poteſt, ut *in l. 2. D. de iurisdictione omnium iudicum,* quòd procedit, etiam ſi id ſit maius, ut docet Cephalus, *conſil. 406. numer. 20. volum. 3.* & in alia quæſtione ſimili, idem docet Suarez, *ubi ſuprà, lib. 3. cap. 2. numer. 42. in fin.* ibi: * *Vnde facile etiam prima conſequentia oſtenditur, quia non ſolùm Chriſtus verus Deus, cuius opera perfecta ſunt, ſed etiam quilibet prudens gubernator, qui vices ſuas alicui committit, vel ſuam poteſtatem delegat, conſequenter dat poteſtatem ad omnia, quæ ad finem talis commiſſionis neceſſaria ſunt, ut prudens ratio naturalis, & iura civilia, & canonica diſponunt.* * Et cui conceditur Regnum, neceſſariò omnia cenſentur commiſſa, ſine quibus Regnum gubernari non poteſt, ut docet Morla, *ex dicta l. 2. de iurisdictione omnium iudicum; in emporio iuris, 1. part. titul. 1. de legibus nr. 20. verſ. Quia cum* Regnum, maximè cum humana natura non poſſit eſſe deſtituta mediis ad ſui conſervationem neceſſariis, ut tradit ipſe Suarez, *l. b 3. de primatu ſummi Pontificis, cap. 1. numer. 4. in fin.* & dicit Philoſophus: * *Qui dat formam, dat ea quæ conſequuntur ad ipſam.* * Et ſi conceditur, vel venditur fundus, eſt etiam via vendita per quam devenitur ad fundum, *l. 3. D. de ſervitutibus ruſticorum prædiorum,* & cui conceditur finis, ei conceduntur ea, per quæ devenitur ad finem, *l. ad rem mobilem, l. ad legatum, D. de procuratoribus, lex oratio, D. de ſponſalibus,* & cui conceditur ius ſepeliendi in aliqua parochia, ei conceditur per aliam parochiam funera ipſa deferre, ſi aliter conceſſio non operetur effectum, *l. 3. §. non perpetuo, D. de ſepulchro violato.* Et Princeps concedendo iurisdictionem, videtur concedere merum & mixtum Imperium, ut tradit Baldus, *in l. cum multa, C. de bonuque lib.* & eſt communis opinio, ſecundum Iaſonem, *in l. Imperium, D. de iurisdictione omnium iudicum, numer. 11.* & ſic videmus, quòd iudex, qui de cauſis criminalibus tantùm cognoſcit, poteſt etiam cauſam civilem dirimere, ſi in iudicio emergat, *l. 4. §. ſi dicantur, D. finium regundorum,* ibi: * *Si dicantur termini deiecti, vel exarati, iudex qui de crimine cognoſcit, etiam de finibus cognoſcere poteſt.* * & è converſo iudex civilium cauſarum, ſi occurrat cauſa criminalis, poterit de ea iudicare, *l. nullum, C. de teſtibus, l. fin. titul. 16. part. 3.* Covarru. *pp. cap. 18. num. 8.* quia licet iurisdictio ſit limitata ad unum caſum, poteſt iudex de alio cognoſcere, quando aliter iurisdictio exerceri non poteſt, vel redderetur inutilis, ut diximus, *lib. 4. communium. q. 1. num. 960.* aliàs dura interpretatio contra mentem iuris & rationis, daretur & contra *legem, Nulla iuris, 24. D. de legibus,* ibi: * *Nulla iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, ut quæ ſalubriter, pro hominum utilitate introducuntur, ea nos duriori interpretatione, contra ipſorum commodum producamus ad ſeveritatem:* *

Et sic reducendo hæc omnia ad nostrum propositum, dato, & concesso, quod per viam defensionis naturalis, vim vi repellendo, possent iudices Regii cognoscere per viam violentiæ inter personas Ecclesiasticas, ut affirmat ipse pater Suarez, *d. nu.* 30. Necessariò etiam fatendum est, posse iurisdictionem extraordinariam exercere in clericum, ad consequendum finem, & exercitium dictæ cognitionis, quando deficiente illa cognitione, tota defensio subditorum, & Regum protectio redderetur inutilis & frustratoria, maximè, quia maior & fortior est potestas iuris naturalis (in qua fundatur illa cognitio, & defensio per viam violentiæ) quam exemptio iuris canonici, introducta favore clericorum; quia licet esset de iure divino; nunquam ius divinum tollit ius naturale, ut docet S. Thom. 1. 2. *quæst.* 100. *art.* 8. Soto, *de iustitia, & iure, lib.* 1. *q.* 4. *artic.* 5. *& lib.* 2. *quæst.* 1. *art.* 1. & Azor, *lib.* 6. *institutio. moralium, cap.* 1. *de lege naturali, vers.* 3. *quæritur.* Præcipuè cum concurrat maior favor Ecclesiasticorum in hac protectione & defensione naturali, prout contingit in hac cognitione per viam violentiæ, tollendo vim clerico illatam, quæ facta fuit in executione sententiæ appellatione remotâ. Nam in his casibus illud procedit ex vi iurisdictionis & potestatis naturalis; quia quoad cognitionem existimandum est, Reges retinuisse hanc protectionem, in omnes etiam clericos; quia ita erat necessarium ad totius Reipublicæ gubernationem. Et ideò quoad hanc partem non oportuit clericos eximere, cum illud neque ipsis clericis; neque Reipublicæ sit utile, imò damnosum, ut sæpè dictum est, & in simili tradit ipse Suarez, *ubi suprà, ca.* 16. *num.* 13. & sufficit quòd illa cognitio descendat à iure naturali, ut censeantur omnia concessa, sine quibus iurisdictio exerceri non possit, *ut in cap. Præterea. de officio delegati*, ibi, * *Plenariam recepit potestatem.* & hæc est ratio fundamentalis, & lapis angularis, in qua fundatur tota vis & potestas huius cognitionis; per quam non solùm non diminuitur iurisdictio Ecclesiastica, sed potius conservatur, augetur, & coadiuvatur, quod nullo iure prohibitum est, servato iusto & necessariò defensionis modo; prout semper servatur in dictis cognitionibus, solùm de facto violentiæ cognoscendo, & non de iure & iustitia causæ principalis, quia ipsa intacta & illæsa remanet iudici superiori Ecclesiastico, ad quem semper causa remittitur, ut partibus iustitiam administret, ut prudenter & doctè in nostra lege Regni expressè cavetur, quæ nihil deviat à tramite iuris & rationis, imò in totum est conformis decisionibus iuris canonici, ut sæpiùs dictum est.

§. 4.

EX quibus sequitur, non esse verum, dicere, quòd sub nomine defensionis usurpatur iurisdictio Ecclesiastica, cum omnes actiones reverà pertineant ad defensionem iurisdictionalem, quam potest præstare iudex Ecclesiasticus superior, sua utendo iurisdictione; Quia respondeo, quòd si pars, quæ vim patitur, voluerit potiùs recurrere ad Ecclesiasticum superiorem, ut tollat vim, nulla est iuris prohibitio, nec illi ponitur aliquod impedimentum, imò est electio partis, recurrere pro defensione, ad iudices Regios, vel ad superiorem Ecclesiasticum, & sic non est verum, quòd ipse Suarez docet, *num.* 38. quod est difficile approbare hunc modum defensionis, tanquam iustum, ex soliùs legis naturalis vi, qua vim vi repellere licet, cum illud procedat, quando quæstio violentiæ sit de iure examinanda; Quia respondeo, quod si illud verum esset, omninò redderetur inanis & inutilis dicta cognitio, & defensio subditorum, si tam iuris, quam facti quæstio, si necessitas causæ illud exigat, non examinetur, in ordine ad propulsandam & tollendam vim (sine aliqua cognitione causæ principalis) quia illius cognitio semper pertinet ad iudicem Ecclesiasticum: ut dicimus *in* 2. *parte, quæst. fin. num.* 6.

§. 5.

PRæterea non est etiam verum, quòd ipse resolvit, *à num.* 37. quòd *in Bulla in Cœna Domini*, damnantur iudices similes actus exercentes, & quòd *per prædictam Bullam*, sint abrogata omnia iura canonica, videlicet, *c. filiis, vel nepotibus,* 16. *q.* 7. *c. Princeps, c. Regum officium, c. administratores,* 23 *q.* 5. *c. Maximianus,* 23. *q.* 3. *c. Boni Principis,* 96. *distinct. cum similibus.* Quia respondeo, quòd licet Pontifex possit tollere privilegiũ Regibus concessum, & abrogare omnes decisiones iuris canonici, tamen respectu huius cognitionis naturalis, deficeret potestas in rebus pertinentibus ad Ius naturale (ex quo iure provenit hæc cognitio, & subditorum protectio) quia licet Pontifex sit supra ius positivum, non est supra ius naturale; quia iura naturalia semper firma & immutabilia permanent, *ut in §. sed naturalia, instit. de iure natural. gent. & civili, c. ius naturale,* 1. *distinctione*, & diximus *in proæmio, cap.* 10. Ergo si hæc cognitio (prout ipse Suarez etiam fatetur) provenit de iure naturali, quomodo lex positiva (prout est *Bulla in Cœna Domini*) potest abrogare ius naturale, cum inferior non possit tollere legem superioris, *l. nam & magistratus, D. de recept. arbitris*, & quòd conceditur Regibus de iure naturali non potest lex canonica Pontificia abrogare, nec ipse Rex potest illud ius alteri concedere, ut diximus *in d. c.* 10. *num. fin.*

§. 6.

NEc obstat intellectus, quem ipse tradit ad textum, *in cap. Regum officium*, quòd intelligatur respectu subditorum, & in suo foro; Quia respondeo, quòd clerici etiam sunt subditi Regis, in ordine ad bonum publicum, & defensionem naturalem, cùm sint cives Reipublicæ temporalis, ut latè resolvimus *in dicta epistola ad Regem nostrum, num.* 21. sequendo Alvarum Valascum, *consultat.* 100. *per totam.* Navarr. *in manuali, c.* 23. *num.* 88. Molinam, *de iustitia, & iure,* 1. *tom. disputat.* 31. *versi.* 6. *conclusio*, Bellarminum, *lib.* 1. *de Clericis, cap.* 28. Vincentium de Franchis, *decis.* 9. *num.*

num. 5. Surdum, consi. 1. num. 7. volu. 3. Menochium, consi. 1000. numer. 27. lib. 10. & consil. 800 num. 21. lib. 8. qui omnes & alii expresse resolvunt, quod clerici sunt cives Reipublicæ temporalis, & subditi Regibus in ordine ad bonum publicum totius communitatis & ob hanc causam dixit Imperator *in auth. decrnimus in princ. col. 6.* ibi: * *studemus omnes subditos nostros, quorum regimen credidit, nobis Deus illæsos, & sine calumnia custodire*,* & sic si eos Princeps sæcularis, iudicialiter cognoscendo demeritis sententiæ, non potest defendere ergo defensio debet esse permissa, respectu protectionis & defensionis iuris naturalis, tollendo vim inductam contra dictum ius naturale, quæ vis tollenda est in tribunali Regio, & per suos iudices & Senatores, & non per ministros Ecclesiasticos, ut ipse Suarez male perpendit, fundans suam opinionem in eo, quod iura canonica, de quibus suprà nihil iurisdictionis laicis tribuunt in Ecclesiasticos; quod licèt verum sit, non potest ad nostrum casum adaptari; quia defensio Ecclesiasticorum non procedit per viam iurisdictionis, sed defensionis naturalis (quod est diversum, prout sæpè dictum est) & sic proprio ore convincitur ipsius opinio, & *dictum cap. Regum officium* declarat Cenedo, *in collectanea ad ius canonicum, Colec. 5. ad decretum.*

## §. 7.

RVrsus convincitur, quod ipse refert *numer. 42.* dicens, quod iudices sæculares non possunt actiones per viam violentiæ exercere sine iurisdictione spirituali, quæ nullo iure divino aut naturali competit laicis, & quod etiam iure canonico semper à principio fuit laicis talis iurisdictio denegata; Quia respondeo, quod assumptum falsissimum est; quia ad exercendam dictam defensionem naturalem, non est necessaria iurisdictio spiritualis, quia sufficit defensionis naturalis facultas, & cum Reges, eo iure inspecto, utantur dicta defensione, non indigent iurisdictione spirituali, neque est necessaria ad exercendam dictam defensionem & protectionem; & sic, licet detur in Regio iudice incapacitas iurisdictionis contentiosæ, non datur incapacitas huius cognitionis, & protectionis per viam violentiæ; cum sit quædam defensio & protectio naturalis, quæ sine actu iurisdictionis potest exerceri, & etiam sine aliquo privilegio & permissione Pontificis; & Doctores, qui necessarium putant, recurri ad privilegium Apostolicum, non perfectè huius cognitionis tramitem fuerunt assecuti, ut diximus de patre Vannez: cuius opinionem damnavimus *in princ. glos. 6. numer. 57.* Idemque dicendum de patre *Suarez*, qui fundat ius Regis in solo privilegio Pontificis, & concludit quæstionem per verba sequentia, ibi: * *Et in hoc Regno scimus fieri multa similia, & prætextu similis privilegij, defendi vel ratione cuiusdam concordiæ per Pontificem approbatæ vel concessa, donec per sedem Apostolicam aliud ordinetur: & re vera ego aliam viam non invenio, qua possint similes actiones à violationis exemptione excusari. Quia verò pendet hac excusatio ex facto, id est, an talia privilegia sint re vera his Regnis, vel eorum principibus concessa; & an in sua vi perseverent, fuerintvè perpetua, de quibus circumstantiis mihi non constat; ideò nec approbare possum, nec reprobare huiusmodi facta. sed illud Apostolica sedi remitto, solúmque assero, ut Principes, vel magistratus civiles, tuta conscientia possint hoc genus iurisdictionis exercere, necessarium esse, ut de privilegio, quòd est illius fundamentum, sufficientem satisque probabilem notitiam habeant, & quòd à Pontificibus revocatum non sit: hac autem notitia supposita, cætera quæ ad hanc materiam spectant, sufficienter ex principiis positis definiri posse existimo.*

## §. 8.

EX quibus verbis clarè colligitur, quòd noster Theologus omnia degustavit, & nihil digessit, sed solùm, quòd dicta cognitio procedit ex privilegio Pontificis, vel ex eius tolerantia, quòd profectò verum non est, ut latè adversus eum resolvimus *in proœm. c. 6. nu. fin. & c. 10. per totum*, & convincitur illius opinio ex vera & recepta resolutione ipsius, de qua *in principio numero 30.*

Præterea convincitur illius opinio ex testimonio tantorum iuris peritorum, qui nostram amplectuntur sententiam, quos refert & sequitur doctissimus Sese, *in tractatu, e inhibitionibus Regni Arago. capit. 5. §. 3. num. 46.* ubi dicit, quod 37. advocati gravissimi resoluerunt, de iure naturali habere Principes (qui non recognoscunt superiorem in temporalibus,) illud ius cognoscendi per viam violentiæ. Et idem novissimè tradit, idem Sese, post hæc scripta; *in decis. Arago in epistola ad Regem nostrum, & in decis. 114. & in 2. part. per totam*, ubi nostram amplectitur opinionem, insequẽdo nostra vestigia, & tenet Cenedo, *in suis quæstion. canonicis, quæst. fin. per totam*, qui proprio ore convincitur, ex traditis *in collect. 5. ad decretum*, ubi dicit esse necessarium privilegium Pontificis, quod falsum est. Et hanc opinionem nobis clarius insinuat, & probat *lex nostra regni, 36. titul. 5. lib. 2. recop* ibi: * *Por derecho, y costumbre.* * Et lex Portugalliæ, de qua in nostro discursu, ibi: * *Por derecito natural*, * in quibus legibus non desideratur privilegium, quod ita verum est, quòd si deficeret voluntas Pontificis in his cognitionibus, & etiam non obstante *Bulla in Cœna Domini*, adversus impedientes iurisdictionem Ecclesiasticam, neque impediretur cognitio ista, nec casus legitimæ cognitionis per viam violentiæ; quia solum *dicta Bulla*, procedit & loquitur quando impeditur iurisdictio Ecclesiastica, & quando prætextu frivolæ appellationis, causæ deferuntur ad Regia tribunalia, & ibi terminãtur, non servato legitimo defensionis moderamine; secus verò si recto iure procedatur, cum moderamine inculpatæ tutelæ: quia tunc defensio & protectio subditorum est Regibus permissa, ex ratione tex. *in c. dilecto filio, de sent. excommun. lib. 6.*

Et ex

& ex fonte & radice iuris naturalis, ut sæpè diximus: & licet nostra cognitio procederet ex privilegio Pontificis, esset titulus legitimus & irrevocabilis, *ut in proœm. c.10. num. 20.* tradit Fulvi. Pacia. *cons. fi. & n.* 120. quia hoc operatur immemorialis cognitio cum fama privilegii, licet de eo non constet: quia laicum incapacem rerum spiritualium reddit capacem, ut pluries fuit declaratum per plures *decis. Rotæ*, quas refert Nicol. Gar. *de benef.* 1. *p. c.* 2. *ex nu.* 35. *usq; ad* 47. ne aliàs impossibilis reddatur probatio privilegii, ex trãscursu immemoriali, quod tene menti.

Vnum tamen non omittam, quòd menti semper tenendum est, pro perfecta intelligentia huius materiæ, videlicet, quod non potest dari casus violentiæ adversus iudicem Ecclesiasticum, qui in causa executiva non decernit mandatum executorium, & defert appellationi interpositæ ab actore (ut eam prosequatur coram superiore) quia *nostra lex treinta y seis, tit.* 5. *lib.* 2. solùm loquitur & procedit contra iudicem Ecclesiasticũ, qui exequitur suam sententiam non obstante appellatione, non verò quando iudex defert appellationi, ut actor, cui mandatum executorium fuit negatum, eam prosequatur coram superiore: quia ipsa denegatio magis tangit iniustitiam causæ principalis (non exequendo, quòd de iure habet paratam executionem) quam violentiam, cũ ipsa consistat in executione sententiæ appellatione remota, nõ verò, non exequẽdo appellatione admissa, ut clarè denotãt *verba dictæ legis*, ibi: * *Los juezes Ecclesiasticos hazen fuerças en las causas, en no otorgar la apelacion*, & ibi: * *Den sus nuestras cartas para que se otorgue la apelacion.* * Ergo si iudex Ecclesiasticus deferat appellationi, nõ facit violentiam, sed iniustitiam, & sic superior Ecclesiasticus demeritis causæ principalis debet cognoscere, cuius cognitio, ut superiùs traditum est, non pertinet ad iudices Regios. Pro qua sententia considero, quòd, quando iudex Regius declarat, Ecclesiasticum vim facere, dicitur in sententia senatus: * *Que el juez otorgue, y reponga.* * quæ verba inseri non possunt in dictã sententia per Regios auditores adversus decreta iudicis Ecclesiastici, quando ipse negavit executionem sententiæ vel contractus, & detulit appellationi, & sic nihil habet, quod reponat, cum nihil sit executioni traditum, & per consequens, cessat vis, cum deferat appellationi, quæ profectò prosequenda est coram iudice superiori Ecclesiastico, & non per viam violentiæ, cum cesset vis & violentia in dicto decreto negativo: quòd est maximi effectus in omnibus causis executivis, in quibus appellatione remota sententia executoris est appellationi mandanda, quoniam si executor, vel propter ignorantiam, vel rusticitatem, vel aliam causam, admittat appellationem à sua sententia interpositam, non potest actor, remittere causam ad Regalem chancellariam per viam violentiæ, sed ad superiorem Ecclesiasticum per viam appellationis, ut tenet novissimè post hæc scripta Seſſe, *de inhibit. iust. Arag. c.* 8. §. 1. *nu.* 5. Quia tunc deficit fundamentum cognitionis per viam violentiæ. Finge obsecro, quod virtute Bullarum Apostolicarum pensionis petitur executio coram iudice executore, qui vel non decernit mandatũ executivum, vel post datum revocat executionẽ, cum deberet dictas pensionis Bullas executioni tradere remota appellatione, ut tradit Gigas, *de pensioni. q.* 91. & ab hac denegatione solutionis vel executionis, appellatur ab actore, protestãdo auxilium Regale violentiæ; profectò, quòd in hoc decreto negativo nulla est vis neque violentia, & sic, si ab executore appellatio deferatur, nõ possunt Regii auditores cognoscere de iniustitia dictæ sententiæ, sed remittere debent processum ad iudicem executorem, ut partes prosequantur appellationis causam coram superiore Ecclesiastico. Et ita secundum hanc meam opinionem fuit casus decisus.

### *Opinio Doctoris Roæ reprobatur.*

RVrsùs † convincitur opinio Doctoris Roæ Romæ existentis, qui adversus nostra scripta, *in lib.* 4. *q.* 1. & ius regale, quòd competit in his cognitionibus per viam violentiæ, Libellum obiectionum nobis misit, quod impugnat septẽ rationibus, quibus, & aliis undecim in principio adductis, pro clariori intelligẽtia huius materiæ, satisfaciam. Et verba obiectionis sic se habent. 61

Hic author *doctus* & in iure quidem, *& acutus est*, sed cum in messem alienam intravit, defecit, non tantùm in conclusione, sed in principiis materiæ, iurisdictionis naturalis & Ecclesiasticæ.

Primò, in principali conclusione, de licentia & iure auferendæ violentiæ Ecclesiasticorum per laicos, fallitur contra principia potestatis Ecclesiasticæ, ex iure divino, *juxta Paul.* 2. *ad Corint. c.* 10. & 13. & *ad Hebræ.* 13. Vbi repugnantia & quasi superintendentia subditorum Christianorum in prælatos vetatur, ex potẽtia Dei Domini omnium, *Psal.* 23.

Secundò illud est contra libertatem & immunitatem Ecclesiasticam, quæ data est verè à Christo Domino, ut ex relatione Petri testatur Quintus Clemens, & constat ex aliis multis sacræ Scripturæ & Patrum testimoniis; de quo alibi: sed saltem mediata origo à iure divino prædictæ potestatis Ecclesiasticæ negari non potest: quia ad decorem & ædificationem Ecclesiæ data est potestas Papæ & Prælatis, *ad Ephes.* 4. Ad quem finem est maximè conveniens exemptio à laicis. Et sic ab initio Ecclesiæ, usque modo, per omnes Pontifices & Concilia ordinata est. In quibus omnibus fuisse errorem nefas est dicere.

Tertiò, quia resistentia superioribus vetatur, *Rom.* 13. & alias data licentia in quovis casu exercitæ superioritatis, daretur occasio audaciæ, & tolleretur superioritas, & obedientia, & pax publica.

Quartò, defecit author improprietate & obscuratione, in illa sua præpositione, quod Ecclesiastici, ut cives, sunt subditi laicæ potestati, naturaliter quo ad defensionem, & si non ut Ecclesiastici, quo ad iurisdictionem. In quo est contradictio: quia nemo est subditus, nisi iurisdictioni alterius: & quia potestas Ecclesiastica non oritur à laica, ut definitur in Concilio Constantiensi,

15. can. 9. errore Ioannis,22. & per Ioannem,22. in Bulla contra Marsilium, relata per Turrecrematam, lib. 4. de Ecclesiastica potestate. cap. 27. in fin. par. 2. Et quia iure naturali nulla est potestas neque subiectio politica: quia omnes natura sunt pares, ut declaravit S. Thom. 2. 2. quæst. 104. art. 5. & quæst. 10. artic. 10. ubi tantum excipit potestatem parentum in filios, & Dei in omnes, naturalem, ex accusatione ortam, quæ non pertinet ad Principes: atque ideò illi in suos tantum laicos habent potestatem à Republica, per leges digestorum, & Reip. à Deo, Genes. 1. Sap. 6. & ad Rom. 13. & Proverb. 8. & alibi. Quæ tamen non est in Ecclesiasticos propter exemptionem supradictam, & sic iura, 23. quæst 5. cap. Regum, & alia intelliguntur de subditis.

Quintò non obstat ius naturalis defensionis, quia non extenditur contra ordinem charitatis de iure naturæ; ut maiora præferantur minoribus, sicut miles non potest attendere propriæ defensioni, quando iubetur defendere Rempublicam. Et sic damna particularia postponenda sunt paci communi supradictæ: quibus & obstari potest per Ecclesiam, & per diligentiam Principum cum illa in casibus strictis neque sunt facienda mala propter bona. Rom. 13.

Sextò, non obstat consuetudo, quia opponitur iuri divino potestatis vel libertatis Ecclesiæ. Et sic leges Principum in Codice erant tyrannicæ, ut Gregorius & Ambrosius censuerunt.

Septimò, non obstat turba Doctorum faventium Principibus, ex suis finibus, neque relevat modus tollendæ violentiæ, circa ordinem iudicii non circa substantiam causæ: quia in utroque est introimissio in Ecclesiam; vetita laicis incapacibus iurisdictionis Ecclesiæ. Doctor Roa.

Hæc sunt verba formalia oppositionis & contradictionis contra nostra scripta. In quibus authoriste valdè decipitur: quia involvit iurisdictionem, cum protectione & defensione naturali, cum sint inter se valdè contraria & diversa: & negat clericos esse cives Reipublicæ temporalis, in ordine ad defensionem; & defendere clericos per potestatem Regiam, esse contra charitatem & alia plurima, quæ sigillatim ostendentur, & luce meridiana clarius contrarium manifestabitur.

Sed pro faciliori intelligentia huius defensionis, operæ pretium esse duximus, elucidare, quanta fides huic obiectioni & testificationi adhibenda sit, quæ dependet ex cognitione authoris: qui (ut omnibus notum est) prius librum integrum composuit pro defensione huius cognitionis per viam violentiæ; eam omni iure esse licitam: ostendendo. Postea verò, palinodiam recantans, contrarium dicere non erubescit, contra tex. in l. Generaliter, in fin. C. de nonnumerata pecunia, ibi: * Nimis enim indignum esse indicamus, quod quisque sua voce dilucide protestatus est, id in eundem casum infirmare, testimonioq; proprio resistere.* Quæ verba tanquam singularia referuntur, & sunt canonizata, in cap. Per tuas, in fin. de probatio: & sicut testis varius est suspectus de falso, ut tradit Baldus, in l. 1. §. editiones, in 2. notabili, de edendo, Speculator, titu. de teste §. iam de interrogatoriis, versi. & nota. Tiberius Decianus, respons. 91. num. 21. vol. 3. Ita Doctor; qui modo unam opinionem, & statim contrariam sequitur: quia veritas est constans, & perpetua, & non mutabilis, contrarias amplectens opiniones in una eademque re, sine mutatione iuris, neque facti: pro ut ipse fecit adversus nostra scripta. De quo non est mirandum, quia officium suum exercet rodendo nostras opiniones, quia cum Roa vocetur, conveniunt nomina rebus.

Et ut ordine procedam, advertendum est, quòd in principio suæ opinionis labiis me honorat, dicens esse, doctum & acutum:* sed defecisse in principiis materiæ iurisdictionis naturalis & Ecclesiasticæ. Quæ verba sunt multum dissona & contraria, quia non compatiuntur in eodem subiecto, quod sit aliquis doctus & acutus, & quod deficiat in principiis materiæ, de qua agitur: quia doctus supponit omnia doctè & perfectè & consummatè intelligere, & acutus insimul non debet ignorare iuris principia, in quibus se exercet. Unde sicut in sua opinione est sibi contrarius; sic etiam in suis assertionibus & præambulis: quia album modo vocat nigrum, & modo nigrum album. Et sic est sibi parum constans, & nititur semper baculo arundineo, quare suis assertionibus nunquam credendum est: quia illud, quod sua voce dilucidè confessus est, in eundem casum infirmat, testimonioque proprio resistit.

Quibus sic suppositis, non obstant difficultates & argumenta, quæ ipse adducit adversus nostram resolutionem. Quam si benè intellexisset & perpendisset, omnia omittere, quæ adversus nostra scripta recitavit, retorquens in reprobatum sensum nostra fundamenta, confundens passim terminos iurisdictionis & protectionis.

Et pro perfecta intelligentia huius materiæ, fatendum est, Principes sæculares nullam habere iurisdictionem in Ecclesiasticas personas; neque directè neque indirectè adversus eos ullam coercionem habere, prout sæpè demonstravimus: Et hoc est verum, & à nemine ignoratur, neque contrarium defendimus. Quare adversarius intempestivè opponit adversus ea, quæ neque diximus, neque scripsimus. Et licet plurimi scriptores affirment, hanc exemptionem clericorum esse de iure divino, alii verò contrarium defendunt fortissimis fundamentis, prout ego refero in nostro opere, & latius in hoc tractatu de cognitione per viam violentiæ, in præmio, cap. 5. per totum. sed modò una opinio sit vera, modò contraria; quid attinet ad impugnandam hanc cognitionem, cum non vergat contra libertatem Ecclesiasticam, sed in eius favorem, quia porta clausa per iudicem Ecclesiasticum (non admittendo appellationem ad summum Pontificem) aperitur per Regiam potestatem, ut legitimæ appellationi deferatur, ne vis litigantibus fiat. Quòd non repugnat Ecclesiasticæ libertati cum nihil iurisdictionis contineat, sed io-

sed solum protectionis & defensionis. Et sic non obstat primum argumentum.

Nec obstat secundum argumentum, quia totà ratio illius fundatur in libertate & immunitate Ecclesiastica, quæ fuit à Deo Pontifici data: quia, cum argumentum debeat esse contra assertionem contrariam, remanet inutile; quia contrarium ego non teneo, neque defendo in toto opere: imo fatendo assertionem, docemus, licitam esse hanc cognitioné per viam violentiæ ex eo, quia nõ est contra libertaté Ecclesiasticã, quia procedit ex principiis iuris naturalis, vim vi repellédo, servato legitimo modo defensionis. Quæ nõ solũ extra iudicialiter, sed etiã iudicialiter potest contingere, quando non admittitur appellatio legitime interposita: quoniam tunc denegatur ius naturale, & causatur vis & violentia. Et sic Reges in obsequium iuris naturalis, tanquam iudices conservatores suorum subditorum (ut diximus *in discursu* latè, *nu. 50. & 51. & 52. & in lect. nu. 31. & 53.*) possunt istam vim tollere, non solum illatam laicis, sed à fortiori, Ecclesiasticis; cum omnes sint æqualiter cives Reipublicæ temporalis, respectu huius defensionis & protectionis ut ex plurimorum Doctorum sententiis, *in nostro discursu* Latino & Hispanico sermone concepto, comprobavimus, *à nu. 27. & in lect. nu. 53.* Et Clericorum defensio respicit causam publicam, ut *in l. si quis in hoc genus, § sitque, C. de Episcop. & cleric.* ibi: * *Factas sacerdotibus iniurias, veluti crimen publicum prosequi* * à qua sententia nemo unquam recessit, & non est bona consequentia: libertas Ecclesiastica fuit data à Deo, ergo cognitio per viam violentiæ non potest procedere: cum istæ duæ conclusiones possint de iure subsistere, pro ut in eis nulla est repugnantia neque contradictio; ut latè per seriem totius operis comprobatum est.

Nec nostræ resolutioni obstat tertiũ argumẽtũ, in quo intendit Doctor Roa significare, quod ex hac cognitione causatur resistentia superioribus, & datur occasio audaciæ, & tollitur maioritas, & obedientia, & pax publica. Quia non tollitur pax publica, imò conservatur, ut experientia rerum magistra docet. Neque verum est dicere, quòd tollitur maioritas & obedientia; quia illud faciunt iudices Ecclesiastici, qui exequuntur suas sententias appellatione remota: quia exequendo in contemptum superioris tollitur maioritas, & etiam obedientia, quæ superioribus iudicibus debetur, ut *in cap. ut debitus honor, de appellationibus.* Et ut hæc omnia integrè & sine diminutione observentur, Pontifici maximo, fuit in republica Christiana hoc remedium charitativum ab origine mundi introductum; favore Ecclesiasticorum, & vi oppressorum & etiam Rotæ tribunalis, vel alterius superioris Ecclesiastici ad quem de iure apellatio devolvitur, sine cognitione causæ Principalis: quia tunc causaretur maioritas, & inobedientia, si de meritis causæ iustitiæ ageretur, cum appellatio sit de minori ad maiorem iudicem provocatio. Sed in his cognitionibus per viam violentiæ nulla est provocatio seu appellatio ad tribunalia Regalia, sed ad Pontificẽ, ergo nullo modò causatur maioritas, neq; inobedientia; imò propter reverentiã tribunalis Pontificis, & propter defensioné subditorum, iudices Regii cognoscunt, & tollendo vim, causam remittunt ad dicta tribunalia, sine læsione & damno partis appellantis, sequendo in omnibus & per omnia, vestigia iuris naturalis, ut *in l. ut vim D. iust. & iur. c. jus naturale 1. distin.*

Nec obstat quarta difficultas contra nostram assertionem, dicens, quòd est contrarietas, quod Ecclesiastici sint subditi Regi politico, quo ad protectionem & defensionem, & non quo ad iurisdictionem. In quo valdè decipitur. quia Reges Chatolici sunt protectores Concilii Tridentini, quo ad observantiam illius, ut *in cap. 20. sess. 25. Concilij* dispositum est, & tamen nullam exercent iurisdictionem in personas Ecclesiasticas. Et ob hanc causam plurimi Principes sæculares sunt protectores aliquarum religionum, pro ut est excellentissimus Dux de Lerma, & alii Principes sæculares, & Ecclesiastici: & nullam exercent, iurisdictionem circa personas Ecclesiasticas, sed solum admittuntur pro tuitione & defensione illorum ab iniuriis & violentiis. Et similiter patres sunt protectores & tuitores filiorum, & tamen nullam exercent iurisdictionem. Vnde falsum est dicere, quod protectio est actus iurisdictionalis, cum sit actus defensionis subditorum, in quo nulla exercetur contentiosa iurisdictio; ut latè fundavimus *in hoc tractatu, in Lecturà à n.198.* contra Suarez. qui aliud absurdum tenebat, dicens: quod non potest exerceri actus protectionis & defensionis sine strepitu & figura cõtentiosæ iurisdictionis. Et licet illud esset verũ, non est inconveniens, nec iure, neque rationi naturali vel politicæ contrarium, quod exerceatur actus iurisdictionalis, quando aliter non possit expediri ista cognitio per viam violentiæ, ut dicemus *in quæst. fin. num. 6.* quia cui est concessa, iurisdictio sine quibus, censentur omnia ea esse concessa sine quibus iurisdictio exerceri non potest. ut *in l. 2. D. de iurisdictione omnium iudicum*: & similiter, cui est concessa defensio, conceditur etiam omne illud, sine quo defensio naturalis exerceri non potest. Et licet generaliter loquendo iudex Regius non possit cognoscere in articulis per viam violentiæ, de meritis causæ Principalis; illud limitatur, quando aliter ille articulus exerceri non possit, ut dicemus *in dict. quæst. fin. n. 6.* ubi latè comprobatur & dilucidetur ista sententia: quia alias inutilis & frustratoria redderetur dicta cognitio: Maximè quia fortior & potentior est defensio naturalis (vim vi repellendo) quam clericorum exemptio, de iure positivo vel divino introducta: quia ius divinum nunquam tollit ius naturale, ut docet S. Thom. *1. 2. q. 100. art.* 8 *Soto. de iustitia, & iure, lib. 1 q. 4. art. 5. & lib. 2. q. 1. art. 1.* & Azor, *lib. 6. institutionum mor. c. 1. de lege naturali in vers. Tertio quæritur.* Vnde si concurrat exemptio clericorum, cum defensione naturali ipsorum & non possit utrumque servari; debet ius naturale prævalere, & defensio est facienda licet utendo terminis defensionis, ius Pontificium & clericorum

rum exemptio violetur. Quia Chriſtus verus Deus, cuius opera perfecta ſunt, & quilibet prudens gubernator, qui committit vices ſuas alicui, vel ſuam poteſtatem delegat; conſequentèr dat poteſtatem ad omnia, quæ neceſſaria ſunt ad finem talis commiſſionis, ut docet Suarez. *lib. 3. de libert. Eccleſ. c. 22. num. 4. in fin.* Ex quibus conſtat, quòd poteſt dari ſubiectio ſine iuriſdictione, ut dicimus de iudice arbitro reſpectu litigatorum: de filio reſpectu patris: de famulo reſpectu domini. In quib. caſibus datur ſubiectio, abſque iuriſdictione contentioſa. Et ſic, cum Princeps politicus ſit caput Reipublicæ temporalis, & omnes ſæculares & Eccleſiaſtici ſint membra illius (in ordine ad defenſionem & protectionem naturalem (ſequitur, quòd dicta defenſio poteſt exerceri abſque iuriſdictione, ſine ſtrepitu & figura iudicii, prout contingit in tribunali Regio in his cognitionibus per viam violentiæ. Neque ex hoc ſequeretur, quod poteſtas Eccleſiaſtica oriretur à laica: cum ſæpè comprobatum ſit, eſſe diverſas, & ſeparatas. *c. cum & verum, 96. diſtin. c. duo ſunt, 13. quaſt. 1. c. ſolitè, de maioritate & obedientia.* In tantum, quod una ab altera non dependet, ut *in diſcurſu. nu. 1.* licet fatendum ſit, poteſtatem ſpiritualem eſſe maiorem temporali: quod repreſentatur in ſole & luna: quia ſol præeſt diebus, hoc eſt ſpiritualibus, luna, nocti, id eſt, temporalibus. Et ſic munera ſunt diſtincta: quia Sacerdos orat, Rex imperat: Sacerdos peccata dimittit, Rex punit delicta; uterque tamen divinæ legis executor eſt: ita ut neque Imperator iura Pontificatus arripiat neque Pontifex nomen Imperatoris uſurpet.

Minus obſtat, quod ipſe aſſerit, quod de iure naturali nulla eſt ſubiectio, neque poteſtas politica, quia omnes natura ſunt pares: quia defenſionem Regis circa ſuos ſubditos, non dicimus eſſe de iure naturali, ſed ſecundum ius naturale ex eo, quia non reſpicit tam ſubiectionem, & regulas iuris naturalis, quam charitatis obligationem, ut probat tex. *in cap. ab Imperatoribus, 23. q. 3.* tex. *in cap. dilecto, de ſententia excom. lib. 6.* ibi: * *Cum omnes leges, omniaque iura, vim vi repellere, cunctis ſeſe defenſare permittant.* * Et quia propter maximam potentiam alicuius, non poterant cives ſe defendere, permiſſum fuit, ut haberent recurſum ad Principes temporales, ut dicit tex. *in d. c. dilecto*, ibi: * *Et quoniam adverſus eius nimiam potentiam, ſufficiens temporalis defenſio ſibi fortè non aderat,* * ut diximus *in præmio, c. 1.* In tantum, quod non ſolum Reges, (quorum proprium officium eſt vim tollere) ſed quilibet privatus, ſi iniuriam non propulſaverit (cum poſſit) videtur iniuriantem fovere, & eſſe particeps eius culpæ, ut docet Pontifex *in eo tex.* ibi: * *Cum liceat cuilibet ſuo vicino, vel proximo, pro repellenda ipſius iniuria ſuum auxilium impartiri: imo ſi poteſt, & negligit, videtur iniuriantem fovere, ac eſſe particeps eius culpæ.* * Ergo ſi cuilibet licet iniuriantem defendere; quanto magis talis defenſio ad Reges pertinebit, cuius proprium officium eſt vim tollere ut *in cap. Regum officium, 23. q. 5.* Et illum textum reſtringere ad ſolos laicos; & non ad clericos, eſt pravus intellectus, & ſomnium & divinatio: quia magis tenentur Reges defendere Eccleſiaſticos, quam ſæculares, ut *in d. l. ſi quis in hoc genus:* & non tam ratione ſubiectionis (quia ſunt membra capitis Reipublicæ in ordine ad defenſionem quam ſecundum ordinem charitatis & præcepti, ut *in d. c. dilecto.* Et ratio naturalis illud dictat: quia turpe eſt homini naturali, deſinere iniuriatũ, cum poſſit, iniuriæ obviare; ut diximus *in hoc tractatu. in lectura, n. 98. cum ſequentibus, uſque ad nu. 122.* Et cum appellatio ſit ſpecies defenſionis, quæ nemini debet negari, ut *in cap. cum ſpeciali, §. porrò, de appellat. & tradit* Vincent. de Franchuis *deciſ. 120. n. 5.* diximus *in præ. c. 11.* ſequitur iudicem Eccleſiaſticum, non deferendo appellationi, vim facere, & per conſequens licitum eſſe Regibus, vim tollere ad illum effectum, ut admittatur appellatio ad Pontificem maximum interpoſita, prout ius canonicum diſponit, in quo nulla eſt violatio iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſed ampliatio, & defenſio, & conſervatio, ut ſæpè dictum eſt.

Nec obſtat quintum argumentum: quia aut non intelligo ipſius difficultatem, aut ſatis ſtulta eſt, ut dicit Conſultus, *in l. Domitius labeo, D. de teſtamentis:* quia opponere, quòd defenſio iuris naturalis eſſet contra ordinem charitatis, eſt quid contrarium & abſurdum Quia ſi defenſio eſt ſecundum ius naturale, quomodo poteſt eſſe contra ordinem charitatis, ſubditos defendere? Imò, reſpicit non ſolum ordinem charitatis, ſed vinculum obligationis ut *in d. c. dilecto, de ſenten. excom. lib. 6.* cuius verba fuerunt ponderata *in ſolutione ad 4. arg.* & *in. d. c. Regum officium,* ubi propriũ officium Regũ eſt vim tollere. Ergo ſequitur, quod Reges tollendo vim, non poſſunt facere actum contra ordinem charitatis; dum tamen ſervetur legitimus modus defenſionis, Et licet maior debeat præferri minori, ſecundum ius naturæ non ſequitur inde, minorem non poſſe defendere maiorem, quando fuerit oppreſſus: imò fortiori titulo tenetur inferior, ſuperiorem defendere; quia actus defenſionis nunquam eſt actus ſuperioritatis, ſed charitatis, quæ non reſpicit meritum neque dignitatem perſonarum. Et ſic non ſolum Rex tenetur clericos defendere, tanquam cives ſuæ Reipublicæ temporalis; & ſubditos reſpectu defenſionis, ſed ipſum Pontificem maximum, licet ſit maior Rege: quia defenſio non fundatur in ſuperioritate ſed in charitate & obligatione Regali. Et ſic dicit tex. * *Regum officium proprium eſt vim tollere.* * quod omni iure eſt permiſſum, ut *in. d. c. dilecto*, ibi: * *Omnes leges, omniaque iura, vim vi repellere permittunt.* * alias erit particeps culpæ, ut diximus *in ſolut. ad quartum.*

Nec obſtat ſextum argumentum, excludens conſuetudinem tanquam iuri canonico contrariam: quia ius canonicum non excludit hanc defenſionem naturalem, neque lex noſtra Regni, quæ loquitur de conſuetudine, fundatur ſolum in conſuetudine cognoſcendi per viam violentiæ ſed in iure naturali, ut diximus in diſcurſu & hoc

ius naturale est consuetudine observatum: & sic cognitio non fundatur in præsidio consuetudinis sed in iure naturali, quatenus disponit, vim vi repellere licere. Et ob hanc causam, diximus *in discursu Hispanico, & Latino*, non obstare *Bullam in cœna Domini*; quæ non loquitur de his licitis cognitionibus, sed solum quando prætextu violentiæ, causæ deferuntur ad curiam Regis; & licet de facto prohiberetur expressè, quod Reges non possint cognoscere per viam violentiæ, non esset observandum; quia lex positiva Pontificia non potest tollere ius naturale: imò, nec ius divinum ipsum tollit, ut tradit, S. Th. 1. 2. q. 98. Soto, *de iustitia, & iur. lib. 1. quæst. 4. art. 5.* Azor, *in sua summa, lib. 6. instit. mor. c. 1. de lege naturali versic. sed tertio quæritur.* Et dixi *in hoc meo tractatu de cognitione per viam violentiæ, in præmio c. 1. nu. fin.*

Nec obstat septima difficultas, de turba Doctorum sequentium nostram opinionem, dicens, illam tenuisse ex suis finibus: quia respondeo, quod in dubio præsumptio est pro maiori numero Doctorum, quia integrum est iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur, ut tradit Pontifex, *in c. prudentiam, 21. in fine. de officio delegati*: quia ut dicit ibi glossa, *verbo plurimorum*: perfectissima veritas per ampliores homines revelatur, *ut in l. fin C. de fidei commissis, in fin. c. conscientiam, 64. distin.* & cum ultra centum authores tam Theologiæ, quàm Iuris canonici & civilis professores sequantur nostram opinionem; magis credendum est, illam tenuisse ex suis finibus particularibus; quam tres aut quatuor Theologi Doctores moderni qui, sequendo novas doctrinas ultra suam professionem; contrariam sequuntur, ignorando iuris principia, & confundendo terminos iurisdictionis & protectionis: Et licet ex multitudine authorum, quod meliùs & æquiùs est, non sit iudicandum, cum possit unius forsan, & deterioris sententia, & multos & maiores in aliqua parte superare, ut *in l. 1. C. de vetere iure enucleando*: illa sententia procedit, quando aliqua opinio solum defenditur ex multitudine authorum, sine aliqua ratione fundamentali. At verò si rationes fundamentales subsistant cum multitudine authorum (prout in nostro discursu demõstratur & ponderatur) tunc magis credendum est pluribus Doctoribus, quam paucioribus, prout contingit in numero testium. Et cum contraria opinio sit ratione & Doctoribus destituta, maior fides est adhibenda affirmantibus, quam negantibus, & magis præsumendum est, errare paucos Doctores modernos, quam plurimos antiquos: qui sine aliquo respectu, cognitionem per viam violẽtiæ inter personas Ecclesiasticas licitam esse defendunt ex rationibus, de quibus in nostro opere,

Nec obstat, quod postea ipse *Roa* dicit, quod non relevat modus tollendæ violentiæ, circa ordinem iudicii, & substantiam causæ, cum in utroque casu sit intromissio in Ecclesiam, vetita laicis: Quia respondeo, quòd diversum & separatũ est, cognoscere iudices laicos de meritis causæ principalis Ecclesiasticæ vel de articulo violentiæ Quia in primo casu est intromissio in rebus Ecclesiasticis, in quo est iuris canonici prohibitio; secus verò in cognitione per viam violentiæ quæ non tangit merita causæ principalis: & sicut iustitia illius pertinet ad iudices Ecclesiasticos, cognitio violentiæ pertinet ad sæculares non tamẽ privativè, sed cumulativè, prout quisque oppressus voluerit eligere: in quo nulla est prohibitio canonica, cum tunc nulla exerceatur contentiosa iurisdictio inter personas Ecclesiasticas sed solum cognoscitur de articulo violentiæ factæ in executione sententiæ appellatione remota. In qua re nulla est intromissio in Ecclesiam, sed defensio ipsius, & charitativum subsidium Ecclesiasticorum; & vi oppressorum: & aliàs tam ipsi, quam tota Respublica, plurima damna paterentur, prout experientia rerum magistra docet, & vetustas huius antiquæ cognitionis suadet. Ex quibus constat dictum doctorem *Roa* minus benè argumenta inutilia proposuisse, adversus nostram receptissimam resolutionem, à doctissimis viris diu observatam.

Et ut hæc veritas luce meridiana clarior manifestetur, decrevi alia fortiora argumenta, de quibus in principio proponere, quæ ab aliis scriptoribus solent referri: quia, secundum *Baldum* viam ferro apperit, qui per contraria argumenta procedit. Et ultra septem difficultates supra propositas contra istam cognitionem per viam violentiæ.

Octavo sic argumentor. Laicus non potest conqueri de suo iudice sæculari, licet illi inferat vim, non admittendo appellationem ad superiorem, ergo similiter non potest conqueri de iudice Ecclesiastico, à quovis fuit illata: & sic aut equalis debet esse cognitio (cum in utroque casu subsistat defensio naturalis) aut neutro casu; sed in primo casu non conceditur huiusmodi cognitio per viam recursus, & violentiæ ad Ecclesiasticum iudicem, ergo similiter neque in secundo ad Regios Senatores.

Nono sic argumentor. Principes, etiamsi non recognoscant superiorem in temporalibus, non possunt leges facere, vel statuta condere contraria Ecclesiasticæ libertati, sive dispositio sit circa res Ecclesiæ, sive circa personas Ecclesiasticas, etiamsi talis dispositio vergat in eius utilitatem; quia deficit potestas, ubi datur incapacitas in legis conditore, ut *in c. 2. de iudiciis, c. Ecclesiæ Sanct æ Mariæ. de constitutionibus*: ergo licet ista cognitio per viam violentiæ vergat in utilitatem Ecclesiasticorum, & vi oppressorum, non potest Princeps politicus leges condere, ad hanc cognitionem pertinentes: quia Princeps laicus ferens talem legem, se demonstrat, legislatorem, & superiorem, & per consequens dicitur agere contra libertatem Ecclesiasticam, licet lex respiciat favorẽ Ecclesiæ. Et si hoc est verum quando lex est condita favore Ecclesiæ, quanto magis habebit locum contra ejus libertatem quando non respicit favorem sed odium, trahendo Ecclesiasticos ad tribunalia laicorum, prout trahuntur in his cognitionibus per viam violentiæ.

Vnde

Vndè non eſt dare medium: quia aut talis diſpoſitio eſt favorabilis, vel odioſa, ſed neutro caſu eſt valida, ut ſuprà probatum eſt; ergo de primo ad ultimum, talis cognitio non eſt admittenda, neque in Republica Chriſtiana toleranda.

Decimò ſic argumentor. Paria ſunt in noſtro iure, quòd aliquid fiat directè, vel per obliquum, *l. non dubium, C. de legibus*. Et ſic, cùm ex hac cognitione directè vel indirectè Eccleſiaſtica libertas violetur, trahendo perſonas Eccleſiaſticas ad tribunalia Regalia; Licet leges Regni permittentes hanc cognitionem, directè nihil diſponant contra libertatem Eccleſiaſticam, ſufficit, ut illud indirectè fiat, diſponendo in cauſis Eccleſiaſticis, & inter perſonas Eccleſiaſticas.

Vndecimò adverſus conſuetudinem introductam cognoſcendi per viam violentiæ, ſic argumentor. Exemptio clericorum nulla conſuetudine amitti vel dimitti poteſt, text. *in c. clerici, de iudiciis*, ibi. * *Non debet in hac parte canonibus ex aliqua conſuetudine præiudicium generari.* * text. *in c. cum terra, de electione*, ubi damnatur quædam conſuetudo contra Eccleſiam, ibi. * *Quia in gravamen, & perniciem Eccleſiaſticæ libertatis redundabat.* * text. *in cap. noverit. de ſent. excom.* ubi Pontifex omnes illos excommunicat, qui conſuetudines introductas contra Eccleſiaſticam libertatem ſervare fecerint. Ergo benè ſequitur, fundamentum conſuetudinis eſſe nullius momenti, ut tradit Rota, *titul. de conſuetudine, in antiquis deciſ.* 804. *q.* 10. Vbi damnantur ſimiles conſuetudines, quaſi iure canonico contrariæ.

Duodecimò ſic argumentor. Quia non eſt dare medium, nam exemptio Eccleſiaſticorum à poteſtate ſæculari, aut eſt de iure divino, vel de iure poſitivo canonico. In primo caſu, ſequitur, quod conſuetudo humana adverſus illud ius prævalere non poteſt: ſi eſt de iure poſitivo, ſequitur, quòd non poſſunt voluntates humanæ Principum, quantocunque tempore vel numero multiplicentur; contra Eccleſiæ miniſtros prævalere; quia inferior non poteſt tollere legem ſuperioris ſine Pontificis voluntate. Et cum ipſe Pontifex non poſſit in perpetuum huic privilegio exemptionis derogare, ſine aliqua cauſa, ut reſolvimus pluribus citatis *in noſtro tractatu, in proœmio, cap 6, num.* 11. Ergo multò minus ex conſuetudine illud poteſt introduci; quia eſſet irrationabilis, & multum derogaret iuri divino. Quia quotiès lex canonica, non ſolùm prohibet actum, ſed etiam abrogat conſuetudinem in contrarium inductam, non poteſt talis conſuetudo derogare divino iuri, neque poſitivo, quia lex canonica prævenit, & vires abſtulit conſuetudini. Et aliàs inutilis eſſet illa clauſula, * *Non obſtante conſuetudine contraria*, * undè cum lex Regni fundetur in conſuetudine cognoſcendi, ſequitur, nullo modo poſſe procedere eius deciſionem.

Decimo tertiò, obſtat noſtræ reſolutioni cognoſcendi per viam violentiæ, *Bulla in Cœna Domini*, ubi etiam neque prætextu violentiæ permittitur, ut cauſæ Eccleſiaſticæ deferantur ad curiam Regis, ſub pœna excommunicationis; ubi etiam damnantur omnes conſuetudines contrarium diſponentes, & conſuetudo, quam lex canonica reprobat, irrationabilis eſt, tex. *in cap. fin. de conſuetudine*, & per conſequens non eſt admittenda.

Decimo quartò corroboratur difficultas adverſus noſtram cognitionem per viam violentiæ, quia conſuetudo in qua fundatur, eſt laicorum Principum, & iudicum ſæcularium. Quæ conſuetudo, licet poſſit iuri divino derogare; non verò iuri canonico, neque poteſt clericis aliquod detrimentum inferri: quia non poteſt plus operari conſuetudo, quam lex; ſed lex civilis non poteſt derogare iuri canonico, neque clericis gravamen imponere; quia conſuetudo laicorum ſolùm nititur in authoritate civili & temporali, & per conſequens non poteſt clericos obligare, ad eius obſervantiam: neque in hoc caſu clericorum conſenſus aliquid operabitur, cum ſit quædam privata renunciatio privilegij, quæ eſt nullius momenti, ad inducendam conſuetudinem in præiudicium libertatis Eccleſiaſticæ. Ergo manifeſtè ſequitur, leges & conſuetudines laicorum eſſe nullius momenti.

Decimo quintò ſic argumentor. Si conſuetudo, licet immemorialis, eſſet ſufficiens ad acquirendam iuriſdictionem contra libertatem Eccleſiaſticam, ſequeretur abſurdum, quod per præſcriptionem immemorialem illud etiam acquireretur. Sed ſic eſt, quod laici nō poſſunt præſcribere ſpiritualia, vel quæ illa concernunt, quatenus illis annexa ſunt, ut *in cap. 2. de pœnitent. & rem. lic. 6.* Maximè, quia præſcribens, neq; poteſt habere bonam fidem, neque eſt perſona capax circa cognitionem, vel adminiſtrationem rerum ſpiritualium: & aliàs per obliquum diminueretur iuriſdictio Eccleſiaſtica, & augeretur iuriſdictio ſæcularis. Et ſic, ſicut laici non poſſunt ſola præſcriptione iuriſdictionem ſupra clericos acquirere, ſimiliter etiam neque clerici poſſunt propter præſcriptionem laicorum aliquid de ſuo privilegio amittere; quia diminutio unius eſſet augmētum alterius. Ex quibus comprobatur, nullam conſuetudinem, neque præſcriptionem immemorialem contra libertatem Eccleſiaſticam prævalere poſſe.

Decimo ſextò ſic argumentor. Si ob aliquam cauſam eſſet admittenda violatio iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, & permittenda dicta cognitio per viam violentiæ; potiſſimùm propter bonum Reipublicæ neceſſarium permittenda eſſet, cum aliquando contingere poſſit, ut ad commune bonum Reipublicæ neceſſarium ſit, aliquid agere contra immunitatem clericorum: & tunc, quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum, *cap. ſi quis propter neceſſitatem, de furtis, c. pervenit de immunitate Eccleſiarum, cap. filiis, vel nepotibus*, ubi gloſ. 16. *q.* 7. *C. Qualiter & quando, de iudiciis*. Sed in his caſibus non debet libertas Eccleſiaſtica violari, etiam propter bonum Reipublicæ, ergo nullo modo eſt admittenda dicta cognitio, etiā propter bonum Reipublicæ

Et nulla poteſt eſſe maior Principis adulatio, quam modo unam opinionem favore illius, modò contrariam docere: prout *tu Doctor Roa* feciſti. Quia cum eſſes in noſtra Hiſpania, librum integrum compoſuiſti in favorem noſtri Regis, defendendo licitam eſſe cognitionem per viam violentiæ, & ob hanc cauſam, audio præmium à Rege noſtro recepiſſe. Poſteà verò cum Romam ires, cœli mutatione, adulando Pontificem maximum, contrariam ſententiam, ſine mutatione iuris, neque facti, elegiſti, prout conſtat ex tuis aſſertionibus, quæ ad manus noſtras pervenerunt, de quibus *ſuprà, in principio huius appendicis.*

Sed hæc omnia omittimus, ut argumentis pro contraria parte, (noviter ultra te adductis,) ſatisfaciamus, ne remaneat aliqua difficultas contra noſtram reſolutionem & veritatem. Quorum ſolutiones reperies *in fine iuris primæ partis, gloſ. fi. n. 140.* Et *tu Roa*, vale, noſce, & ignoſce.

*Bullarum retentio in ſupremo Regis conſilio, ex quibus rationibus fieri poſſit.*

62 Ex † quibus omnibus, ut ad noſtrum inſtitutum revertamur, inferò, quòd, cùm Rex noſter ſit protector Concilii Tridentini, *ut in cap. 20. ſeſſione. 24. de reform.* & diximus *lib. 4. q. 1. à n. 362.* ad eum ſpectat ſubditorum, tam laicorum quàm clericorum, protectio & defenſio. Et ob hanc rationem, ſi Bullæ Apoſtolicæ expediantur contra ius, & ſacros Canones, & Concilia generalia, & in manifeſtum damnum Reipublicæ têporalis, turbando pacem ſubditorum, vel trahendo eos ad varia tribunalia in prima inſtantia, con-

63 tra formam † Concilii Tridentini, *cap. 2. ſeſſione, 24.* ubi cauſæ omnes debent tractari coram locorum ordinariis, & non coram Cameræ Apoſtolicæ auditore (niſi ſpecialiter Pontifex contrarium diſponat) aliàs, nec dictus auditor, nec alius iudex Romanæ curiæ, poterit in prima inſtantia cognoſcere, neque monitorias decernere, ad extrahendos litigantes à ſuis domiciliis, compellendo eos per cenſuras in curia Romana litigare, cuius contrarium ſanctiſſimè eſt diſpoſitû in dicto decreto Concilii, ad evitandas infinitas lites, & importunas moleſtias & vexationes, quæ à curialibus, & aliis curiæ miniſtris fiebant. Quod quidem in maximum damnû Reipublicæ Chriſtianæ vertebatur, ut benè perpenſo iudicio conſideravit Aula ab Eſquiuel, *in tract. de Conciliis, 2. par. cap. 29.* & ob hanc cauſam, ad obviandas ſubditorum moleſtias, dantur quotidie proviſiones Regales in ſupremo Regis ſenatu; * *Para que ſe tomen las Bullas, y ſe lleuen al Conſejo, oyendo y citando las partes, para que ſe vea y entienda, ſi fueron ganadas con falſa, y ſinieſtra relacion, o en derogacion del ſanto Concilio, ſacando a los ſubditos de ſu fuero, y domicilio, y provincias, obligandolos que vayan a litigar fuera dellas; cuya defenſa, y proteccion toca a los Reyes, como protectores de ſu Republica temporal, y iuezes conſervadores, ad tollendam vim.* * Lo qual no es contrario al cap. *de la Bulla in Cœna Domini,* ubi, poſtquam etiam prætextu violentiæ prohibetur detentio Bullarum, limitatur, quando cauſæ retentionis proponuntur coram ſummo Pontifice, ut ponderat Suarez, *de cenſuris, tom. 5. diſputat. 21. nu. 75. & 76.* & dicam, *num. 318.* & tradit Simancas, *de Cath. inſtitut. titul. 45. de pœnis, numer. 34.* cuius verba retulimus, tanquam ſingularia, *in lib. 4. pp. quæſt. 1. à num. 362. verſi. ex qua ratione*, ubi alios refero. Et ultra ibi allegatos, docet in terminis iſtam ſententiam Flores de Mena, *lib. 1 var. quæſt. 12. num. 8.* ubi *num. 9.* refert ſequentia verba, ibi: * *Eſque* † *Rex noſter Catholicus, & in-* 64
*victiſſimus, ex Bullis & privilegiis Romanorum Pontificum, perpetuus iudex conſervator dicti Concilij, & iurium eius: & in aliis tribunalibus ſupremis, ubi de litibus Eccleſiaſticis, per viam recurſus, quod vulgò dicimus* * de fuerca, * *cognoſcitur, ſi partes, contra quas dictæ literæ impetrantur, vel in quorum præiudicium impetrantes eis utuntur, coram executoribus, vel ſubexecutoribus, allegant aliquid, quod altiorem indaginem requirit, ad litemq́; ordinariam pertineat, ſitque reus neceſſarius allegans, quod nunquam litigavit, neque convictus fuit: tales executores, vel ſubexecutores, cû non audiant, ſed ſpretis ſuis appellationibus, ad executionem procedunt, declaratur vim fieri, & cauſam in prima inſtantia cognoſcendam, ordinario remittunt, vel iubent eos reponere attenta, & appellationi iuſtæ, & non calumnioſæ deferre.*

Quæ omnia fiunt per Regem noſtrum, & ſuos ſenatores graviſſimos, in vim protectionis & naturalis defenſionis, ut Romanus Pontifex melius informatus, diſponat illud, quòd magis Reipub. Chriſtianæ conveniat, expectata ſecunda iuſſione, ut cavetur *in cap. ſi quando, de reſcript. authent. de mand. Prin. §. deinde, col. 3.* & eſt text. *in c. cum teneamur, de præbend.* & plura exempla in propoſito, refert Palá. *Rub. in tract. de benef. vacan in cur. à nu. 7.* ubi dicit, quod non contemnit mandatum ſuperioris, nec pœnam, vel cenſuras in eo contentas, quando adeſt iuſta cauſa non obtemperandi & adimplendi: quia illud authoritate legis fit. Et plus dicit, ſi Papa aliquid præcipiat fieri, ſub pœna excommunicationis, quoties ex mandati executione timeatur ſcandalum in Repub. vel alia mala futura, quòd tunc, ſine metu excommunicationis, licitè poteſt mandatarius reſcribere Papæ, & inde ſuſpendere executioné literarum, donec veniat ſecunda iuſſio, ut docet etiam Anchar. *conſ. 241.* Nec ob hanc cauſam Pont. Max. debet querelam adverſus Principis conſiliarios proponere, nec adverſus Bullarum executores; quia illud non fit in contemptum, ſed pro bono & quiete Reipub. Quia, quemadmodum Pictor, licet peritiſſimus, non poteſt in tenebris imaginem egregiè pingere, ſed neceſſariò (ſi vult pro dignitate in munere ſuo verſari) debet lumen adhibere, quo poſſit illam picturam, omneſque eius partes, penitus perſpicere, colores intueri, & quid cuique parti expediat, tum oculis, tum etiam mente & ratione percurrere. Eodem modo Pont. Max. univerſalis Eccleſiæ Catholicæ Paſtor, quantumvis ingenii acumine, & prudentia, & ſanctitate excellat; nul-

lo modò poterit ad relationem alterius, suo officio satisfacere, & muneri à Deo sibi injuncto. Imò iacebit in tenebris, si rem ipsam, de qua agitur, illiusque causas publicas aut privatas notas non habeat: quia ipsa rei cognitio, est veluti lumen, sine quo opus fieri non potest. Vt, quid Principi magis conducat, animo cernat: neque apertè utilitates ac detrimenta videt, quæ possunt ad statum Reipub. pervenire, neque argumenta & rationes firmas inveniet, quibus hanc partem probare, & illam improbare queat, nisi auditis rationibus, quæ pro utraque parte possunt subsistere. Quia nec ipse Pontifex, licet in scrinio pectoris omnia iura habeat, poterit contra inauditam partem aliquid iuste definire, ut ipse docet *in cap. 1. de causa possess. & proprietatis.* Et hanc nostram sententiam, in nostris terminis, tenet Pater Manuel Rodr. *1. tom. quæst. regul. quæst. 6. articul.* 8. ubi resoluit, Reges & Principes, qui non recognoscunt superiorem in temporalibus, & suos gravissimos consiliarios, posse sine timore excommunicationis *Bullæ in Cœna Domini* detinere executionem Bullarum Apostolicarum, si notum illis sit, illud convenire pro conservatione & pace Reipub. temporalis: sive illud fiat ad instantiam partis, vel fiscalis Regii consilii (cuius munus hodie exercet, ille doctissimus & sapientissimus vir, in omnium litterarum genere ornatissimus, & nobilitate præclarus, Licentiatus *Gilimo de la Mota*, Regis consiliarius, & meritissimus fisci patronus) & istam sententiam, docet Cerola, *in sua prax. §. litterâ Apostolica*, dicens: Non ex eo iudices Regios incurrere censuram Bullæ, cum illud non fiat ad impediendum, sed ad examinandum, an ipsæ dictæ Bullæ Apostolicæ contineant aliquam subreptionem vel obreptionem, idem docet Hieron. Llamas *1. par. methodi, c. 7. §. 19.* & novissimè post hæc scripta tenet Cened: *in suis quæst. q. 45. nu. 9. versi. suprà dicta.*

Nec obstat, quod aliqui dicunt, secundum naturam magnorum virorum illud esse, ut semel ab iis proposita non deserant, quòd ex illorum dignitate non sit, sententiam mutare; Quia respondeo, si in melius mutentur, magnum hoc prudentiæ argumentum esse, & à sanctis viris hoc sæpius factum fuisse. Nam David Rex, monente Abigail, deliberationem emendavit, ut habetur, *Reg. 1. cap. 25.* & Apostolus Paulus, quamvis decrevisset dare se in theatrum, acquievit tamen amicorum consilio aliter suadentium, ut habetur *in Actis Apost. cap. 19.* Quinimò incommutabilis Deus sæpè legitur in sacris literis mutasse promissa, ut *in cap. non debet, de cons. & affin.* & pro misericordia temperasse sententiam, ut *in cap. incommutabilis, 22. quæst. 4.* licet verum sit, quòd tunc non mutet Deus actum interiorem voluntatis suæ, ut sanctus Greg. declarat, *lib. 20. moral. cap. 23.* & S. Thom. *1. part. quæst. 19. articul. 7. ad 2.* Quod & aliis multis exemplis sancti Patres nobis testatum reliquere, ut intelligeremus, viri perfecti esse, nihil absolutè definire, quòd non utiliori sapientiorique proposito possit emendari, prudentumque mores salubrioribus cedere consiliis, cum id, non levitatis, sed maioris charitatis & prudentiæ sit argumentum. Vndè nimirum, executio Bullarum est suspendenda ob iustas & rationabiles causas, donec Rom. Pont. sit certioratus, & ob hanc causam, secunda iussio est expectanda, ut *in d. cap. si quando, de rescript. c. qualiter, & quando, de accusationibus*, & diximus, *in lib. 4. com. quæst. 1. à num. 262. cum sequentib.* Et istam opinionem docet eleganter Innocent. *in c. Inquisitionis, de sentent. excomm. in fin.* ubi dicit, si ex præcepto iniusto Papæ præsumatur vehementer statum Ecclesiæ turbari, vel alia mala ventura esse, tunc non esse parendum mandato, cum debeamus futura mala præcavere. Imò peccaret quis obediendo, ut tradit Palac. Rub. *ubi suprà. §. 11. in fin.* & Pacianus, *consil. fin. num. 46.* cuius verba referam. *in num. 319.*

Nec superiori resolutioni obstat, quòd summus Pontifex omnia iura censetur habere in scrinio pectoris sui, ut *in c. 1. de constitutionibus, lib. 6.* & sic omnia perfectè disponere, cum in Papa summa sit perfectio, & rei perfectæ nihil addendum superest. Et sic, sicut solis splendore stellarum lumen obscuratur & offunditur, sic ad summi Pontificis oracula dignũ videtur, ut aliorum voces & suffragia conticescant. Nam respõdeo, quod ex eo, quòd Pontifex plus aliis videt, & intelligit, eo plus sibi ipsi diffidit, cum scriptum sit, *Proverb. 14.* * *Sapiens timet, & declinat;* * & etiam legitur *Proverb. 3.* * *Ne innitaris sapientiæ tuæ,* * & *Proverb. 1.* * *Audiens sapiens sapientior erit,* & *Ecclesi. 6.* * *Si attenderis mihi, disces;* * & *Ecclesi. 32.* * *Ne sis sapiẽs apud te ipsum,* * & *Prov. 12.* * *Qui autẽ sapiens est, audit consilia,* * & *Prov. 15.* * *Qui agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia,* * & *ibid.* * *Dissipantur cogitationes, ubi nõ est consiliũ: ubi verò sunt plures consiliarij, cõfirmatur.* & ob hanc causam dixit S. Bernar. *lib. 2. de considerat. ad Eugenium:* * *Vbi dixisti: Meus sensus sufficit mihi, ibi defecisti: ubi tuo consilio placuisti, ibi periisti,* * & ratio traditur *Prov. 11.* * *Salus ubi multa consilia.* * Quæ in Pont. max. nõ sunt despicienda, cũ in eo magis florescant prudentia, vigilantia, circũspectio, docilitas, & reliquæ insignes virtutes. Et illud quod diximus, de summi Pontificis perfectione, in rebus gerẽdis intelligas, & respondeo cum D. Thom. *2. 2. q. 184. artic.* 4. Quòd perfectio dupliciter considerari potest: tum ratione status & officii, tum ratione personæ. Ea quæ pertinent ad statum, non in eo posita est, ut plena rerum omnium cognitione affluat, ac perfectam rerum deliberandarum scientiam atque usum teneat, quoniam hæc aliis quoque possent interdum esse communia: Verum in eo sita est, quòd unius sanctæ sedis Apostolicæ, summique Pontificis proprium sit, atque suprà alios status omnes eminentissimum videlicet quòd fides illius nũquam debeat deficere, ut habetur, *Luc. 22.* Quòd de necessitate salutis sit, ut eum, tanquam caput Ecclesiæ, omnes fideles agnoscat, ut *in extravaganti, unã sanctã, de reliquiis, & veneratione sanctorũ.* Et quòd ipse alios iudicet, & à nemine iudicetur, ut *in cap. cuncta per mundum, 9. quæst. 3.*

Quòd tanquam agens universale Ecclesiam contineat, ut *in cap. duo, 96. distinct.* Et quòd sine exceptione solus ipse omnium peccata solvere, spiritualemque in omnes iurisdictionem valeat exercere, ut *in cap. solicite, de maioritate, & obedientia*, & sic de aliis rebus, ut *in cap. per venerabilem, qui filii sint legitimi, cap. patet, cap. nemo, cap. aliud, 9. quæst. 3.* Altera enim perfectio, quæ personæ dicitur, cum sit gratia gratum faciens, & in actu charitatis consistat; non necessariò & semper omnimodam prudentiæ politicæ virtutem secum exigit, quin in rerum publicarum gubernatione & administratione, aliorum quoque operâ & auxilio sæpè indigeat: & sic dixit Imperator, *in authent. de nuptiis, col. 4.* * *Non enim erubescimus, si quid in melius etiam eorum, quæ prius diximus, adinveniamus, hoc sentire, & competentem prioribus, imponere correctionem, neque ab aliis expectare corrigi.* * Quia licet Pontifex ratione suæ dignitatis semper sit superior, tamen ratione necessitatis consilii accipiendi (ubi res postulat) potest esse inferior, & ut talis adiuvari. Cum videamus, sanctis etiam viris nonnulla in aliis regendis quandoque defuisse, ut tradit Sanctus Thomas, *2. 2. quæst. 47. articulo decimo quarto, ad 1.* Et sic aliorum sententias libenter auscultasse, eorumque industria usus fuisse. Quia qui verè sapiens est, non multum laborat, quomodocunque utilitati publicæ prospicere possit, sive per veritatem, sive per occasionem, Deum præ oculis semper habendo. Et sic cum Pontificis opinio, in his rebus politicis, & gratiosis gerendis, possit per aliorum suggestionem falli, nimirum, si patres Reipublicæ temporalis, & conservatores ad tollendam vim, prout sunt Regis consiliarii, & sui senatores gravissimi, quorum dignitas nititur consilio, authoritate, ratione, sententia (quæ in sene potissimum reperiuntur) præcaveant damna Reipublicæ, cuius consiliariorum natura, ut munus suum postulat, est, ut rem discutiant, examinent, & quid utilius videatur, in medium afferant: Et sic non solum partes veri consiliarii exequuntur, sed etiam obedientiæ legem implent, ut *in dict. cap. si quando, de rescriptis*, ubi secunda iussio expectanda est. Ob quam rationem, recto iure, nostri senatores, & consiliarii Regii, possunt Pontifici maximo proponere, quòd eidem utilius, tutius, ac sanctius iussum fuerit, ut pro arbitrio suo, ex pluribus ab eis propositis, possit decernere, quòd magis paci & quieti Reipublicæ Christianæ conveniat, in quo ipsi senatores intendunt potius à Pontifice maximo duci, quam illum ducere, cum videant, ita eorum officio ac prudentiæ, tum etiam aliorum exemplo, atque utilitati publicæ convenire. Quòd quidem nihil religioni detrahit, cum nihil de causa fidei disceptetur, sed solum de iis rebus politicis, quibus bona administratio populorum continetur, & quæ varia sæpè hominum iudicia suscipere solent: tum etiam, quia satis Pontificem, ille colit, qui suo consilio occasionem & materiam ei præbet rectius ea deliberandi ac definiendi, quibus Christiana religio defendatur atque amplificetur, simulque Apostolica decreta & concessiones faciliùs ab omnibus recipiantur & observentur, cognita rei veritate.

Pro cuius rei confirmatione non desunt vetera multorum, tum Prophetarum, tum Sanctorum Patrum exempla, qui suo instituto nos rectè docuerunt, aliquando à Principum placitis deficere, nec tamen eorum cultui quidquam prorsus abrogare, inter quæ sufficiat illustrare illud exemplo, quòd *in Actis Apostolorum, 4.* legitur de Petro & Ioanne; quibus cum denuntiarent Principes Iudæorum, ne ea de Christo Domino prædicarent, ipsi responderunt: * *Si iustum est in conspectu Dei, vos potius audire, quam Deum iudicare? Non enim possumus quæ vidimus, & audivimus non loqui.* * Quo loco nullum verbum exasperans, nullum impatientiæ aut detractionis signum animadvertitur, sed cum summa modestia, summa etiam tuendæ veritatis constantia, officium dignoscitur. Sic etiam Divus Hieron. *Act. Apost. 5.* admonet, quando illud, quod præcipit Princeps, malum & damnosum est, respondendum esse: * *Oportet obedire Deo, magis quam hominibus.* * ut *in cap. Imperatores, 9. distinct.* & ob hanc causam laudatur Antiochus Rex, 3. Asiæ, qui in omnibus urbibus sui Regni scripsisse traditur, quòd si in literis, quæ eius nomine scriberentur, esset aliquid, quòd legibus adversari videretur, crederent se ignorare dictas literas scriptas fuisse, & propterea eis non parerent, ut refert Andreas Gail, *lib. 2. practic. observ. cap. 58. numero decimo*, ubi etiam dicit, quòd Rex Agesilaus, non aliter promissa præstare voluit, quam si iusta essent, quòd & Anastasius Imperator sancivit, *in l. fin. C. si contra ius, vel utilit. public.*

Ex quibus non de facto, sed de iure, inspecta ratione finis, detinentur Bullæ Apostolicæ in supremo consilio: cuius rei rationes concludentes manifestæ: quia ad benè operandum (ut docet S. Thom. *2. 2. q. 49. art. 7. & q. 51. art. 1. ad. 3.*) non solùm perspiciendum est, quid fiat, sed quomodo id fiat, non casu, non impetu, non carnis affectu, non proprio sensu, sed recta electione, & congruentibus mediis.

Rursus pro perfecta declaratione huius materiæ animadvertendum est, quòd, † si de facto 65 contingat, ut iudices Ecclesiastici sint rebelles, non obediendo mandatis supremi consilii; in dictis cognitionibus per viam violentiæ, possunt Regii Senatores eos à Regno expellere, & temporalitatibus privare (ut aliquando legimus factum fuisse) quia aliter nullius momenti esset protectio Regis, & defensio naturalis subditorum, *argumento legis, 2. D. de iurisdict. omnium iudic. l. fin. D. de officio procuratoris Cæsaris, l. quicunque, C. de Episcopis, & clericis*, ubi illud notat Paulus de Castro, & dicit, quod habuit de facto, & tenet Bernardus Diaz, *in practica, capite 122.* ubi Salzedo, *litera A.* & Gaspar Rodriguez, *de annuis reditibus, capite decimo septimo. nu. 67.* Enriquez, *in sum. libro quarto, de regular. cap. 12. num. 6.* & Sese, *de inhibit. inst. Aragoniæ, cap. 8. §. 3. num. 98.* Covarr. *pp. c. 35.* Bobadilla, *in sua polit.*

*lib. 2. cap. 18. num. 62.* ubi refert casum de facto
66 contingentem, & probat † *lex partita, 18. tit. 9.*
*part. 1.* & diximus *in lib. 4. com. q. 899. num. 173.*
*& in epist. ad Regem nostrum, numer. 71. alias 64.*
idem tenet Bobadill. *ubi sup. cap. 19. num. 31. & ca.*
*17. num. 68.* Olivanus, *de iure fisci, cap. 11. num. 37.*
*litera P.* & ita observatur, & practicatur, quid-
67 quid novissimè contrà teneat † Mart. *de iuris-*
*dict. 2. part. cap. 34. num. 24.* ubi tenet contra Co-
varr. Abendannum & alios. Sed nostram opi-
nionem tenet Corsetus, *in tractatu de potest. Re-*
68 *gal. quæst. 34. in 3. part. num. 60.* & sic † Genuen-
ses Episcopum ab alba expulerunt, & Alphonsus
ultimus Dux Ferrariæ Episcopum Ferrariæ ex-
pulit; quia si aliter fieret, inutilis esset protectio
& defensio naturalis subditorum (quod non est
dicendum) & post hæc scripta nostram sententiā
tenet eleganter & doctè, Cenedo, *quæst. 45. n. 23.*
ubi *num. 24.* dicit, quòd licet Reges non habeant
in Ecclesiasticos contentiosam & iudicialem
iurisdictionem, habent tamen dictionem œ-
conomicam & politicam, idem tenet Menoch.
*consil. 1000. num. 98.* Humada, *in l. 65. tit. 5. part. 1.*
*gloss. 8. num. 7.* & Bobadilla, *supra num. 62.* ubi di-
cit; quòd ista est potestas politica & œconomica:
* *como del padre de familias, que puede echar de*
*su casa a su hijo clerigo inobediente.* *

Præterea potest defendi hæc opinio & consue-
tudo, & practica generalis omnium provinciarū
Christianarum; quia illa expulsio non est contra
libertatem Ecclesiasticam, cum non exerceatur
actus iurisdictionis, sed defensionis, vel Reipu-
blicæ, vel innocentum, & quoties defensio est ne-
cessaria; & ea utuntur princeps cum debito mo-
deramine, non fit præiudicium libertati Eccle-
siasticæ, ut tradit Franc. Suarez, *lib. 4. de immuni-*
*tat. Ecclesiast. cap. 34. num. 13. & 14. & 15.* ubi ex
hac ratione iustæ defensionis, defendit consuetu-
dinem tollendi arma clericis tempore prohibito,
dummodo illud non fiat per usum iurisdictionis,
vel punitionis; quia huiusmodi facta diriguntur
& ordinantur ad impediendum aliquod delictū;
& sic dicit cessare violationē Ecclesiasticæ liber-
tatis, quia hæc omnia tolerantur & iustificantur
per modum defensionis: nam expedit valde Rei-
pub. Christianæ, ut impediantur delicta. Et hoc
munus videtur maximè commissum ministris iu-
stitiæ sæcularis, ut docet Panormit. *in cap. ut fa-*
*ma, de sentent. excommunic. lib. 6. & in cap. cum nō*
*ab homine, de iudiciis,* ubi Decius, *num. 10.* Na-
var. *in manuali, cap. 22. numer. 83. & in cap. novit.*
*notab. 3. numer. 31. de iudiciis,* Iulius Clarus, *re-*
*ceptarum sententiarum, §. fin. q. 28. num. 6.* & con-
cludit Suarez, *ubi supra, d. num. 15. in fin.* nostram
principalem conclusionem, per hæc verba: * *De-*
*nique ad hunc modum, sub hac specie defensionis,*
*excusantur aliæ consuetudines, ut excludendi cle-*
*ricum à curia Regis, vel etiam à Regno, vel alia si-*
*miles, quas nunc examinare non est nostri institu-*
*ti, sed videri possunt Doctores allegati, præsertim*
*Azor, tom. 1. lib. 5. cap. 13. & 14.* Henriquez, *lib. 14.*
*de irregularit. cap. 12. num. 6. lit. P. cum sequentib.*
Unde cum hæc omnia fiant, in ordine ad tollen-
dam vim prælatorum, & pro defensione subdi-
torum, & non per modum iurisdictionis conten-
tiosæ, sequitur, quod Ecclesiastica libertas non
patitur aliquod præiudicium, nec violatur eius
immunitas, cum non exerceatur aliqua iurisdi-
ctio contentiosa contra clericos rebelles, sed so-
lum quædam defensio iuris naturalis, quatenus
est necessaria & conveniens ad tollendam & re-
pellendam vim: ut habetur *in cap. 36. in curis de*
*Madrid,* de quo *in gloss. fin. num. fin.*

## *Opinio Seguræ Davalos reprobatur.*

EX † quibus cavendum est ab opinione Se- 69
guræ Davalos, *in suo directorio iudicum Ec-*
*clesiasticorum, cap. 13. num. 51.* ubi non benè per-
pendens huius cognitionis per viā violentiæ ma-
teriam, dixit, iudices Regios habere præscriptam
iurisdictionem adversus iudices Ecclesiasticos.
Quod falsum est; quia nullam habent iurisdi-
ctionem, neque iurisdictio Ecclesiastica præscri-
bi potest per Reges temporales, ut diximus *in*
*prooemio huius operis, cap. 5.* Idemque tenet Boba-
dill: *in sua politic. 2. part. cap. 18. num. 139.* quòd
falsum est, cùm nulla detur iurisdictio, sed pro-
tectio & defensio naturalis & politica, sine ali-
quo iurisdictionis vestigio, ut sæpè repetitum
est.

Ultimò pro complemento huius glossæ, &
declaratione totius materiæ cognitionis per viā
violentiæ animadvertendum est, quod † sæpè 70
sæpius, in rescripto Pontificis, solet apponi clau-
sula, * *Appellatione remota,* * vel alia similis, ve-
luti: * *Non obstante appellatione,* * *Appellatione*
*postposita,* * *Appellationis obstaculo non obstante,* *
*Appellatione inhibita,* * *Appellatione cessante,* *
*Sublato appellationis obstaculo,* * *Appellationis ces-*
*sante diffugio,* * quæ clausulæ solent apponi in
rescriptis Pontificis, ut *in cap. Pastoralis, de ap-*
*pellationibus, cap. si autem, eod. tit. cap. 1. de coha-*
*bit. clericor. & mulierum, cap. accipimus, de pactis,*
*cap. Pastoralis, §. Præterea, de officio de leg. cap. Ex*
*tua, de filiis presbyterorum, cap. 1. de rescriptis, cap.*
*pro illorum, de præbend. cap. ad audientiam, de Ec-*
*cles. ædifican. l. 1. §. 1. D. quibus appellare non licet,*
*l. ab executore, C. quorum appellationes non reci-*
*piantur, cap. cum appellatio, de appellationibus,*
*lib. 6. l. 1. C. quorum appellationes non recipiantur.*
In quibus casibus, si iudex ordinarius, vel execu-
tor rescripti, exequatur suam sententiam, appel-
latione remotâ, licèt interponatur appellatio, &
protestetur auxilium Regale, & processus remit-
tatur per viam violentiæ ad sua tribunalia, non
debet impediri executio sententiæ, imò iterum
causa est devolvenda ad iudicem executorem, qui
non facit vim exequendo, cùm illud procedat vir-
tute & facultate illius clausulæ, ex Pontificis cō-
missione & delegatione, quæ est tantæ virtutis,
& potentiæ, quòd, licèt aliàs iudex de iure non
haberet, nisi causæ cognitionem ordinariam; me-
diante illa clausula, habet etiam executionem, &
non facit vim, exequendo appellatione postposi-
tā, ut † *in d. c. pastoralis, 53. de appellationibus,* cu- 71
ius verba singularia sunt: * *Pastoralis officij dili-*
*gentia, & infra,* * *Quæsivisti † utrum, quando* 72
*inhi-*

*inhibetur appellatio in rescripto, frustratoria tan-*
*tum inhibita videatur. Nos igitur attendentes,*
*quòd per appellationem frustratoriam, etiam si nō*
*fuisset inhibita, negotium non debeat impediri, re-*
*spondemus, quòd qualibet provocatio, intelligitur*
*removeri, quæ à iure non indulgetur expresse, sed*
*si appellans fuerit gravatus iniustè, gravamen hu-*
*iusmodi per superiorem poterit emendari.** Quæ
decisio Pontificia, & alia plurima, originem tra-
73 hunt à iure civili, ut † *in l. 1. §. fin. D. qui, & à qui-*
*bus appellare non licet.* Vbi Vlpianus respondit:
Imperatorem interdum sæpissimè solere ita iu-
dicem dare, ut ab eo appellare non licet. Quòd
quidem procedit ex paritate potestatis iurisdi-
ctionis, respectu illius clausulæ, referendo sin-
gula singulis: quasi hoc unum sit ex his, quæ su-
premæ potestati reservata sunt, & usque adeò his
duobus solis in usu iuris communis ita dandi iu-
dicis licentia est, ut nullo modò ab eo provocare
liceat quoad effectum suspensivum. Et in tan-
74 tùm illa potestas est restricta, ut † neque eo-
rum vicem gerentibus id permittatur, imò ne-
que legatis de latere, quamvis plenissimam le-
gationem habeant, nisi illud expressè & speciali-
ter in rescriptis concessum sit, propter eius spe-
cialem potestatis notam, ut habetur *in capite pri-*
*mo de officio legati, lib. 6. cap. 1. de officio delegati;*
quia ea quæ specialiter Papæ, aut Principi reser-
vata sunt, mandata iurisdictione generaliter non
continentur, *l. 1. D. de officio eius cui mandata est*
*iurisdictio*, & si de facto procedatur; erit recur-
sus ad Regios Senatores per viam violentiæ. Ex
quo etiam est quòd iudex datus à Pontifice, vel
à Rege, cum clausula; * *Appellatione remota,**
etiamsi alium subdelegare possit, ut *in cap. Quo-*
*niam Apostolica, de officio delegati, l. à iudice, C. de*
*iudiciis*; pari tamen potestate cum dicta clausu-
la subdelegare nequeat; * *Appellatione remota,**
75 ut † probat text. *in cap. super quæstionum, in prin-*
*cipio, de officio, & potestate iudicis delegati*; quia
personalis censetur dicta delegatio, & non egre-
ditur personam *argumento, l. inter artifices, D. de*
*solutionibus*, ubi Doctores:
76 Vnde † in tam frequenti huius potestatis usu;
meritò quæritur, quæ sit principalis potestas il-
lius clausulæ, * *Appellatione remota,** an illa,
quem verba præ se ferre videntur, ut omninò
appellare non liceat, & si contra fiat, nullus pror-
sus sit appellationis effectus, aut litigatores vi-
deantur appellationi renuntiare, ut *in l. 1. §. 1. D. à*
*quibus appellar. non liceat.* ut habemus exemplum
ab executione, ut *in l. ab executione, C. quorum*
*appellationes non recipiantur*, & à correctione;
ut *in cap. ad nostram, de appellatio.* & in Concilio
Tridentino, *capite primo, sessione decima tertia,*
ibi: * *In causis visitationis, & correctionis;** &
ibi: * *Non appelletur,** ita ut neque iudex, à
quo provocatur, illi deferre, ut *in capite primo,*
*de rescriptis*, neque iudex provocatus illam re-
cipere possit, ut *in l. 1. C. quorum appellation. non*
*recipiantur*; an illa, ut duntaxat frivola seu fru-
stratoria remota seu prohibita censeatur, an verò
hæc, ut etiam quælibet appellatio iusta & ratio-
nabilis. Quibus omnibus respondit Pontifex,
*in dict. cap. Pastoralis*, de frustratoria nullam du-
bitationem esse, illiusque non admittendæ, sed
reiiciendæ omnibus potestatem esse, ob id, quòd
illa in universum iuris authoritate sit remota, ut
nec iustitia illi deferat, nec deferri patiatur, ut *in*
*cap. cum appellationibus, de appellationibus*, &
sic eo respectu supervacanea & sine operatione
sit clausula, * *Remota appellatione,** cuius po-
testatem sic circumscribit Pontifex, *in dicto cap.*
*Pastoralis*, ut per illam censeatur remota appella-
tio quæcunque, etiam iusta & probabilis, quæ
expresso ac speciali iure indulta, probata, seu cō-
cessa non est: hoc est; ut ex quacunque causa
usquam in iure constitutum aut declaratum est,
appellari posse, seu appellandi causam esse iustam
aut probabilem, iudex appellationis deferre de-
beat, & si non deferat, à superiore privari possit,
ut *in cap. de priore, de appellationibus, l. quoniam*
*iudices, C. eod. titulo*, etiamsi causa, appellatione
remota iudici sit mandata, quasi huiusmodi clau-
sulæ, * *Remotæ appellationis;** insit hæc con-
ditio sive exceptio, si expresso iure appellatio nō
sit permissa, ut vis & effectus generalis clausulæ
non pertingat ad ea, quæ specialem habent no-
tam, & nominatim lege caventur, ut *in l. sanctio*
*legum, D. de pœnis, l. doli clausula, de verborum*
*obligationi*; quia sicut generaliter loquendo ge-
neri per speciem derogatur, ut *in l. in toto iure, de*
*regulis iuris, cap. generi, eodem titulo*, & quæ in
specie statuta sunt, ad generalem iuris dispositio-
nem non pertinent, idque in aliis clausulis con-
stitutum est, ut quando dicitur in rescripto, * *Ex-*
*ceptione quacunque non obstante,** & etiam, † 77
* *Sine retardatione solutionis pensionis*, * *& sine*
*retardatione solutionis alimentorum,** & est etiā
clausula, quæ solet opponi, videlicet, † * *Parito* 78
*iudicato.** Quæ clausulæ ad frivolas exceptio-
nes & appellationes, & iure non expressas, non
etiam expressas speciali dispositione, extendun-
tur, ut *in cap. ex parte, el. 2. de officio delegati.* Si-
militer est alia clausula, † quæ in rescriptis Pon- 79
tificis inseritur, * *Contradictores compescendo,*
* *seu non audiendo,** quia per ista verba, & simi-
lia, non censetur exclusa illa contradictio, quā ius
specialiter permittit, & ideò ad facti; non vero
ad iuris contradictionem restringitur, ut docet
glossa, *verbo, contradictores, in cap. pro illorum,*
*de præbendis.* Quòd subintelligo quando † cau- 80
sa committitur Cardinali, appellatione remota;
quia non frivola tantùm, sed quæcunque appel-
latio interdicta censetur, ut docet Antonius Cu-
chus, *lib. 1. institut. tit. 4. de Cardinalibus, nu. 103.*
& dicemus in quæst. fin. ubi plura notabilia, ex-
plicabimus.

Rursus confirmatur nostra sententia, ex a-
lia clausula, quæ solet in institutionibus benefi-
ciorum plerunque inseri, videlicet: † * *Alie-* 81
*natione postposita,** *seu prohibita,** ut non intel-
ligatur prohibita illa, quæ aliquo iure speciali
permittitur, ut *in cap. ad aures, de rebus Ecclesiæ*
*non alienandis*; glossa *in l. ob æs alienum, C. de præ-*
*diis minorum*, & docet Ancharanus, *consil. 102.*
*num. 2.* & sic in proposita specie, quando in re-

scripto

scripto inscribitur clausula, * *Appellatione remota*, * diligenti lectione observanda sunt ea iura, & casus, quibus appellatio de iure specialiter permittitur, quales aliqui *in titulo de appellationibus* proponuntur, ut *in cap. postremo, cap. ex parte tua, cap. significantibus*, & alibi passim, ut Deo dante dicemus, *in quaest. fin.*

Sed adversus omnia superiora videtur obsta-
82 re dispositio text. † *in cap. ut debitus honor, de appellationibus*, ubi frivola seu frustratoria appellatione remanente in perpetua iuris prohibitione, generaliter cuique permittitur appellatio, ex rationabili & probabili causa, quae in suo genere
83 legitima reputatur, etiam † ante sententiam definitivā, & sic quis erit adiectę huius clausulae nūc usus aut potestas, in tam generali & expressa iuris permissione, ut sola frustratoria per eam remota videatur, sed sine speciali fructu, cùm aliūde generaliter prohibita censeatur, etiam non addita illa clausula, in qua re, *gloss. in d. c. Pastoralis, verbo, expressè, in fin. & verbo*, * *Emendari*, * existimavit, ius abrogatum ibi referri. Qui intellectus probabilis non est, neque ex locis tam vicinis illud deduci potest, & sic meritò Hostiensis, *in d. c. ut debitus honor, verbo, absque rationabili causa*; damnat illam interpretationem; & sic veriùs dicendum est, quòd illa iura non sint adversa seu contraria, quia libertas est appellandi, etiam ante sententiam definitivam, ex quacunque legitima, probabili, seu rationabili causa, in ipsa appellationis formula expressa, sive illa in specie à iure indulgeatur, sive iuris scripti speciali positione probetur, dum tamen in suo genere iusta & probabilis sit. Sed liberiùs quidem, & cum maioris iuris effectu, si cum clausula, * *Appellationis remota*, * iudici causa mandata non sit, eo enim casu, ut appellandi potestas laeso, ita quoque laedenti iudici deferendi interpositae
84 appellationi, necessitas est maior. Vt enim † ius frivolis appellationibus deferri non patitur, *c. cum appellationibus frivolis, de appellationibus, lib. 6.* ita & iustis deferri praecipit, ut *in d. c. de priore, de appellationibus*, at, addita clausula, * *Remota appellatione*, * appellandi ex rationabili causa, quamvis in iure usquam nō expressa, erit quidem potestas, sed interpositae appellationis minor effectus, ea in parte, quòd iudex, qui sic datus est, appellationi deferre non cogatur, & sic, eâ non obstante, vel ad executionem sententiae, vel ad ulteriorem causae cognitionem, progredi possit, sine periculo, tam poenae alicuius, quàm attentati seu innovati, cum eo effectu, quòd causa ad superiorem provocatum deferatur. Et isto ordine servato, casus violentiae cessavit, cum iudex virtute illius clausulae non faciat vim, exequendo appellatione remota; illud enim operatur in hoc casu appellatio interposita, ab eo iudi-
85 ce, quia ita datus est, ut † ab eo provocare liceat ad effectum devolutivum, sed non suspensivum, cum utriusque effectus sit, ubi sine illa clausula iudex datus fuerit, quòd est summè notandum, pro perfecta declaratione cognitionis per viam violentiae, quae saepè in non admittenda legitima appellatione consistit, ut in nostra lege Regia dispositum videtur, & vide plura tradita per Franciscum Vivium *lib. 1. decis. 69.* de effectu clausulae, * *appellatione remota*: * & novissimè Marta, *de clausulis, clausula*, 11. & quid respectu tertii, *ibi, num. 5.* & dicam *in quaest.* 104.

Neque † ex hac cognitione remanebit da- 86
mnificatum ius appellantis, sed solum suspensum, donec causa ad superiorem devolvatur, coram quo potest agi de iniustitia sententiae, ut docet text. *in d. cap. Pastoralis in fin.* ibi: * *Sed si appellans fuerit gravatus iniustè, gravamen huiusmodi per superiorem poterit emendari.* * Quibus
correspondent verba text. † *in c. inter caetera, de* 87
*sententia, & re iudicata*, ibi: * *Cum causa aliqua, appellatione remota, committitur, & sententia fertur iniqua, eam evacuari oportet.* * Quòd nullo modo superior facere potest, nisi causa ad eum fuerit devoluta, per appellationem. Huius itaque clausulae potestas in eo potissimum consistit, ut per eam iudici non liceat deferre appellationi, superiori tamen provocato utique licet eā recipere, *l. ei cuius (cum lege sequenti) D. de appellat. recipiendis*, & constitò, quòd sententia fuerit iniqua, poterit etiam eam revocare, aut per
viam nullitatis, vel appellationis, idemque † peti 88
potest coram eodem iudice qui nulliter iudicavit, ut *in l. si expressim, D. de appellationibus, l. si ut proponas. C. quomodo, & quando iudex*; quia
cum sit † sententia; quae manifestam contineat 89
iniquitatem, & nullitati comparetur, in arbitrio laesi est, utrum superstitiosa appellatione utatur, petendo hanc emendationem à superiore, an ab eodem iudice, qui laesit, ut de causa ex integro iudicet, quasi priùs iudicatum non sit; quia paria sunt non esse, vel inutiliter esse, *l. quoties, D. qui satisdare cogantur*, & docet Marcus Anton. Peregrinus, *decis. 128. ex num. 1.* ubi benè declarat hanc materiam.

Sed † pulchra limitatio potest contingere ex 90
insertione dictae clausulae, * *Appellatione remota*, * in his cognitionibus per viam violentiae; quia, cum Pontifex habeat potestatem concedendi rescripta appellatione remota, ut *in d. c. Pastoralis, c. quòd super his, de maioritate, & obedient. c. ad audientiam, el. 2. de Ecclesiis aedificandis*, ubi Pontifex potest tollere appellationem, ut diximus, *libro quarto, comm. quaest. prima, num. 834.* Ergo si potest tollere appellationem in uno casu, sequitur, quod etiam in omnibus, quia idem iuris est de toto, quo ad totum, quod de parte, quoad partem, ut *in l. quae de tota. D. de rei vendicat.* & in hoc casu profectò cessabit recursus, ad tribunalia Regalia, secundum nostram legem. Et ratio est, quia tota vis & potestas huius cognitionis per viam violentiae, consistit in non admittenda appellatione ad superiorem, & in exequēdo appellatione remota, in casibus, in quibus de iure admittenda est. Si ergò iudices Ecclesiastici haberent facultatem & iurisdictionem procedendi, appellatione remota, nulla est tam vis in executione; ergo si executio procedit de iure, virtute illius clausulae sequitur, quòd cessat recursus per viam violentiae, tàm in prima instantia, quàm in secunda; in prima patet, cum iudex ordi-

ordinarius non faciat vim, exequendo, appella-
tione remota, in ſecunda à fortiori ceſſat vis,
91 cum † Pontifex, ad quem fuit appellatum, non
habeat ſuperiorem, ad quem appellatio devolva-
tur, quia cuncta ipſe iudicaturus, à nemine eſt iu-
dicandus, ut tradit in ſimili caſu Antonius Cu-
chus, *tit.2. de ſummo Pontifice, lib.2. num.53.* ubi
dicit, neque ad Deum ipſum à Pontificis maximi
92 ſententia appellationem dari, imò † appellans
punitur, ut tradit Caietanus, *verbo, excommuni-
catio*, Menochius, *de arbit. caſu, 458. num.58.* &
ſic de primo ad ultimum, remanet comproba-
tum, quòd in hoc caſu mediato, & à ratione ceſ-
ſante, non habebit locum recurſus per viam vio-
lentiæ, nec diſpoſitio noſtræ legis. Quòd tene
menti, quia eſt novum & ſingulare, pro declara-
tione & limitatione noſtræ legis, à ceſſante ra-
tione ipſius. Sed in hoc caſu, ſi inter duos laicos
eſſet contentio coram iudice Eccleſiaſtico, licet
ipſi conſentiant, & non proteſtetur Regale auxi-
lium, nec interponatur appellatio, procedit co-
gnitio per violentiam, & dabitur recurſus ad Re-
gia tribunalia, ut tradit in caſu ſimili, Peregrin.
*deciſ.146. numero quinto, per l. arbitro, D. qui ſa-
tiſdare cogant.* & tradit Aretinus, *conſil.105. col.5.
verſic. ſecundus effectus*, quia non valet conventio
inter laicos, ut ſe ſubiiciant iuriſdictioni Eccle-
ſiaſticæ, ut tradit Peregrin. *deciſ.149. num.3. ar-
gumento tex. in cap. ſi diligenti, & cap. ſignifica-
ſti, de foro competenti.*

93 Vltimò, † pro declaratione huius clauſulæ,
* *Appellatione remota*, * quæ in reſcriptis inſeri
ſolet, animadvertendum eſt, quòd non ſolum o-
peratur effectum ſuſpenſivum in cauſa principa-
li, verum etiam in cauſa incidenti & dependen-
ti ab ea (data identitate rationis ipſius negotii
principalis) ita tenet Baldus, *in l. incerti, in fin. C.
de interdictis, & in l.1.* ubi Salicet. *num. 4. C. ſi de
momentanea poſſ. fuerit appellatum*, Zuchardus,
*in l. fin. nu. 430. C. de edicto Divi Adriani tollendo.*
Quos refert & ſequitur deciſio Rotæ Rom. *1. par.
deciſ.100. n.20.* ubi agit de clauſula, * *Paritò iudi-
cato*, * quæ idem operatur, quòd, * *Appellatione*
94 *remota*, * & quando † per appellationem devol-
vatur cauſa principalis ad ſuperiorem, tradit Sur-
dus, *deciſ.75. n.7.* & Nicolas Garcia, *1. part. de be-
neficiis, c.5. n. 570 & 574.* ubi per totam columnã
refert deciſ. Rotæ, ubi ſolutio penſionis procedit
appellatione remota, ut tradit Gigas, *q.95.*

95 Ex quibus infero, quòd † cum ſententia ex-
communicationis trahat ſecum paratam execu-
tionem (prout clauſula, * *Appellatione remota*, *)
96 ut probat tex. † *in d. c. Paſtoralis, §. fin. de appella-
tionib.* ubi licet excommunicatus ab excommu-
nicatione appellet, nihilominus denuntiari po-
teſt, ibi: * *Non itaque reſpondemus, quod cum exe-
cutionem excommunicatio ſecum trahat*, * idem
habetur *in l.11. tit.9. part.1.* ubi Greg. *verbo ſe al-
ce*, quod explicat Duennas, *regul.42. n.8.* Aceved.
*in l.2. tit.5. lib.8. recopil. num.4.* Gutierrez, *2. par.
canonicarum, c.16. n.21. cum ſequentibus*, & dice-
mus *in 2. parte huius operis, quaſt.140.* Ex quibus
97 colliges, quòd † aut appellatio fuit interpoſita
ante ſententiam excommunicationis, & ſic à fu-
turo gravamine, & tunc appellatio ſuſpendit ex-
communicationem poſtea latam: aut verò ſen-
tentia excommunicationis fuit prolata, & poſtea
ab ea appellatum eſt. In hoc enim caſu dicta ſen-
tentia excommunicationis trahit ſecum paratam
executionem, ut *in d. §. fin.* & hanc dicit commu-
nem opinionem Gutierrez, *ſuprà*, & quod in
praxi obſervatur, quod ex hac reſolutione infert
*num.21.* & declarat noviſſimè Marta, *de iuriſdi-
ctione, 3. part. cap.12. de appellationibus à cenſuris,
& cap.3.* ubi declarat, an † denuntiatio excom- 98
municationis ſit facienda appellatione pendente,
ubi etiam declarat *Rotæ* deciſionem: Et ſic in
noſtro caſu, ſi clericus, poſt legitimam appella-
tionem à ſe interpoſitam, de facto excommuni-
cetur (cum de iure non ſit excommunicatus) li-
cet poſtea celebret, non erit irregularis, etiam fa-
cta denuntiatione poſt appellationem, ex text.
*in c. ad præſentia, 16. & in cap. dilectis filiis, 55. de
appellation.* & probat etiam text. † *in cap. ſolet, de* 99
*ſententia excom. lib.6.* ibi: * *Extra iudicium verò,
in officiis, poſtulationibus, & electionibus, ac aliis
legitimis actibus, nihilominus admittatur*, * quia,
cum de appellatione interpoſita confidit, ſecurè
celebrat (ut prius) & ſequitur Navarrus, *in cap.
cum contingat, de reſcriptis*, Abb. *in dict. cap. Pa-
ſtoralis, §. fin. num.15.* ubi Doctores, Pariſius, *con-
ſil.28. num.30. lib.4.* quia excommunicatus poſt
legitimam appellationem, non eſt excommuni-
catus, Francus, *in dict. cap. Paſtoralis, §. fin. num.6.*
Lancellotus, *de attentatis, cap.12. ampl. 8. num.7.*
Quòd declara, ſi appellans proſequatur ſuam ap-
pellationem, intra tempus à iure ſtatutum: ſecus
vero aliàs; quia tunc valida eſt excommunica-
tionis ſententia, & ſi celebret, erit irregularis,
& poteſt denuntiari lapſo termino, & eſt vitan-
dus, ut *in cap. licet de ſententia excommun. lib.6.*
& hanc dicit communem Doctorum ſententiã,
Gutierrez, *ubi ſuprà num.27.* & ſecundum hanc
diſtinctionem, poteſt appellatio interponi per
viam violentiæ, quia ſi appellatio fuit poſt excõ-
municationem, iudex non facit vim, cùm tunc
habeat paratam executionem: ſi verò priùs fue-
rit appellatum à futuro gravamine, & excõmu-
nicetur appellans, non poteſt iudex ad ulteriora
procedere, imò appellatio eſt admittenda, & exe-
cutioni tradita reponenda, ut in noſtra lege cave-
tur, ibi: * *Otorgando la apelacion.* *

Sed pulchrum dubium eſt in hac materia, † 100
ſi coram iudice laico opponatur actori aliquid
petenti, quòd ſit excommunicatus, & ipſe neget
ſe excommunicatum fuiſſe, vel excommunica-
tionis ſententiam à iudice Eccleſiaſtico latã fuiſſe
nullam, an iudex laicus ſit competens, ad cogno-
ſcendum de nullitatibus cenſurarum, & an cau-
ſa remittenda ſit ad iudicem Eccleſiaſticũ? Quòd
quidem eſt valdè neceſſarium in hac materia co-
gnitionis per viam violentiæ, in † qua ſæpè dan- 101
tur regales proviſiones, ut excommunicati ab-
ſolvantur, & poſteà viſo proceſſu: * *Se ruega ab-
ſoluer a los deſcomulgados, y que ſe alcen las cenſu-
ras, y entredicho.* * Quòd quidem an de iure pro-
cedat videndũ eſt. Et in primis animadvertendũ
eſt, plures † eſſe caſus, in quibus ſentẽtia excõmu- 102
nicationis

103 nicationis est nulla. Veluti si † lata fuerit à iu-
dice recusato, pendente recusatione, ut docet
Lapus, *allegatione*, 1. Ioannes Andreas, *in cap. le-
gitima, num.3. de appellationibus, in princip.* Mi-
lis, *in suo repertorio, verbo, iuris*: & est text. *in cap.
per tuas, de sententia excommunicationis*: & ra-
104 tio est, quia † pendente suspicione, cessat omne
exercitium iurisdictionis. Idemque est in iure
105 decisum, quando † iudex contra formam legis
vel canonis sententiam excommunicationis pro-
fert, ut *in cap.1. de sententia, & re indicata*, Do-
ctores, *in cap.1. de constitutionibus.* Tiraquel. *de
utroque retractu, in præfation. num.73.* Maximè
106 si † post appellationem interpositam prolata fue-
rit excommunicatio, quia tunc nulla est, text. *in
cap. ad præsentiam*, ubi Francus, *de appellationi-
bus, & in cap. sæpè, in gloss. verbo, rata, num.3 & in
cap. pervenit, in 3. notabili, eod. tit.* Lapus, *alle-
gat.1. num.2.* Angelus, *consil.188.* Francus, *in d.c.
solet, de sententia excommunicationis, lib.6.* Ro-
ta, *decis.20. de appellationibus in novis*, Lancello-
tus, *de attentatis, 2. part. cap.12. ampliat.8. num.3.*
107 Quòd † à fortiori procedit in excommunicatio-
ne conditionali, quia, si ante adventum condi-
tionis vel termini appellatio interponatur, inte-
rim non ligat excommunicatio, quòd est notan-
dum: * *Para los mandamientos con censuras, que
dan los juezes Eclesiasticos, y conservadores, di-
ziendo, que sino pagare a cierto termino, le decla-
ren*: * quia ante tempus, si appellatio interpo-
natur, non ligat excommunicatio, ut tradit Fran-
cus, *in d.c. præterea, num.4. in ultimo notabili, de
appellationibus*, post Ioannem Andream, *in cap.
is cui, numero 4. de sententia excommunicationis,*
108 *lib.6.* quia dictio, † * *Nisi solverit*, * vel *Nisi
fecerit*, * apposita in sententiis, facit dispositionē
conditionalem, ut docet Decius, *in cap. præterea,
in 1. notabili, per illum text. de appellationibus*, &
Lapus, *allegat.73. num.4.* Rota, *decis.4. in fin. de
dolo, & contumacia, in novis.* Quòd à fortiori
109 procedit, si † excommunicatio lata fuerit nul-
lis præcedentibus monitionibus, quia tunc ex-
communicatio est ipso iure nulla, ut tradit Mi-
lis, *in suo repertorio, verbo, citatio partis, & ver-
bo, item fallit*, qui dicit ita tenere Rotam, *in de-
cis.1. de appellat. in novis*, quòd in iudice delega-
to nullam habet difficultatem, ut tradit Milis,
*supra, in d. repertorio*, qui allegat Romanum, *cō-
sil.341.* & ita decisum est in Rota, *decis.10. & 23.
de sententia excommunicationis, in antiquis, &*
110 *decis.3. eod. tit.* & sex † casus ponit, *lex partita,
30. titul.9. part.1.* In quibus non ligat excommu-
nicatio, & alios casus, in quibus excommunica-
tio lata nulla est, tradit gloss. *in cap. præsenti, de
sententia excommunicationis, lib.6.* summa An-
gelica, *verbo, excommunicatio, 4. §.19.* Navar. *in
manu. c.23. num.4.* & vide Bernard. Diaz de Luco,
*regul.243. limit. 6.*

111 Quibus sic suppositis, dubium est an † iudex
Regius vel sæcularis, coram quo agitur de nulli-
tate excommunicationis personæ laici, sit com-
petens ad cognoscendum de nullitate ipsius, in
casibus à iure canonico expressis, ad eum effe-
ctum, ut non excludatur actor ab agendo, per ex-
ceptionem excommunicationis oppositam per
reum; Et pro parte rei facit, quia actor excom-
municatus est à iudice Ecclesiastico, & sive iustè,
sive iniustè, non potest iudex sæcularis se intro-
mittere circa validitatem seu nullitatem excom-
municationis, cum † excommunicatio sit res 112
merè spiritualis, quæ fertur authoritate Domini
nostri Iesu Christi, *per Matth. cap.18.* ibi: * *Amen
dico vobis, quæcunque ligaveritis super terram, e-
runt ligata & in cœlo*: ubi gloss. exponit, * *Vin-
culo anathematis*, * ut habetur *in cap. nemo con-
temnat, 11. quæst.3.* ergo cum excommunicatio
sit de iure divino, & non positivo, ut malè existi-
bat, Covarr. *lib.1. varia. resolut. cap.18. num.5. &
in cap. alma mater, §.1. in fin. de sentent. excommu-
nicat. lib.6.* & Tiraquel. *de retract. lignag. §.1.
gloss.9. num.267.* sequitur manifestè, iudicem lai-
cum, non habere dictam cognitionem: cum † 113
in rebus spiritualibus, quæcunque carent facul-
tate, *cap. benè quidem, distinct.96. cap. quanto, de
iudiciis, cap. si iudex laicus, de sententia excom-
municationis, lib.6.* Et ob hanc causam † Theo- 114
dosius Imperator fuit à suo ordinario Episcopo
excommunicatus, qui ausus non fuit de viribus
excommunicationis iudicare, ut tradit Cordova.
*lib.4. q. Theolog. quæst.10.* Quæ sententia hodiè
est comprobata † per sacrum Concilium Tridē- 115
tinum, *cap.3. sess.25. de reformatione*, ibi: * *Nefas
autem sit cuilibet magistratui, prohibere Ecclesia-
stico iudici, ne quem excommunicet, aut mandare,
ut latam excommunicationem revocet, sub præte-
xtu, quòd contenta in præsenti decreto non fuerint
observata, cum non ad sæculares, sed ad Ecclesia-
sticos cognitio pertineat.* * Et sic causa nullitatis
excommunicationis, nō pertinet ad iudicem sæ-
cularem, quia maxima esset confusio in rebus Ec-
clesiasticis, si cuilibet daretur facultas discernen-
di excommunicationis validitatem; quia, aut
excommunicatio est certa, vel incerta, & utroq;
casu debet excommunicatus timere, & se gerere
pro excommunicato, & ab Ecclesiasticis sacramē-
tis se abstinere, ut est dispositum † *in cap. illud,* 116
*§. licet, de clerico excommunicato ministrante*, &
tradit Hostiensis, *in summa, titulo de sententia
excommunic §. qualiter, vers. unde in dubio*; quia
† hæc est via tutior, quæ eligenda est favore ani- 117
mæ, *cap. iuvenis, de sponsalibus, cap. significasti, el.
2. de homicidio*, maximè, quia etiam in casu du-
bio pro validitate sententiæ iudicandum est, ut
*in l. ingenuum, D. de statu homin.* & docet Ro-
manus, *in l. sciendum, D. de verborum oblig.* ubi
Alexander, *num.22.* Butrius, *in cap. bona, nume-
ro 42. de electione*, Federicus de Senis, *consil.144.*
Quia † sententia facit de albo nigrum, & de de- 118
bito indebitum, ad effectum, ut ei pareatur, ut *in
l. Iulianus, D. de condictione indebiti.* Vnde † 119
cum potestas sæcularis non habeat potestatem
excommunicandi, neque absolvendi, cum sit in-
capax rerum spiritualium, *lex, 7. titulo 9. part.1.*
sequitur, quòd eadem incapacitas subsistat, si a-
geretur de nullitate excommunicationis coram
iudice sæculari; Et licet † Regii Senatores vi- 120
deantur illud facere, procedit per viam depreca-
tionis rogando & observando, quòd non exclu-
dit

dit concilium; ſed ſolùm, quando iurisdictiona-
liter in vim mandati illud faciunt, ut in text. ibi:
* *Ne quem excommunicet, aut mandare,* * quòd
non faciunt Regii Senatores: & licet contrarium
121 facerent, illud † poteſt procedere ex privilegio
Pontificis maximi, de quo licet non conſtet, ef-
fluxiſſe ex conſuetudine immemoriali præſumi-
tur, & etiam titulus, & Pontificis tolerantia, *l. hoc
iure, §. ductus aquæ, D. de aqua quotid. c. ſuper qui-
busdam, §. præterea, de verborum ſignificatio.* cùm
122 † Pontifex poſſit excommunicationis facultatē
laicis concedere, ut docet Præpoſitus, *in §. verum
per illum text. d. ſtinct.* 10. ubi excommunicandi
poteſtas fuit fœminæ commiſſa, *c. Mena. 2. q. 5. c.
clericum nullus, 11. q. 3.* ubi gloſſ. *in verſic. ſæcula-
re, allegat. c. illud, 11. q. 3.* & eſt gloſſ. *in cap. decer-
nimus, verſic. præſument. de iudiciis,* ubi Doctores
Baldus, *in l. reſcripta, C. de precibus Imperatori
offerendis,* Ioannes Faber. *in authent. ſtatuimus, C.
de Epiſcopis, & clericis,* Archidiaconus *in cap. ab
arbitris, de officio delegati, lib. 6.* & ſic à fortiori
poteſt permittere, * Que ſe ruegue a los juezes
Eccleſiaſticos, q̄ abſueluan, y alcen las cenſuras. *
123 Sed † in quæſtione propoſita videtur dicen-
dum, quòd, ſi exceptio excommunicationis pro-
ponatur coràm iudice laico, non ſit admittenda,
ſed remittenda ad iudicem Eccleſiaſticum, ut in
terminis docet Baldus, *in l. quoties, C. de iudiciis:*
ubi Paulus de Caſtro, *num. 7.* Salicetus, *numer. 2.*
124 Quòd amplia, etiamſi † exceptio declinatoria fo-
ri non fuerit oppoſita; quia iudex ex officio ſuo
tenetur cauſam remittere ad iudicem Eccleſia-
ſticum, ut tradit Guillermus de Cuneo, *in l. pla-
cet, num. 10. C. de ſacroſanctis Eccleſiis,* Geminia-
nus, *in cap. ſi quis, num. 10. de exceptionibus, lib. 6.*
Abb. *in cap. Paſtoralis, num. 12. eod. titul.* & Paulus
125 de Caſtro, *conſil. 12. volum. 1.* quia † articulus et-
iam incidens, merè Eccleſiaſticus remittitur co-
gnoſcendus ad iudicem Eccleſiaſticum, ut in *cap.
tuam, de ordine cognit. c. lator qui filii ſint legiti-
mi,* & ita obſervatur in tribunalibus; ut tradit
Francus, *in deciſ. 512.* Vantius, *in tract. de nul-
litatib. titulo de nullitate, ex defectu iuriſdict. nu-
mero quinquageſimo quarto.*

Sed contrariam opinionē in quæſtione prin-
cipali, tenet gloſſ. *in l. 1. C. de iuris, & facti igno-
126 rantia,* ubi docet iudicem † ſæcularem poſſe in-
cidenter de nullitate excommunicationis per
viam exceptionis cognoſcere: quam gloſſam, di-
cit ſingularē Iaſon, *in l. 2. C. de ſacroſanctis Eccle-
ſiis,* & eam commendat Baldus, *in d. c. intellexi-
mus, de iudiciis, & in c. cum contingat, de dolo, &
127 contumacia.* Pro qua opinione eſt tex. † *in cap.
poſtulaſti, de homicidio:* ubi excommunicatio
fuit oppoſita coram Rege, & ſic coram iudice ſæ-
culari. Quem tex. pro hac ſententia ponderat Io-
annes Andreas, *ibi, in 1. notabi.* Geminianus, *in
cap. 1. §. 2. col. 5. de exceptionibus, lib. 6.* Baldus, *in
l. fin. C. ſi à non competenti iudice fuerit appellatū,*
Agia, *de exhibendis auxiliis, in ſecundo caſu, fol.*
154. & noviſſimè poſt hæc ſcripta ſequitur hanc
opinionem *Camillus Borelli, de Regis Catholici
præſtantia, cap. 71. numer. 575.* Lapus, *allegat. 92.*
128 Quæ opinio fulcitur ex eo, quia † iudex laicus in-
cidenter de Eccleſiaſticis cauſis cognoſcere po-
teſt, ut tradit Baldus, *in l. 2. C. de Carbo. edicto, &
in authent. qui iurat, num. 26. verſic. tu confuge,
C. de bonis, authent. iudic. poſſid.* quem ſequitur
Butrius, *in cap. cum ſit generale, de foro competen-
ti,* Romanus, *conſil. 173.* Cravetta, *conſ. 258.* & ſe-
quitur iſtam opinionem Menochius, *de retinen-
da poſſeſſione, Rem. 4. c. 3. num. 336.* Decius, *in cap.
quanto, num. 28. de iudiciis,* Guido Papæ, *deciſ.*
138. Vide obſecro, in quanta varietate opinionū
conſtitutum ius noſtrum ſit, cùm unuſquiſque
etiam in re gravi habeat facultatem contradicē-
di; & ſic, quia iſte articulus eſt valdè neceſſarius
in hac materia cognitionis per viam violentiæ:
cùm nihil tàm aſſiduum ſit, quàm rogare eccle-
ſiaſticos, ut revocent excommunicationes, & ab-
ſolvant excommunicatos, † * Ibi: *Y rogamos à* 129
*los eccleſiaſticos, que abſueluan, y alcen las cenſu-
ras, y quiten el entredicho, pueſto por el juez ecle-
ſiaſtico, quando conſta de la nullidad, ò iniuſticia
de la ſentencia de excommunion, ò porque fue pue-
ſta contra legos, in re profana, ò contra clerigos,
poſt appellationem: y en el tiempo que ſe pudo ape-
lar,* * vel aliis cauſis, de quibus *in dict. l. 30. titulo
nono, parte prima.* Quæ praxis defendi poteſt ex
ſeqq.

Defiende ſe la pratica de los tribunales Reales, que ruegan a los ecleſiaſticos que abſuelvan a los deſcomulgados.

Primò, ex opinione ſupra relata ex gloſſ. *in l.
1. C. de iuris & facti ignorantia.* Secundo; quia
contraria opinio procedit, quando principaliter
& iurisdictionaliter agitur de nullitate cenſura-
rum; ſecùs ſi incidenter, & per viam exceptio-
nis & defenſionis naturalis, ut in cognitionibus
per viam violentiæ contingit. Tertiò, quia de-
cretum Concilii Tridentini non loquitur in his
cognitionibus, ut ſæpè reſolvimus. Quartò, quia
hæc immemorialis habet vim tituli, & privilegii
Pontificis, ut in *cap. præterea, §. ſuper quibusdam
de verborum ſignificatione, l. hoc iure, §. ductus a-
quæ, D. de aqua quotidiana, & æſtiva,* & paria
ſunt, conſtare de privilegio Pontificis per inſpe-
ctionem ipſius, vel per immemorialem, quæ † 130
ſupponit omnia ſolemniter acta in ſuo principio,
ut diximus *in proœmio, capite decimo, per totum,*
maximè quando concurrit fama privilegii. Vl-
timò, quia in dictis cognitionibus agitur de quæ-
ſtione facti, & non principaliter, ſed incidenter,
& non per viam actionis, ſed per viam exceptio-
nis, & defenſionis naturalis, & quod magis eſt,
nunquam agitur de meritis cauſæ principalis ex-
communicationis, ſed ſolum reſpectu defenſio-
nis naturalis, quatenus cognitio eſt neceſſaria ad
tollendam vim, quando denegatur recurſus ad
ſuperiorem Eccleſiaſticum, vel denegatur appel-
latio, quod eſt diverſum à quæſtione propoſita,
in qua ſunt opiniones contrariæ. At verò in ter-
minis huius cognitionis, (ſervatâ formâ legis no-
ſtræ, & naturalis defenſionis) nullam reperio
cauſam dubitandi; & in quæſtione principali,
quando † exceptio excommunicationis fuit pro- 131
poſita coràm iudice ſæculari, (in quæſtione facti)
recto iure poteſt incidenter per viam exceptio-
nis cognoſcere, ut diximus † in exceptione u- 132
ſuræ, quæ per viam exceptionis poteſt opponi
coràm iudice ſæculari, ut in *quæſtione prima,*

*lib.4.com.num.658.* ubi pluribus citatis defendi-
mus, exceptionem usurarum, quæ principaliter
non potest tractari coram iudice laico, posse in-
cidenter, & per viam exceptionis, ut tradit Agia,
*de exhibendis auxiliis fundamento, 17. col. 3. & 4.*
qui allegat Guido Papæ, *consil.180. numero secun-
do,* ubi per viam exceptionis potest opponi exce-
ptio iuris in crimine usuræ coràm iudice laico.
Idemque iudicandum est in nostro casu; quia ut
dicit Bart. & Barbosa, *in l. Titia, D. soluto matri-
monio*, quod si coram iudice sæculari negetur
matrimonium fuisse contractum de præsenti, ad-
mitti debet pars ad probandum factum. Secus si
quæstio iuris ventiletur. Ita Baldus, *in l. filium,
D. de his qui sunt sui, vel alieni iuris.* Idem dixi-
mus quando agitur de iuramento præstito in cō-
tractu, & non de viribus ipsius, ut tradit Hiero-
nymus Gabriel, *consil.3.& 4. & consil. 13. & con-*
133 *sil. 59. vol. 1.* & quod † iudex sæcularis de quæ-
stione facti, nihil iuris habentis mixti, possit co-
gnoscere, quando incidenter, & per viam exce-
ptionis illud tractatur, tenet Geminianus, *in cap.
si quis versic. Istud credo verum, de exceptionibus,*
Capicius, *decis.7. numero secundo.* Ferretus, *cau-
tela, 53.* Cravetta, *consil.253. numero secundo, &
consil.257. numero primo,* Abb. *in cap. post mise-
rabilem de usuris, & in cap. cum sit generale*, ubi
Felinus, *de foro competenti*, Ripa, *in cap.2. numer.
17. de iudiciis*, Matthæus de Afflictis, *decis.219.*
Rolandus, *cons.22. numer. 24. vol.2.* Vantius, *de
nullitate ex defectu iurisdictionis, num. 54. in fin.
vers.* * *Quamvis si esset quæstio facti non iuris.* *
Petra Sancta, *singulari, 96. & singulari, 58.* &
hanc dicit communem opinionem, Covar. *in e-
pitome. de sponsalibus 2.par.cap.8.§.12.num.3.* Vil-
lalobos, *in suis communibus opinionibus, verbo, iu-
dex laicus, num. 107. (cum sequentib.)* maximè si
causa principalis pertinet ad iurisdictionem sæ-
cularem, & litigatores, tàm actor quam reus, sunt
iurisdictionis sæcularis. Vnde nimirum, si per
reum fuerit actori oppositum, quòd sit excom-
municatus, & quod non potest in iudicio compa-
rere, poterit actor opponere per viam exceptio-
nis, vel replicationis, quòd non est excommuni-
catus, vel quia iam absolutus fuit à censuris, vel
quia appellatum fuit, anteaquam prolatæ fuis-
sent, vel quia iudex erat recusatus, vel quid simi-
le, quod per evidentiam facti constare possit, sine
134 aliqua cognitione iuris, quia quando † permis-
sum, non potest expediri sine prohibito tunc tra-
hit ad se prohibitum, ut docet Cynus, *in l. quoties,*
135 *C. de iudiciis*, & sic cum † iudex sæcularis de fa-
cto, & extra iudicialiter possit causam excōmuni-
cationis iudicare, ad effectum admittendi acto-
rem in iudicio, si iudex Ecclesiasticus inhibeat
sæculari, ut non cognoscat de causa facti excom-
municationis, non est obtemperandum illi in-
hibitioni, sed debet iudex appellare ad Pontifice,
& protestari Regis auxilium per viam violentiæ,
ut in Regio Senatu causa in articulo violentiæ
terminetur, & est ratio nostræ conclusionis, quia
quando agitur de quæstione facti, non potest
iudex Ecclesiasticus inhibere, ne sæcularis iudex
de causa cognoscat. Ita Cagnolus, *in l.2. num.62.*
*C. de pactis inter emptorem*, quem sequitur Bar-
bos. *in dict. l. Titia, num.54. D. soluto matrimonio,*
contra Covarruv. *2. parte, de sponsalibus, capite o-
ctavo, §. ultimo, num.3. ad finem, & num.4.* tenen-
tem contrarium.

Si verò † causa excommunicationis fuerit 136
intentata coram iudice Ecclesiastico, & ipse invo-
caverit brachium sæculare, super excommunica-
tione publicanda, in hoc casu, licet opponatur co-
ràm iudice laico, quòd excommunicatio sit nul-
la, ad impediendum invocationis auxilium, nul-
lam habet iurisdictionem iudex sæcularis, ad co-
gnoscendum de nullitate excommunicationis,
*argumento text. in cap. Pastoralis, §. quia verò de
offic. delegati*, ubi probatur † executorem debe- 137
re exequi sententiam etiamsi iniustum esse sci-
verit, ut docet Navarrus, *in cap. cum contingat,
in 1. remedio, num.6.* Vbi resolvit, sæcularem iu-
dicem non posse de iustitia vel iniustitia senten-
tiæ iudicis Ecclesiastici tractare, quia impedire-
tur pax Reipublicæ, si unus iudex se intromitte-
ret in iurisdictionem alterius.

Nec † superiori resolutioni obstat doctrina 138
gloss. *in dict. cap. Pastoralis, § quia verò*, ubi tra-
ditur, quod iudex, qui cognoscit de iniustitia, po-
test de nullitate sententiarum cognoscere: quam
glossam extollunt Doctores pro iurisdictione
laicorum, & esse communem tradit Felinus, *in
cap. de cætero, column. 1. de iudiciis*, quia † illa 139
glossa loquitur de iudice ordinario, coram quo
petebatur executio sententiæ iudicis delegati ec-
clesiastici, & uterque erat capax iurisdictionis, &
sic non valet argumentum de uno casu ad alium,
de iudice capaci ad incapacem. Et quatuor intel-
lectus refert ad illum textum, & glossam, Agia.
*de exhibendis auxiliis, numero 154.* vel aliter, &
secundò potest responderi, quia admitti potest
exceptio nullitatis, ex defectu iurisdictionis, &
falsarum literarum, quòd est diversum in casu
nostro, & sic nulli laico privato fas est cognosce-
re de nullitate excommunicationis, quia cuili-
bet daretur facultas discernendi, an excommu-
nicatio valida sit, vel ne, & magna confusio &
schisma oriretur in Ecclesia Dei, prout tradit
sanct. Gregor. *homilia. 26.* tractans illud Ioan-
nis, *cap.20.* * *quos remiseritis peccata, &c.* * Pro-
pterea † Ecclesia præcipit, ut sententia excom- 140
municationis, iusta sive iniusta, sit timenda, & re-
media iuris quærat excommunicatus, & iterum
pareat, ut tradit Sotus, *libro quinto, de iustitia, &
iure, quæstione. 7. articulo quarto, prope finem*, &
† si quis habeat dubium, an sit excommunica- 141
tus, debet se pro excommunicato gerere, ut in
*dict. cap. illud: §. licet de clerico excommunicato
ministrante*, & si Principes laici non permittunt
subditos suos cognoscere de nullitatibus senten-
tiarum temporalium, ut in *l.64. Tauri*, ubi non
obstante nullitatis exceptione, sententia exe-
quitur, ne † detur occasio seditionum, quanto 142
magis hæc ratio procedit in sententia excommu-
nicationis, lata ab eo, qui ligandi & solvēdi à Deo
optimo Maximo habet potestatem & iurisdictio-
nem, & in eū, qui propter animæ salutē credere
debet

debet, se esse excommunicatum, & à iudice Ecclesiastico absolutionem petere, quam temerario iudicio, & arroganter, coram iudice laico, de invaliditate sententiæ excommunicationis disputare, ad impediendam & retardandam executionem & publicationem, & debiti solutionem, & sic resolvendum est, quòd si incidenter, & per viam exceptionis, agatur de nullitate excommunicationis, coràm iudice laico, non de iure, sed de facto disputando, erit iudex competens sæcularis. Si verò causa agitetur principaliter coràm Ecclesiastico, & per viam requisitionis imploretur brachium sæculare, tunc coram eo non potest agi de nullitate sententiæ, etiam inter laicos, sed ad iudices Ecclesiasticos recurrendum est. Qui est iudex competens huius controversiæ.

Diximus supra de potentia & virtute clausulæ, * *appellatione remota*, * quæ solet in rescriptis inseri, cuius virtus excludit recursum ad superiorem per viam violentiæ, ut dicemus *in 2. part. quæst. fin.* Nunc autem operæ pretium esse duximus, aliqua de virtute compromissorum re-
143 ferre. Cuius ea est efficacia, ut † sententia lata virtute compromissi sit executioni mandanda, non obstante appellatione, ut hodie est dispositum de iure Regio, *in l. 4. tit. 21. lib. 4. recopilat.* quam ultra Azeved. *ibi* declarat Olanus, *litera I. num. 46.* Covar. *lib. 2. var. cap. 12. num. 1.* Gregor. *in lege vigesimo tertio, titulo 4. pag. 3.* Gutierrez, *in l. nemò potest, numer. 428. delegatis, 1.* Parlad. *libro secundo, rerum quotid. 5. p §. 11. num. 24.* Paz, *in sua praxi, 5. par. 1. tom. capite tertio, numero.* Avendanno, *in tit. de las exceptiones, numero 34.* Idem Gutierrez, *de iuramento confirmatorio, 1. p. cap. 36. numero duodecimo*, ubi dicit, quòd non
144 solum sententia est executioni mandanda, sed etiam † pœna parti applicanda vel fisco, si ea nõ
145 obstante appellatio interponatur à sententia ar-
146 bitrorum, cuius † executio est petenda intra annum, ut † *in l. 10. tit. 16. lib. 5. Recop. l. 3. tit. 26. libro 8.* Quibus sic suppositis, dubium est, an si appellans, pœnitentia ductus, consentiat in sententiam, & renunciet appellationi, an non obstante consensu appellationi contrario, sit sententia, quo ad pœnam, executioni mandanda, & an iudex vim faciat, exequendo sententiam compromissi, quo ad principale, & quo ad pœnam, de quo aliquando vidi dubitatum. Etsi sententia, quo ad pœnam, potest mandari executioni, nulla est vis in exequendo, si verò nõ mereatur executionem, vis est notoria, & per viam recursus ad Regios Senatores vis tolli debet. Et quia veritas magis elucidatur, dum per contraria proceditur, fundamenta pro utraque parte referam, & quid iudicandum sit, cùm casus de facto contingat, nõ solum in causa principali, verum etiam in articulo violentiæ. Et pro parte actoris, quòd non solum sententia arbitraria sit exequenda in condemnatione principali, sed etiam respectu pœnæ
147 in compromisso positæ, faciunt sequentia. Primo, quia † dicta pœna est conventionalis, & cõmittitur statim, quòd pactioni non statur, quoties vel aliquid contra fidem datam gestum est, vel cùm id quod convenit, statuto loco aut tem-

Prima opinio proponitur.

pore non præstatur, ita tamen, ut si quæ mora vel culpa admissa est, ea purgari possit, dummodo in continenti debitor fidem agnoscat, & promissis satisfaciat, *lex. si ita quæstio. §. sola, D. de verborum obligationibus, lex, & si post tres, D. si quis cautionibus*: & hoc est, quòd in iure dicitur, celeri satisfactione posse debitorem sibi consulere, ut in *cap. potuit. de locato.* Pœnam autem, quæ ex compromisso processit, conventionalem esse cõstat; & sic, si appellatio interposita sit, intendens iudicatum controvertere, & arbitrorum sententiæ reluctari, & in appellatione insistere, dubiũ non est, quin pœna debeatur, & sic solvenda est prius cum ipso principali, anteaquam de meritis 148
appellationis cognoscatur, quia † standum semper est sententiæ arbitri, sive æqua esset sive iniqua, *l. diem, §. stare, D. de receptis arbitris.* Maximè, quia *ex l. 1. C. de arbitris*, non licebat ab arbi- 149
tris appellare, nisi † fortè essent arbitri iuris, aut iudices specialiter delegati, quia in hoc casu ab iis appellandi facultas erat, *l. arbitri, D. qui satisdare cogantur, cap. arbitris, de officio delegati, libro sexto.* Sed † iure nostro arbitrorum authoritas ex sola pœna pendet, quæ stricto iure observatur, ut, si quid in legem compromissi peccatum sit, vel dicatur, ad arbitros omissa iudiciorum severitate recurratur. Itaque publice interest, arbitria impunè non violari, & si contra arbitri sententiam, aut compromissi authoritatem fiat, pœnam ex lege compromissi committi, ut neque à iudice appellationis venia indulgeatur nec ulla pœnitentiæ excusatio admittatur appel- 151
lanti, quia † pœna statim appellatione interposita admissa fuit, & semel commissa iure debetur, & pœnitentia postea secuta non relevat; quia fortassis peritos advocatos consuluit appellans, & arbitrorum sententiam æquissimam esse comperuit, & cùm nullum ex appellatione fructum speraret, appellationem, vi coacta, vult omittere. Itaque hæc non pœnitentia voluntaria est, sed consulta prudentia eius, qui ab appellatione recedit, non compromissi religione, sed ex necessaria æqui iudicii observatione; Postquam iustam arbitrorum sententiam, nullo appellationis gravamine, convelli posse animadvertit. Vndè nimirum ad pœnam tenetur, quia, licet desistat ab appellatione, verum est, eum appellasse: & ex sola interpositione appellationis pœna fuit commissa, & parti applicata. Et quia veritas alicuius rei magis exemplis declaratur, animadvertamus, 152
quod † si res aliqua uxori legata sit sub hac conditione, * *cum liberos habueris*, * censetur res legata in perpetuum acquisita, si filios habuerit, licèt statim decesserint, *lex, cum uxori, C. quando dies legati cedat.*

Præterea hæres institutus sub conditione matrimonii, hæres manet, & si non duret matrimonium, *l. si quis hæredem, C. de institutionibus & substitutionibus.* Rursus si testator fideicommisso hanc conditionem adiecerit, * *donec binos liberos educaveris*, * si quis ex liberis duos filios procreavit, neque superstites reliquit, videtur fideicommissi onere liberatus, *lex hæredibus in principio, D. ad Senatusconsultum Trebellian.* in

nostro vero casu, de pœna iure commissa, & semel parti acquisita agitur; lex autem non eo tantum casu pœnam ex compromisso deberi vult, si appellatio duraverit, & appellans in ea perstiterit, sed & si appellatum, vel aliquid contra compromissi fide gestum esse dicetur. In † quibus ca-
153 sibus, neque pœnitentiæ, neque moræ purgationi locus esse potest.

Vnde si arbiter intra Kalendas Septembris dari iusserit, & debitor statim post Kalendas solutionem offerat, commissa semel pœna perpetuo debetur, & solvi debet, *l. Celsus, D. de receptis arbitris, l. traiectitia, D. de actionibus, & obligationibus*, & sic ille, qui appellando compromissi fidem & authoritatem violavit, etiam si paratum se dicat, ab appellatione recedere, sera profecto est
154 pœnitentia: & sic † pœna semel commissa, &
155 parti acquisita, remitti non debet, ut dicimus † de eo, qui furtum fecit, cui non prodest rem restituere statim, ad evitandam pœnam, *l. non prodest, D. vi bonorum raptorum.* Similiterque, si depositarius rem depositam vendiderit, eamque post redimerit, & res deinde sine dolo malo perierit, respondet Vlpianus *in l. 1. §. si rem depositam, D. depositi*, teneri eum depositi actione, ibi: * *Semel dolum fecerit cum vendidit.* * Eademque nec absimili ratione, si mancipium ea lege alienatum fuerit, ne venderetur, adiectaque fuerit pœna, & ea non obstante, servus alienatus sit, statimque redemptus, nihil facit redemptio, quin pœna semel commissa debeatur, *lex, si duobus, §. vendidi, D. de diversis, & temporalibus præscriptionibus.* Et sic, ne pluribus exemplis res certa demonstretur, dicendum videtur, quod ab eo die, quo factum fuit compromissum, & per appellationem fuit sententia violata, illicò pœna fuit commissa, nec ficta pœnitentia, neque alia excusatione revocare potest appellans, quod semel commissum fuit, cum satis sit, conditionem semel extitisse, & pœnam solito temporis momento commissam fuisse.

156 Contraria opinio defenditur.

Sed † his non obstantibus contraria opinio videtur magis æqua, & rationi & pietati consona, quia durum & acerbum videtur, creditorem, qui non litis victoria contentus est, sed & pœnam insuper ex sola vocis appellatione (inconsulto calore emissa) consequi sperat; quia, licet appellatio interposita fuit, statim pœnituit, quod non solum tacitè, sed certa atque aperta animi declaratione expressit, ipsamque appellationem pro derelicta & deserta habuit: & lex voluntatem cum effectu, non ipsum nudæ vocis sonum, vel inanem sine effectu animi destinationem, castigare & coercere solet, *lex cogitationis, D. de pœ-*
157 *nis.* Hinc fit, ut † si quid extra familiam alienari sub pœna prohibeatur, & aliquid ea conditione alienetur, ut in continenti debeat familiæ restitui, non intelligatur pœna committi, neque deberi, ut docet Angelus, *in l. voluntas, C. de fideicommissis.* sic etiam, qui patronum in ius vocavit, si eum pœniteat, & actionem remittat, cessat punitio, *l. quamvis, D. de in ius vocando*, & eadem ratione, si quid incapaci donatum vel legatum fuerit, sed ea conditione, ut statim restituat, dispositio illa non censetur nulla, sed valet, & subsistit donatio, textus, *in l. cogi, §. his qui solidum, D. ad Senatusconsultum Trebellian. l. si consentiente, C. de donationibus ante nuptias.* Simi- 158
liter, etiam si † emphyteuta, inconsulto domino, contra legem emphyteosis alienet domum, alienatio verò nullum effectum habeat, vel quia solemnitas aliqua lege municipali requisita deerat, vel aliam ob causam res alienata restituta statim fuerit, licet emphyteuta vendendi animũ habuerit, eaque voluntas ad actum aliquem processerit, tamen quia venditio sine effectu remansit, resolvit Baldus, *in l. 2. C. de iure emphyteutico, & in l. ab emptione, C. quando liceat ab emptione discedere*, pœnam nullam, eo casu committi, neque emphyteutam iure suo cadere. Et
similiter si † depositarius rem depositam ven- 159
dat, etiam si contra fidem depositi delinquat, excusatur tamen, si redimat, ita ut res sine damno ad potestatem domini revertatur, *l. sequitur, §. item Labeo, D. de usucapionibus. l. ex hoc, §. ait Prætor, D. de alienatione iudic. mut. causa facta.* Sic etiam absolvitur à pœna, si quis illicò post acceptum iudicium ea, quæ vi aut metu adempta fuerant, restituere paratus est, *l. hoc edicto, D. de Publicanis.*

Etsi † posthumus vivo testatore nascatur, & 160
statim decedat, manet hæredis institutio, nec ideo minus hæres scriptus hæreditatem consequetur, *l. posthumus præteritus, in principio, D. de iniusto rupto.* Quemadmodum etiam, cum testator uxorem rerum legatarum proprietate privat, adiecta hac conditione, * *si nupserit, quandiu filius quem unicum defunctus reliquero vivit,* * & nupsit vidua, vivo filio, sed filius statim postea decessit, nulla committitur prohibitionis pœna, neque privatur uxor rebus sibi sub ea conditione legatis, *authentic. de nuptiis, §. Quoniam infirmans, authentico. de non eligendo secundo nubentes, §. primo*, quia, † ut pœna committatur, lex 161
spectare solet, non id quod momento fit, sed quod durat, & effectum aliquem habet, glossa, *in l. quotidiè. verbo, cogetur, de transactionibus*, quia non dicitur versum, quod non durat versum, *l. si pro parte, §. versum, D. de in rem verso*, & satisdatio quæ non durat, satisdatio non est, *l. 1. §. quòd ait Prætor, D. quorum legatorum.*

Solutio † quæ statim repetitur, ea neque ve- 162
ra solutio censetur, neque liberationem inducit, *l. qui sic solvit, D. de solutionibus.* Ex quibus rationibus non debet appellatio verè interposita iudicari, quæ non durat, neque appellationis effectum sortita est; quæ magis animi calore interposita debet iudicari, quam ut arbitrorum sententiæ authoritati, præiudicium ullum fieret: Et sic bonum & æquum debemus attendere. Et ob hanc causam Averdannus, *in suo [illegible], verbo,* * *pœna convencional:* * & Matthæus de Afflictis, *decisione 135.* resolvunt, quod † de stylo 163
Curiarum non fit condemnatio pœnæ conventionalis, nisi quatenus interest, non ultra, quæ

opinio

opinio placet Gutierrez, *de iuramento confirmatorio*, 1. *parte, capit.* 36. *numero* 10. ubi refert casum de facto sibi contingentem, & quid fuit iudicatum. Idem ipse resolvit *in suis Canonicis quæstionibus*, 2. *parte capite* 20. *num.* 5. & ego etiam dixi *libro* 2. *practic. quæstionum commun. contra communes, in quæstione* 687. *num.* 3. *&* 6. & Sarmient. *libro tertio, selectarum capite* 6. *& numero decimo.* Azevedo. *in l.* 4. *tit.* 21. *lib.* 4. Recopil.
164 *num.* 57. Vbi dicit, quòd † pœnæ legum pattitarum hodie non procedunt in compromissis; quia tota pœna reducitur ad interesse partis, ut tradit Menochius, *de arbitr. lib.* 2. *centuria* 3. *casu* 260. *num.* 19. & ponit exemplum Azeved. *supra num.* 58. quòd mihi satisfacit, videlicet, quia aut res ipsa, propter quam compromissum vel transactũ est, remanet penes partem, non contravenientem compromisso, & tunc non pœna conventionalis, sed expensæ litis æstimabuntur, cùm nihil aliud interest: Cum habeat rem petitam; si verò res memaneat penes partem, contravenientem transactioni vel compromisso, tunc ipsa res debet æstimari pro interesse alterius partis, & sic pœna ad rem petitam reducitur, & ad litis expensas. Etsi pœna non sit adiecta, tunc ad interesse agi potest; & si in effectu res petita non debebatur, neque pertinebat de iure parti contravenienti, nullum interesse ei solvetur, quia nihil intererat ei, convenire partem adversam pro commisso, Ita Socinus, *consil.* 255. *num.* 22. Padilla, *in l. si*
165 *quis maior, nu.* 26. *C. de transactionibus*, quia † inhonestum est viris probis, pœnam ultra interesse petere, ut tradit Navarrus, *in manuali, cap.* 23.
166 *num.* 68. & sic est intelligenda † *lex fin. tit.* 4. *parte* 3. & tradita per Gutierrez, *supra numero fin.* ubi dicit, quòd peti potest pœna apposita in compromisso, si petatur intra annum, quia illud intelligitur in quantum pœna, non excedens interesse partis: secùs verò in excessu, quia tunc talis pœna conventionalis, non debetur, neque video, quod petatur, neque fiat condemnatio, nisi respectu damni, in quo consistit æquitas, & ratio naturalis, qua disponitur, ut nullus cum iactura aliena locupletetur, *lex nam hoc natura, D. de cōdicione indebiti*, etiamsi de rigore iuris pœna deberetur appellatione interposita, ut iudicavit Senatus Franciæ, *anno* 1582. ut tradit Annæus Robertus, *libro tertio, capite octavo, in fin. rerum iudicatarum.* In nostro verò Regno Hispaniæ, ubi magis æquitas, quàm iuris apices, in tribunalibus Ecclesiasticis & sæcularibus consideratur, prima opinio servanda est, & ab ea non est recedendum in iudicando & consulendo, in utroque foro, & sic est formandus, vel non, articulus violentiæ.

Ex qua resolutione venit declaranda & resolvenda alia quæstio, quæ de facto semper versatur in tribunalibus Ecclesiasticis & sæcularibus, de
167 eo, qui † se obligavit præsentare Titium in carcere ad certum diem, sub certa pœna solvenda transacto die, sine aliqua requisitione; quia, licet præsentetur transacto termino, dùm ius creditoris ex illa mora non sit effectum deterius, non potest adversus fideiussores exequi condemnatio pœnarum. Et ita inspecta hac æquitate fuit iudicatum in Regali Chancellaria Pinciana, ut tradit Gutierrez, 3. *part. de iuramento confirmatorio, cap.* 47. *num.* 10. quod sæpius iudicavi, tanquã iudex, & defendi tanquam advocatus.

SVMMARIVM.

1 *Recursus ad tribunalia Regia est permissus per Ecclesiasticos & sæculares.*
2 *Appellatio est favorabilis, & pro appellante præsumitur.*
3 *Appellatio habet effectum suspensivum.*
4 *Recursus ad tribunalia Regia, non est per viam iurisdictionis, sed extraordinariæ cognitionis.*
5 *Iudex Ecclesiasticus faciat vim, non admittendo appellationem ad superiorem.*
6 *Pax Reipublicæ turbaretur, si deficeret remedium violentiæ.*
7 *Cognitio per viam violentiæ procedit de iure.*
8 *Princeps temporalis non potest prohibere subditis appellationem ad Papam.*
9 *Iurisdictio Ecclesiastica non violatur in his cognitionibus per viam violentiæ.*
10 *Iurisdictio à iure dicendo dicitur.*
37 *Tertium exemplum refert Didacus Covarruvias, de literis & commissionibus Apostolicis, quæ ex Regio decreto suspenduntur, neque possunt executioni mandari, nisi prius mittantur ad Regia auditoria, ut illic examinentur, an executione digna sint. Sed respondetur, neque istud esse contra libertatem ecclesiasticam, quoniam illa suspensio executionis non fit ad minuendam authoritatem Sedis Apostolicæ, sed ad Summum Pontificem certiorandum, & ad ipsius benignam intentionem adiuvandam, & non opponitur iudex Regius iudicio Pontificis, quando repugnat iniustum decretum executioni esse tradendum; quia verè is repugnat, qui minimè curat, quo iure, quave iniuria obsistat, aut contra-
38 dicat, qui verò prudenter rerū momenta expendit, rationem ducem adhibet, & quod sibi æquius ac verius visum fuerit, sequitur, iste nullo pacto contradicit, sed Papæ authoritati magis servit, cuius dignitatis publicique boni patrocinium sit tuendum proponit, ut diximus gloss. 6. numer. 62. quia non vult Pontifex, ut sua privilegia, neque rescripta neque literæ neque aliæ commissiones Apostolicæ executioni mandentur, quando præiudicium tertii continent, aut iuri, vel publicæ utilitati sunt contraria, aut falsis precibus impetratæ, quæ sancta iuris provisio, licèt habuerit initium à iure civili, ut patet in l. rescripta, C. de precibus Imper. offerendis, l. 2. cum sequentibus, C. si contra ius, vel utilitatem publicam servatur tamen de iure canonico, & summa veneratione canonicata est, in ca. rescripta, & in cap. dicenti, cum sequentibus, 25. quæstione, 2. Et ob hanc causam non est censenda violata libertas ecclesiastica, aut ipsius iurisdictio turbata quando Reges Galliæ, & Hispaniæ su-
39 spendunt executionem literarum, aut aliarum commissionum Apostolicarum, non in contemptum Apostolicæ Sedis sed pro conservando pacifico statu Regni tam spiritualis, quam temporalis, & ob hanc causam interim volunt, ut ipsæ literæ prius apud Regia tribunalia examinentur, an sint veræ, aut falsæ, & an sint contrariæ cæteris privilegiis Re-
40 gni: nam ipse summus Pontifex statuit, hoc posse de iure fieri; nec solùm Princeps, sed etiam quilibet iudex ordinarius, huius examinis faciendi liberam habent potestatem, ut dicitur in capit. si quando, de rescriptis, l. 2. l. 4. C. si contra ius, cap. dicenti, §. & si non cognitio, 25. quæ. 2. cap. super literis, de rescriptis. Quod quidem examen si fiat à Regis ministris, eo zelo, & ea intentione, ut neque in minima parte derogatum sit eximiæ potestati Summi Pontificis, executionemque dictarum lite-
41 rarum suspenderint, aut distulerint, non animose opponendi authoritati Sedis Apostolicæ, sed cum intentione certiorandi Summum Pontificem de his; quæ si fuissent suæ beatitudini nota, prædictas literas non concessisset, & prompti fuerint obedire cuicunq; deliberationi, quam Summus Pontifex, re bene intellecta pro communi beneficio, & pro utilitate Reipublicæ, tam spiritualis, quam temporalis, decreverit nemini dubium est, quòd talia examina, & huiusmodi suspensiones, non erunt libertati ecclesiasticæ contraria, ut planè declarat Covarruvias, cap. 35. numer. 6. versiculo, ut verò quis existimet.*

Quæ verba sunt aurea, & singularia in proposito, quia, licèt nostri authores Hispani id doceant ubique; exteros verò id affirmare, est maximæ considerationis; quia resolutio illius consilii tendit in favorem iurisdictionis ecclesiasticæ, ut constat ex principio illius, ibi:* Surge Christe, causam tuam adiuva, in hoc enim iudicio agitur de protegenda libertate, quam Ecclesiæ tribuisti, de conservanda iurisdictione ecclesiastica, quam tu erexisti, & de tuenda clericalis personæ læsa existimatione, quam à nemine tangi iussisti.* 42

## SUMMARIUM.

1 Provisiones Regales conceduntur, ut appellatio admittatur ad superiorem.
2 Appellatio in dubio admittenda est.
3 Regula est pro appellante.
4 Appellatio extinguit, vel suspendit iudicatum.
5 Appellatio dicitur titulus permissorius.
6 Appellans in dubio non censetur suæ appellationi renuntiasse.
7 Appellatio non retardat executionem in via executiva, neq; auditur appellans in secunda instantia, donec constiterit de solutione.
8 Appellatio non admittitur in causis executivis, nisi executor excedat modum.
9 Appellatio post tres sententias conformes, non impedit executionem.
10 Pendente recursu ad Regem, nihil est innovandum.
11 Declaracion de la materia de las fuercas, en que se prueva, que este conocimiento no es contrario al derecho canonico, y se refiere la practica de Espanna.
12 Appellatio licita est ad Romanam Ecclesiam, in omnibus casibus.
13 Sententiam Pontificis nullus potest revocare.
14 Appellatio à sententia Principis, non est admittenda.
15 Executoriales Romanæ Curiæ, non possunt executioni mandari, donec revertantur ad Curiam, secundum eius stylum.
16 Cap. redintegranda, 3. quæst. 1. declaratur.
17 Appellatio de iure canonico, quando sit admittenda.
18 Sententia in iudicio possessorio, quando sit exequenda.
19 Sententia in interdicto adipiscendæ possessionis, quando sit exequenda.

## AD GLOSA IX.

Ibi: * *Para que se otorgue la apelacion.* *

NOta, Quòd † provisiones Regales conceduntur ad illum effectum, ut admittatur appellatio legitimè interposita, quæ † in omnibus casibus in dubio admittenda est, ubi expressè non est decisum, quòd non admittatur, ut fuit resolutum per plures decisiones Vincentii de Franchis. *in decis. 120. numer. 4. & 351. numer. 3. & 556. numer. 10. & in 637. numer. 90.* & Cornaz- 1 2

zanus

zanus. *in decisionibus Rotæ Lucens. decis. 193. num. 1.* & tradit Fulvius Pacianus. *conclusio. 127. numer. 1. & 18.* Villadiego, *in sua Politica, cap. 3. numer. 45.* Tiberius Decianus, *cons. 47. numer. 31. volum. 1. & cons. 45. numer. 40.* Farinacius. *decis. 418. & 870.* ubi dicit, revocanda esse attentata
3 post appellationem; & † sic regula est pro appellante, & contra iudicem, qui non admittit appellationem, & exequitur suam sententiam ap-
4 pellatione remota, cum † semper appellatio, vel extinguit, vel suspendit iudicatum, ut resolvit Vincentius. *in decis. 370. num. 14.* & ob hanc causam appellatio dicitur æmula, & theriaca contra venenum causæ principalis, ut dicit Vincentius.
5 *decis. 637. num. 5.* & appellatio † dicitur titulus permissorius, ut dicit Gigas. *ad Decium in c. cum sit Romana, verbo appellatione, de appellationibus.*
6 Et in dubio † nunquam præsumitur appellans suæ appellationi renuntiasse, ut fuit decisum in Rota, *decis. 63. in fin. de appellationibus.* Si verò
7 † causa sit executiva, & appellatio ab executore interponatur non suspenditur executio, neq; auditur appellans in gradu appellationis, nisi prius constiterit iam soluisse, ut tradit Avendanus, *in cc. pp. lib. 1. cap. 6. num. 4.* Gutierrez, *libr. 1. pp. quæst. 120. num. 2.* & Villadiego, *in sua politica, cap. 4. num. 57. usq. ad 61.* & dicam *in quæst. fin.*
8 *circa fin.* Quod † non procedit, si executor excedat modum, ut resolvit Rota. *decis. 45. de appellationibus, num. 1. in novis,* & probatur *in l. ab executore, C. quorum appellatio, non recipiantur,* & tradit, Sese, *de inhibitionibus Iustitiæ Arag. c. 2. § 3. à num. 79. & 89.* Similiter etiam in causis executivis, & possessoriis non admittitur appellatio, de iure civili, neque canonico, ut docet Marta. *de iurisdictione, 4. part. centuria, 2. casu, 159. numer. 17. usq. ad num. 20. per cap. fin. §. si quis, 2. q. 6.* Puteus, *decis. 316. in 2. p. & 278. nu 4.* Gutier. *lib. canonicarum quæstionum, 1. p. cap. 34. num. 87.*
9 maximè † si tres sententiæ fuerint conformes, quia tunc appellatio non impedit executionem, ut tradit Puteus, *decis. 348. in 2. p.* & sic, in fiscalibus non datur recursus ad tribunalia Regia, ad effectum retardandæ executionis, ut in simili tradit Gaspar Rodriguez, *de annuis reditibus, lib. 1. quæst. 10. 17. numer. 66. cum seqq.* Et si de facto fuerit appellatum per viam violentiæ, causa est remittenda ad tribunalia Regalia, ut quotidiè fit.

10 Adverte tamen, quod † pendente recursu ad Regia tribunalia, non est innovandum, per iudicem ordinarium ecclesiasticum, ut tradit Franciscus Marcus. *decis. 83. num. 1.* Et ita communiter practicatur, etiamsi iudex sit executor: quia, licèt causa sit executiva, & executor non excedat modum, si appellatio interposita fuerit, & imploretur auxilium Regale, facta notificatione provisionis Regalis, iudex debet supersedere in causa, donec processus videatur per Regios Senatores qui statim devolvunt causam ad iudicem ecclesiasticum, quando constat, quod causa sit executiva, & nullum factum sit gravamen in executione appellatione remota, & si malitiosè pars appellavit, potest in expensis condemnari, ut dicit *lex nostra in fine*, & dicemus *in glossa 6.* ubi disputabitur ille articulus expensarum, qui controversus erat ante promulgationem huius legis.

De suerte, † que toda la disposicion de nuestra ley, y cuidado, que en hazerla pusieron los Consejeros de su Magestad, va enderecado en execucion de lo que esta dispuesto por derecho canonico, y en bien publico del estado ecclesiastico, a cuya defensa estan los Reyes mas obligados, que a la defensa de los seglares, por ser ministros de Dios, y personas publicas, y mas menesterosos de defensa, que los seglares, porque sus armas son lagrimas, oracion, y penitencia, y abnegacion de si mismos, y assi es mayor la ofensa que se les haze en despojarles de sus bienes, executando contra ellos las sentencias, sin embargo de apelacion, denegandoles la defensa natural, y cerrandoles la puerta para que no sigan su apelacion ante su Santidad, teniendo poco respeto à su tribunal. Y para deshazer esta fuerca, y agrauio, y sanar esta poncona, vsan los Reyes, y sus Consejeros de la triaca de la fuerca, aplicando contra este veneno la defensa natural de su iurisdicion, porque todos es de protecion: y para este efecto, se despachan las provisiones Reales, para que se les otorgue a los apellantes la apellacion, que legitimamente fue interpuesta, sin que su Magestad, ni sus Consejeros, se entremetan en los meritos de la causa principal, ni en aueriguar, si fue bien, ò mal sentenciado, porque todo esto se remite, y reserua al iuez ecclesiastico superior. Y à este fin va encaminada toda la disposicion de sta ley, ayudando, y executando lo que los sagrados Canones, y Concilios disponen, sin que aya palabra en la dicha ley, que sea contraria à la libertad ecclesiastica, ni hombres tan doctos, y letrados, y temerosos de Dios, que la hizieron, ni los que la executan, y guardan, y han executado ecclesiasticos, y seglares, lo hizieran, si en alguna cosa fuera contraria al derecho canonico, y a la libertad eclesiastica, como consta, y parece por la dicha ley, y por los sagrados canones: lo qual entre si tiene vna gran correspondencia, y conformidad, ut dixit Imperator, *in authen. ut clerici apud proprios Episcopos*, ibi: * *Secundum sacras & divinas regulas, quas etiam nostræ sequi non dedignantur leges*, * porque los Canones mandan, que no se descomulgue, ni haga agrauio al que apela para ante su Santidad. Y por la misma ley se manda lo mismo, por derecho canonico, se manda, que los iuezes ecclesiasticos no executen sus sentencias sin embargo de apelacion, y esto mismo se ordena en la dicha ley. Demas desto, el derecho Canonico dispone, que lo que se executa, pendente la apelacion, se anulo, y atentado, y esto mismo manda la dicha ley, y executan los Reales Consejos, reponiendo todo lo executado, para que sin despojo se prosiga la apelacion, y para este efeto se lleua el processo original à los tribunales Reales, a donde, sine strepitu, & figura iudicii, y sin admitir peticion, ni hazer acto iurisdicional, se determina el articulo de la fuerca. Y como su Magestad no prohibe, que no se lleuen las causas al tribunal de su Santidad,

ni castiga a los legos que lo hazen: tampoco su Santidad es visto querer descomulgar a los que se valen deste remedio, ni a los iuezes que le admiten: porque para que este conocimiento fuera contra derecho canonico, y la libertad Ecclesiastica, no se auia de disponer lo mismo, sino lo contrario. Y como el tribunal Real no puede absoluer, se ruega, y encarga a los Eclesiasticos, que por ochenta dias absueluan a los descomulgados, y esto no precisamente mandando, sino alternatiuamente, rogando, que absueluan, o otorguen la appellacion: de suerte, que para este efeto, de que se otorgue la apellacion, y deshaga el agrauio al appellante, se funda toda la disposicion de la ley, para que se pueda libre mente seguir la apelacion en los casos, que fuere legitima, y la causa ordinaria.

A lo qual no obsta la dificultad que me propuso un Conseiero de su Mastad: diziendo, que este conocimiento por via de fuerca, no podia ser de derecho natural: porque el derecho natural, no dio tal forma de proceder, sino loco dispuso, que la defensa fuesse licita, y que el modo de defensa de los subditos Eclesiasticos, y seglares, por los Reyes, y Principes, que no reconocen superior en lo temporal, es de derecho positivo, porque a esta dificultad, y replica respondi *en el proemio, cap. 1. numero. 18.* adonde puse una doctrina muy elegante, y sustancial para toda esta materia de las fuercas, que fue dezir, que el derecho natural, solo puso sus reglas de viuir in genere: Pero las circunstancias, y el modo de la execucion, y el tiempo, y el lugar, solo es introducion del derecho positiuo, en orden, y declaracion del derecho natural, y basta que sea de derecho natural, * *vim repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ*, * y que sea tambien, * *Regum officium vim tollere*, para que el derecho positiuo, pueda dar la forma, por lo qual se pueda poner en execucion este derecho natural, y esto no es hazer ley nueua, sino dar medios, y disposicion à la ley natural, para que tenga efeto, y execucion, conforme à la variedad de los tiempos, de lo qual pornè dos exemplos claros, y palpables. El vno del matrimonio que procede de derecho natutural, y divino ut tradit Sanchez *de matrimonio*, 1. *p. lib.* 1. *quæst. 5. gloss. in c.* 1. *dubio.* 10. *lib.* 8. Y sin em bargo, que sea de derecho natural, y divino, viene la ley positiva, y da forma como se ha de contraer este matrimonio, y dispone *por el cap.* 1. *ses.* 24. *de reformat. matrimony* que sea, * *coram parocho, & testibus & factis publicationibus.* * Y que de otra mane ra sea nullo: todo lo qual es disposicion de ley positiva: pero en declaracion del derecho natural, y divino, y por esto no se dize, que el matrimonio es de derecho positivo, ni muda por estos medios positivos el nombre de ser de derecho divino, y natural. El segundo exemplo sea, de los alimentos que se deven a los hiios, que dize *el.* §. 1 *inst. de iure naturali*, que se deven de derecho natural, ibi: * *hinc descendit liberorum procreatio, & educatio*, * pero la quota, y designacion, y forma de la paga destos alimentos, la introduxo el derecho positivo, en declaracion del derecho natural, por q no pa de estar la naturaleza destituida de los medios necessarios para su fin, y conservacion, como lo trae Francisco Suarez *in tractatu adversus errores Regis Angliæ, lib.* 3. *de primatu Summi Pontificis, cap.* 1. *num.* 4. *in fine*, & sic dicit Philosophus * *qui dat formam, dat etiam ea quæ consequuntur ad ipsam.* * Y ansi en nuestro caso, basta q̃ la ley natural, y divina, permita la defensa, y que estè a cargo de los Reyes, y principes (que no reconocen superior en lo temporal) el defender de fuercas, y violentias à los ciudanos d. su Republica temporal, para que pueda dar forma en poner los medios, y el modo como se hade usar desta protecion, y defensa, en conservacion, y guarda del derecho natural, y esta la diò *nuestra ley* 36. *tit.* 5. *libr.* 1. *recop.* en la qual. no dispone como ley positiva, en causas ecclesiasticas, sino como declatoria del modo de la defensa, y protecion natural, lle uando los processos à los tribunales Reales, Para que se alce, y quite la dicha fuerca.

Y lo mismo se manifesta, en los preceptos, y Mandamientos de la ley divina, como no matar, y los demas: à los quales la ley positiva dio forma del castigo, contra el que matare, considerando las circunstantias del tiem po y lugar, y la calidad del muerto, y matador, dando forma de como se hade causar, y sustanciar el processo, examinando testigos, tomando la confession, ratificando, sententiando, appelando, tachando lo qual aunque lo intro duze la ley positiva: en orden al cumplimiento de la ley divina, y natural (como lo haze en las causas del conocimiẽto, por via de fuerca) no se sigue de aqui, que el castigar al ma tador, se an leyes positivas, sino natural. y divina, y que todo procede de derecho natural, aunque el modo, y las circumstancias sean de derecho positivo, y como esto es accessorio, toma la denominacion de lo principal: y an si se com prueva, que el quitar las fuercas en los tribunales Reales, es de derecho natural, y no de derecho positivo, in quo non video, nec intelligo qualiter libertas ecclesiastica violetur, & infringatur, imò totum contrarium.

Y en confirmacion desta verdad, se advierta, que de los autos que prouee el tribunal Real, sobre si ha lugar, ò no, el articulo de fuerca, no se puede apelar ni suplicar, como se hiziera si fueram autos iurisdicionales, y no de protecion, y defensa natural, ut in simili tradit Anastasius Germonius *libro* 2. *de sacrorum templorum immunitatibus. capite* 13. *numero* 17. Lo qual es muy singular en nuestra materia, para que los escrupulosos pierdan el miedo, y consideren, que este cono cimiento, por via de fuerca, no comprehende, en todas sus acciones licitas, ningun acto de iurisdicion iudicial, sino todos de protecion, y defensa natural alcando, y quitando, las fuercas, que hazen los ecclesiasticos en otorgar las apelaciones al superior ecclesiastico.

Vnum

12 Vnum tamen non omittam, quod † ad Romanam Ecclesiam omnibus sit licitum appellare ab ea autem nemini appellare permittitur, tex. *in cap. ad Romanam, 11. quæst. 6. cap. isti sunt, 9. quæst. 3.* quia cum Romana Ecclesia de omnibus iudicare valeat, de ea vero nemini iudicare per-
13 mittitur, *C. Episcopo, § sola, 9. quæst. 3.* Et sic † nemo potest, eius sententiam revocare gloss. *in cap. nemini, 17. quæst. 4.* Et cum appellatio sit de minore iudice ad maiorem provocatio, non tenetur Pontifex admittere appellationem, & sic cessat ratio huius nostræ legis, & cum in hoc casu non fiat vis exequendo sententiam, & non admittendo appellationem similiter cessabit cognitio per viam violentiæ. Quod ampliarem etiam, si ex gratia admitteretur appellatio ad eundem (quod fieri potest) ut tradit Tiberius Decianus,
14 *consil. 14. num 124. volum. 3.* idem. † intellige, si lata fuerit sententia à Principe, qui non recognoscit superiorem, quia appellatio non est admittenda, ut resolvit Tiberius, *consil. 47. num. 1. volum. 1.*

15 Si † verò aliquis litigatorum, executoriales obtinuerit in Curia Romana, adversus possessorem beneficii, vel in alia qualibet causa, non possunt de stylo Curiæ Romanæ mandari executioni, contradicente possessore beneficii & si possessio statim de facto detur, post notificationem executorialium, anteà quam iterum reproducantur ad Curiam Romanam, iure attentati revocabitur, & interposita appellatione, & invocato auxilio Regali per viam violentiæ, omnia revocabuntur, & possessor antiquus tuetur in sua possessione, ut in casu simili fuit iudicatum in Regali Cancellaria Pinciana, ut tradit Ioannes Gutierrez, *canonicarum, quæst. c. 4. num. 28. & 29.* & tradit eandem praxin, Lancellotus, *de attentatis. 1. par. cap. 1. n. 32. & 34. in fine, & 2. part. in præfatione, à num. 304. usque ad num. 312.* quod est notabile, & menti tenendum, quia multi errant in practica. Et in simili casu, ita per viam violentiæ in Regali Cancellaria Pinciana iudicatum fuit ut dixi *in lib. 4. q. 1. n. 415.*

Vltimò pro complemento huius glossæ, & declaratione legis nostræ, animadvertendum est,
16 de iure canonico, † in remedio *cap. redintegranda, 3. quæst. 1.* admittendam esse appellatio-
17 nem, & executionem retardandam; quia † de iure canonico, à quacunque sententia in possessorio lata, licet appellare, ut *in cap. 1. de causa possessionis & proprietatis, clementina, unica, de sequestratione, poss. & fruct.* ubi expresè deciditur
18 non † esse quem privandum sua possessione, post unam sententiam, latam in iudicio possessorio, ut tradit Menochius, de recuperanda possessione, *remedio 15. num. 641.* qui plures allegat. Et hanc dicit communem opinionem, Abb. *in cap. cum ad sedem. de restitutione spoliatorum.* Afflictis, *decis. 269. num. 2.* ubi dicit, ita fuisse decisũ per totum senatum. Idem tenet noster præses, Covarr. *practicar. quæst. cap. 23. num. 8. conclu. 3.* Antonius Gomez, *in l. 45. Tauri, num. 194.* Salcedo, *in additionibus ad Bernardum Diaz, regul. 38. in 2. limitatione,* Menchaca, *lib. 2. controversiarum usu frequentium, cap. 38. num. 1. & cap. 40 nu. 3.* Rolandus à Valle *consil. 38. num. 13. lib. 2.* Antonius Gabriel, *lib. quinto communium conclus. 5. n. 124.* Quod intellige, † in interdicto 19
recuperandæ possessionis, & adipiscendæ, secus in interdicto retinendæ, si notoriè constiterit de possessione actoris, tunc non est locus appellationi à prima sententia, & ita dicit Ioannes Gutierrez fuisse iudicatum, *in cap. 34. canonicarum, nu. 88.* ubi etiam dicit unum notabile in nostro proposito, quod per viam violentiæ ita fuit indicatũ, in Regali Cancellaria Pinciana, ibi: * *& cum appellatum fuisset in causa, ad Regiam Cancellariã Pincianam, per modum violentiæ, delata ad eundem iudicem Ecclesiasticum non semel decretis Curia remissa fuit, qui postea ad ulteriorem executionem processit, prout vidi in actis processus eiusdem causæ.* *

SVMMARIVM.

1 *Cognitio per viam violentiæ cessat ubi iudex admittit appellationem.*
2 *Iudex Ecclesiasticus habet facultatem impediendi recursum ad tribunalia Regia admittendo appellationem, & reponendo executioni tradita.*
3 *Cognitio per viam violentiæ non est præcisa sed causativa.*

## GLOSA X.

Ibi: * *E si el juez Ecclesiastico no la otorgare, manden traer à las nuestras Audiencias, vel processo Ecclesiastico originalmente.* *

EX Quibus verbis, manifestè comprobatur, quod † si iudex ecclesiasticus admittat ap- 1
pellationem, nulla est cognitio per viam violentiæ, neque necessaria est remissio processus, quia ista lex procedit & loquitur conditionaliter, ibi: *E si el juez ecclesiastico no la otorgare,* * & sic est electio iudicis ecclesiastici, admittendo appellationem ad superiorem interpositam, vel remittendo processum originalem ad tribunalia Regia; quod est subintelligendum, dum tamen non sit aliquid executioni traditum, quia tunc non sufficiet admittere appellationem, nisi omnia executioni tradita revocentur, ut *in cap. non solum de appellationibus, lib. 6.* & tradit Villadiego *in sua politica cap. 4. num 39. & 41. fol. 78.* Gutierrez *lib. 1. canonicarum quæst. cap. 1. num. 90.* itaque † in facultate iudicis ecclesiastici est, in to- 2
tum tollere hanc cognitionem admittendo appellationem ad superiorem, & revocando omnia, quæ post appellationem executioni tradita fuerunt, quia hæc cognitio fundatur in violentia iudicis ecclesiastici quã dicit lex cõsistere, * *en no otorgar la apelacion,* * & sic cessante causa violentiæ cessabit ipsa cognitio, ut cavetur in nostra lege, ibi. * *E si el juez ecclesiastico no les otorgare la appellacion,* * quæ † cognitio, & remissio pro- 3
cessus ad Curiam Regis, non est præcisa, sed causativa, in eo casu quo iudex ecclesiasticus non admittit appellationem ad superiorem interpo-

sitam, sed suam exequitur sententiam appella-
tione remota, in damnum partis, & in contem-
ptum superioris, ad quem appellatum est. In qua
cognitione nullo modo violatur iurisdictio ec-
clesiastica; neq; impeditur eius exercitium, imò
potius augetur & ampliatur.

SVMMARIVM.

1 *Causa per viam violentia, sine retardatione sunt videnda.*

2 Cap. 2. de re iudicata *declaratur, & ponderatur.*

3 *Controversia iudiciales celeri sententia sunt dirimenda.*

4 *Aequitas & rigor sunt contraria, & versantur in celeri sententia.*

5 *Tempus datum ad sententiandum in causis civilibus, & criminalibus.*

6 Lex 9. tit. 6. p. 6. *declaratur.*

7 *Tempus ad iudicandū est arbitrarium post conclusionem in causa.*

8 *Ius canonicum, non habet tempus limitatum ad proferendas sententias, post conclusionem in causa.*

9 Cap. 20. sess. 24. Concilii Tridentini *declaratur.*

10 *Biennium habet iudex ad proferendam sententiam, de iure canonico.*

11 *Ante annum transactum, in causa appellationis sententia proferri debet.*

12 Lex 11. titul. 18. lib. 4. Recopilatio; *declaratur.*

13 *De Iure Canonico, in appellationis instantiâ, ad proferendam sententiam datur biennium, interdum & triennium.*

14 *Fatalia non practicantur hodie, apud suprema tribunalia.*

15 *Casus de facto refertur, quòd non admittitur desertio appellationis.*

16 *Tempus ad decidendam causam per viam violentia non est præfixum, & sic statim causa terminantur.*

GLOSSA XI.

Ibi; * *El qual traido sin dilacion le vean.* *

IDem reperies dispositum, *in l. 24. tit. 5. lib. 2.*
ibi: * *Se vean antes, y primero, que otros pley-*
*tos algunos, sin embargo de las ordenanças, que so-*
*bre esto ay. que en quanto a esto dispensamos con el-*
*las.* * Ex quibus verbis colliges, voluntatem Re-
1 gis esse, ut † lites, quæ remittuntur ad Curiam
per viam violentiæ, summa celeritate, & sine
strepitu & figura iudicii, terminetur, prout quo-
tidie fit. Quòd est etiam dispositum de iure cano-
2 nico, ut docet & monet Summus Pontifex; † *in*
*cap. 2. de re iudicata*, ibi: * *Iurgantium controver-*
3 *sias* † *celeri sententia terminare, & æquitati*
*convenit, & rigori.* * Ecce textum notabilem, in
quo duo contraria concurrunt ad eundem effe-
ctum, *contra cap. fin de institutionibus*, & omnia
4 iuris principia, quia † æquitas & rigor sunt ad
invicem contraria, *l. placuit, C. de iudiciis, l. quod*
*si Ephesi. §. fin. D. de eo, quod certo loco*, & his non
obstantibus, in celeritate sententiæ concurrunt
simul æquitas & rigor; & sic dicit nostra lex. * *Sin*
*dilacion, lo vean, y determinen.* * In qua lege non
est taxatum tempus, prout † *in l. properandum,* 5
*C. de iudiciis*, ubi causa criminalis biennio debet
terminari, ibi: * *Cum criminales quidem causas*
*iam nostra lex biennio conclusit,* * civiles verò cau-
sæ, intra triennium; ut in text. ibi: * *Non ultra*
*triennij metas post litem contestatam esse protra-*
*hendas,* * & probatur de iure Regio, † *in l. 9. in* 6
*fin. tit. 6. part. 6.* ibi: * *Como quier que los otros*
*pleytos, que son llamados en Latin, civiles puedan*
*durar a lo menos fasta tres annos, è los criminales,*
*fasta dos annos.* * Vbi Gregor. *verbo, tres annos,*
dicit, quòd de iure canonico illud non servatur,
neque in Curiis Regalibus. Idem tenet ipse Gre-
gorius, *in l. 7. tit. 29. par. 7. verbo, dos annos*, ubi di-
cit, quòd † ille terminus non est hodiè in usu. 7
Et sic non est practicanda *illa lex*, neque *l. fin. C.*
*ut intra certum tempus criminalis causa termine-*
*tur.* Et ita est intelligenda *lex 27. tit. 4. par. 3,* ubi
Gregor. *verbo, desde el dia*, declarat, quid sit ser-
vandum in iudice arbitro, quādo tempus ad sen-
tentiam proferendam non fuit declaratum. Et
*dictam l. properandum.* sex modis ampliat. & 21. li-
mitat Maran. *de ord. iudic. 5. par. nu. 6.* qui est o-
mninò videndus.

Prædicta verò procedunt de iure civili, & Re-
gio partitarum, at verò † de iure canonico, pri- 8
ma instantia ad proferendam sententiam nullo
tempore perit, ut probat text. *in cap. venerabilis,*
ubi Abb. *de iudiciis, cap. fin. de probationibus, cap.*
*cum olim, de privilegiis*, glossa; *in cap. fin. de dolo,*
*& contumacia*, quam opinionem dicit commu-
nem Felinus, *in dict. cap. venerabilis.* Iason. *in*
*dict. l. Properandum, num. 27.* & istam opinionem
esse in praxi receptam testatur, Covarruv. *in cap.*
*quamvis pactum, 2. part. §. 1. numer. 4.* Sed hodie
† ex nova lege *Concilij Tridentini, in cap. 20. sess.* 9
*24. de reformatione*, omnes causæ † ad forum ec- 10
clesiasticum pertinentes, etiam beneficiales, in
prima instantia, coram ordinariis locorum, intra
biennium à die motæ litis terminari debet; alio-
quin unicuique ex litigantibus licèt superiorem
adire, & iste erit etiam articulus per viam vio-
lentiæ, si dictæ causæ secundum formam Conci-
lii non terminentur: Quia, licèt possit pars adire
superiorem ecclesiasticum per viam appellatio-
nis, non est prohibitus recursus ad Curiam Re-
gis, per viam violentiæ, ad hoc ut admittatur ap-
pellatio, & servetur dispositio Concilii Tridenti-
ni, cuius dispositionis Rex noster est defensor &
protector, ut *in c. 20. sess. 25. de reformat.*

Quæ omnia intelligenda sunt de prima in-
stantia. At verò † in instantia appellationis, uno 11
anno causa definiri debet, de iure civili, canoni-
co, & Regio, text. *in authent. ei qui, C. de temp. &*
*reparat. appellat. cap. cum sit Romana de appella-*
*tionibus, lex,* † *11. tit. 18. lib. 4. recopilatio.* cuius 12
verba sunt; * *alçandose alguno de la sentencia que*
*fuere dada contra el, sea tenudo de la seguir, y aca-*
*bar, por manera que sea librado el pleyto dende*
*el dia que se alçare de la sentencia hasta una o, è*
*sino*

*fine lo fiziere, que finque la sentencia firme, y vale-
dera, salvo si huviere embargo, derecho, porque no
se pueda seguir, ni librar, y si por culpa del juez fin-
care de lo librar, pague las costas, y dannos a las par-*
13 *tes.* * Solet † tamen de iure canonico biennium
concedi, ut *in cap. cum sit Romana*, 5. *de appellat.*
ubi ex causa solet concedi biennium, & aliquan-
do triennium, ut *in cap. ex ratione*. 8. *de Appellat.*
& dixi *in quæst. 837. lib. 3. & in q. 749. num. 24.* ubi
14 resolvi; quòd † hodiè apud suprema tribunalia,
non curatur de fatalibus appellationum, ut sæpè
iudicat Rota; & tradit Gutierrez, *lib. 1. pract. q.*
102. *num. 4.* & Parladorius, *lib. 2. rerum quotidia-
narum, cap. fin. 1. par. §. 1. num. 11.* Quod intelligo
ibi procedere, *num. 27.* sine beneficio speciali re-
stitutionis, quia sufficit, quod petatur ex clausu-
la generali; * *si qua mihi iusta causa*, * ut in *l. 1.
D. ex quibus causis maiores*. Gregorius, *in l. 24. tit.*
23. *par. 3. gloss. fin.* & docet Paz, *in sua praxi in an-
notatione, de instantia, à num. 15. usque ad fina-*
15 *lem.* Et ita † nuper fuit iudicatum, per domi-
num Doctorem Dionisium de Melgar (Docto-
ralem huius sanctæ Ecclesiæ, tanquam iudicem
Apostolicum) pro Ecclesia villæ de la Solana:
quia non obstante, quòd fuit biennium transa-
ctum post appellationem, fuit dicta Ecclesia au-
dita, in causa principali, ex dicta clausula gene-
rali, non obstante, quòd ex adversa parte fuit op-
posita exceptio desertionis, quia cum informas-
sem iudicem, referendo illi prædicta fundamen-
ta, ita ius dixit, & licet pars adversa implorasset
Regis auxilium per viam violentiæ, causa per Re-
gios Auditores in Curia Pinciana remissa fuit ad
dictum iudicem Apostolicum, declarando, vim
non facere, quia semper veritas causæ principa-
lis est consideranda, & iuris apices, ut ego sæpiùs
iudicavi, & practicavi.
16 Ex quibus colliges, tempus † quòd est præ-
fixum in prima & secunda instantia, de iure ca-
nonico, civili, & Regio, ad proferendam senten-
tiam, non esse declaratum neque limitatum per
nostram legem; & sic ubi tempus non ponitur,
statim est proferenda sententia, prout fit per Re-
gios Senatores: quia sine mora, & retardatione
vident processum originalem, causatum coràm
iudice ecclesiastico, & sine libello, absque pro-
bationibus, & allegationibus, inspecta veritate
causæ, super articulo violentiæ, in non admitten-
da appellatione ad superiorem Ecclesiasticum,
* *mandan, que se otorgue, y repõga lo executado*, *
ut causa principalis faciliùs & sine spolio partis
terminetur, in causa appellationis, coràm iudice
Ecclesiastico, ad quem appellatum est. In quo
magis profecto augetur & veneratur iurisdictio
Ecclesiastica, quam violatur, ut sæpè demonstra-
tum est.

SVMMARIVM.

1 *Leges Regni sunt conformes iuri canonico, in cognitione per viam violentiæ.*

2 Cap. nomen, 2. quæst. 1. *declaratur pro nostra sententia.*

3 *Iniuriam facit iudex, qui non defert appellationi.*

4 *Appellatione, seu relatione pendente, nihil est innovandum.*

5 Cap. licet, de officio legati; *declaratur & ponderatur.*

6 *Sententia eatenus obligat, quatenus habet iudicij rationem.*

7 *Iudicium iniustum non est iuris determinatio.*

8 *Iudex qui iniustè exequitur suam sententiam, non est iudex sed persona privata.*

9 *A Iudice facta non subsistunt, si ad eius officium non spectent.*

10 Lex, 1. §. fin. D. ad SC. Turpillianum, *declaratur.*

11 *Sententia iniusta non est sententia, neque obligat in foro conscientiæ.*

12 *Iustitia respicit medium rei, & sententia, quæ est contra medium, est iniusta.*

GLOSSA XII.

Ibi: * *Y si por el constare, que la apelacion es à legitimamente interpuesta, alcando la fuerca; provean, que el juez otorgue.* *

NOta ex his verbis, vim facere iudicem Ec-
clesiasticum, qui non admittit appellatio-
nem legitimè interpositam; & sic, quod vis sit
tollenda, ad illum effectum, ut admittatur appel-
latio ad superiorem ecclesiasticum. Qui text. † 1
non est contra libertatem ecclesiasticam, sed tota
illius decisio vergit in illius favorem, sequendo
canonicam dispositionem, prout est text. nota-
bilis, ubi probatur nostra decisio, & quòd vis cō-
sistat in non admittenda appellatione, † *in cap.* 2
*nomen, 2. q. 1.* cuius verba sunt, * *nomen presbyte-
ri propterea non ausus sum de numero collega-
rum eius, vel supprimere, vel delere divinæ pote-
stati, sub cuius examine causa adhuc pendet, face-
re viderer iniuriam, si illius iudicium meo vellem
iudicio prævenire, quod neque in negociis sæcula-
ribus iudices faciunt, quando ad maiorem potesta-
tem causa dubitatio refertur, ut pendente relatio-
ne aliquid audeant commutare.* * Ecce textum
singularem de iure canonico, ubi † vim facit iu- 3
dex Ecclesiasticus, qui † pendente relatione, seu 4
appellatione (quòd idem est *ut in l. 1. & in rubri-
ca, D appellationibus, & relationibus*,) in con-
temptum iudicis superioris, aliquid innovat, ut
tradit Lancellot. *de attent. 2. par. cap. 8. à num. 6.*
& probat text. † in *cap. licet, 5. de offic. legati*, ibi: 5
* *Nuntius præfati Abbatis nobis literas præsentavit,
gravem contra iam dictum legatum querimoniam
continentes, quod postquam electionem examina-
verat, & eam ad nostræ deliberationis examen trā-
stulerat, nuntius iam dictus, electionem eandem,
malitiosè nimis examinare præsumpsit, &c. de con-
silio fratrum nostrorum examinationem secūdam,
tanquam à non suo iudice factam, postquam nego-
cium ad nostrum fuerat translatum examen, cen-
suimus irritam & inanem.* *

Quod quidem in totum convenit nostræ legis
decisioni, ibi: * *Alcando la fuerca*, id est, revocādo
executioni tradita, * *provean, que el tal juez otor-
gue*, * vide licet, ut admittat appellationē legitimè

ad superiorem ecclesiasticum interpositam, ne
iurisdictio superioris remaneat illusoria & de-
fraudata, propter iniquam sententiæ executio-
6 nem, quia † sententia iudicis sive iudicium ea-
tenus obligat, quatenus habet iudicii rationem,
7 hoc est, quatenus est determinatio iuris, & † iu-
dicium iniustum, non est iuris determinatio, pro-
ut contingit in executione sententiæ appellatio-
ne remota; quoniam iudicare pertinet ad iudi-
cem ordinarium, exequi iudicatum, ad superio-
8 rem: & † si iniustè procedat in executione,
non iudex, sed persona privata reputatur; & sic
Regum officium est vim tollere, revocando exe-
cutioni tradita: quia non solum iudex ecclesia-
sticus potest per viam attentati omnia executio-
ni tradita revocare, sed etiam iudices supremi, ec-
clesiastici, per viam contentiosæ, iurisdictionis:
sæculares, per viam violentiæ, in quo non impe-
ditur dicta iurisdictio ecclesiastica, neque eius
libertas violatur, sed augetur, & ampliatur, & in
melius dirigitur: maximè, quia iudex ecclesiasti-
cus, qui de facto procedit, non admittendo ap-
pellationem, reputatur quædam persona priva-
ta cum solum habeat causæ cognitionem, & nō
executionem, & sic ea, quæ fiunt à iudice, sed
eius non spectant officium, viribus non subsistūt
ut *in regula eaque de regulu iuris, lib. 6.* & quæ
contra ius fiunt debent pro infectis haberi, ut *in
ead. regula iuris.* Ergo cum per appellationem
interpositam sic suspensa iurisdictio iudicis, ut *in*
9 *cap. venientes, de iureiurando,* † *l. 1. §. fin. D.
ad SCtum Turpillianum,* ibi: * *Reus condemnatus
provocavit, deinde accusator destitit, an hoc casu
in Senatusconsultum incidit: prope est, ut incidisse
videatur, quia provocationis remedio. condemna-
tionis extinguitur pronuntiatio.* * Per quem tex-
tum, idem tenet Baldus, *in l. tale pactum, §. qui
provocarit. D. de pactis,* qui adducit plures ratio-
nes, Iason, *in l. res iudicata, num. 11. D. de re iudi-
cata.* Et sic omnia acta per iudicem à quo pendē-
te appellatione sunt nulla, *cap. ad Audientiam, de
appellationibus, cap. ad præsentiam, cap. non so-
lum eod. titulo. lib. 6.* maximè, quia in hac iniu-
sta executione est persona privata, & non iudex
ecclesiasticus, ut *in l. 3. D. de offic. Præsidis.* Et sic
licitè ei resisti potest, maximè iudex superior in
temporalibus, id est Rex noster, cuius proprium
officium est vim tollere, sub cuius protectione
sunt omnes cives suæ Reipublicæ temporalis, *ar-
gumento, l. prohibitum, C. de iure fisci, lib. 10. &
cap. quid culpatur, & cap. non semper, 11. quæst. 3.* &
docet Innocent. *in cap. Ad aures de temporibus or-
dinationum,* & in simili tradit Oldradus, *consi. 89.
num. 3.* & non solum homines sæculares sunt sub
eius protectione, sed ipsa Ecclesia, & personæ ec-
clesiasticæ, ut cavetur, *in cap. 20. sess. 25. Concilij
Tridentini, de reformatione,* & sic, cùm iniuria
fiat superiori iudici per cognitionem ordinarii,
appellatione remota, ut *in dict. cap. non solum,* &
is exequendo sit privata persona, nimirum ad of-
ficium Regis pertinet vim tollere; * *alcando la
fuerca para que el tal juez otorgue la apelacion.* *
In quo maximè ampliatur iurisdictio ecclesiasti-
ca, & in nulla re violatur; neque impeditur, ut
sæpè dictum est. Et ratio rationis est, quia iniu-
sto mandato iudicis Ecclesiastici non est paren-
dum, quia in eo, quod excedit modum, non est
iudex, & potest ei resisti, *cap. qui resistit. 11. quæst. 3.
& in cap. Iulianus, cap. si is qui præest, ead. quæst. 3.
cap. 1. de offic. ordinarij;* quia contra iura nemini
obediendum est, *cap. si quando, de rescriptis,* quia
quæ contra iura fiunt, habentur pro infectis, *l. nō
dubium, C. de legibus,* & † sententia iniusta & 10
iniqua contra iura canonica, non est sententia,
neque obligat in conscientia, S. Thomas *2. 2. q. 70.
art. 4.* ubi dicit, quòd iudicium iniustum non est
iudicium, Soto, *lib. 3. de iustitia, & iure, quæst. 4.
art. 5. & in 4. distinctione, 22. art. 3. conclus. 4.* & ra-
tio est, quia † cùm iustitia respiciat medium 11
rei, teste Aristotele, *2. Ethic. c. 6.* S. Thomas, *2. 2.
quæst. 58. art. 10.* sic illa sententia, vel executio,
quæ est contra medium rei & contractus, quan-
do iudex procedit tanquam privatus, est iniusta,
& sic non obligat, ex eodem D. Thom. *quæst. 6.
articul. 1.*

## SVMMARIVM.

1 *Remißio progressus in rebus temporalibus fit ad iudicem ecclesiasticum, quando causa Vertitur inter personas ecclesiasticas, & super re ecclesiastica, & ad sæcularem, quando causa est inter laicos super re profana.*

2 Forma del auto de la Real Audiencia, en los articulos de fuerca.

## GLOSSA XIII.

### Ibi, * *Para que las partes puedan seguir su justicia ante quien y como deuan.*

ATtende, Quia † ista lex nobis non aperit 1
in his verbis, coram quo iudice teneatur
pars prosequi suam iustitiam, seu appellationem,
& licèt videatur obscurè loqui, profectò illa ver-
ba cùm maximo mysterio scripta sunt; quia aut
processus remittitur ad Curiam Regis, inter
personas Ecclesiasticas, & super re ecclesiastica,
aut inter personas sæculares, & super re profana.
Primo casu, remissio in Senatu generaliter facta,
intelligitur ad iudicem ecclesiasticum superio-
rem, coràm quo appellatio est prosequenda: in
secundo, remissio intelligitur facta ad iudicem
sæcularem; & cum isti duo casus soleant tractari
in Curia Regis, non declarat lex, apud quem iu-
dicem ecclesiasticum, vel sæcularem, sit iustitia
sequenda, cum illud pendeat ex futuro eventu,
& plurima circa verba huius glossæ, dicam *in gl.
17.* ubi agitur de iustitia ministranda, & primo
adverteque † * *en estos dos casos se forman di-* 2
*ferentemente los autos de la Real Audiencia, por-
que en el primero quando la causa es ecclesiastica,
y se executa la sentencia, sin embargo de apelacion,
se manda, que el juez ecclesiastico otorgue, y repon-
ga todo lo executado despues de la apelacion, y en
el tiempo que se pudo apelar, y entonces la remis-
sion se entiende al juez ecclesiastico superior, del
que sentenciò la primera instancia, Pero en el segun
do caso, quando el proceßo es entre legos, y sobre
causa*

*causa profana, se dize en el auto, que el juez haze fuerça, y que reponga, y de por ninguno lo hecho, y la remißion es al juez seglar, y entonces no se dize que otorgue, sino que reponga: y quando la causa es sobre inmunidad ecclesiastica, si el preso deve gozar della, se manda, que otorgue, y hasta que la primera sentencia est è executada, no se remite el preso a la Iglesia: pero sino deve gozar, conforme à los sagrados Canones, considerada la calidad del delito (que se deve de acumular en el processo de la inmunidad) y basta que sea sumario, porque no se trata del castigo del delito, sino de informar al juez ecclesiastico, como el reo es facineroso, y que sus delitos no son de los que tienen privilegio de la inmunidad, y en estos casos se declara, que el juez ecclesiastico haze fuerça, y manda absoluer al juez seglar, y en este caso puede ratificar los testigos, y sentenciar la causa, ò executar la sentencia, conforme a la calidad del negocio, y a lo que las leyes dispone, sin que pueda boluer mas el processo, por via de fuerça: porque en declarando una vez la Audiencia real, que el juez ecclesiastico hazer fuerça, y que absuelua, queda la causa executoriada, y no ay mas recurso, ni apelacion, ni suplicacion, como la ay de los autos que se proveen en los articulos de fuerça,** ut noviter tradit Villadiego, in sua politica, cap. 4. versicul. Vltimamente: *aunque ya he visto, quando por falsa relacion, o por otra justa causa no se proveyó justicia escrivir el Secretario una carta a parte al juez, ordenandole lo que ha de hazer, y con esta carta puede sobreser en la execucion del auto de fuerça, y esto se haze por la autoridad del tribunal, y porque no se abra la puerta à suplicaciones, ni nuevas vistas en perjuyzio del pleyto principal: pero si la causa fuere de competencia de iurisdicion, entre dos juezes ecclesiasticos, entonces se declara el que haze fuerça en conocer, y se repone, y se remite la causa al juez eclesiastico, à quien pertenece, non obstante supplicatione, ut supra traditum est.**

## SVMMARIVM.

1 *Reponenda sunt omnia executioni tradita, post legitimam appellationem.*

2 Cap. non solum, de appellationibus, lib. 6. *declaratur.*

3 *Sententia est duplex, definitiva & interlocutoria.*

4 *Sententia interlocutoria non definit totam causam.*

5 *Sententia interlocutoria aliquando habet vim definitivæ.*

6 *Sententia definitiva potest intelligi duobus modis.*

7 *Sententia, & res iudicata sunt diversa.*

8 *Iudicatum non dicitur, quando aliquid superest ad iudicandum.*

9 *Sententia non potest dici res indicata, sed res decisa per sententiam.*

10 *Reipublicæ interest, quòd sententia executioni mandentur.*

11 *Iudex qui procedit appellatione remota, tenetur lege publica, de vi publica.*

## AD GLOSSAM XIV.

Ibi: * *Repongan lo que despues de la apelacion se huviere hecho.* *

QVod intellige, quando † appellatio fuit legitimè interposita in casibus, in quibus de iure canonico est admittenda; quia parum prodesset appellanti ad Pontificem, quòd admitteretur appellatio, si ea non obstante, esset reus appellans privatus seu iniustè spoliatus sua possessione, appellatione remota. Et sic non solum est admittenda appellatio, quando sententia nõ meretur executionem, sed omnia executioni tradita revocanda & reponenda sunt, ut † *in cap. non solum, de appellationibus, lib. 6.* quod confirmat *nostra lex*, ibi: * *Repongan lo que despues de la apelacion se huviere hecho.* * Et sic in omnibus & per omnia est conformis iuri canonico; & per consequens non est contra libertatem ecclesiasticam, neque ad impediendam iurisdictionem ecclesiasticam, quia tunc impediretur, quando aliquid contra ius canonicum esset dispositum; secùs verò, quando dispositio Cæsarea habet eandem vim & potestatem, ad faciliorem expeditionem & executionem decisionis iuris canonici, secundum glossam, *in cap. cum secundum leges, de hæreticis, libro sexto*, & tradit Gutierrez, *libro secundo, pp. quæstione prima, numero decimo tertio.* & ad hunc effectum est condita nostra lex, & hæc est mens Regis nostri, ut *in l. fin. titulo decimo tertio, part. 4.* ibi: * *Porque avemos voluntad, que lo que la santa Iglesia manda sea guardado,* * & pro faciliori intelligentia horum verborum, animadvertendum est, quod priùs quam executioni tradita reponantur, videndum est, an sententia fuerit prolata in via ordinaria, vel in via executiva; & ut hoc faciliùs intelligatur, primùm omnium, discutiendum est, quotuplex sit sententia: & respondeo; quòd † est duplex, definitiva & interlocutoria, definitiva dicitur, quæ definit causam principaliter, ut docet glossa, *in clementina unica, verbo, definitione, de sequestrat. possess. & fruct.* interlocutoria est † pronuntiatio iudicis, facta ad alicuius articuli expeditionẽ, ut quãdo iudex dicit, quòd testes recipiantur, vel nõ recipiãtur, quòd detur dilatio ad probãdũ, vel non detur, ut tradit gl. *in l. cum clericis, C. de Episcopis, & clericis*, & 64. differentias inter sententiam definitivam & interlocutoriam tradit Rebuff. *in l. quòd iussit, notabili. 2. in fin. D. de re iudicata.* Et aliquando † sententia interlocutoria habet vim definitivæ, ut si iudex se pronuntiet competentem, vel non, ut *in cap. significantibus, de officio delegati*, glossa, *in authentica. habita. C. ne filius pro patre.* Et in hoc casu, sicut licita est appellatio à sententia definitiva, similiter & ab interlocutoria, eius vim habente, ut diximus *in glossa sexta huius legis, versic. Si verò sententia.*

Rursus † sententia definitiva potest intelligi duob. modis. Primò, quando ita definit causam, ut non sit alius recursus ad superiorẽ per appellationem.

tionem. Secundò, quando est locus appellationi, ut quia lata fuit in via ordinaria, in prima instantia. Et dicitur res iudicata, quæ finem controversiarum pronuntiatione iudicis accepit, quòd potest contingere, quando sententia est cõdemnatoria, vel absolutoria, ut *in l.1.* ubi Doctores, *D. de re iudicata*, ubi Bart. tradit differen-
7 tiam † inter sententiam, & rem iudicatam, ubi dicit, quòd sententia est actus iudicandi & sententiandi, & hæc imponit finem controversiæ, sed res iudicata est causa, quæ finem controversiæ à sententia accipit. Sed Abb. *in cap. forus, de verborum significatione*, dicit, sententiam posse, duobus modis considerari. Primò, respectu definitionis iudicialis, & tunc propriè appellatur à sententia: quia continet illud met, quod iudex sentit, *l. qualem. D. de arbitris.* Si verò consideretur respectu contenti in ea, tunc dicitur res iudicata, respectu contenti. Et sic est intelligenda, *dicta lex.1. de re iudicata.*

Sed veriùs existimo, quòd sententia & res iudicata sint diversa, prout sunt duo nomina contraria, quia aliud est sententia, aliud res iudicata, quia certum est, quòd per sententiam res definitur, per rem autem iudicatam exequitur. Et sic sententia potest appellatione suspendi, ut *in nostra lege, & in c. veniens, de iureiurando*, & interim non est firma, sed revocabilis, quamobrem exequi non potest. Et sic Iurisconsulti invenerunt aliud nomen firmum, quòd est res iudicata, ex qua actionem oriri fecerunt, *l. miles, §. qui iudicati, D. de re iudicata, & per totum titulum, D. & codicis, de executione rei iudicatæ.* Et quia non potest dici res iudicata, nisi præcesserit sententia ob hanc causam Iurisconsulti interdum sententiam vocant, licet non transierit in rem iudicatã. *l. à Divo Pio. §. 1. de re iudicata*, sed in substantia, & effectu valdè differunt, sententia & res iudicata, & licet statim post sententiam res possit dici iudicata, hoc est, iam decisa, non tamẽ regulariter loquendo, vna sententia dicitur vno nomine res iudicata, cum ab ea possit appellari, vt *in l. litigatoribus. C. de appellationibus*, quia ibi res iudicata nõ est vnum nomen, sed est participium, quòd aliud significat à nomine, vt res est iudicata, id est per sententiam decisa, text. *in l. post rem, D. de re iud. & l. & post rem iudicatã, D. de transactionibus. l. si servus, §. proculus. D. ad legem aquiliam.* Si verò dicamus, uno nomine, res iudicata, intelligemus quæ appellatione rescindi non potest,
8 quia † non intelligitur iudicatum, quando aliquid superest ad iudicandum, ut *in l. penultima, C. de his quibus, ut indignis. Lex, cum non iusto, C. de collusione detegenda*, & ob hanc causam dixit Romanus, *consil. 332.* quòd si aliquis per legem vel per rescriptum Principis tenetur parere iudicato, intelligitur sententia transisse in rem iudicatam, quia tunc propriè iudicatum dicitur, quando non potest appellari, ut est gloss. *in d. cap. non solum, verbo, innovata, & in cap. fin. in fin. de re iudicata.*
9 Ex quibus infertur, quod † neque propriè, nec largè sententia potest dici res iudicata, sed res decisa per sententiam, quando adhuc appellatione pendente, vel durante tempore ad appellandum, potest revocari; quia propriè illa dicitur res iudicata, quæ appellatione remota executioni mandari potest, de qua non loquitur nostra lex, sed de illa, quæ non meretur executionem, & est locus appellationi; quod si exequatur reponetur, ut *in nostra glossa*, quia alioquin frustrà esset introducta appellatio post exitum & causam actam, ut *in l. unica, C. quando liceat unicuique sine iudice se vendicare*, & quamvis † reipublicæ 10
intersit sententias executioni mandari, propter rerum iudicatarum authoritatem, ut *l. si Prætor. D. de iudiciis. l. servo, §. cum Prætor, D. ad Trebellianum*, tamen post appellationem non debet executioni mandari, ut *in d. c. venientes, de iureiurando*, tum propter superioris autoritatem, tum, quia post appellationem, nihil est innovandũ, ut *in cap. dilecta, de appellationibus*, tum etiam, quia iudicatum extinguitur, respectu præsentis status, ut *in dict. l. 1. §. fin. ad Senatus consultum Turpillianum*, in tantum quòd † lege publica de 11
vi publica tenetur iudex, qui suam exequitur sententiam, ut dicitur *in l. Lege Iulia. D. de vi, publica*, & licet loquitur de cive Romano, idem intelligitur de quocunque homine libero, ut *in §. 1. institutis de nuptiis.*

## SVMMARIVM.

1 *Sententia in causa executiva exequenda est appellatione remota, neque tunc iudex facit vim.*
2 *Appellatio nulla, vel frivola non impedit executionem.*
3 Lex, 46. Tauri, *ponderatur.*
4 *Adam post culpam de Paradiso fuit eiectus appellatione remota.*
5 *Angeli reprobi fuerunt propter peccatum eiecti à Paradiso.*
6 Lex cum quasi. §. si plures. D. de fideicommissariis libertatibus *declaratur.*
7 *Sententia est exequenda, quando appellatio fuit deserta.*
8 *Pars est citanda in desertione appellationis.*
9 *Appellatio licet sit deserta, auditur appellans in causa principali.*
10 *Provisio Ecclesiæ Parrochialis exequitur appellatione remota.*
11 Cap. 18. in fin. sess. 24. Concilij Tridentini *declaratur.*
12 *Consuetudo exequendi sententiam, appellatione remota, est servanda.*
13 *Regii Senatores quid debeant considerare in his cognitionibus per viam violentiæ.*
14 *Appellatio an sit admittenda spectat ad superiorem.*
15 *Appellatio est magis favorabilis, quam sententia.*
16 *Limitationes in his cognitionibus per viam violentiæ, in quibus non datur recursus.*
17 *Practica procedendi super competentia iurisdictionis inter Officium sanctæ Inquisitionis, & iudices sæculares.*
18 Concordia de los Familiares del santo Oficio,

en

en que gozan de su privilegio.

19 *Limitationes, in quibus cessat cognitio per viã violentiæ.*

20 Aunque el lego no apele, ni decline en la causa temporal, se conoce por via de fuerça.

## AD GLOSSAM XV.

Ibi: * *E si por el dicho processo pareciere la dicha apelacion no ser justa, y legitima, remitan el dicho processo al juez ecclesiastico.* *

1 INtellige hæc verba, quando † causa fuit executiva, lege permittente, ut *in l. si contra maiorem, & in l. quoniam, C. de appellationibus*, tunc non est reponendum, quod executioni traditũ est, imò non obstante appellatione, & invocatione auxilii Regalis, iudex ecclesiasticus licitè procedit in causa, & si processus remittitur ad Curiam Regis, per viam violentiæ, debet iterum remitti ad iudicẽ ecclesiasticum, declarando, quòd iudex non facit vim, non admittendo appellationem, & illud denotant verba nostræ legis, ibi: * *E si por el dicho processo pareciere la dicha apelacion no ser iusta,* * hoc est, quia causa erat executiva, in qua appellatio ad effectum suspensivũ non est iusta, neque de iure admittenda, ut refert plures casus, in quibus non sit admittenda Ioan. Aloysi, *in collect. decis. coll. 166.* & cessat iudicis inhibitio, ut *in cap. Romana, §. si verò de appellat. lib. 6.* & tradit Ioan. Aloysi. *sup. collect. 204.* & sic in hoc casu dicit nostra lex, quod processus remittatur ad iudicem ecclesiasticum, ut procedat in causa executiva, non obstante appellatione
2 interposita, quia ubi † appellatio est prohibita, vel evidenter nulla, non impeditur sententiæ executio, *l. 4. §. condemnatum, D. de re iudicata,* quoniam paria sunt in iure, vel non appellare, vel inutiliter appellare, *l. quoties, D. qui satisdare cogantur,* ita Bald. *cons. 366. vol. 1.* & hæc est regula iuris, quia ubi lex disponit, quod sententia mandetur executioni appellatione remota, ut
3 nos habemus dispositum † *in l. 64. Tauri*, & de iure canonico, *in cap. pastoralis de appellationibus,* tunc appellatio non suspendit executionem, *l. unica, C. si de momentanea possess. fuerit appellatum, l. fin. C. quorum appellationes non admittantur,* ita docet Alexander. *consil. 187. volum. 2.* & tunc rectò iure iudex ordinarius procedit appellatione remota, gloss. *verbo fiat, in fin. D. nihil innovari appellatione pendente,* text. *in dict. cap. solicitudinem de appellatio,* Doctores, *in dict. cap. non so-*
4 *lum. de appellat. lib. 6.* & hoc † docuit nos Deus Optimus Maximus, qui post culpam statim Adã de Paradiso eiecit, & sic suam sententiam in continenti executioni misit, ut habetur in *ca. Adam. de pœnitentia distinctione. 1. & Genes. cap. 3.* idem-
5 que fecit † in Angelos reprobos, ut diximus in *proœmio, cap. 11. in fin.* pro qua sententia facit tex.
6 singularis, † *in l. cum quasi §. si plures, D. de fideicommiss. libertatibus,* & plures casus, in quibus appellatio summovetur, refert Speculator. *in tit. de appellationibus, §. quibus.* Socinus, *regula. 24.* Hypolitus, *in l. unica, C. de raptu virginum, n. 138.* Marant. *de ordine iudiciorum. 6. tit. de appellat. numero 269.* Avendannus, *in c. pp. 1. p. cap. 6. numero 6.* & 120. casus refert Nicelus, *in concordantia glossarum, concordia. 6.* Rebuffus, *in tract. de appellationibus, articulo septimo, gloss. 2.* ubi refert. 20. casus, & alios referam, *in q. fin. huius tractatus.*

Si verò † appellatio fuerit deserta in casibus, 7
in quibus fuit admissa, tunc sententia est executioni mandanda, perindè ac si non fuisset appellatum, & eodem modò, ac si sententia fuisset translata in authoritatem rei iudicatæ. Ita docet Innocentius, *in cap. ex ratione, de appellationibus*, & sic iudex appellatione deserta potest exequi suam sententiam, absque alia citatione, ut tradit Boerius. *decisione. 206. numero 11.* sed verius est, quòd † pars sit citanda, & quòd sit adhi- 8
benda causæ cognitio, ex doctrina *in l. 1. §. fin. D. nihil innovari appellat. pend.* Abb. *in capit. ex ratione, in fin.* ubi Felinus, *numero nono, de appellationibus.* Didacus Perez, *in l. 3. titulo 16. libro. 3. ordin. verbo, fasta,* & sequitur Parladorius, *lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. 1. p. § 1. num. 8.* ubi dicit, *num. 10.* quòd, licet † appellatio sit deserta, 9
iudices supremi de iustitia causæ principalis disceptant, ut diximus, *lib. 3. pp. communium, lib. 3. quæst. 1. ex num. 24.* & ita fuit iudicatum in Regio Senatu Pintiano, ut tradimus, *d. lib. 3. q. 837. n. 9.* Si verò sententia fuerit nulla, non transit in rem iudicatam, nisi transactis 60. diebus, ut *in l. 2. tit. 17. lib. 4. recopil.* & tradit Parladorius, *sup. num. 3.* (ultra Azevedum, *ibidem.* & Paz. *in sua praxi. 1. part. 1. tom. 12. tempore num. 8.*) ex qua resolutione facillimè possunt colligi casus, in quibus fiat violentia, appellatione remota, vel quando ea nõ obstante sit in executione procedendum, ut in nostra lege, cuius decisio iuri, & rationi est consona.

Vnum tamen non omittam pro complemento huius glossæ, quòd † in provisione parochia- 10
lis Ecclesiæ non admittitur appellatio, quo ad effectum suspensivum, ut hodie est dispositum † 11
*per Concilium Tridentinum. cap. 18. ad fin. sess. 24. de reformatione*, cuius decisio non est extendenda ad alia beneficia simplicia, ut declarat Hieronymus Goncalez, *in regul. 8. Cancel. gl. §. 7. de vall. lit. attent. n. 209.* nisi † urgeat aliqua consuetu- 12
do exequendi, ut *ibi per eum, num. 21.* & ego dixi, *lib. 4. comm. q. n. 86.* ut observatur & practicatur de consuetudine in hoc consilio domini Archiepiscopi Toletani, in provisione, & collatione capellianarum, ut ibi diximus, *n. 5.* & dicemus, *in 2 parte huius operis, quæst. 24.*

Vltimo † pro complemento huius glossæ, est 13
animadvertendum, quòd ad cognoscendum per Regios Senatores, de his articulis violentiæ, considerandum priùs venit natura causæ principalis, quæ potest contingere tribus modis, primò, quando causa est ordinaria, in qua de iure est admittẽda appellatio; Secundò, quando causa est executiva, ex natura rei, vel quia lex canonica disponit, quod procedatur appellatione remota. Tertiò, quando est dubium circa executionem sententiæ, à qua fuit appellatum.

Declaratio talis ad totã materiã huius cognitionis

In

In primo casu, notoria est vis, quando appellatione remota, procedit iudex ecclesiasticus ad executionem suæ sententiæ. In secundo nulla est vis in executione, non obstante appellatione, ut *dicemus in q. fin.* & sic remittenda est causa ad iudicem ecclesiasticum, ut insinuant verba nostræ legis. In tertio verò casu, quando ius appellantis est dubium, vel quia pro utraque parte sunt fundamenta & rationes, tunc in dubio admittenda est appellatio, & suspendenda executio sententiæ, & si contrarium fecerit iudex ecclesiasticus, & in casu dubio exequatur suam sententiam, appellatione remota, tunc potest adiri vel superior ecclesiasticus per viam appellationis, vel suprema tribunalia Regalia, per viam violentiæ, qui omnes in casu dubio debent appellationi deferre, & omnia executioni tradita reponere, Bart. *in l. chirographis, §. fin. D. administratione tutorum (per illum text.)* Iason. *consil. 60. num. 4. volum. 1.* & est bonus textus, *in cap. Romana. § sin autem,* & ibi Francus. *notab. 1. de appellationibus, lib. 6.* & pro hac sententia ponderat Paz. *in sua praxi, 7. partis. 1. to. cap. unico num. 1. 6. legem. 5. tit. 20. lib. 6.*
14 *recopilationis*, ubi dicit, quòd † ad superiorem spectat, an sit admittenda appellatio in casu du-
15 bio, quam semper admitterem, quia † appellatio est magis favorabilis, quam sententia, ut docet Hieronymus Goncalez. *in regula. 8. Cancellar. gloss. 9. in annotationibus num. 205. & in nu. 204.* resoluit, quòd in dubio est admittenda appellatio, & suspendenda executio, & si contrarium fiat per iudicem ecclesiasticum, tunc per viam violentiæ appellando ad Pontificem omnia reponentur executioni tradita, * *mandando que otorgue, y reponga,* * ut *in nostra lege*, in qua nullum est verbum devians à tramite iuris, neque contra libertatem ecclesiasticam, neq; ad impediendam eius iurisdictionem, ut suprà probatum, & declaratum est.

16 Si † verò causa ecclesiastica agitetur super
17 † competentia iurisdictionis, inter tribunal sancti Officii Inquisitionis, cum iudice sæculari, super cognitione delicti alicuius familiaris vel ministri, & censuræ fuerint promulgatæ contra iudicem, & ministros iustitiæ Regalis, ad hoc ut remittant familiarem ad dictum tribunal sanctæ Inquisitionis, in casibus, in quibus de iure habent cognitionem, tunc iudex Regius sæcularis, licèt excommunicetur pro remissione delinquentis, iustè vel iniustè, non potest appellare per viam violentiæ à dictis censuris, neque auxilium Regis implorare, nec provisiones sunt concedendæ, prout contingit in aliis casibus, sed aut debet comparere coràm Senatu supremo Inquisitionis, ut ibi tollatur vis, vel coràm iudicibus deputatis & nominatis, ad dirimendas has controversias competentiæ iurisdictionis, qui sunt duo Senatores ex consilio Supremo, & alii duo ex consilio sanctæ Inquisitionis, coràm quibus lis deciditur, & si fuerint discordes, prout aliquando contingit, datur recursus ad Regem nostrum, qui in casibus discordiæ (inter dictos iudices) iubet quid faciédum sit, remittendo causam ad iudices Regios, vel ad tribunal sanctæ Inquisitionis, à qua determinatione & decisione non licèt provocare, & ita nuper vidi iudicatum in duabus causis, *d. Antonij de Vargas Manrique.* familiaris sancti Officii Inquisitionis, in quibus remissus fuit ad dictū tribunal sanctæ Inquisitionis, post longam disceptationem: & quia de facto fuerat incarceratus, pendente causa coràm integerrimis iudicibus sanctæ Inquisitionis, à iudice Regio, prius actum fuit de causa spolii, & tandem fuit remissus ad suam domum, ubi erat à principio incarceratus, per dictos iudices sanctæ Inquisitionis. In aliis verò casibus civilibus & criminalibus in quibus iurisdictio pertinet ad Inquisitores hereticæ pravitatis, vel causa est dubia super pluribus prætensis exemptionibus, de quibus non constat in corpore iuris, maximè quando intendunt, quòd non tenentur solvere gabellam ex venditione bonorum suorum, tunc, licèt sit iniusta prætensio, & excommunicatio, nemo potest appellare, neq; protestari auxilium, per viam violentiæ, ut docet Simancas. *de Catholicis institutionibus, tit. 36. n. 2.* Salcedo. *in practica ad Bernardum Diaz. cap. 102. versic. licèt,* & Gaspar Rodriguez. *de annuis reditibus lib. 1. cap. 17. nu. 75.* & egò dixi *in lib. 4. commen. quæst. 1. num. 282.* quia tunc recurrendum est ad iudices competentiæ, vel ad tribunal supremæ Inquisitionis.

Causæ cōpetentiæ cum ministris sanctæ Inquisitionis nō deferuntur per viam violentiæ.

Si verò familiaris committat aliquod delictū, de quibus in concordia, tunc causa remittenda est ad iudices sæculares, ut constat *ex lege 20. tit. 1. lib 4. recopilat.* ubi traditur concordia Inquisitionis, de qua facit mentionem Curia Philippica. *3. par §. 1. num. 15.* ubi refert casus. d. concordiæ.

Pro cuius intelligentia, advertas, quòd licèt † 18
casus sit notorius, & expressus in dicta concordia, & quòd cognitio pertineat ad iurisdictionem sæcularem, si de facto procedant per censuras Inquisitores hæreticæ pravitatis, ut delinquens remittatur ad suos carceres, est appellatio interponenda ad Pontificem: & sine aliqua imploratione auxilii per viam violentiæ, agédum est de meritis causæ principalis, coràm iudicibus competentiæ ad hoc deputatis, ut suprà dictum est.

Rursus. * *No se conoce por via de fuerça en las causas de visita, y correcion de religiosos, y religiosas*, ut tradit Gaspar Rodrig. *de annuis reditibus, lib. 1. cap. 17. num. 75.* & ex tex. de iure Regio, *in l. 4. tit. 5. lib. 2. recop.* cuius verba retulimus, *in q. 1. lib. 4. comm. n. 287.* & latius dicemus, *in 2. p. huius operis, q. 95.*

Nec etiam † admittitur dicta cognitio, * *en* 19
*las causas del subsidio, y escusado, y cobrança de la limosna de las Bulas de la Cruzada, ni en los negocios que passan ante el iuez de bienes confiscados, ni en lo que toca à la conservatoria de Salamanca, como lo refiero, d. lib. 4. comm. q. 1. à nu. 282. & 287.* & tradit Gaspar Rodrig. *de ann. reditibus, lib. 1. c. 17. num. 75.* Bobadil. *in sua polit. lib. 2. c. 16. nu. 90.* qui loquitur de conservatoria Salmantina, & sic regula est in contrarium in aliis casibus.

Vltimò † animadvertendum est pro perfe- 20
cta declaratione huius materiæ, quod, quando causa violentiæ remittitur ad Regia tribunalia inter laicos, vel super re profana, licèt non sit appella-

pellatum, neque protestatum Regale auxilium, neque declinatoria fori fuerit interposita per laicum, adhuc iudices Regii possint vim tollere, & remittere causam ad iudicem sæcularem, vel eam retinere, quia sicut clericus voluntariè nō potest se submittere iurisdictioni sæculari, ut in *c. cum sit generale, de foro competenti*, ita neq; sæcularis potest se submittere iurisdictioni ecclesiasticæ, in causis temporalibus, & in damnum & præiudicium iurisdictionis sæcularis, gloss. *in c. imperialem §. praterea, de prohibita feudi alienatione, per Federicum*, Bart. *in l. 1. §. & post operis, n. 8. de novi operis nuntiatione*, pro qua sententia adducitur, *l. 4. tit. 17. p. 3. l. consulta divalia, C. de testamentis*, & tradit Guiller. Benedict. *in c. Raynutius. vers. si absq; liberis. el. 2. de testam. n. 49.* quem in nostris terminis sequitur Gaspar Rodriguez, *de annuis reditibus, lib. 1. c. 17. vers. his tamen*, & ita communiter observatur: si verò causa sit ecclesiastica, vel inter personas ecclesiasticas, necessaria est appellatio & protestatio, ut *sup.* traditum est.

## SVMMARIVM.

1 *Expensarum condemnatio quando sit facienda, & de quibus expensis intelligatur lex.*
2 *Qui non habet iustam causam litigandi, condemnatur in expensis litis.*
3 *Iudex ecclesiasticus condemnatur in expensis, iuxta Sese.*
4 *Violentia perfectè non tolleretur, si iudex Regius non posset facere condemnationem expensarum.*
5 *Iudex Regius potest partem, iniustè vexantem aliquem, in expensis condemnare, non verò ipsum iudicem ecclesiasticum, contra Sese.*
6 *Iudex Regius potest partem, quæ iniustè Bullas Apostolicas obtinuit, in expensis condemnare.*
7 *Distinctio in condemnatione expensarum proponitur.*
8 *Iudex Regius non habet iurisdictionem directè, neque indirectè, contra personas ecclesiasticas.*
9 *Expensarum condemnatio est quid consecutivum ad causam principalem.*
10 *Clericus potest in bonis mulctari per iudicem sæcularem.*
11 *Iudex ecclesiasticus, quando est rebellis non obediendo mandatis Regis, potest privari naturalitate & temporalitate.*
12 *Expensarum nomine quæ veniant, an processales, vel personales.*
13 *Expensa facta in hospitio consideranda sunt, & in itinere.*
14 *Citatio partis requiritur in taxatione expensarum, & admittitur revisio, semel tantū.*
15 *Appellatio admittitur in taxatione expensarū.*
16 *Fiscalis Regis non condemnatur in expensis.*
17 *Expensarum condemnatio, non fit adversus eū, qui habuit pro se unam sententiam, licet postea revocetur.*
18 *Mendax punitur in expensis, licet habeat sententiam pro se.*

## AD GLOSSAM XVI.

Ibi: * *Con condenacion de costas, si les parescìere.* *

EX qua lege nota, quòd iudices supremi non solum possunt cognoscere per viam extraordinariæ cognitionis & defensionis naturalis, in causis ecclesiasticis & temporalibus; sed † possunt partem iniustè litigantem in expensis condemnare: quia illud venit in quandam consequentiam ad causam principalem, ne aliàs partes iniustè per frivolas appellationes vexarentur, ut ex illa lege notat Gregorius, *in l. 13 tit. 13. parti. ta. 2. verbo, nin fuerca, in fine*, & generaliter loquendo, omnis † qui non habet iustam causam litigandi, condemnatur in expensis, *l. qui solidum §. etiam, D. de legatis 2.* Gregor. *in l. 8. tit. 22. par. 3. verbo, destas cosas*, Gracian. *regula 486.* Bernardus Diaz, *regul. 20.* Padilla. *in l. transigere, numero 4. C. de transactionibus.* Covarruv. *practicar. cap. 27. num. 2.* Montalvo. *in l. fin. tit. 13. lib. 2. fori* Villalobos, *in suo ærario, litera E.* Gutierrez, *lib. 1. practicar. quæstione 134.* & ego dixi *in libro secundo, pract. quæst. 539.* & vide, *l. 1. tit. 28. part. 7. in fine.* Quevedo. *decis. 49.* ubi plura expendit, & tunc dicitur, quis habere iustam causam litigandi, quando à iuris peritis consilium quis obtinuit, Bartol. & Alexan. *in l. in bonorum, D. de bonorum possession.* Guido Papæ, *decis. 277.* dignitas verò personæ etiam excusat à condemnatione expensarum, ut docet Mascar. *conclusione 1. de probationibus, & conclus. 36. num. 45. & 46.* Prosperus Farinacius, *in quæstionibus criminalibus, quæstione decimo sexto, numero 41.* Andreas Fachinæus, *consil. 60. numero 24. lib. 2.* & in terminis nostræ legis, (ultra Greg. *ubi supra*) tenet Azeve. *in l. 2. tit. 6. in fin. lib. 1. recop.* & Avendan. *in cc. pp. cap. 3. n. 32. vers. nam pro vro entis*, Sese, *de inhibitionibus insti. Arag. c. 8. §. 3. n 96.* quod etiam ampliat, ut procedat † contra ipsum iudicē 3
ecclesiasticum, qui iniustè processit in causa, ut quia erat merè temporalis, & inter laicos, & non obstante recursu ad superiorem, procedit in causa, vexando litigatores, & assignat rationē, quia ubi quis aditur, ut iudex competens, qui tamen se pronuntiat incompetētem, condemnat agentem in expensis, *l. fin §. quoniam verò*, & ibi Platea, *C. de re militari*, & quòd † si hoc non posset 4
iudex sæcularis Regius, quod violentia perfectè non tolleretur, neque oppressus integrè & sine læsione restauraretur, ut docet Chassaneus, *in consuetudinibus Burgundiæ, rubric. 1. § 5. num. 82.* Aviles, *in cc. pp. cap. 1. gloss. mandamientos, num. 1.* Salcedo, *in practica ad Bernardum Diaz, cap. 102. versic. quod usque adeo.*

Sed † salva pace gravissimi Iurisconsulti, illius opinio, respectu iudicis ecclesiastici, nec per Doctores ab eo allegatos comprobatur, nec illud ex nostra lege deducitur, & sic veriùs existimo, quòd loquatur respectu litigatorum, & non respectu iudicis, & Azevedo, quem ipse allegat, & cuius verba ponderat, totum contrarium dicit, ibi: *Et solent aliquando partem unam in expensis* 5

condemnare, * ergo loquitur respectu partis liti-
gantis, & non respectu iudicis. Et minus pro sua
sententia potest allegari Gregorius *in d. l. 13. tit.
13. part. 1. gloß. nin fuerca*, quia expressè resolvit
contrarium respectu iudicis, ut constat ex ultimis
verbis illius glossæ, ibi: * *Et si laicus tunc trahens
laicum super re profana coràm iudice Ecclesiæ, con-
demnetur in expensis, non verò iudex ecclesiasticus
cognoscens de tali causa.* * Ex quibus verbis cla-
rè colligitur, quòd pars, quæ iniustè molestat ali-
quem coràm iudice ecclesiastico, est in expensis
condemnanda, non verò iudex ecclesiasticus. Et
6 quòd † pars, quæ iniustè Bullas Apostolicas ob-
tinuit, possit per Regios Senatores in expensis
condemnari, tradit Flores de Mena, *lib. 11. quæst.
variarum, quæst. 12. num. 8.* idem novissimè in no-
stris terminis tenet Cenedo, *quæst. fin. num fin.* u-
bi dicit, quòd potest Regis Senatus in expensis
condemnare, quia est consecutivum extraordi-
nariæ cognitionis.

Nec obstat supradictis ratio ipsius, videlicet,
quia aliàs oppressus ipse integrè non restauretur,
quia licet verum fuisset, non ex eo sequitur, quòd
iudex incompetens, ratione personæ iudicis ec-
clesiastici; efficeretur competens ad resarcien-
dum damnum partis, maximè, quia damnum re-
sarcietur, condemnando partem iniustè vexan-
tem in expensis, & sic non solum tollitur vis, sed
oppressus integrè restauratur, & illud tenet Avi-
les (quem ipse pro sua opinione allegat) *in cc. pp.
cap. 1. verbo, mandamientos, num. 11.* ibi: * *Con-
demnari possit in expensis, vim facientem;* * Qui
allegat Gregorium *ubi supra.* Et cum pars faciat
vim, persequendo causam temporalem coràm
iudice ecclesiastico, poterit nimirum per Regios
iudices in expensis condemnari, & sic verba no-
stræ legis magis respectu partium sunt intelli-
genda, quàm iudicis. Idem tenet, Ioannes Gu-
tierrez, *lib. 1. practic. quæstio. 20. num. 5.* ubi *num.
fin.* declarat, quod si iudex fuerit inobediens mã-
datis, & decretis Senatus, tunc possit in expensis
condemnari propter inobedientiam, & contu-
maciam.

7 Ego verò † pro perfecta declaratione huius
glossæ, tres casus existimo esse considerandos: pri-
mùm, quando lis vertitur coràm iudice ecclesia-
stico inter personas sæculares, & super re profa-
na & temporali, vel ecclesiastica, tunc nulla in-
surgit dubitatio, quin possit actor, qui iniustè re-
um molestat, in expensis condemnari per Re-
gios iudices, tàm ratione vis illatæ, quàm ratione
iurisdictionis, in persona, & in rebus. Secundus
casus est, quando litigatores sunt ecclesiastici;
& in hoc sunt verba obscura nostræ legis, an cõ-
prehendat expensarum cõdemnatio personas ec-
clesiasticas: & videtur, quod non, quia in con-
demnatione expensarum debet procedi per mo-
dum iudiciariæ potestatis, ut tradit Afflictis, *in
decis. Neapolitana. 24.* & probat. *l. Sancimus. C.
8 de iudiciis. cap. calumniam. de pœnis,* & cum † iu-
dex Regius non habeat directè, neque indirectè,
iurisdictionem contra personas ecclesiasticas, vi-
detur dicendum, non habere locum adversus eos
expensarum condemnationem, licet constet de
notoria iniustitia, vel malitia partis, quia illud
debet tractari coràm iudice ecclesiastico, qui est
iudex competens in causa principali. Ita Decius,
*consil. 241.* Rolandus, *consil. 12. num. 38. volum. 2.*
Grammaticus, *voto. 18. numero decimo septimo.*
Bernardus Diaz, *in practica criminali, cap. 62. nu-
mero 6.* Prosperus Farinacius, *in quæstionibus cri-
minalibus, quæstione 8. numero 17.* Marta. *de iuris-
dictione, casu 102. numer. 18.* ubi resolvit, quòd
clericus, qui tenetur solvere expensas, est con-
veniendus coràm iudice ecclesiastico; quia, † 9
licet expensarum condemnatio sit quid consecu-
tivum ad causam principalem, & iudex Regius
sit competens in causa principali violentiæ, & si-
militer in condemnatione expensarũ (quæ pro-
venit ex illa cognitione) ut videtur sentire Spe-
culator, *in tit. de expensis, §. iusta, versic. 9.* ubi
dicit, quod ille, qui cognoscit de veritate precũ,
in consequentiam condemnat in expensis; atta-
men in nostro casu, cum illud tãgat causam prin-
cipalem, & virtualiter sit quid iurisdictionale,
tutius est, ut non procedatur contra clericum li-
tigatorem, ad expensarum condemnationẽ, licet
† in bonis possit mulctari, ut sentit doctissimus 10
Gregorius, *ubi supra, in fine* glossæ, & Gutierrez,
*dict. quæst. 20.* & ita communiter practicatur.

Tertius casus est, adversus ipsum iudicem,
qui iniustè, & contra ius canonicum, partes mo-
lestat in cognitione causæ principalis, & tunc cũ
sint aliæ pœnæ de iure statutæ contra eum, ut in
*d. l. 4. & 5.* ibi: *Que por el mismo, hecho ayan per-
dido, y pierdan la naturalidad, y temporalidad,
que en los nuestros Reynos han, y tienen, y sean avi-
dos por estrannos dellos; y no los puedan mas aver,
ni tener en nuestros Reynos.* * Et in *l. 7. & 8. ti-
tulo 1. lib. 3. ordinamenti,* quæ † pœnæ habent lo- 11
cum contra iudicem ecclesiasticum, quando est
contumax vim inferendo, & non desistendo à
violentia, neque obediendo defensioni & prote-
ctioni Regali, ut docet Gutierrez, *dict. lib. 2. pra-
cticar. quæst. 20.* & hæc protectio Regalis est po-
testas, quæ dicitur œconomica, ut tradit Azeved.
*sup. num 9.* Sese, *numero 68.* & tradit Avendan. *de
exequendis lib. 2. cap. 6. num. 12.* & Salcedo. *ubi su-
pra*, Carolus de Grassalis, *lib. 1. Reg. Franc. iure 7.
colum. penult.* Bobadill. *in sua politica, lib. 2. cap.
18. num. 6.* Gaspar Rodriguez, *de annuis redit. ubi
supra num. 61.* & ita servatur in nostra Hispania, &
Gallia, ut tradit Marta. *de iurisdictione. 2. part.
cap. 34. num 42.* licet ipse, *num. 26.* teneat con-
trarium, sed illud affirmat de Republica Veneto-
rum, Paulus de Castro, *in l. quicunque, C. de Epi-
scop. & clericis.* & de Duce Ferrariæ tradit Cor-
setus, *in tractatu, de potestate Regali. 2. part. quæ-
stione, 34. num. 60.* & quòd Genuenses Episcopũ
Petrum à Balma expulerunt, & Alfonsus Stensis
ultimus Dux, Ferrariæ Episcopum Ferrariæ ex-
pulit à Regno propter seditionem, ut docet Bor-
rius, *in tractatu de seditionibus, cap. 1. col. 1.* Chas-
saneus, *in consuetudinibus Burgundiæ, rubric. 1.
§. 5. gloss. si el. num. 8.* & Salcedo *ad Bernardum
Diaz, cap. 102. versic. Quod sanè,* ubi dicit, quod
aliàs inutilis foret dicta Regia potestas, si trans-
gressores debitis pœnis non punirentur, & quod
in his

in his casibus, non incurratur censura *Bulla in Cœna Domini*; quia illius verba intelliguntur, quādo impeditur literarum Apostolicarum executio, & perturbatur iurisdictio ecclesiastica, quòd est alienum à Regibus nostris, eorumq; Senatoribus, in dictis cognitionibus; qui solum ad tollendam vim & oppressionem procedunt (ut latè comprobatum est) non ad exercendos actus iurisdictionis contra personas ecclesiasticas, quia tunc incurrent censurā *Bulla in Cœna Domini*.

12 Dubitari † tamen solet, de quibus expensis sententia sit intelligenda, quando generaliter aliquis condemnatur in expensis, & nec de processalibus, neq; de personalibus fit mentio. Et quod in dubio intelligatur facta condemnatio de expēsis litis, & non de personalibus docet Gregorius, *in l.8.tit.22 part.3.gloss.1.* quem sequitur Paz, *in sua praxi.1.part.1.tom.11.tempore,num.14.* ubi dicit, quod dictæ expensæ sunt taxandæ arbitrio iudicis, secundum Baldum, & Doctores, *in l. restituenda, C. de petitione hæredit.* Rebuffus, *in tractatu de expensis, artic.5. num.*10. & est text. *in l. Sancimus. C. de iudiciis, & in authentica. sequenti.* Si verò condemnatio expensarum sit proces-
13 salis & personalis, tunc † considerandæ sunt expensæ factæ in hospitio, in itinere, & damna, quæ proveniunt ex propria persona; ut si artifex litigavit, & diu abfuit à suo officio vel artificio, ut declarat Menochius. *de arbitriis, casu.* 154. *numero* 3. Rebuff. *ubi supra num.8.* ubi dicit, quod rustico non taxantur expensæ pro equo. In dubio verò nemo est in expensis condemnandus, quia quilibet præsumitur habere iustam causam litigandi, ut docet Gutierrez, *lib.1. pract. quæstione.* 134. *num.5.* Covarruvias, *pract. quæst.27.numer.3.*

14 In qua † taxatione requiritur partis citatio, ut docet Bartol. *in l. non ignorat, in fin. C. de fructibus & lit. expensis.* Boerius, *decis.*285. & priùs debet pars iurare, se expendisse illas expensas quas scripsit, & postea sequenda est iudicis taxatio, quæ expensæ debentur, etiam si liti fuerit renunciatum, ut tradit Anton. Peregr. *decis.*152. *nu.* 2. *per l. destitisse, D. de iudiciis*, & ita observatur in Regali Cancellaria. Ex qua practica venit corrigendus, text. *in authentica, post iusiurandum, C. de iud* & tex. *in cap. 1. de restitutione spoliatorum, lib.6. cap.* 1. *de exceptionibus*, ubi dicitur, quod prius expensæ taxentur, & postea pars iurare compellatur, ut docet Calderinus. *consil.*7. *tit. de re iudicata*: quia hodiè practica tribuna-
15 lium viget in contrarium. Si verò † pars interponat appellationem à taxatione expensarum, admittenda est, ut docet Rebuffus, *in dicto tractatu de expensis. art.3. gloss. unica, num.*25. & 34. ita Anania, *singulari* 31. Afflictis, *decis.*354. *in fin.* Cacheranus, *decis.*129. *in fin.* quod intellige, & si fuerit sententia definitiva, ut tradit Ioannes Aloysi. *collectanea.*1379. & ob hanc causam, & si iudex ecclesiasticus, non obstante appellatione procedat ad executionem expensarum, erit notorius articulus violentiæ, & dabitur recursus ad Curiam Regis, ut tradit Rebuffus, *supra num.*25. & 26. & est optima & singularis in proposito *decis.* Rotæ, 46. *tit. de appellationibus, in antiquis*, ubi resolvitur, quòd expensæ non sunt taxandæ post appellationem, nisi sint tres sententiæ conformes, alias per modum attentatorum revocantur, ita Lancellotus. *de attent.2.part. cap.12. limitatione.* 11. *in fin.* contra alios. Si verò à principio omittatur condemnatio expensarum, in sententia lata in iudicio possessorio, non possunt postea peti in petitorio, ut fuit decisum in Rota, *titul. de appellationibus, in antiquis. decis.*40. *aliàs.* 661. & ob hanc causam semper expensæ petuntur per advocatos; & iudex condemnat in eis, quando litigator non habuit iustam causam litigandi, & est notoria calumnia; & idcirco iudex reservat sibi taxationem, quæ facienda est, postquam sententia fuerit trāslata in rem iudicatam, & tunc etiam datur revisio expensarum, quæ habet vicem appellationis, ita Peregrinus, *decis.*152. *n.9. vers. quæ semel fit.*

Fiscalis † verò Regius, etiam si non habeat 16
iustam causam litigandi, non potest in expensis condemnari; quia non litigat voluntariè, sed coactus ratione officii excusatur. *l.1. C. de delatoribus, lib.12.* Ioannes Gutierrez, *lib.3. pract. quæstione* 21. *numer.* 24. nisi interveniat calumnia, ut docet Franciscus de Alfaro. *de privileg. fisci, gloss.18. privilegio.* 23. Boerius. *decis.* 324. *numero* 11 & tradit Peregrinus, *de iure fisci, lib.*7. *tit. fin. num.* 14. Azeved. *in l.1. tit.22. lib.4. recop. num.6.* contra Barbosa, *in l. eum qui temere, num.* 196. *de iudiciis.* Idemque intelligo in delatoribus, quando virtute alicuius iuramenti vel statuti astringuntur, ut contingit in decurionibus huius civitatis, quando virtute iuramenti deferunt prout sæpè contingit, & tenet Gutierrez, *lib.* 3. *pract. quæst.21. num.1.*

Si verò † aliquis habeat unam sententiam 17
pro se in prima instantia, licet postea in secunda revocetur, non condemnabitur in expensis, quia prima sententia, licet iniusta, excusat à calumnia, quia sententia iudicis pro veritate habetur, *l. ingenuum. D. de stat. homin* & ita observatur per Rotam, ut tradit Egidius. *decis.* 319. *ad fin.* Chassaneus, *decis.*55. ita fuit decisum *in decis.* 730. *in 1. part. decisionis.* Rotæ Romanæ, ubi allegatur Cōvarr. *cap* 37. *numero primo, pract.* Quòd limita,
nisi † convincatur de mendacio: quia tunc mendax, etiam si habeat sententiam pro se, condemnatur in expensis, propter mendacium, ut docet Afflictis. *decis.*126 *in fin.* Asinius, *in pract.* §.32. *c.* 2. *ampliatione.*21. & ita *in decis.*750. *in fin.* iudicatum fuit, etiam post tres sententias conformes, quòd iustissimum est, ut omnia iura insurgant contra mendacem, qui ius, & partem, & iudicē offendit, & vide Franciscum Vivium, *decis.* 47. *lib.1.* ubi declarat istam materiam expensarum. Si verò prima sententia non faciat mentionem expensarum, & secunda sit confirmatoria in expensis, intelligitur condemnatio facta de expensis primæ & secundæ instantiæ. Ita Rota, apud Puteum, *lib. 2. decis.* 246. & Felin. *in cap. significante, de exceptionibus*, & à sententia taxationis expensarum, non admittitur appellatio, quia dicitur definitiva, Rota Lucensis, 18. Ioannes Aloysi. *supra in fine.* 18

SVMMARIVM.

1 *Iustitia principalis definitio, pertinet ad iudicem ecclesiasticum.*
2 *Iudex ecclesiasticus, qui non facit iustitiam, non debet iudex nominari.*
3 *Iustitia virtutes referuntur in laudem iudicũ.*
4 *Deus in origine mũdi omnia regebat in iustitia.*
5 *Deus voluit, quod Adam & Eva in iustitia viverent.*
6 *Noë fuit Rex, & Sacerdos, & iudicavit secundum iustitiam.*
7 *Reges regnant per Deum.*
8 *Reges ex mãdato divino tenẽtur facere iustitiã.*
9 *Iustitiæ laudes, & proprietates.*
10 Cap. 13. Deuteronomii. *declaratur*, & cap. 17. & exod. 23.
11 *Reddite quæ sunt* Cæsaris Cæsari, *& quæ sunt Dei Deo.*
12 *Deus arguet mundum de peccato, de iudicio, & iustitia.*
13 *Romani à principio amarunt iustitiam.*
14 *Iustitia est virtus perfecta.*
15 *Iustitiam faciens adquiret bonum nomen.*
16 *Regna sunt latrocinia remota iustitia.*
17 *Iustitia regnantis est utilior, quam fertilitas temporis.*
18 *Princeps latronum etiam distribuendo spolia facit iustitiam: & iustitiam facere est initium bonæ vitæ.*
19 *Tria requiruntur in administratione iustitiæ.*
20 *Iustitia est constans & perpetua.*
21 *Virtutes iustitiæ referuntur.*
22 *Iustitia habet tres angulos, honestè vivere, alterũ non lædere, ius suum unicuiq; tribuere.*
23 *Iustitiæ descriptio elegans traditur.*
24 *Silentium est cultus iustitiæ.*
25 *Iustitia virtus omnibus prævalet.*
26 *Iustitia de cœlo prospexit.*
27 Regis *iudicantis in veritate pauperes thronus in æternum firmabitur.*
28 *Regnum de gente in gentem transfertur propter iniustitias & iniurias.*
29 Los juezes supremos, lo mismo es dezir à los ecclesiasticos que hagan iusticia, que representarles lo que es iusticia, en los negocios que van por via de fuerça.
30 *Formam iudicandi in rebus ecclesiasticis, in ordine ad tollẽdam vim, possunt iudices Regij dare iudicibus ecclesiasticis, & quid ipsi tenentur facere.*
31 Cap. 1. de re iudicata, lib. 6. *declaratur.*
32 *Iudices stateram gestare debent in manibus, & lances appendere æquo libramine.*
33 *Sine fructu Leges forent, si non mandarentur quoq; executioni per Iudices tùm legum peritia, tùm rerum experientia instructos.*
34 *Iudex perfectus ab Authore depingitur.*
35 *Tria pulcherrima præcepta à Stobæo Magistratui proposita.*
36 *Imperare hominib. est, iuxta Platonem, omniũ virtutum & scientiarũ imperium exercere.*
37 *Magistratuum actiones ab omnibus inspiciuntur: siq; bonæ sunt, pluribus prosunt; si malæ, pluribus obsunt.*
38 *Imp. Alexander Severus* Rectores *Provinciæ datos priusquam admitteret, in populi produxit conspectum, auditurus, an ab aliquo criminis cuiusdam rei agi possent.*
39 *Sicut Deus ad mundum, ita gubernator ad populum se habere debet iuxta Stobæum.*
40 *Iudex nequam, qui propriis affectionibus inservit, Dei imaginem; quæ in eo requiritur, repræsentare nequit.*
41 *Solus is Magistratus administratione dignus est, qui sibimetipsi potest imperare; cum turpe sit valdè, eum, qui alium docet, non docere semetipsum.*
42 *Furioso gladium, & improbo magistratum cõmittere, perinde periculosum.*
43 *Iudex bonus debet esse instar Aræ puræ atq; religiosæ, & sicut illa, à bonis coli, à malis timeri.*
44 *Iudex nec clementiam nimis, nec nimis severitatem affectare debet: quia illud contemptum, hoc odium pareret.*
45 *Vt morborum diversitas, diversa remedia; sic hominum diversa ingenia diversam gubernandi rationem postulant.*
46 *Contra Leges variis & dissimilibus modis delinquitur.*
47 *Comparatio Iudicis Severi & humani: utq; hic illi præstet.*
48 *Agrippinus Iudex iis, quos cõdemnabat, persuadere conabatur, condemnationem expedire.*
49 *Vt Medicus eum, cuius membra secat, humanissimè interpellat, sic Iudex, qui morũ & animæ medicus est, humanitate suam in delinquentes animadversionem temperare debet.*
50 *Dictum* Psalmi 23. virga tua, & baculus tuus, me consolata sunt, *ponderatur.*
51 *Imp. Adrianus professus est, se talem subditis Imperatorem futurum, qualem ipse privatus Imperatorem exoptaret.*
52 *Magistratus virum ostendit, iuxt. proverb.*
53 *Vti tribunal, in quo magistratus dignitas elucescit, est res syncera & divina, ita qui magistratũ gerit, debet esse purissimus & incorruptus.*
54 *Optimum Magistratus officiũ obscuratur propter Iudicantiũ tùm scelera, tùm gubernandi imperitiam, quâ nimiâ aut lenitate aut severitate peccat.*
55 *Falluntur pessimè, qui Iudicis maiestatem superciliosa fronte morumq; asperitate nusquam non exprimere nituntur.*
56 *Author Iudicem superbum suis coloribus depingit, & deridendum proponit.*
57 *Tribunal res alioqui sancta fit interdum Iudicum crudelitate carnis humanæ macellum.*
58 Nosce te ipsum, *præceptum Chilonis memorabile, Iudici benè perpendendum, ut superbiâ positâ, Iustitiã virtutum omnium fontem, comitem habere possit.*
59 *Pedalij in suis sacrificiis nil nisi iustitiam efflagitabant, sub hoc uno nomine omnium virtutum possessionẽ compreh ndi arbitrantes*
60 *Iusto iudici nihil deest.*
61 *Iusti Iudices fulgebunt usq; ad consummationem sæculi.*
62 *Iustitiã particularis alia distributiva, quæ mores, alia cõmutativa, quæ commercia respicit.*
63 *Iustitiam cur veteres virginem pinxerint?*

64 *Iustitia imaginem cur Thebani sine manibus, oculisq; clausis; Indi sine capite esse voluerint?*

65 *Ephyilates Iudex munera laudabiliter recusavit, ne quid fortè cogeretur donatoribus contra iura concedere.*

66 *Alchamenes pacem se cum legibus habere non posse ratus est, si oblata munera accepisset.*

67 *Depositum & Magistratum non oportet lucrãdi causa accipere.*

68 *Alphonsus Ferrariæ Dux per gradus ad Magistratus exercitium quemq; admisit.*

69 *Philippo Macedoni quotidiè Aulicus quidã acclabat:* memento Philippe quod homo es.

70 *Iudex non debet sectari gloriam, sed gloria Iudicem.*

71 *Rectè factorum conscientia nullũ maius solatiũ, agnoscentibus idipsum Iustiniano, Vlpiano, & Petro Follerio.*

72 *Iudex malit esse iustus, quàm iustus videri.*

## GLOSSA XVII.

### Ibi: * *Para que proceda, y haga justicia.*

1 EX quibus verbis clarè deducitur, quòd † iustitia causæ principalis in causis ecclesiasticis pertinet ad iudicem ecclesiasticum, & ipse est, qui debet absolvere, vel condemnare, in quo nũquam se intromittit iudex Regius, sed solum in tollenda vi, ibi: * *Alcando la fuerca otorguen la apelacion,* * & sic solum cognoscunt de vi illata, non verò de iustitia causæ principalis, quia illud remittitur ad iudicem ecclesiasticum, ut in verbis nostræ legis, ibi: * *Para que proceda, y haga justicia,* * id est, admittat appellationem, in casibus in quibus sit admittenda; vel procedat appel-
2 latione remota, in casibus à iure expressis; & † iudex ecclesiasticus, qui non facit iustitiam, non debet iudex nominari, *cap. 2. in 23. quæst. 2.* imò est puniendus iudex, qui facit iniustitiam, ut in *authentica, ut iudices sine quoque suffragio, & in rubro & nigro, C. de pœna iudicis, qui malè iudicavit, l. fin. D. de variis, & extraord. cognitio. cap. cum æterni tribunal, de re iudicata. lib. 6.* & sine iustitia nullam potest Rex habere virtutem, ut in *authentic. ut omnes obediant iud. prob. colum. 5.* & sic dicit Cicero, quòd iustitia est illa, ex qua boni viri acquirunt nomen & gloriam, quam cũ quis deserit, Deo fit dissimilis, & Regio nomine indignus, ut tradit Belluga. *in speculo Princip. rubrica, 11. num. 13. & rubrica, c. 8. nu. 6.* dicit, quòd Rex debet esse amator iustitiæ, & veritatem colere, quia per iustitiam Reges regnant, ut in *epist. inter claras, C. de summa Trin. & fide Cathol.* & plura singularia diximus *in proœmio cap. 9 & numer. 10.* & ob hanc causam tenetur subditos defendere, ab oppressionib. & violentiis Et quid significet Princeps, quando dicit, quòd fiat iustitia, tradit Petrus Benu. *consil. 98. num. 35.* & ego dixi *in q. fin. num. 377. lib. 4. commun.* & vide plures effectus clausulæ, * *pido justicia,* * quos tradit Anton. Gabriel. *tit. de clausulis, lib. 6. conclusione,*
4 *num. 1.* & dixi, *in quæstione. 762 num. 64.* Ex quibus verbis nostræ legis convincitur opinio *Azoris,* & aliorum, qui existimant Regios iudices, non habere dictam cognitionem per viam violentiæ, ex eo, quia impeditur iurisdictio ecclesiastica, cùm illud sit falsum; quia non solum non impeditur, imò ampliatur, ut sæpius dictum est, & ex verbis nostræ legis comprobatur, ibi: * *Para que proceda, y haga justicia.* * Ergo si causa principalis remittitur ad iudicem ecclesiasticũ, ut faciat iustitiam, sequitur, quòd iudex Regius non se intromittit in sua iurisdictione, & per cõsequens, non est verum dicere, quòd impediatur iurisdictio ecclesiastica tollendo vim, cum illud non tangat causam principalem iustitiæ, sed causam violentiæ, quòd est diversum, & sic ex separatis non fit bona illatio. *l. Papinianus exuli. D. de minoribus. l. Age cum Geminiano, C. de transactionibus. l. in agris. D. de acquirendo rerum dominio,* & plura † de virtutibus iustitiæ, in honorem iu- 3
dicum, qui eam partibus administrant, tradunt Doctores in variis locis, quod commendat nostra lex, quia † ab origine mundi, Deus fons iustitiæ, 4
sine legibus & gubernatoribus omnia regebat in iustitia, ut *in cap. si non licet. §. his agitur exceptis, 23. q. 5.* & tradit Innocentius, *in cap. licet ex suscepto. de foro competenti,* & ita † secundum iustitiã 5
vivere voluit parentes nostros, Adam & Evam eosq; divini mandati transgressores, iustitia mediante, punivit eos, ut habetur, *Genes. c. 3. & in c. serpens, de pœnit. distin. 1.* postea Cain & Lamech peccantes, pœna afflixit, ut *Genes. cap. 4.* Præterea † Noe, quem Regem & mundi rectorẽ, Sa- 6
cerdotemq; simul fecit, secundum legem iustitiæ vivere voluit, ut habetur *Genes. c. 9.* ibi: * *Quicunque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius,* * & postea legem dedit populis suis, secundùm quàm voluit, ut omnes viverent, & transgressoribus pœnam imposuit, ut habetur, *Exod. c. 23. & in ca. Reos, 23. q. 5.* & etiam in veteri testamento Regia dignitas erat cognita, divino permittente iudicio, cùm iam multi Reges essent uncti, ut *in cap. 1. § cùm in veteri, extra de sacra unctione,* & ob id dicitur, *proverb. c. 8.* * *Per me* † 7
*Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, per me Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam,* * & sic † ex mandato divino iu- 8
dices tenentur facere iustitiam, ergò Rex non facit contra ius divinum, neque canonicum in illis verbis, * *Remitasetes la causa, para que hagan justicia.* * Vnde Rex David *in psal. 9.* dicit. * *Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam: sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam,* * & *in Psalm. 71.* * *Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis,* * & *in eodem Psalm. 71.* dicitur: * *Iudica populum tuum in iustitia & pauperes tuos in iudicio,* * & *in Psal. 105.* * *Beati* † *qui* 9
*custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam omni tẽpore,* * & non solum Reges iustitiam administrare iussi sunt, sed etiam ut non sint partiales, ut habetur, † *Deuter. cap. 13.* * *Atque ut iudices possent* 10
*rectius iustitiam administrare, querelas populi tabernaculum Dei ingredientes, ad dominum referebant, ut secundum illius Imperium iudicarent,* * ut cavetur *Exod. 23.* transumptive *in cap. summopere. 11. q. 1.* neque est silentio omittendum, quòd ha-

Plura de virtutib. iustitiæ referuntur.

betur *Deuter. ca.17.* ibi: * *Postquã sederit in solio Regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipens exemplar à Sacerdotibus Leviticæ tribus, & habebit secum, legetq; illud omnibus diebus vitæ suæ, ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba & ceremonias eius, quæ in lege præcepta sunt. Nec elevetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexteram vel sinistram, ut longo tempore regnet ipse, & filius eius super Israel.* * Et ita sunt intelligenda verba prolata à Christo Domino nostro, qui volens iustitiam suam ostendere, eamq; fieri debere, legitur Iudæis respondisse interrogantibus, an liceat tributum dare Cæsari; *Reddi-*
11 *te † quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo,* ut habetur *Matth. c.22*: & in alio loco dixit Christus Dominus, nempe *Matth. cap.5. nisi abundaverit iustitia vestra, plusquam scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in Regnum cœlorum*, & le-
12 gimus † apud Ioannem *cap.16.* * *Arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio,* * quæ iustitia facienda est omni tempore, sine acceptione personarum, ut Deuter. *ca.1. non erit apud te acceptio personarum,* * & Actor. Apostol. *cap.10.* ibi: * *aperiens autem Petrus os suum dixit: In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni tempore, qui timet eum, & operatur iustitiam acceptus est illi.* * Et non solum in lege veteri & nova commendatur iustitia Regibus, & iudicibus terræ, sed etiam ex prudentũ,
13 & ex Imperatorum responsis. Nam † primùm Romani Imperatores, adepto Imperio, statim volentes secundum Iustitiam vivere, leges condidere, easq; observari iusserunt, ut in *l. 2. D. de origine iuris, cap. Moyses.7. distinct.* & semper in respõsis, & dubiis quæstionibus, secundum iustitiam eos respondere, scriptum est, *in l. Imperatores. D. de iure fisci.* Vnde dixit text. *in authent. ut omnes*
14 *obediãt iudicibus provinciarum,* * *Iustitiam † esse omnium virtutum perfectissimam, & sine qua aliæ virtutes parum prosunt,* * & sic dixit Aristoteles, *lib.4. ethicorum,* * *Proinde iustitia perfecta quidem virtus est, sed alterum spectat, unde non rarò omnium reliquarum virtutum esse præstantissima videtur,* * & sic dicitur in proverbio: * *nec Hesperus, nec Lucifer, ita sunt mirabiles, iustitia etenim simul omnes cæteras virtutes amplectitur, ipsaque maximè est absoluta, quòd & virtutis perfectæ usibus deserviat, & quod hac præditus virtute, etiam erga alium uti potest, non erga se ipsum tantum,* *
15 Et dicit Cicero, *1. de officiis*: * *iustitia † est illa virtus, ex qua viri boni acquirunt nomen, & gloriam, quam cum quis deserit, Deo fit dissimilis, & Regio*
16 *nomine indignus.* * & remota † iustitiâ, quid aliud sunt Regna, quàm latrocinia; ut dicit Augustin. *lib.4. de civitate Dei, in cap.4.* & Aristo-
17 teles, *ad Alexand.* * *Iustitia † regnantis utilior est subiectis, quam fertilitas temporũ: opus quidẽ iustitiæ, pax: cultus iustitiæ, silentium, & securitas,* * & Iesaiæ, *c.32.* * *In iustitia regnavit Rex, & Principes in iudicio præerunt,* * tanta enim profectò est vis iustitiæ, ut neque illi, qui maleficio & scelere pascuntur, sine ulla eius particula vivere pos-
18 sint. Nam & † Princeps latronum, nisi æqualiter prædam dispartiatur, aut interficietur à sociis, aut relinquetur, ut ait Tullius, *lib.1 de officiis.* Nam initium viæ bonæ est facere iustitiam; & est apud Deum magis accepta, quam immolare hostias, ut habetur Proverb. *cap.16. & proverbior. 25.* * *Auferte impietatem de vultu Regis, & firmabitur iustitia throno eius.* * Est tamen advertendũ, quod
† in administratione iustitiæ, tria requiruntur, ut 19
tradit Bart. *in tract. de Reg. civitatis, quæstione. 2. princ. versic. Præmitto.* Primum, perfecta ratio, ad discernendum iustum ab iniusto, licitum, ab illicito, *l.1. D. de iustitia & iure*, secundum, recta intentio, nam qui iustitiam administrat, debet rectam intentionem habere; *cap. qui sincera mẽte. 45. distinctione*, tertium, perfecta stabilitas,
quia iustitia † est constans & perpetua voluntas, 20
*princ. de iustitia & iure, l.10. D. eod. tit.* & iustitia
† Regis dicitur pax populorum, tutamen patriæ, 21
deste tratado, aduierten los juezes supremos, la obligacion que les corre a defẽder, y amparar a los subditos eclesiasticos y seglares, ciudadanos de la Republica temporal, no solo alçando la fuerça y violencia que les hiziere el juez ecclesiastico, sino procediendo contra el a privacion de las temporalidades, y otras mulctas, quando fuere rebelde, è inobediente en no cumplir los mandatos Reales, e prendiendo, ò molestando a los ecclesiasticos, que se valieron deste Real auxilio;

cion, soltando los presos libremente, y sin costas, y tomando los processos que se causaren contra las tales personas: de suerte, que todos tengan libertad de vsar deste remedio de la fuerça: porque de otra suerte, ningun eclesiastico querria vsar del si huuiesse de ser castigado, ò molestado por su iuez como lo aduierte Bobadilla, in sua Politica, libro. 2. capitul. 18. numer. 140. adonde dize, que del Papa Leon se agrauiaron vnos clerigos ante el Emperador Ludouico. Y el Apostol san Pablo, temiendo el Concilio de los Fariseos, pidio el auxilio al tribuno. Y otra voz, para reparo de la fuerça, que se le hazia, apelò para el Cesar, como se refiere en los actos de los Apostoles, capit. 23. y 25. y 26. y 28. Y en el libro. 2. de los Machabeos, se lee, c. 4. que Omas summo Sacerdote de Ierusalem, acudio al Rey, para que quitasse la fuerça, y sedicion, que Simon Sacerdote, y sus amigos, causauan en el pueblo, pareciendo ser conueniente para apaziguar el estado popular, acudir a la potestad Real implorando su auxilio, y defensa: lo qual no es por via de jurisdicion, sino de proteccion, y defensa natural: y assi no obsta la interpretacion, que dio a estos lugares de san Pablo, Marta. in tractatu, de iurisdictione, 2. parte. capit. 6. numer. 20. Todo lo qual nos enseña el Concilio Toledano. 13. capit. 12. adonde se permite a los agrauiados, por los juezes ordinarios, acudir a los juezes metropolitanos, ò Reales, para que los oygan, y alcen las fuerças. Y por valerse, y ayudarse deste auxilio, y proteccion Real, no han de ser presos, ni excomulgados, haziendoles vejaciones, y molestias: porque seria indirecte, impedir, y estoruar este conocimiento. Y si de hecho se hiziere agrauio à qualquier eclesiastico, o seglar, por auer vsado deste remedio, han de ser fauorecidos por los juezes de los supremos tribunales Reales, poniendo remedio breue, y eficaz en la soltura: porque de otra suerte se menospreciaria la defensa, y proteccion Real, y politica, y economica de los subditos que se valen del

134 derecho natural. Y para remedio † deste daño se publicò un decreto de su Magestad, en las Cortes del año, 88. publicadas en el de 93. a instancia, y peticion de los procuradores de Cortes, que es el capit. 36. que contiene las palabras siguientes.

Capitulo de Corte sobre las fuercas.

Perteneciendo a vuestra Magestad, como a Rey, y señor natural destos Reynos, por derecho y costumbre inmemorial, quitar, y alcar las fuerças, que hazen los juezes ecclesiasticos, en las causas en que conocen, y auiendo siempre vsado deste remedio, por los que han padecido las dichas fuerças, despachando se para este efeto en el Consejo, y Chancillerias las prouisiones necessarias, de poco tiempo a esta parte, los Nuncios de su Santidad hazen diligencias extraordinarias, con el estado ecclesiastico, para que no usen deste remedio, haziendo publicar en los pulpitos, y otras partes, que los que usan del incurren en las censuras del cap. 16. de la Bula in cœna Domini. y à pedimiento del Fiscal de la Camara Apostolica, se traen de Roma monitorios, para que parezcan alla personalmente los que han usado deste remedio, y los condenan por ello en muchas penas: y de temor desto, aunque se ven oprimidos de los juezes eclesiasticos, no se atreuen a usar del dicho remedio. Y parque lo susodicho es mucho perjuyzio de la autoridad, y preminencia de la Corona destos Reynos, y el remedio de la fuerça, es el mas importante, y necessario, que puede auer, para el bien, y quietud, y buen gouierno dellos, sin el qual toda la Republica se turbaria, y se seguirian grandes escandalos, e inconuenientes. Suplicamos a V. Magestad, no dè lugar en manera alguna a que esto passe a delante, y lo mande proueer, y remediar, de suerte, que cesse el dicho impedimento: y que libremente puedan todos ayudarse del dicho remedio, como siempre se ha hecho en los tiempos de los señores Reyes de gloriosa memoria, antecessores de vuestra Magestad.

Respuesta

A esto vos respondemos, que mandamos a nuestro Consejo, Chancillerias, y Audiencias, tengan gran cuydado de guardar justicia a las partes, que acudieren por via de fuerça, conforme a derecho, y costumbre inmemorial, y leyes, y prematicas destos Reynos, y conforme a ellas castiguen a los que contrauinieren.

Alocutio cum Rege nostro & tuis Scriboribus.

Superest † ergo, Rex Catholice, sacræ Christianæ Religionis cultor illustris, & eximiæ virtutis exemplar, politicæ gubernationis magister egregie, propaginis clarissimæ semen, scientiarum fautor, literarum inclite Mecænas, hoc nostrum opus de cognitione per viam violentiæ, beneuolè accipere, & puro affectionis amore aliquando euoluere, non dedigneris: tum, quia in eo tua propria res agitur; tum quia Imperio nemo dignus iudicatur, si aliquando literis operam non dederit, ut dicebat *Demetrius*, qui AEgypti Regem admonebat, vt de Regno Imperioque libros legeret, in quibus inueniret scripta, quæ Regum amici monere non audent. Et sic † *Alphonsus Aragoniæ Rex* sapientissimus, quibusdam percunctantibus, * Vtri rei, plus deberet, armis, an literis; *ex libris*, respondit, *& arma didici*, * qua voce & responsione, omnia, se debere literis, professus est: mirum est enim, quantum valeat ad vitæ optimam institutionem assiduâ & diligens librorum lectio. Nam si *Africanus* ille *Scipio*, (ut *Salustius* scribit) maiorum imagines intuens, ad virtutem excitabatur: quanto magis illorum dicta factaquè imitatione digna sæpius animo repetita, & ante oculos posita, commouebût? Quæ † igitur Rex inclyte, potest esse in hac vita res iucundior, aut certè commodior, quam semper legere, aut scribere, & antiquitatis res cognoscere, præsentesquè cum posteris loqui, atquè omne tempus quòd & præteritum est, & futurum, nostrum facere, ò † præclaram supellectilem librorum, ò iocundam familiam, (ut rectè *Cicero* appellat) utique & frugi, & bene morigeram, non enim obstrepescit, non inclamat, non est rapax, non vorax, non contumax, libri iussi loquuntur, & etiam tacent, semperque ad omne Imperium præsto sunt, à quibus inquam, nihil, nisi quod velis, audias. Hinc † Alphonsus Rex prudentissimus, cum audiisset, ex aulicis suis quendam

135 (beside "Superest")
136 (beside "Et sic †")
137 (beside "Quæ †")
138 (beside "ò †")
139 (beside "Hinc †")

dam dixisse, non decere Principem, neque illi esse necessarium literas scire, exclamasse fertur, * *eam vocem bovis esse, non hominis*, * cum à rationis iudicio non fuerit profecta, sed à bellua, quia Principis potestas non in eo tantum dignoscitur, ut possit, sed, ut noverit ex pluribus, quid

140 melius sit, eligere, quia † authoritas sine literis & consilio, est gladius in manu furiosi.

141 Et vos † Senatores clarissimi & integerrimi, qui semper stateram iustitiæ portatis, humiliter obsecro, ut inter tot curarũ undas negotiorumquè publicorum fluctus, quibus non oppressi modo verum obruti estis, alicuius horæ spatium, (si quando suppetat) eius lectioni impartiatis, quia forsan aliqua nova, utilia, & ad vestrum institutum necessaria vobis occurrent. Sin autem emendatione egerint, corrigite, quia vestrum est, oculorum munus. Et deprecor, quod Deus Optimus Maximus, vos vestramque Rempublicam, incolumem tranquillamque conservet, quòd sic fore polliceor, quia ea, quæ rectò consilio geruntur, effectu & firmitate nituntur, ut docet Imperator *in l. dubium non est. 3. C. de repudiis.*

*Ad Senatores Regios*

142 Et † vos amplissimi viri, Ægidius Ramirez de Arellano eques militiæ D. Iacobi, è supremo Senatorum ordine, atque secretioris Regii consilii, & Antonius Bonal eques militiæ de Alcantara, eiusdemque supremi ordinis Senator, quos in Salmantina & Pinciana Academia habuisse præceptores, semper gloriabor, suscipite læta fronte observantissimi discipuli lucubrationes, in quibus, si quid fortè laude dignum est, inductivæ doctrinæque vestræ accepto ferendum, ingenuè fateor.

*Magistri authoris Ægidius Ramirez de Arellano, & Antonius Bonal laudantur.*

143 Si verò † in hoc opere aliquid inveniatur, quòd deviet a tramite iuris & rationis, & in damnum & perniciem iurisdictionis ecclesiasticæ, & contra eius universi gregis Ecclesiæ Catholicæ pastorem, tendat illud neque dictum, neque scriptum volumus: imò statim corrigimus & emendamus, & omnia limæ & correctioni almæ matris Ecclesiæ subiicimus (prout sæpè fecimus) ut

*Ad Pontificem maximum protestatio.*

144 filius obedientiæ. Et tu, † Vicarius Dei in terris unicus in orbe Pontifex, Imperator & Rex omnium Principum supremus, dominus rerum & personarum, quasi Deus in terris, maior quocunque homine, cui omnes obedire tenentur, cui Christus Dominus terrenæ simul & cœlestis

145 Imperii iura commisit, te † humiliter sub tuis pedibus iacens, deprecor, ut tua divina animi præstantiâ, omnia corrigas quia tui gregis humilis sum ovis: & utinam ipse Deus, cuius tu personam geris in terris, firmum valentemque reddat, ut Lupus non disperdat oves, & utinamque, ut hoc nostrum opus, tam ab omnibus nationibus desideratum, & à nemine usque scriptum, cedat in laudem & honorem omnipotentis Dei, & gloriosissimæ Virginis Mariæ Matris eius, beatorum Apostolorum Petri & Pauli, divique Hieronymi, in cuius festivitate operi ita elaborato extrema adhibita fuit manus, anno 1617. & eodem die, anno. 1560. ex utero matris in lucem editus sum.

## AD LECTORES.

IDEM † ME Scripsisse profiteor, quod vestra veritate & censura probandum duxeritis; illud verò si quid à vero dissonum, hoc scripto revoco, & expressè retracto: quia sicut errare, vel minus sapere, communis est infirmitatis, sic in errore persistere, principium est Horrendæ iniquitatis. 146

---

## Istruciõ, Para que los juezes, y sus Secretarios formen los autos por via de fuerça sin peryuizio de la jurisdicion eclesiastica. 117

*Auto quando es el lego demandado, y la causa merè profana.*

1 Dixeron, que el dicho iuez haze fuerça en conocer, y proceder en la dicha causa: la qual remitieron a la iustitia seglar, que della deva conocer, y repusieron todo lo hecho, y actuado por el dicho iuez ecclesiastico, el qual alce todas, y qualesquier censuras, y entredicho que se huviere puesto. Dixi in prologo, ex num. 76.

*Auto quando la causa es ecclesiastica, y el iuez executa sin embargo de apellacion.*

2 Dixeron, que el dicho iuez hize fuerça, en no otorgar la apelacion, la qual alcando, y quitando, mandaron dar provision paraque el dicho ocor gue la dicha apelacion, para que el dicho actor la pueda seguir, y proseguir ante quien fuere iuez competente, y revoque, y de por ninguno todo lo hecho, executado despues de la legitima apelacion, y en el tiempo que se pudo apelar Dixi in gloss. 6. ex num. 1. & glos. 15. n. 1.

*Auto quando la causa es executiva, y eclesiastica, y el iuez executa sin embargo.* 3

Dixeron, que el dicho iuez no haze fuerça en conozer, y executar su sententia, y le remitieron la causa, y processo, para que haga iusticia. Dixi in glos. 6. ex num. 25.

*Auto quando el pleyto no va en estado, por no estar sustanciado el processo.* 4

Dixeron, que el dicho pleyto no viene en estado, y se remite al iuez para que haga iusticia a las partes, ò se dize, que no viene como ha de venir, y se manda bolver al Notario de la causa.

*Auto que dà forma, como ha de iuzgar el eclesiastico, para no hazer fuerça:* 5

Dixeron, que el dicho iuez hazien do tal, y tal cosa, no haze fuerça, ni agravio, y no lo haziendo, otorgue la apelacion, y reponga lo hecho y executado despues della: y no se diga, que hazi fuerça, no haziendo lo dicho, porque seria sentenciar

tenciar la causa principal, en que no tiene el tribunal Real iurisdicion. Dixi in glos. 15. numero 18.

*Auto entre dos iuezes ecclesiasticos, y que una parte declina y otra sentencia y conoce.*

6 Dixeron que el dicho iuez ecclesiastico, Conservador, ò Apostolico en conocer, y proceder en la dicha causa haze fuerca, la qual alcar do, y quitando, remitieron el dicho processo, y conocimiento al dicho Vicario, para que haga iusticia, y revocaron, y dieron por ninguno todo lo hecho por el dicho iuez Apostolico, y que alce las censuras, y quite el entredicho: y si la causa fuere del Conservador, remetir se la, y declararam, que haze fuerca el ordinario, Dixi in quæstione. 11.

*Auto en las causas de inmunidad ecclesiastica, para que otorguen.*

7 Dixeron, que haze fuerca, en no otorgar la apelacion, y reponga lo executado, y quite las censuras, y entredichos, y si se declara que haze fuerca el eclesiastico, puede executar su sentēcia el seglar, salvo si se dixere, que otorgue, porque entonces ha de otorgar la apelacion, y el iuez seglar ha de sacar breve Apostolico, y executoriar la causa de la inmunidad: y si fuere sacado por deudas de la Iglesia, se declara que el iuez haze fuerca en conocer, y se remite la causa a la iusticia Real, dando fianca iuratoria: porque el motu proprio de Greg. 14. solo habla en delitos.

Dixi in quæst. 5.

TRA-

# TRACTATUS
## DE COGNITIONE PER VIAM VIOLENTIÆ IN CAVSIS ECCLESIASTICIS, quo ad practicam hujus cognitionis, & recursus ad Regia tribunalia, in qua ultra centum & sexaginta quæstiones controversas, inter judicem ecclesiasticum, & sæcularem, patens præmunitur aditus.

## SECUNDA PARS.

AUTHORE
HIERONYMO DE CÆVALLOS
Augustæ Vrbis Toletanæ patricij ordinis decurionum nobilium.

*Ad supremos Regis Senatores integerrimos.*



COLONIÆ.
Sumptibus Hæredum LAZARI ZETZNERI.
ANNO M DC XX.

# AD INTEGERRIMOS REGIS SUPREMI Consilij Senatores.

*Auctores Audaces reddit magnitudo Principum, Iulius Pollux, ad Cæsarem, de re grammatica; Vitruvius Pollio, ad Augustum, de architectura; Oppianus Poeta, ad Antonium, de venatione & piscibus; Diophanus, ad Deiotarum, de agricultura; alij ad alios, de diversi generis rebus, ausi sunt scribere: quibus & benè cessit, & benè de illis meriti, vel ab ipsis principibus dicti sunt, quid ingenij monimenta, in usus commodumq; publicum destinata, & laudem merentur, & præmium. Quanto magis illorum, qui non de quibuscunque ad Reipublicæ usum pertinentibus, sed de præcipuis, ad ipsum Reipublicæ caput, ad Regem, inquam, ipsum spectantibus rebus, curiosè & laboriosè pertractant. Inde animum viresq; tenuitas nostra etiam sumpsit, ut ad vos integerrimos viros, magni Regis nostri consilij supremi Senatores, hoc quidquid est, deferrem, cuius argumentum, cui potius, quam vobis, & Regi nostro præstantissimo deservit? præsertim cum ipsius in limine titulus,* * de cognitione per viam violentiæ, * *Vos ipsos postularet, cum vestra hic disceptentur iura; hic vestra defenditur iurisdictio. Hic subditorum continetur tutela: hic ecclesiasticorum enitet protectio: hic politici & œconomici iuris ratio traditur: hic de exercendo iustitiæ modo; hic de patronatus Regis origine & iurisdictione; hic de Hispaniæ Monarchia & Imperio, eiusq; principio: hic de rei ecclesiasticæ tutela & patrocinio, & de Conciliorum, Regum iussu & auxilio, congregatione; hic de antiquitate Bullæ in Cœna Domini, de illiusq; potestate latissimè agitur: hic demum, ad Regium munus pertinere, quamcunque vim tollere, comprobatur: hic, quomodo ex iure & consuetudine ius tollendæ vis, non ex Pontificis privilegio cedat, docetur: hic, 17. Doctores contrarium tenentes, vel malè hoc ius cognitionis intelligentes, reprobantur & taxantur: Hic, quibus de causis Bullæ Apostolicæ retineantur, & quare è Regno rebelles ecclesiastici excludantur, & quibus rationibus priventur temporalitate, ut Reipublicæ tranquillitas sanctè rectèq; custodiatur: hic, ne longius sermone protrudam, omnia, quæ adhuc occulta, atque oblivionis squalore depressa latebant, meis manibus laborantibus, & impensis, tandem aliquando in vestrum, gravissimi Senatores, honorem prodeunt in lucem. Quamobrem, non inique agere me arbitrer, si, vestræ causæ ut faveatis, implorem, non meæ: neque enim ulla muneris cuiuscunque specie, sive spe, motus unquam fui: non exemplo Aristotelis, qui ab Alexandro Magno, de animalibus scribendi pretium non exiguum pacisci, non erubuit: vel Chirili poetæ, cuius singuli historiales versiculi, auri puri monetâ, ab eodem Principe sunt compensati: nec Homeri, ab Atheniensibus satis ab eius commodi causam nummati: nec Socratis à Rege Cyprio: nec Virgilij, ab Augusto paucorum versuum de Marcelli morte, numero benè ditati: nec aliorum exemplo mea vendito: potius mea, meque ipsum venditarem, ut Regis nostri, vestraque auctoritas, ubique terrarum semper tuta magnaq; enitesceret. Pretium tamen non recusabo, dummodo illud sit, quòd maximè cupio, hoc est, alicuius horulæ spatium, quòd inter tot civiliumq; causarum undas, negotiorumque publicorum fluctus, quibus non modo oppressi, verum obruti estis, velitis in nostri laboris inspectionem impendere: quòd fateor mihi præmium, pro assiduis quadraginta annorum laboribus, gratum futurum. Nam cætera facilè contemnit, qui cogitat se moriturum. Valete.*

# INDEX QVÆSTIONVM QVÆ IN hac secunda parte continentur, in quibus iudex ecclesiasticus potest vim facere, vel non facere.

*Quæstio 25.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, qui cognoscit de causis decimarum & primitiarum, in quæstionibus iuris vel facti.

*Quæstio 26.*

Vtrum iudex ecclesiasticus conservator, datus ad tollendas violentias, faciat vim, cognoscẽdo de nullitate suæ sententiæ.

*Quæstio 27.*

Vtrum iudex ecclesiasticus executor Bullarum Apostolicarum, faciat vim, procedendo appellatione remota.

*Quæstio 28.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo suam sententiam in interdicto retinendæ possessionis, appellatione remota.

*Quæstio 29.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo appellatione remota, in interdicto, quòd vocant, * ***del interin.***

*Quæstio 30.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, cognoscendo de damno & interesse, quando alter ex contrahentibus contraxit matrimonium, fide violata de contrahendo.

*Quæstio 31.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, qui incidenter cognoscit de causa matrimoniali.

*Quæstio 32.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, cognoscendo de causis laicorum confratrum, vel inhibendo iudici laico, ut non cognoscat.

*Quæstio 33.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo civiliter, vel criminaliter, * ***contra beatas y hermitannos,*** * & quid contra terceros, ut in ***quæstione sesenta y una.***

*Quæstio 34.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non cognoscat super fructibus beneficii.

*Quæstio 35.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, declarando excommunicatum post appellationem interpositam.

*Quæstio 36.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo per declaratoriam in causa executorialiũ, appellatione remota.

*Quæstio 37.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo contra iudicem sæcularem, qui cognoscit de crimine clerici vel religiosi, ante ordines susceptos.

*Quæstio 38.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo sententiam alimentorum, appellatione remota.

*Quæstio 39.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo sententiam liquidationis instrumenti publici, appellatione remota.

*Quæstio 40.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat contra clericum hæredem laici, cum quo lis fuit cœpta.

*Quæstio 41.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo contra clericum ad solutionem pensionis, literis non expeditis, appellatione remota.

*Quæstio 42.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo per censuras contra iudicem sæcularem, ut remittat reum ad Ecclesiam, qui confugit ad Corpus Christi.

*Quæstio 43.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, tradendo clericum Curiæ sæculari pro delicto enormi, appellatione remota.

*Quæstio 44.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, qui procedit contra clericum primæ tonsuræ, repertũ sine habitu clericali.

*Quæstio 45.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat contra clericũ, qui tenetur de evictione in foro sæculari.

*Quæstio 46.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo suam sententiam appellatione remota, contra lapsum fatalium, spretâ restitutione in integrum.

*Quæstio 47.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, non admittendo appellationem ad superiorem delegantis, sed delegati.

*Quæstio 48.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, non admittendo appellationem ad Episcopum, qui eum nominavit.

*Quæstio 49.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, non admittendo appellationem ab omni sententia interlocutoria.

*Quæstio 50.*

Vtrum iudex appellationis faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat contra laicos ecclesiæ emphyteutas, pro solutione tributorum domino temporali. * ***Adonde à nu. 22. se refieren los sucessos de Milan, sobre la resolution desta question.***

*Quæstio 51.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat super nullitate excommunicationis.

*Quæstio 52.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat in causis civilibus & criminalibus contra colonum ecclesiæ, vel personæ ecclesiasticæ.

*Quæstio 53.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, cognoscendo inter laicos, de alimentis filio spurio debitis, ex æquitate canonica.

*Quæstio 54.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo per censuras contra laicum, qui coràm iudice sæculari reconvenit clericum, non obstante declinatoria fori.

*Quæstio 55.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo sententiam in causa decimarum, appellatione remota.

*Quæstio 56.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat in causa decimarum super declaratione quantitatis, an debeantur decem, vel minus.

*Quæstio 57.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo per censuras appellatione remota, contra clericum, vel mulierem, pro debito civili.

*Quæstio 58.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat contra laicum, Episcopi vel Vicarii commensalem.

*Quæstio 59.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo contra laicum iniuriantem clericum, & ad quem pertineat punitio delicti, & sacrilegii.

*Quæstio 60.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo contra laicum ad querelam clerici, transacto anno à die sacrilegii vel iniuriæ.

*Quæstio 61.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat in causa, contra profitentes tertium ordinem sancti Francisci.

*Quæstio 62.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari per censuras, ut non procedat contra clericum primæ tonsuræ, qui habet pensionem super fructibus alicuius beneficii.

*Quæstio 63.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, cognoscendo contra clericum pro delicto commisso in alio territorio.

*Quæstio 64.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari gabellarum, ut non procedat contra clericum negotiatorem pro solutione gabellæ.

*Quæstio 65.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat super spolio rei ecclesiasticæ inter personas ecclesiasticas.

*Quæstio 66.*

Vtrum iudex ecclesiasticus appellationis faciat vim, cognoscendo in secunda instantia contra sententiam translatam in rem iudicatam, in casibus, in quibus non obstat res iudicata, ut in causa matrimoniali.

*Quæstio 67.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo contra testem laicum, qui falsum deposuit coram eo.

*Quæstio 68.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat contra clericum, in causa reconventionis.

*Quæstio 69.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo contra laicum & clericum, qui simul delictum commiserunt.

*Quæstio 70.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo sententiam definitivam, appellatione remota, contra fideiussorem laicum, qui se pro clerico obligavit coràm eo.

*Quæstio 71.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedẽdo contra Monachos regulares, pro ratione reddenda alicuius ultimæ voluntatis, & quid cõtra clericum ratione alicuius officii temporalis.

*Quæstio 72.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, qui in concursu creditorum, ad instantiam debitoris, citavit clericum, ad exhibendum coram eo iura sua.

*Quæstio 73.*

Vtrum iudex appellationis faciat vim, non admittendo appellationem à sententia, quæ reducit laudum ad arbitrium boni viri.

*Quæstio 74.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, qui procedit contra clericum, qui coram eo falsum deposuit.

*Quæstio 75.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat contra clericum, qui dimisso habitu clericali, deficiente trina monitione, se immiscuit delictis gravissimis.

*Quæstio 76.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari per censuras, ut non procedat contra clericum depositarium, qui ex ipsius mandato depositum suscepit.

*Quæstio 77.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo per censuras contra iudices Regios, qui expellunt clericum à Regno, turbantem Regiã iurisdictionem.

*Quæstio 78.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non faciat inventarium bonorum clerici, neque citari faciat creditores clericos, ut coram eo compareant, si suã putaverint interesse.

Quæstio

*Quæstio 79.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat civiliter contra clericum coniugatum.

*Quæstio 80.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo ad ulteriora, in casibus competentiæ iurisdictionis, & quo modo attentata sint revocanda, quando causa devolvitur.

*Quæstio 81.*

Vtrum iudex ecclesiasticus in causis præventionis faciat vim, qui prævenit per citationẽ verbalem, inhibendo iudici sæculari, qui prævenit per citationem realem.

*Quæstio 82.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, declarando, quòd sua sit iurisdictio contra iudicem laicum.

*Quæstio 83.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, cognoscenti intra laicos de viribus iuramenti.

*Quæstio 84.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non se intromittat in executione ultimarum voluntatum.

*Quæstio 85.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, qui inhibet iudici sæculari, ut non procedat contra blasphemantem Deum, ut causa ad eum remittatur.

*Quæstio 86.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo contra laicum, qui in casu necessitatis audivit confessionem alterius.

*Quæstio 87.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat contra clericum sodomitam.

*Quæstio 88.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat contra adulteros.

*Quæstio 89.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat contra incestuosos.

*Quæstio 90.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat contra violatores monialium.

*Quæstio 91.*

Vtrum iudex ecclesiasticus Apostolicus faciat vim, procedendo sine citatione partis, non viso processu.

*Quæstio 92.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, qui inhibet iudici sæculari, ut non procedat contra laicum, qui falsitatem cõmisit in literis Apostolicis.

*Quæstio 93.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, detrudendo laicum in suos carceres, sine invocatione brachii sæcularis.

*Quæstio 94.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat inter laicos, de causis sepulchrorum, & iuris patronatus.

*Quæstio 95.*

Vtrum superior alicuius Religionis faciat vim, exequendo sua mandata cõtra monachum, appellatione remota.

*Quæstio 96.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ad effectum impediendi ipsius iurisdictionem.

*Quæstio 97.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat ad executionem instrumenti, durante lite super relaxatione iuramenti.

*Quæstio 98.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, qui procedit per censuras cõtra iudicem sæcularem, ut non executatur sententiam mortis contra delinquentem, donec suscipiat sacram Eucharistiam.

*Quæstio 99.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo contra laicos per censuras, pro reparatione Ecclesiæ parochialis.

*Quæstio 100.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo contra laicos turbantes iurisdictionem ecclesiasticam, & an causa sit remittenda ad iudicem sæcularem.

*Quæstio 101.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo per censuras contra iudicem laicum, qui extraxit ab ecclesia occidentem presbyterũ sine proditione.

*Quæstio 102.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non inquirat contra clericum Assasinum.

*Quæstio 103.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo per censuras contra coniugatos, qui sine iudicio Ecclesiæ ob aliquam infirmitatem separantur.

*Quæstio 104.*

Vtrum monachus novitius gaudeat fori privilegio, & iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo sæculari.

*Quæstio 105.*

Vtrum iudex ecclesiasticus appellationis faciat vim, cognoscendo de meritis totius sententiæ, quæ continet plura capitula, quando ab uno tantum appellatum est.

*Quæstio 106.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo suam sententiam, post terminum datum ad prosequendam appellationem.

*Quæstio* 107.

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo suam sententiam ex eo, quia appellatio fuit interposita in die festo.

*Quæstio* 108.

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, reiiciendo appellationem à declaratione, quod appellatio non sit admittenda.

*Quæstio* 109.

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequẽdo sententiam appellatione remota, per quã confirmatur subhastatio & venditio bonorum.

*Quæstio* 110.

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo suam sententiam, quando appellationi interpositæ fuit renunciatum.

*Quæstio* 111.

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, retractando sententiam translatam in rem iudicatam, non opposita exceptione ab adversario.

*Quæstio* 112.

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo suam sententiam, quando appellatio nõ fuit prosecuta propter inopiam, reiiciendo istam exceptionem, appellatione remota.

*Quæstio* 113.

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo sententiam in causa mercedis, appellatione remota.

*Quæstio* 114.

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo sententiam in iudicio possessorio, quæ habet admixtam causam proprietatis.

*Quæstio* 115.

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo sententiam restitutionis dotis, in causa divortii, remota appellatione.

*Quæstio* 116.

Vtrum iudex ecclesiasticus appellationis faciat vim, exequendo suam sententiam confirmatoriam primæ, quando prima sententia erat appellabilis.

*Quæstio* 117.

Vtrum iudex ecclesiasticus, & examinatores beneficiorum in concursu, faciant vim, exequendo sententiam provisionis beneficii, appellatione remota.

*Quæstio* 118.

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo præceptum de exhibendo, appellatione remota.

*Quæstio* 119.

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo suam sententiam, à qua non fuit appellatum coram eo, sed coram iudice ad quem.

*Quæstio* 120.

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo suam sententiam, contra unum ex correis, qui non appellavit, si appellatio fuit ab aliis interposita.

*Quæstio* 121.

Vtrum iudices appellationis domini Archiepiscopi. Toletani, faciant vim, cognoscendo in gradu appellationis à sententiis iudicum conservatorum.

*Quæstio* 122.

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo suam sententiam translatam in rem iudicatam, non obstante exceptione compromissi, & quid de fatalibus, durante compromisso.

*Quæstio* 123.

Vtrum iudex ecclesiasticus visitator faciat vim, procedendo contra confraternitates laicorũ, ad reddendam rationem, & an admittenda sit appellatio à decreto visitationis & correctionis.

*Quæstio* 124.

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo sententiam appellatione remota, in casibus præcedentiæ.

*Quæstio* 125.

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo suam sententiam translatam in rem iudicatam, exclusa restitutione in integrum, & reiecta appellatione.

*Quæstio* 126.

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, non admittendo exceptionem nullitatis sententiæ ex defectu iurisdictionis, post tres sententias cõformes.

*Quæstio* 127.

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo sententiam translatam in rem iudicatã, non obstante exceptione falsitatis, & appellatione remota.

*Quæstio* 128.

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari finium regundorum, ut non procedat cõtra personas ecclesiasticas ad restitutionem terminorum, & an appellatione remota sit restitutio facienda.

*Quæstio* 129.

Vtrum Romanus Pontifex faciat vim, non admittendo appellationẽ, ad Concilium generale.

*Quæstio* 130.

Vtrum Concilium provinciale vel generale faciat vim, non admittendo appellationem ad Pontificem.

*Quæstio* 131.

Vtrum congregatio Cardinalium faciat vim, non admittendo appellationem ad Pontificem.

*Quæstio* 132.

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo sententiam iniustam in iudicio possessorio.

*Quæstio* 133.

Vtrum iudices subsidii & excusati faciant vim, exequendo sententiam appellatione remota.

*Quæstio* 134.

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, qui exequitur sententiam solutionis salariorum, appellatione remota.

*Quæstio* 135.

Vtrum iudex executor in forma Cameræ, faciat vim, exequendo appellatione remota.

Quæstio

*Quæstio 136.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, non admittendo appellationem, à mandato & pronuntiatione de exequendo.

*Quæstio 137.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus executor, cū clausula, * *tuam conscientiam oneramus*, * faciat vim, exequendo appellatione remota.

*Quæstio 138.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus ad sindicandum, faciat vim, exequendo suam sententiam appellatione remota.

*Quæstio 139.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, exequēdo sententiam excommunicationis appellatiōne remota.

*Quæstio 140.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, absoluendo excommunicatum à cēsuris appellatione remota.

*Quæstio 141.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo suam sententiam demolitionis operis, appellatione remota.

*Quæstio 142.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, exequēdo sententiam calculatorū, appellatione remota.

*Quæstio 143.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo contra laicos Alchimistas & incantatores, & alios huius generis.

*Quæstio 144.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, exequēdo sententiam legati pij appellatione remota.

*Quæstio 145.*

Vtrùm Iudex ecclesiasticus appellationis faciat vim, exequendo suam sententiam in iudicio possessorio.

*Quæstio 146.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, exequēdo suam sententiam post lapsum temporis ad appellandum.

*Quæstio 147.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus appellationis faciat vim, inhibendo iudici à quo à tota causa, quando nō fuit appellatū, nisi ab vno articulo separato.

*Quæstio 148.*

Vtrùm Vicarius generalis huius Archiepiscopatus faciat vim, inhibendo Vicario foraneo à cognitione causæ.

*Quæstio 149.*

Vtrùm iudex conseruator militum diui Iacobi, Calatrauæ, Alcanteræ, sancti Ioannis, faciat vim, procedendo per censuras contra iudicem sæcularem, ut non cognoscat ciuilitèr nequè criminaliter, contra dictos miltes.

*Quæstio 150.*

Vtrū iudex ecclesiasticus faciat vim, qui admittit resignantē ad beneficiū, appellatione remota.

*Quæstio 151.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo per censuras contra iudicem laicum, qui noluit impartiri auxilium pro executione sentētiæ, appellatione remota ad superiorem.

*Quæstio 152.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, non admittendo appellationem à tertio interpositam, sine mandato.

*Quæstio 153.*

Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, admittendo testes in secunda instantia, super iisdem articulis, vel de directo contrariis.

*Quæstio 154.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo suam sententiam, quò ad fructus in iudicio possessorio, appellatione remota.

*Quæstio 155.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibēdo iudici sæculari, ut non decernat alimenta, & litis expensas mulieri, qui causam diuortij prosequitur in suo foro.

*Quæstio 156.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, non admittendo appellationem ab interlocutoria, per quam iudex declaratur tacitè vel expressè.

*Quæstio 157.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus vniuersitatis Salmantinæ, Valesoleti, & Complutensis, faciat vim, procedendo contra laicum pro debito ciuili.

*Quæstio 158.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, exequēdo suam sententiā sequestrationis fructuum appellatione remota.

*Quæstio 159.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo ad taxationem expensarum, post appellationem interpositam.

*Quæstio 160.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, exequēdo sententiam quando appellationi interpositæ fuit renunciatum ab una parte, quæ fuit alteri communis in eius præiudicium.

*Quæstio 161.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, non admittendo reuisionem æstimatorum, exequendo illorum iudicium.

*Quæstio. 162.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, exequēdo sententiam congruæ sustentationis Rectori assignatæ, ex fructibus sui beneficij, non obstante solutione pensionis.

*Quæstio. 163.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus executor Bullarum ad recuperandas dimidias annatas, faciat vim, exequendo suam sententiam, appellatione remota.

*Quæstio. fin.*

Vtrùm iudex ecclesiasticus cum clausula, * *appellatione remota* * faciat vim, exequendo sententiam contra tertium; quando sententia est nulla & iniusta.

# SECVNDA PARS TRACTATVS DE COGNITIONE PER VIAM violentiæ in causis ecclesiasticis.

## SVMMARIVM.

1 *Compensatio non admittitur aduersus iuramentum.*
2 *Compensatio non admittitur, nisi de quantitate ad quantitatem, secus ad speciem.*
3 *Species non compensatur cum quantitate.*
4 *Vsuras promittens cum iuramento, tenetur eas soluere, & postea repetere.*
5 *Iuramentum præcise est seruandum.*
6 C. ad nostram de iureiurando, *declaratur.*
7 *Fructus ex pignore percepti, non computantur in sortem.*
8 *Iuramentum authoritate propria nullus potest commutare.*
9 *Iuramentum est seruandum sine dispendio salutis æternæ.*
10 *Compensatio non admittitur in causa depositi.*
11 *Iuramentum inducit formam, & forma non potest mutari.*
12 *Compensatio est ficta solutio.*
13 *Doctores pro prima opinione referuntur.*
14 *Ius canonicum seruandum est in materia iuramenti.*
15 *Contraria opinio proponitur.*
16 *Soluiße dicitur, qui compensat.*
17 *Compensatio liberat debitorem.*
18 *Compensatio admittitur contra sententiam.*
19 *Res iudicata & iuramentum æquiparantur.*
20 *Soluere & compensare à pari procedunt.*
21 L. Dedisse, ff. de verborum significationibus, *declaratur.*
22 *Debitum conditionale compensatur.*
23 *Conditiones sunt adimplendæ in forma specifica.*
24 *Iuramentum sortitur formam contractus, super quo interponitur.*
25 *Compensatio habet locum in omni debito.*
26 *Iuramentum venit accesoriè ad contractum.*
27 *Doctores pro contraria opinione, in quæstione principali.*
28 *Dolo facit creditor, qui petit, quod est restituturus.*
29 *Concordia opinionum traditur.*
30 *Compensatio admittitur contra instrumentum iuratum, quando debitum est causatum post obligationem, secùs si antea.*
31 *Debitum iuratum compensari potest cum alio debito iurato.*
32 *Priuilegiatus contra priuilegiatum non gaudet priuilegio.*
33 *Resolutio in quæstione principali traditur.*
34 *Compensatio est proponenda intra decem dies.*
35 *Exceptio illa non admittitur in via executiua, quando per viam actionis fuit proposita in via ordinaria.*
36 *Casus de facto proponitur, & quid fuit iudicatum.*
37 *Compensatio non admittitur in debito decimali.*
38 *Compensatio non admittitur in debitis fiscalibus.*
39 *Compensatio depositi admittitur, quando est confessatum, & non reale.*
40 *Depositum per confeßionem depositarij non gaudet priuilegio depositi.*
41 *Depositum contrahitur re, & non per confeßionem.*
42 *Recipiens intereße pecuniæ depositæ, non gaudet priuilegio depositi.*
43 *In deposito omnes concurrunt, licèt sit diuersitas temporis.*
44 *Pupillus, qui recipit intereße depositi, non perdit priuilegium.*
45 *Personæ, quæ non habent liberam administrationem pecuniæ depositæ, non perdunt priuilegium, licèt recipiant intereße à depositario.*

## QVÆSTIO I.

*Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo sententiam appellatione remota, non admittendo compensationem aduersus contractum iuratum*

Difficillima, nodosa, & controuersa apud omnes Doctores, se offert disputanda quæstio, in qua reperio duas communes opiniones contrarias, quas ego recollegi *in lib. 1. practicarum communium contra communes in quæst.* 231. Et in quæstione proposita pro iudice ecclesiastico est communis opinio affirmatiua, quòd † non faciat vim, non admittendo compensationem oppositam contra religionem iuramenti, & per consequens recto iure potuerit exequi suam sententiam, quæ vulgo dicitur, * *de remate*, * appellatione remota, vt ex fundamentis ibi relatis apparebit. Sed pro reo est altera opinio communis, quæ permittit compensationis exceptionem liquidam, quæ vicem solutionis obtinet & per consequens, vim & iniuriam facit iudex, non admittendo compensationem, & exequendo sententiam appellatione postposita. Et vt iudex Regius & ipse ecclesiasticus, videant, & faciliùs intelligant.

gant, quid in vtroquè foro iudicandum sit, decreui pro vtraque parte aliqua fundamenta recolligere, & tandem meam proferre sententiam,
2 Et inprimis animaduertendum est, quod † compensatio non admittitur, nisi de quantitate liquida ad quantitatem, *l. quacunque. ff. de compensationibus, l. fin. C. eodem tit. §. Bona fidei. in-*
3 *stitut. de actionibus*, de quantitate † verò ad speciem non fit compensatio, vt tradit Bernardus Diaz. *Reg. 99.* vbi posuit aliquas declarationes & limitationes. Nos verò in quæstione proposita loquimur de compensatione liquida & certa, & sic de quantitate ad quantitatem; in qua re non esse admittendam huiusmodi compensationem aduersus contractum iuratum plurimi affirmant, quia propter religionem iuramenti præcisè debitor compellendus est ad soluendum realiter & verè, exclusa compensationis exceptione: pro qua sententia videtur esse text. expressus, *in cap. 1. & in c. debitores. de iureiurando,*
4 vbi † propter religionem iuramenti compellendus est debitor, qui vsuras cum iuramento promisit, eas soluere, licet facta solutione compe-
5 tat repetitio, quia † iuramentum præcisè est seruandum, & religio ipsius non est exceptionibus illudenda. Secundò pro ista sententia, est
6 bonus text † *in cap. ad nostram, de iureiuran-*
7 *do*, vbi † fructus ex pignore percepti non imputantur in sortem debitam, quia debitor iuramento adstrictus erat. Tertiò, fulcitur ista sen-
8 tentia, quia † nemo authoritate propria potest iuramentum commutare, *vt in cap. peruenit, de iureiurando.* Ergò similiter, qui iurauit soluere, non poterit compensationem obiicere; quia videretur iuramentum commutare. Quartò,
9 iuramentum † quod potest seruari sine dispendio salutis æternæ, seruandum est, text. *in capit. cum contingat, ca. debitores, de iureiurando.* Ergò, cùm in nostro casu. iuramentum possit sine interitu salutis æternæ seruari, sequitur, quòd sit seruandum. Quintò pro ista sententia facit,
10 quia † in causa depositi non admittitur compensatio. *l. penultima. C. depositi, l. fin. C. de compensationibus, l. 27. in fin. tit. 14. par. 5.* ergò, cùm maior sit ratio, quando contractus est iuratus, sequitur, quod à fortiori non sit compensatio ad-
11 mittenda. Sexto iuramentum † inducit formam incommutabilem, *c. debitores, de iureiurando*, sed forma non potest mutari per compen-
12 sationem. quia † est ficta solutio, & non realis & vera, *l. si cum filio, ff. de compensationibus, l. 3. ff. eodem tit. l. Iulianus. ff. de conditionibus, & demonstrationibus*, ibi: * *Quasi dederit.* * Ergò sequitur non esse admittendam compensationem,
13 Et istam † opinionem in nostris terminis tenent Doctores, *in dict. cap. ad nostram, de iureiurando.* Et hanc dicit communem opinionem, Iason, *in l. cum qui, § si iurauero, numer. 6, de iureiurando. & in consil. 134. volum. 4.* vbi dicit, quòd ista est communis opinio, quam etiam dicit communem decisio Pedemont. 381. & plures refert Antonius Gabriel, *tit. de iureiurando, concl. 7.* Rolandus, *consil. 6. numeri 31. & consil. 17. num. 14. volum. 1.* Gregor. *in l. 20. tit. 14. part. 5. glos. 1.* Bertrandus. *consil. 154. num. 2. lib. 1.* Mattheus de Afflictis. *decis. 164. & 381.* Couarru. *in cap. quamuis pactum. 1. p. §. 4. num. 8. de pactis lib. 6.* Tindarus. *de compensationibus, art. 7. num. 10.* & hanc opinionem esse seruandam quia eam sequuntur Canonistæ, (quibus † standum est 14
in foro canonico, cum sit materia iuramenti) tenet Nata. *consil. 54. num. 5.* & alios Doctores refert Gutierrez, *de iuramento confirmatorio, 3. p. cap. 6. num. 5.*

Sed † his non obstantibus, contraria opinio 15
plures habet autores & fundamenta, quæ possint mouere iudicem ecclesiasticum ad admittendam compensationem, reuocando executionem petitam, pro concurrenti quantitate, appellatione remota; quòd fundatur ex sequentibus rationibus. Primò, pro hac sententia facit text. *in l. 4.*
*§ soluisse, ff. de re iudicata* ibi: * *Soluisse † ac-* 16
*cipere debemus, non tantum eum, qui soluit, verum omnem omnino, qui ea obligatione liberatus*
*est,* * sed is † qui compensat, liberatur, vt *in l. si* 17
*ambo ff. de compensationibus.* Ergò sequitur manifestè, quòd is, qui compensat, soluit, & per consequens non contrauenitur iuramento. Rursus comprobatur ista sententia, *ex l. 2. C. de compen-*
*sationibus*, vbi † is, qui iudicati conuenitur, pe- 18
cuniæ sibi debitæ compensationem implorare potest. Ergò si locum habet compensatio, etiamsi debitum procedat ex re iudicata, quæ strictè accipienda est, vt *in l. quidquid astringendæ. ff. de verborum. oblig.* Similiter etiam admittetur compensatio, etiamsi prima obligatio sit iurata,
maximè, quia † res iudicata & iuramentum 19
æquiparantur, vt *in l. 2. ff. de iureiurando. l. post rem iudicatam ff. de re iudicata.* Præterea confirmatur ista opinio, ex tex. *in l. si debitor, ff. qui*
*potiores in pignore habeantur*, vbi † soluere & 20
compensare a pari procedunt, vt in text. ibi * *Non enim interest, soluerit an compensauerit.* * & sic, si est eadem ratio, sequitur quòd debeat assignari eadem iuris dispositio. *l. 4. § Toties, ff. de damno infecto.* Quæ sententia corroboratur ex simili tex. *in l. dedisse. ff. de verborum significatione*, ibi: * *Dedisse is intelligendus est, qui compensauit.* * Quia aliàs inutilis esset actio eius, qui in causa est, vt quòd sibi debetur, non soluatur, vt *in l. potior, §. vlt. mo. ff. qui potiores in pignore habeatur.* Et augetur difficultas, quia † illud, quòd 21
sub conditione debetur potest compensari. *l. si peculio. §. de illo. ff. de statu. liberis, l. Iulianus. ff. de conditionibus, & demonstrationibus*, & † ni-
hilominus conditiones sunt in forma specifica 22
adimplendæ, *l. qui heredi. l. Mauius. ff. de conditionibus, & demonstrationibus*; ergò licet iuramentum haberet eandem naturam, quòd in forma specifica sit adimplendum, non videtur religio iuramenti violata, neque eius forma facta compensatione pecuniæ liquidæ, maximè, quia
† iuramentum sortitur naturam contractus, su- 23
per quo interponitur, *l. fin. C. de non numerata pecunia, ca. quemadmodum, de iureiurando.* Sed sic
est, quòd † compensatio regulariter locum habet 24
in omni debito, *l. 2. ff. de compensationibus*, ergò,

& si

& in debito iurato est admittenda, quia compensatio fit ipso iure. *l. verum, l. si ambo. ff. de compensationibus. l. si constat, & in l. fin. C. eodem tit. §. in bonæ fidei, Instit. de actionibus.* Ergò cum debitor sit à debito liberatus, opposita compensatione liquida & manifesta, sequitur, quòd etiam erit liberatus à viribus iuramenti, & quòd remaneat sine effectu & potentia aliquid operandi,
26 maximè, cum † iuramentum veniat accessoriè ad causam principalem, vt *in d. l. fin. C. de non numerata pecunia*, & sic sequi debet eius naturam, vt *in regula accessorium, de Reg. Iur. in 6. l. non du-*
27 *bium, C. de legibus.* Quam opinionem † tenet Bartolus, *in l. amplius. ff. rem ratam haberi*, cuius opinionem dicit veriorem de iure Salcedo, *in additionibus ad Bernardum Diaz, in regula. 99. colum. 5.* ubi plures refert Doctores, & eam dicit communem, quam sequitur Salazar, *de vsu, & consuetudine. cap. 1. num. 69.* Matthæus. de Afflictis. *decis. 134.* Couarruu. *vbi supra*, qui sequitur Bartoli opinionem, & ab ea non esse recedendum in iudicando & consulendo defendimus *lib. 1. communium. q. 231. in fin.* vbi dixi, quòd ita practicatur, *ex decisione Pedemontana. 28.* & hanc dicit æquiorem & probabiliorem Fachuinæus. *libr. 1. controuersiarum iuris, cap. 7. versic. ego existimo*, ubi dicit, quòd ad compensandum suadet ipsa æquitas, quia nostra interest potiùs, non soluere, quam solutum repetere, *l. 3. ff. de compensationibus*, & iuramentum, non debet esse vinculum iniquitatis, *l. si quis Inquilinos, § fin. ff. de leg. 1.* & sic debet recipere interpretationem, quæ ex æquitate, & ex ipsa lege deducitur, & ob hanc causam si debitum sit liquidum, neque res altio-
28 rem indagationem requirat, dolo † facere videtur creditor, qui petit, quòd statim est restiturus, ut *in l. dolo facit. ff. de reg. iuris*, & circuitus est vitandus. *l. conueniri. ff. de pactis dotalibus* & istam opinionem in conscientia esse sequendam, docet Ioannes Gutierrez, *de iuramento confirmatorio. 3. part. cap. 6. num. 5. in fin.* sequendo Syluestrum *in summa. verbo, iuramentum. el. 3. num. 6.* ex quibus vides, quam in conflictu opinionum ius nostrum versetur, quòd profectò est dolendum.

In qua opinionum varietate, satis anceps & dubia videtur resolutio, in articulo violentiæ, cum pro iudice ecclesiastico, admittendo vel denegando compensationem, sit communis opinio, & non videtur facere vim, qui sequitur opinionem communem contra alteram communem, ut diximus in discursu ad Regem nostrum, *lib. 4. commun. quæst. 1. ex numer. 82.*

29 Sed † cum ille, qui distinguit, proximus sit veritati, arbitror in casu proposito, quòd talis distinctio sit adhibenda, videlicet, quia aut debitum, quòd petitur compensandum, erat contractum tempore obligationis iuratæ, vel posteà. In
30 primò casu † non sit admittenda compensatio, quia ille, qui se obligauit cum iuramento, videtur iuri suo in causa to renuntiare, facta posteà obligatione iurata: si verò debitum proueniat ex noua causa, post obligationem iuratam, tunc iustum & æquum est, quòd admittatur compensatio, cum sit vera solutio, ita conciliat Abb. *in cap. ad nostram, numer. 3. versic. sed quid dicendum*, & plures pro hac distinctione refert & sequitur Cacheranus *in decis. Pedemontana. 92. nu. 34.* ubi dicit, quòd ita iudicauit Senatus. Et istam opinionem seu concordiam sequitur Gutierrez, *vbi suprà, num. 7. versic. Si verò*, ubi *numer. fin.* constituit aliam declarationem, quando † de- 31
bitum, quod compensatur, est etiam iuratum, quia tunc compensatio admittenda erit, licèt debitum sit contractum ante obligationem, cum debita sint in utroque casu privilegiata, & non debet unus soluere, & alter retinere, cum in hoc casu quælibet obligatio, quo ad istum effectum compensationis, sit reputanda simplex, & sine iuramento, cum non possit creditor obiicere debitori, quod debitum sit iuratum, cùm scriptura compensationis similiter sit iurata, & sic † pri- 32
uilegiatus contra paritèr priuilegiatum non gaudet priuilegio. *l. verum. § si. de minoribus, cum vulgatis.* Et ita † existimo esse componendas
lites, & iudicandum in articulo violentiæ, quia si 33
iudex ecclesiasticus non admittat compensationem, exequaturque suam sententiam appellatione remota, facit vim, quæ tollenda est per iudices supremos Regios, reponendo omnia executioni tradita.

Aduertendum tamen est, quòd † de iure no-
stro Regio, hæc exceptio, compensationis in via 34
executiua, est admittenda, intra decem dies oppositionis, quibus transactis, nullus recursus datur ad compensandum, *ex l. 20. tit. 14. par. 5.* vbi Gregor. *verbo, * fasta diez dias, ** quæ loquitur in exceptione compensationis, cum sit solutio, quæ habet decem dies ad probandum, ut tradit Paz, *in sua praxi. 4. part. cap. 3. tom. 1. numer. 8.* Didacus Perez. *in l. 4. tit. 8. lib. 3. ord. nam. col. 1083.* Gutierrez *ubi supr. cap. 6. num. 2. in fin.* si verò †
hæc exceptio sit opposita in iudicio ordinario in 35
alia lite, & sit reiecta, non poterit posteà reus eam opponere in vim exceptionis, quia cùm actum sit à principio via ordinaria, non impeditur via executiua, ex regula text. *in l. ubi captum. ff. de iudicijs* & in alijs exceptionibus docet Rebuffus, *1. tom. de senten. prouis. in præf. num. 7. 132.* quem sequitur noster doctissimus Gutierrez, *1. par. de iuramento confirmatorio, cap. 2. num. 29.* idem tenet Parladorius. *lib. 2. rerum quotidianarum, 5. par. §. 11. num. 22.* Azeu. *in l. 1. tit. 21. lib. 4. recopil. à num. 143. & 144.* & ita † nupèr iudicatum fuit
per dominum Licenciatum Scouar de Vannuelos, icum suis socijs, quia recusatus fuit, in quadam lite Marchionis de Malpica, contra Illefonsum Fernandez Pantoja, qui, postquam allegauit læsionem vltra dimidiam in quodam contractu, factis probationibus in via ordinaria y opposuit posteà exceptionem læsionis in via executiua, & licèt illa exceptio impediret viam executiuam, (quòd dubitatissimum est) vt diximus *in lib. 3. pp. communium contra communes quæst. 762. numer. 55.* & tradit. Xironda. *de gabell. 2. par. §. 2. & num. 1.* in hoc verò casu nullo modo est admittenda, etiamsi euidentèr probetur læsio, quia non debet Reus in diuersis tribunalibus molestare creditorem, & modò, vt actor, viam ordinariam intentare 36

intentare, modo, vt reus, opponere exceptionem retinendo debiti solutionem cum damno creditoris. Quod tene menti, quia sæpè in practica contingit, & res noua visa fuit aduocatis huius ciuitatis, & ipsis iudicibus.

Vltimò pro complemento huius quæstionis aduertas, quòd † si coràm iudice ecclesiastico
37 debitum decimale petatur, non potest obiici compensatio aduersus illud debitum, etiam si sit liquidum, & iuratū, ita notat glossa. *cap. in decimæ 16. quæstione. 1.* quam sequitur Romanus, *singulari. 551.* & Doctores, *in cap. tua nos. de decimis*, & Iason. *in. §. bonæ fidei, num. 13. institut. de actionibus*, & alios refert, & sequitur Rebuff. *in tractatu de decimis, vltima part. pœna. 6.* & pro singulari tradit Guido Papæ: *in singulari. 456.* Idè disca
38 † in tributis fisco debitis quia cū fisco, non fit compensatio, vt *in l. 3. C. de cōpensationibus l. aufertur, §. cōpensationē. ff. de iure fisci*, & ita cōmunitèr obseruatur, & practicatur, quia, licèt fiscus Regis, aliquid debeat, non admittetur compensatio, sed debitor debet de plano soluere, & posteà petere, quòd illi debetur, quia aliàs mille fraudes committerentur. Quas limitationes tradit. Salcedo *in additionibus ad Bernardum Diaz. regul 99.* vbi aliàs refert. Quòd verissimum est, & ita practicatur, & tanquàm iudex iudicaui, & tanquam aduocatus defendi & obtinui.

Vnum tamen non omittam in hàc materia compensationis, quod est nouum, & quotidiè
39 versatur in practica, quod † licèt verum sit, quod aduersus depositum non possit allegari compensatio, vt *supra* resoluimus. *in num. 10.* illud intelligas, in deposito verò, & Reali, de cuius numeratione adhibetur fides per tabellionem; secùs verò, si depositum sit confessatum (de quo non constat, nisi per confessionem depositarij) quia
40 † tunc tale depositum non habet priuilegia depositi, vt tradit Baldus, *consil. 384. in fin. lib. 1.* quem sequitur Mascardus, *volum. 1. de probationibus, concl. 509. numer. 7.* & ita est tenendum, contra Fachinæum, *libr. 2. controuersiarum iuris cap. 82.* qui recessit ab hac opinione. prout fecit Castillo, *lib. 3. controuersiarum iuris. cap. 16. num. 9.*
41 Et ratio potissima est, quia † depositum solo vno modo contrahitur, videlicèt re ipsa, non verò per confessionem recepti, vt tradit Mascardus *super num. 3. & 4.* Matienço. *in l. 9. tit. 11. glos. 4. num. 6. lib. 5. recop.* vbi Azeued. *num. 14.* & sic aduersus depositum confessatum potest allegari compensatio, cum non sit verum depositum; ma-
42 ximè, si † durante, tempore depositi, accipiat dominus aliquod lucrum vel interesse, quod profectò repugnat naturæ depositi (contra Castillum *dict. lib. 3. controuers. cap. 16. nume. 44.*) & sic benè traditur in decisionibus Genuensi, *in tractatu de decoctoribus. fol. mihi. 509. numer. 3.* quod ille qui recipit vsuras à depositario, perdit priuilegium depositi, & per consequens, potest cum eo compensare, quia compensatio solum excluditur in deposito vero, secùs in cōfessato & fictitio, quòd non habet naturam neque priuilegium veri depositi, & tenet nouissimè Amador Rodriguez. *in tractatu de priuilegijs creditorum, 1. par. art. 6. num. 51.* qui nouiter post longam nauigationem in hoc iuris ciuilis Campo, iuri suo renunciauit, vt faciliùs Deo in habitu clericali deseruiret, post editionem trium librorum, qui cum Discipulis Domini potest illi dicere: * *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti summus te*, * Quod est menti tenendum in quæstione proposita, maximè his temporibus, in quibus depositarij vtuntur, permissione Regiâ pecunia deposita, & cum † sunt decocti, (vt iam assiduè cōtingit, sine metu 43 supplicij) omnes concurrunt ad recuperanda sua deposita, cuius solutio facienda est sine aliqua prælatione, vt *in l. si homines. §. fin. ff. depositi*, vt latè prosequitur Castillo. *supr. numer. 78.* Quod intellige, vt suprà diximus, in veris depositis, non verò, quando inducuntur ex sola confessione contra tertium, qui recipit vsuras; qui profectò non potest concurrere cum veris & realibus depositis, vt ipse Castillo, intendit probare, *dict. numer. 78.* quæ sententia limitanda est † in pupillo, 44 qui facto tutoris recipit vsuras à depositario; vt *in l. qui nominibus. §. fin. ff. de administratione tutorum* & tenet Castillo, *suprà numer. 67.* & idem † intelligas, in aliis personis, quæ non habent 45 liberam administrationem, in pecunia deposita, vt sunt possessores maioratus, & capellaniæ, & aliæ personæ prohibitæ alienari, & recipere principale depositum; quia, si isti recipiant vsuras à depositario, non possunt deteriorem conditionem suorum successorum facere, neque nouatur depositum, recipiendo interesse pecuniæ, vt colliges ex *suprà* traditis, *in dicto, numer. 3. in tractatu de decoctoribus*; quia aliàs possent tutores damnificare ius suorum minorum, quòd absonum est. Et cum iste casus in decoctione depositarij generalis huius ciuitatis contigisset, & de hoc fuisset dubitatum; ita patrocinium dedi, quòd videtur iuri & rationi consonum. Et menti tenendum.

## SVMMARIVM.

1 Lex generaliter, §. siue autem, C. de rebus creditis, *declaratur*.

2 Lex. 2. & lex. 15. tit. 11. part. 3. *declaratur*.

3 *Litigatores possunt inter se conuenire, vt non admittatur appellatio.*

4 *Appellationi potest quis tacitè & expressè renuntiare.*

5 *Supplicare non licet aduersus transactionem.*

6 *Sententia iureiurando lata, non potest retractari prætextu periurij.*

7 *Causa iureiurando finita, rescindi non potest per transactionem; nec prætextu noui instrumenti.*

8 *Contraria opinio refertur in quæstione principali.*

9 *Appellatio semper est admittenda.*

10 *Appellari potest ab omni sententia, ex qua oritur actio seu exceptio, indicati.*

11 *Ex sententia iuramento decisa, oritur actio, & exceptio iudicati.*

12 *Sententia per iusiurandum decisa, exequi potest quo ad effectum suspensiuum.*

13 *Concordia opinionum refertur in quæstione proposita, vt iudex ecclesiasticus, non faciat vim.*

## QVÆSTIO II.

### *Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo suam sententiam appellatione remota, in casu* legis generaliter, §. siue autem, C. de rebus creditis.

1 VERBA † *Legis in dicto, §. siuè autem*, sic se habent, * *siue autem illatum iuramentum, præstitum fuerit, siue recusatum, ipsi pariti, quæ hoc instituit, nullum prouocationis remedium in hoc reseruabitur, cum nimis crudele est, parti, quæ hoc detulit, propter hoc ipsum, quòd iudex petitionem secutus est, superesse prouocationem*, & est tex-
2 tus † de iure Regio: *in l. 15. tit. 11. part. 3.* ibi: * *E despues que se diere el iuyzio asinado en alguna cosa*, * *in l. 2. eiusdem tituli*, ibi: * *E tal iura como esta quando fuere fecha en la manera que fue otorgada, deue ser librado el pleyto por ella tam bien, como si fuera fecha en iustitia.* * Et ratio est, quia quilibet iuri appellandi, potest renunciare, *l. fin.*
3 *§. fin. C. de temp. appellat.* & non solum si † ambo litigatores in hoc conueniant, sed vnius voluntas sufficiens est, *l. 1. versiculo, fin. ff. a quibus appellar.*
4 *non liceat.* Et non solum † expressè, sed etiam tacitè renunciatur appellationi, vt tradit Gutierrez, *de iuramento confirmatorio, prima parte, capit. 16. vbi numer. 45.* dicit, quòd ita consuluit, cũ de hoc casu fuisset interrogatus. Et sic videtur dicendum pro iudice ecclesiastico, quòd non faciat vim, exequendo sententiam appellatione remota, qui ex dicta delatione iuramenti appellationi videtur renunciatum, *ex dicto. §. siue autẽ*. ibi: * *Nullum prouocationis remedium in hoc reseruabitur.* * Et sic condemnatus de se conqueri debet, non de iudice, qui solum est executor sui iuramenti: maximè, quia illud iuramentum à parte patri delatum habet vim transactionis, & maiorem autoritatem habet, quam res iudicata,
5 *l. 2. ff. de iureiurando.* Ergò, quemadmodum † non licet aduersus transactionem supplicare, *l. causas, C. de transactionibus.* Similiter etiam neque aduersus iuramentum, testimonio proprio resistendo, *contra l. generaliter, C. de nõ numerata*
6 *pecunia.* Præterea † sententia propter iusiurandum lata, non potest retractari prætextu periurij, *l. 5. §. dato, de iureiurando. l. 1. C. de rebus creditis, & iureiurando.* Ergò nec prætextu appellationis. Rursus pro sententia & executione iudicis
7 ecclesiastici facit, quia † causa finita iureiurando per transactionem retractari non potest, etiam sub prætextu instrumenti nouiter reperti; *l. admonendi, in fin. ff. de iureiurando.* Ergo nec appellatione interposita retractari potest, & per consequens, non facit vim iudex, exequendo appellatione remota. Et istam opinionem, tenet Salicetus, *in dicto. §. siue autem*, qui sequitur Azonem.

Sed † pro parte appellante, & contra iudicẽ 8
exequentem, est regula generalis, quod † appel- 9
latio sit in dubio admittenda, & non deneganda, textus *in. l. & in maioribus, C. de appellationibus.* Et ille textus, *in. §. siue autem*, non probat conclusionem, ad quam allegatur, ut tradit Fachinæus, *controuersiarum iuris. libr. 1. capit. 23.* & sic pro reo appellante est opinio Cyni, *in edicto. §.* & sequitur Imola, *in capit. fin. numer. 4. de iureiurando.* & alios refert & sequitur *decisio Pedemontana*, vt tradit Chacheranus, *decis. 61.* vbi *numer. 10.* resoluit, quòd pro ista sententia iudicauit Senatus in causa Autonij Mondeli. Et ratio
fortissima est, quia † ab illa sententia potest ap- 10
pellari, ex qua oritur actio, siue exceptio iudicati, *l. 1. verbo actio. C. de arbitris.* Et sequitur Iason. *in. l. arbitro. numer. 4. ff. qui satisdare cogantur.* Sed sic est, quod † à sententia, virtute iuramen- 11
ti delati, siue relati, & præstiti, oritur actio, seu exceptio iudicati, *l. 2. ff. de iureiurando, l. actor, C. eodem titulo.* Alexander, *in dicta. l. 1. ff. de iureiurando.* Iason. *in. l. 3. §. iurari, ff. eodem titulo.* Ergo admittenda est appellatio. Pro qua sententia ponderanda sunt verba *legis partitæ*, de quibus in principio, ubi non excluditur appellatio, licet lex dicat, * *Que el pleyto deue de ser librado por la iura.* * Quod intellige, † quo ad effectum su- 12
spensiuum: secùs, quo ad deuolutiuum; quia soluto debito, reus audietur per appellationẽ & sic,
† si iudex ecclesiasticus ad vtrunque effectum 13
excludat appellationem, erit articulus violentiæ, & secundum hanc distinctionem, sunt conciliandæ dictæ opiniones, & in amicitiam reducendæ, quòd tene menti, quia sæpè de facto contingit.

## SVMMARIVM.

1 LEx. 1. C. de sacrosanctis Ecclesiis ponderatur.
2 Capit. 5. sess. 25. Concilij Tridentini de reformatione *ponderatur.*
3 *Iudex ecclesiasticus non potest hodie commutare testatoris voluntatem, etiam consentiente patrono, neque alterare qualitates fundationis.*
4 *Qualitates fundationis per modum causæ finalis censentur apposita.*
5 *Pontifex de potestate ordinaria non potest mutare voluntatem testatoris.*
6 *Qualitas, quòd sacerdos præsentetur, est vtilis Ecclesiæ.*
7 *Dispensatio qualitatis non est admittenda in præiudicium tertij.*
8 *Concilium Tridentinum inducit nouam dispositionem.*
9 *Rex Hispaniæ est protector Concilij Tridentini, vt eius decisio non violetur neque reuocetur.*
10 *Azeuedos contrariatur in suis opinionibus.*
11 *Qualitates fundationis sunt seruandæ sine dispensatione.*
12 *Casus de facto refertur capellaniæ, oppidi de la Puebla de Montaluan.*

13 Clau-

13 *Clausula fundationis refertur*
14 *Dispensatio qualitatis repugnat decisioni Concilij Tridentini.*
15 *Qualitas adiuncta verbo, intelligitur secundũ tempus verbi.*
16 *Verba negatiua fundationis magis demonstrant voluntatem testatoris.*
17 *Verba, quæ respiciunt actum præsentationis, denotant, quod capellania sit actu sacerdotalis.*
18 *Articulus violentiæ erit, commutare & alterare qualitates fundationis.*
19 *Laræ opinio reprobatur.*
20 *Ordinarius, etiam ex causa necessaria, non potest alterare qualitates fundationis.*
21 *Capellanus non tenetur ad residentiam personalem, quando capellania non habet sufficientes reditus pro alimentis capellani.*
22 *Ordinarius potest auctoritate propria iubere, vt capellanus non resideat; quando deficit ei congrua sustentatio.*
23 *Litium exitum incertum esse, notabili exemplo Author ostendit.*

## QVÆSTIO III.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, dispensando ad petitionem patronorum, in qualitatibus fundationis capellaniæ, pro prima vice, appellatione remota.*

1 CONSTANTINVS † Imperator, *in l. 1. C. de sacrosanctis Ecclesiis*, rectè scribit. *
*Nihil enim est, quod magis hominibus debeatur,*
*quàm vt supremæ voluntatis, postquam iam aliud*
*velle non possunt, liber sit stylus, & licitum, quod ite-*
*rum non redit arbitrium.* * Quæ sententia est ho-
2 diè confirmata, † *in cap. 5. sessio. 25. de reformat.*
*Concilij Tridentini*, ibi: * *Ratio postulat, vt illis,*
*quæ benè constituta sunt contrariis ordinationibus*
*non detrahatur; quãdo igitur ex beneficiorum quo-*
*rũcunque erectione, seu fundatione, aut aliis consti-*
*tutionibus qualitates aliquæ requiruntur, seu cer-*
*ta illis onera sunt iniuncta, in beneficiorũ collatione*
*seu in quacunque alia dispositione, eis nõ derogetur*
*Idem in præbendis Theologalibus, magistralibus, do-*
*ctoralibus, aut presbyteralibus, diaconalibus, aut*
*subdiaconalibus, quandocunque ita constituta fue-*
*rint, vt eorum qualitatibus, vel ordinibus, nihil in*
*nulla prouisione detrahatur, & aliter facta prouisio*
*subreptitia censeatur.* * Ex quibus verbis contra
iudicem ecclesiasticum ferendus est calamus, de-
3 clarando vim facere. Nec † pro iudice ecclesiasti-
co aliquid facit patronorũ consensus: quia patro-
nus solum habet ius nominandi & præsentandi
capellanum, non verò alterandi & minuendi qua-
litates institutionis & fundationis, in tantũ, quod
præsentatio facta, non seruata testatoris volunta-
te, est nulla, vt *in cap. 3. de iure patronatus*: & sic
neque ordinarius ex facultate propria, neque ac-
cedente consensu patroni, poterit pias defuncto-
4 rum voluntates & qualitates mutare: quia †
omnis qualitas à testatore requisita in suo capel-
lano, intelligitur adiecta per modum causæ fina-
lis, vt eleganter docet Baldus, *in l. eam, quam, ver-*
*siculo, extra quæritur, C. de fideicommissis*; quam
opinionem sequitur Alexand. *in l. si pater tuus,*
*numer. 2. C. de hæredibus instituendis*, ergò cum
causa finalis non possit mutari, non solum per
patronum & ordinarium, imò † nec per Ponti- 5
ficem de potestate ordinaria, vt tradit additio *ad*
*cap. tolos. 26.* Guido Papæ, *decis. 556.* & sequitur
Ioannes Gutierrez, *consil. 1. numer. 19.* vbi dicit,
quòd nec respectu causæ, nec personæ, neque lo-
ci, potest Episcopus, etiam de consensu patroni
alterare testatoris voluntatem, *l. si quis ad decli-*
*nandam, §. si autem in personam certam, C. de Epi-*
*scopis, & clericis*, vbi Iacobus Butrigarius, dicit, ita
fuisse iudicatum; idem resoluit pluribus citatis
Rochus de Curte, *de iure patronatus, verbo, pro eo,*
*quod numer. 32. & 33.* vbi existimat Abbatem con-
trarium tenentem malè locutum fuisse, quia il-
lius opinio nullo iure fundatur. Idem tenet Ber-
tachinus *in tractatu de Episcopis numer. 71. versic.*
*31. quæro.* Et sic nec respectu qualitatis personæ,
neque loci, potest Episcopus cum consensu pa-
troni alterare testatoris voluntatem Baldus *in l. 1.*
*numer. penultimo, C. de his quæ pœnæ nomine*, vbi
dicit, quòd ita per collegium Bononiense fuit re-
sponsum; & cum † qualitas, quòd sacerdos 6
præsentetur, vtilis sit Ecclesiæ, non potest patro-
nus in hac qualitate dispensare, nec ordinarius
ab illius voluntate dissentire, maximè, quando † 7
est in damnum tertij nominati (& concurrit, al-
ter consanguineus presbyter) in cuius præiudi-
cium nullo iure admittenda est dispensatio, seu
commutatio voluntatis, etiam de iure communi,
ante nouam legem Concilii Tridentini, vt tradit
Gutierrez, *dict. consil. 1. à numer. 23. cum sequenti-*
*bus*, & Decius, *consil. 121. numer. 3.* Purpuratus, *con-*
*sil. 167. numer. fin. in fin. volum. 1.* Spino. *in*
*speculo testamentorum, gloss. 4. de patronis, nu-*
*mer. 69.*

Hodie † verò *ex dict. cap. 5. ses. 25. de reforma-* 8
*matione* Concilii Tridentini, est omnino sublata
hæc potestas iudici ordinario, vt aduertit doctis-
simus Costa, *in rubrica de iudiciis numer. 219.*
*fol. 51.* Idem tenet Azeued. *in l. 5. tit. 6. numer. 2.*
*lib. 1. recopilationis*, vbi dicit, quòd in simili casu
fuit causa capellaniæ deuoluta per viam violen-
tiæ, ad Cancellariam Principianam, vbi omnia fue-
runt reuocata; & iussum fuit, quòd qualitates
fundationis seruarentur, quia † Rex noster est 9
protector, & defensor Concilij Tridentini, vt *in*
*cap. 20. ses. 25. de reformat.* & non debet permitte-
re, quòd illius dispositio ad libitum ordinario-
rum seu patronorum violetur. Quæ sententia
verissima est, licèt † ipse Azeuedo, parum sibi 10
constans, (non allegando Concilium Tridenti-
num) contrarium defendat, *in consil. 17. numer.*
*35.* Sed magis præualet opinio Doctoris in lectura
quàm in consiliis, vt resoluimus *libr. 1. commu-*
*nium, in præfatione*, quia consilium datur pretio
accedente, lectura verò gratis, & sine aliquo re-
spectu docetur; & istam contrarietatem nouissi-
mè aduertit (tenendo nostram opinionem). Ni-

colaus Gracia, *de beneficiis.2.part.cap.1.§.1.n.102.*
vbi mouet, hanc quæstionem,& *num.107. & 111.*
sequitur nouam decisionem *Concilij Tridentini,*
& quòd ita censuit sacra congregatio, referens
*Rotæ decisiones* satis singulares in proposita quæ-
11 stione. Et sic resolutiuè tenendum est, quod †
siuè capellania sit sacerdotalis in actu, vel in ha-
bitu, vel requiratur, quòd capellanus habeat cer-
tam ætatem, vel gradum, vel quòd descendat, vel
non descendat, ex certo genere, vel quid simile,
seruandæ sunt ad vnguem dictæ qualitates,& pa-
tronus neque pro vna vice poterit consentire, vt
alterentur aut mutentur, neq; ordinarius habe-
bit facultatem dispensandi, etiam si vergat in
vtilitatem capellaniæ, dum sit contra voluntatem
testatoris; quia per concilium Tridentinum est
sublata dicta potestas, ita nouissimè post hæc scri-
pta tenes Ioannes Aloysiricij *in coll. decisionum,*
*collect.558.* vbi dicit, quòd sic fuit declaratum per
sacram congregationem, & sic recurrendum est
ad Pontificem maximum, vt *in clementina, quia*
*contingit, de religiosis domibus,* vt resoluimus, *lib.*
*4.commun.quæst.fin.numer.57.* (*cum sequentibus*)
quòd est menti tenendum, quia sæpè defacto cō-
tingit, in casu verò, de quo agimus, non conserua-
tur voluntas testatoris, conferendo capellaniam
non sacerdoti,& denegando illam vero & actuali
12 sacerdoti. Quod † hodie habeo de facto in hoc cō-
silio domini Archiepiscopi Toletani, coràm suis
grauissimis iudicibus, in fundatione capellaniæ
oppidi, **de la puebla de Montaluan,** per Illefon-
sum de Montaluara,& eius vxorem, ad quam fue-
runt oppositores, Licenciatus Garci Tellez de So-
tomaior, clericus presbyter, consanguineus fun-
datoris in quinto gradu, & Petrus de Ludenna,
in eodem gradu per lineam rectam; qui tamen,
neque erat presbyter, nec intra annum poterat
ordinari, & videns patronus, quòd dicta capella-
nia erat sacerdotalis, in actu, vel in habitu, vt con-
stabat ex clausula dictæ fundationis, petit ab or-
dinario, vt pro hac vice dispensaret in dicta quali-
tate sacerdotali, cui ego contradixi, & impugna-
ui, tanquam aduocatus dicti Licenciati Garci Tel-
lez, in cuius præiudicium, neque de iure com-
muni, nec hodiè ex Concilio Tridentino, potest
fieri alteratio & dispensatio testatoris voluntatis;
13 & † clausula fundationis supra dicta sic se habet.
* *Item, mandamos, que sirua esta capellania, quien-*
*sennalare Pedro Ruyz nuestro hiio, y despues del, el*
*successor que sucediere, y sennalare los que ade-*
*lante sucedieren en la meiora del tercio, y quinto*
*que hazemos, con tanto, que si huuiere pariente*
*propinquo, ò nieto, que a la sazon que vacare, fuere*
*de Missa, la aya, y tenga la dicha capellania, y si no le*
*huuiere pariente, ò nieto, sea la persona que nuestro*
*patron nombrare, la que el quisiere: y entiendese*
*esta manda, que auiendo nieto de Missa, este goze la*
*dicha capellania, è no otro ningun pariente.* Ecce
* vbi non solum consanguineus (etiam nepos)
sacerdos desideratur, sed quòd nullus consangui-
neus admittatur, nisi fuerit presbyter. Et sic non
solum dicta capellania est sacerdotalis affirmati-
uè, sed etiam negatiuè; quia per clausulam fun-
dationis excluduntur omnes, si non fuerint sa-
cris ordinibus initiati. Ergò si testator illud vo-
luit, quomodo patronus potest admittere contra-
riū: & quomodo ordinarius poterit dispensare, &
contrauenire voluntati expressæ testatoris, cum
huiusmodi facultas sublata sit per *Concilium Tri-*
*dentinum*, contra tradita per Abb.& DD. *in c. cū*
*accessissent, de constitutionibus,* & pro hac senten-
tia iudicauit Rota, *in causa capellaniæ iuris patro-*
*natus, à 20. de Marcoo, anno.* 1589. quia † cum di- 14
spensatio in qualitatibus repugnet decreto *Con-*
*cilii Tridentini, c.5.sess.25.* si de facto fiat, est nullius
momenti, *c.cum dilecti. verbo, ætate, de electione,*
Decius. *in c. at si clerici, §. fin. n.65. de iudiciis,*
quòd à fortiori procedit in nostro casu, in quo
verba testamenti respiciunt actū præsentationis,
ibi. **El pariente mas propinquo, que a la sazon que*
*vacare fuere de Missa.** Et sic est capellania sacer-
dotalis in actu, nedū in habitu, vt docet Parisius,
*cons.50.n.12.lib.4.* quia † qualitas adiuncta verbo, 15
intelligitur secūdū tempus verbi, *l.in delictis.§.si*
*extraneus ff. de noxalibus.* Abb. *in d.c.cum.in cun-*
*ctis, §.inferiora, n.2. de electione.* Et nō solū ex illis
verbis, sed etiam ante concilium, non potuit fieri
commutatio; maximè † ex verbis negatiuis in fi- 16
ne clausulæ positis, ibi: * *Y esto se entiende auiendo*
*nieto de Missa, que goze la dicha capellania, è no o-*
*tro ningun pariente.* Quæ verba magis demon-
strant voluntatem testatoris, vt tradit Paulus de
Montepico, *cons.57.n.7.vol.1.* Et ego resolui *lib.2.*
*pp.q.commun.contra communes, in quæst.693. nu.*
10. ibi: * *Dū verba fūdationis sint negatiuè cōcepta,*
*videlicet, vt nō admittatur nisi sacerdos,** & hanc
meā opinionē sequitur Costa, *in Rubric. de iudiciis*
*n.51.fol.221.*& Nicolaus Garcia, *de beneficijs, par.2.c.*
*1.§.nu.78.* & Parladorius, *rerū quotidianarū dif.*
*120.nu.11.* & pro hac nostra sententia refert Nico-
laus Garcia, *vbi suprà, num.81.* decisionem Rotæ
*in cappellania Lucana, ann. 1595.* ibi: * *Quando* † 17
*verba respiciunt actū præsentationis, scilicet, præ-*
*sentetur presbyter, tunc præsentādus debet esse actu*
*sacerdos: si verba presbyterum significantia, prose-*
*cutionem præsentationis respiciunt, vt scilicet præ-*
*sentetur, qui celebrare teneatur, tunc satis est, quod*
*sit habitu presbyter, quamuis non sit actu.** Vndè
cum nostra capellania sit in habitu & actu sacer-
dotalis,& habeat clausulā negatiuam, & concur-
rat, qui petit dispensationem, cum alio consan-
guineo æqualis gradus, qui est sacerdos, nescio,
quo iure erat concedenda dispensatio, etiam ante
Conciliū Tridentinum. Pro qua sententia (quæ
nullam habet dubitationem) adducitur per Ni-
colaum Gracia, *vbi suprà, nu.114.* alia decisio Ro-
tæ, *in vna Toletana capellania 14. Februarii, anno.*
*1583. & in numer.107.* ibi tenet cum Azeuedo,
quòd † si aliter faciat ordinarius, quòd erit arti- 18
culus violentiæ, quæ opinio mihi satisfacit.

Ex quibus † venit reprobanda opinio Perecij 19
de Lara, meritissimi fisci patroni in Galleco Sena-
tu, *lib.1 de anniuersariis.ca.10.a numer.29.cum se-*
*quentibus* vbi sequendo Guillermum Benedictū,
tenet contra alios (quos ipse citat, *n.31.*) posse † 20
ordinarium facere commutationē voluntatis te-
statoris, quando commutatio est vtilis & necessa-
ria, quia illa potestas iam est denegata ordinario

ex Con-

*ex concilio Tridentino, capit. 6. sessio. 22. de reformatione*, nisi procedat in commutatione tanquā executor & delegatus sedis Apostolicæ, secùs verò ex potestate ordinaria: & *ante Concilium Tridentinū* contrariū erat etiam dispositum, *in d. clementina, quia contingit, de religiosis domibus.* Et sic meritò illius opinionem, etiam reprobat Nicolaus Garcia *vbi supra, d. cap. 1. §. num. 110. in fin.* vbi dicit, quod loquitur contra dictam clementinam. Et plus ego dico, quòd loquitur contra expressam determinationem Concilij, quæ non potest adaptari ad potestatem iudicis ordinarij, cum loquatur in executore sedis Apostolicæ, qui eius vicem, & non propriam gerit, vt diximus, *libr. 4. communium, quæstione fin. à num. 57. cum sequentibus.*

21 Si verò † capellania habeat exiguos reditus, ita quòd capellanus non possit commodè se sustentare, tunc non est validum grauamen re-
22 sidentiæ personalis, Imo, † & ordinarius poterit grauamen tollere, etiam sine consensu patroni, quia, quando causa reducitur ad impossibile, non dicitur commutatio, neque alteratio, sed conseruatio implicita voluntatis testatoris, cum aliàs non reperiretur capellanus, qui deseruiat beneficio vel capellaniæ ita tenet Nicolas Garcia. *7. part. de beneficijs, cap. 1. à num. 126. & in num. 131.* & refert pro hac sententia declarationem illustrissimorum Cardinalium, quòd verissimum est; & ita video practicatum, pro qua sententia consuluit Aloysi. *consi. 145. num. 5.* Imola, *num. 9. in cap fin. de clericis non resid*, & ita est intelligendus, text. *in cap. 4. ses. 25. de reformat.* vt docet Nicolaus Garcia *sup. Lara de anniuers. lib. 1. cap. 15. nu. 6.*

In casu verò præsentis litis, contra dictum Licenciatum fuit iudicatum, *26. Augusti. anno. 1613.* per dominos de consil. Archiepiscop. de cuius sententiæ meritis valdè miratus sum; quia neque per dispensationem, neque per vocationem, neque per nominationem patronorum, pars aduer-
23 sa poterat succedere; & sic † nihil in litibus est confidendum, cum incertus sit illorum euentus, *l. quod debetur, ff. de peculio*, cum per solam negationem res efficiatur dubia, & obtinere sententiam fauorabilem, licèt iustitia sit notoria, est casus fortuitus; cum iam omnia ad arbitrium iudicis redigantur, quòd est dolendum, prout in simili clamabat Rodericus Suarez, *allegatione. 24. versic. ò tempora feliciùs.*

## SVMMARIVM.

1 *Iudex secularis non post cognoscere de causa spirituali.*
2 *Facti quæstio concernit ius spirituale, secūdum aliquos.*
3 Cap. si iudex laicus. de sententia excommunicationis *declaratur.*
4 *Contraria opinio refertur in quæstione principali.*
5 Lex nulli, C. de iudiciis *declaratur.*
6 *Matrimonialis causa, licèt incidenter tractetur, pertinet ad iudicem ecclesiasticum.*
7 *Casus de facto proponitur, super validitate matrimonij.*
8 *Filiationē ex parte patris probare, est impossibile per rerum naturam, nisi indicia & coniectura admittantur.*
9 *Præsumptiones iuris sunt liquidißima probationes.*
10 *Mater semper est certa, pater verò incertus.*
11 *Probationis definitio traditur.*
12 *Probari poßunt, quæ in facto consistunt, & sensu proprio corporeo percipi poßunt, secus si non videntur.*
13 *Filiorum procreatio, ex parte patris, non cadit in certum hominum sensum.*
14 *Filiationis probatio est præsumptiua ex parte patris.*
15 *Matrimoniū dißolui non potest, ex coniecturis.*
16 *Filius potest consentire, quòd sit adulterinus, & non legitimus.*
17 *Matris aßeueratio cum fama, probat filiationē.*
18 *Institutio, & recognitio patris adulteri, probat filiationem.*
19 *Mulier quæ plures cognouit vna nocte, potest scire, à quo fuit prægnans.*
20 *Dictorum medicis standum est.*
21 *Absentia mariti probat filiationem adulterii.*
22 *Lex contra filium nihil præsumit, sed in eius fauorem.*
23 *Iudicandum est in dubio pro validitate matrimonii.*
24 *Fama prima, vel secunda filiationis, quæ sit attendenda.*
25 *Vltimus rei status est attendendus & considerandus.*
26 *Probatio spuritatis sufficit, quod fiat per coniecturas*
27 *Adultera cooperiunt peccatum.*
28 *Allegans suam turpitudinem est audiendus, quando agitur de periculo animæ.*
29 *Parentis negatio non nocet filio.*
30 Cap per tuas. de probationibus, *declaratur.*
31 *Institutio & dotatio supponunt filiationem.*
32 *Lex ad petitionem filii præsumit legitimitatem, secùs eo contradicente.*
33 *Declaratio matris iurata excludit omnem probationem.*
34 *Declaratio Matris pro filiatione, admittitur contra rem iudicatam.*
35 *Filiatio requirit duo extrema.*
36 *Poßeßio filiationis cadit in filium spurium.*
37 *Filiatio probatur per scripturam priuatam.*
38 Lex miles. §. defuncto. ff. ad legem Iuliam de adulteriis *declaratur vltra omnes, & n. 45.*
39 *Iuris præsumptio est pro matrimonio.*
40 Lex penultima. §. mulier, ff. de probationibus, *declaratur.*
41 *Illatio non fit ex separatis.*
42 *Lex, quæ habet plures intellectus, nō potest allegari pro decisione causæ.*
43 *Præsumptio iuris, & de iure, non est pro filio habito constante matrimonio, quod sit legitimus, quando mater est adultera.*
44 *Doctores pro intellectu*, §. defuncto, *traduntur.*
45 *Verus intellectus* ad §. defuncto.
46 *Incertitudo æqualis est, respectu patris legitimi, vel adulterini.*

## QVÆSTIO IV.

*Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, vt non cognoscat de causa possessionis facti rei ecclesiasticæ;* vbi *plura de probatione filiationis, ex parte patris & matris explicantur.*

PRO Iudice ecclesiastico facit textus *in cap. tuam. de ordine cognitionum. ca. lator. ca. causam, qui filii sint legitimi,* in quibus iuribus probatur, iudicem † sæcularem, de causa spirituali, 1 quamuis quæstio sit incidens, & emergens, cognoscere & pronunciare non posse, Quod ampliant Doctores, etiamsi † causa emergens concer- 2 nat merum factum, veluti, an matrimonium fuerit contractum, an ita, vel in tali loco fuerit celebratū. Et contra iudicem sæcularem est doctrina Baldi, *in l. quoties, C. de iudiciis, & in l. omni innouatione, C. de sacrosanctis Ecclesiis,* Imola, *in l. Titia. ff. soluto matrimonio, & in cap. cum sit generale, de foro competenti,* & sequitur Lupus, *allegatione. 55.* quam opinionem sequitur Fachinæus, *lib. 1. controuersiarum iuris. quæstione, 44. litera, C.* dicens, quòd licèt illa quæstio in facto consistat, & de re spirituali & ecclesiastica tamen iudex laicus nullo modo iudicare potest; pro qua sententia est textus, † *in cap. si iudex laicus, de sententia ex- 3 communicationis,* vbi quæstio illa deciditur, an aliquis sit clericus; & licet sit quæstio facti, pertinet eius cognitio ad iudicem ecclesiasticum, quia aliàs diuideretur causæ continentia, *contra legem nulli, C. de iudiciis* &, esset, diuersis processibus intricare negotium, vt *in d. cap. tuam,* & ita in causa Comitis de Punnoenrostro, fuit *per Rotam* iudicatum, apud Puteum, *lib. 1. decisio 361.*

Sed † pro iudice sæculari adducitur Bartoli 4 opinio *in dict. l. quoties, & in l. Titia.* vbi Barbosa, *ff. soluto matrimonio,* vbi Alex. Couarr. *in epitome de Sponsalibus. 2. par. cap. 8. §. 12. numer. 3.* & ità iudicauit Senatus Pedamontanus. *in decis. 137. numer. 11.* & tradit Antonius Tessaurus, *decis. 117. per totam:* quia talis causa, cum concernat merum factum, est profana, neque vllo modo potest dici spiritualis neque ecclesiastica, & in possessorio

de-

decimarum,& patronatuum & beneficiorum,sic dicit obseruatum Antonius Peregrini, *decis. 145. num.16. & 17.* vbi sequitur *decisionem* Afflict. 24. Couarruu *pract. 35.* Aluar. Valasc. *consultat. 93.* & hæc est communis opinio teste Baldo, *consil. 17. num. 1. volum. 1.* Paulo, *consil. 110.* Fachinæo, *decis. 312. num. 6.* Morla. *tit. de iurisdictione, num. 16.* & alios refero *in q. 1. lib. 4. communium, à num. 975.* contra Morlam, *de iurisdictione. 2. par. c. 8. numer. 10.* Nata, *consil. 369. num. 8. & 12.* & tenet Abb. *in cap. cum sit. numer. 17. & in cap. post miserabilem, de vsuris;* idem tenet Antonius Tessaurus, *decis. 82. & 117.* qui loquitur in possessorio causæ matrimonialis, pro ut Valascus, *dicta consultatione. 93. numer. 5. lib. 1.* & quòd alitèr sit casus violenciæ, trado *dict. lib. 4. quæstio. 1. num 974.*

5 Nec † huic sententiæ obstat *lex nulli. C. de iudiciis*, quia text. ille loquitur in iudice delegato, vt post Salicetum,& Alexan. ibi tenet Igneus, *in l. necessarios. § non aliàs num. 536. ff. ad SCtum Syllanianum.* Afflictis, *decis. 354. num. 6.* & pro nostra sententia est text. expressus, *in cap. fin. de iudiciis,* ita declarat Marta illam legem, *de iurisdictione casu, 142. à numer. 13. cum sequentibus.* quæ opinio obseruatur in tota Italia, sciente & patiente Pontifice, vt tradit Ferretus *consil. 1.* & plures pro hac sententia tradit Antonius de Petra, *de potestate Principis, cap. 6. ex num. 8* & est ita dispositum *per Bullam Martini Papæ*, concessam Regibus Franciæ, cuius literam tradimus *in proœmio, cap. fin.* & ita iudicat Senatus in Regno Portugaliæ, vt tradit Aluarus Valascus, *consultatione. 93. num. 5.* & hoc seruari in Regno Neapolitano,& in aliis prouinciis, tradit Camillus Borelli, *de Regis Catholici præstantia. cap. 71. ex num. 214.* vbi plures refert pro hac sententia,& resoluam latiùs hanc quæstionem *in quæstione. 14.*

6 Si vero † causa matrimonialis, ventiletur, etiam incidenter coràm iudice sæculari, super iure & validitate ipsius matrimonii, remittenda est ad iudicem ecclesiasticum, vt pluribus citatis tradit Marta, *d. 2. par. cap. 8. num. 13.* Et † ita nuper fa-
7 ctum fuit inter dominum Alfonsum Antonium de Paz,& dominam Ioannam Pasqual del Corral, eius vxorem, quia cum causa alimentorum ageretur principalitèr coràm iudice sæculari, per matrem ipsius Ioannæ oppositum fuit, quòd ipsa erat filia legitima Iacobi Seco de Teram, & non Ioannis Pasqual, qui eam matrimonio tradidit, tanquam filiam suam recognitam,& dotatã ab eo & in domo sua alitam, post mortem patris putatiui;& ob hanc causam dictus Antonius intendit, nullum & irritum esse matrimonium, quia ipse contraxit cum filia Ioannis Pasqualis, & non alterius, & cum dicta causa concernat validitatem matrimonii,& exceptio sit iuris, remissa fuit ad iudicem ecclesiasticum huius ciuitatis, qui tunc erat meritissimus,& in omnium genere literarum consumatissimus, Licenciatus Ioannes Delgado y Aguero, coràm quo lis pendebat super fœdere matrimonii; & quia tanquam aduocatus dominæ Ioannæ del Carrol, defendi eius causam, & validitatem matrimonii, & aliqua in iure notabilia scripsi pro ea, decreui principaliora fundamenta in præsenti referre, vt omnibus sit notum, quàm sine iuris ratione agatur de dissoluendo matrimonio, negando esse filiam Ioannis Pasqualis, cum ipse recognouisset, & dotasset pro filia sua, dictam Ioannam? & ipsa attestatur, se ipsius esse filiam, & non alterius, quod sufficit pro matrimonii validitate.

Et † pro faciliori intelligentia huius dubitationis, & pro validitate matrimonii, animaduertendum est, filiationem ex parte patris, non solũ difficilis, sed impossibilis esse probationis, text. *in l. Lucius. ff. de conditionibus, & demonstrationibus,* glossa magistra. *in cap. Michael, de filiis presbyterorum,* & sic quoties de simili filiatione oritur controuersia, ad præsumptiones & indicia recurrendum est, ex quibus causa definiri solet, text. *in cap. literis. ca. illud. de præsumptionibus, cap. per tuas. de probationibus, l. filium eum definimus, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris*, & ob hanc causam dixit Decius, *in rubrica de probationibus. numer. 24.* has coniecturas; si legitimæ sint, ad instar veræ probationis esse, nec minus quicquam, ac iustas probationes, in his negotiis prodesse, cum ius vt liquidissima admittat documenta, *l. indicia. C. de rei vindicatione. l. licet Imperator. ff. de legat. 1.* glos. *in. l. fi. seruus vetitus, C. de periculo tutorum,* vbi † iuris præsumptiones, dicuntur liquidissimæ probationes. Sed verius est dicere, non esse veras probationes, sed illorum vicem gerere. Nec obstat *lex, quia semper ff. de in ius vocando,* vbi † mater semper est certa, licèt vulgò conceperit, pater verò tunc tantum, cum nuptiæ intercesserint, vt *in dict. l. filium,* quia † definitio probationis viget in cõtrariũ, quæ dicitur, rei dubiæ per legitimos modos facta declaratio, & sic, licet lex verum filium appellet, vt *in l. 1. § pœna. ff. de liberis agnoscendis*, de veritate quærendum est, anne filius, vt *in l. penult. de his qui sunt sui, vel alieni iuris*, maximè, cum de filiatione ex parte patris sit dubitatio. Et sic veritas amplectenda est, reiectis subtilitatibus, vt coniecturis tantum filiorum probationes, quo ad patrem, dignoscantur, vt *in l. testium, C. de testibus.* Ita verè, quæ † in facto consistunt, probari possunt, eaquè illorum certa dicitur scientia, vbi aliquis de certo aliquo & proprio sensu attestatur, illi rei apto, de quo dubium in iudicio vertitur, vt *in l. testium,* vbi glos. *ff. de testibus.* Bartol. *in l. admonendi, num. 18. ff. de iureiurando,* sed sic est, quod † filiorum procreatio & generatio, ex parte patris, in certum, hominis sensum cadere non potest, cum nemò testificari queat, etiam pater, talem ab eo genitũ, aut conceptum fuisse; ergò nullo modo potest dici vera filiationis probatio,& sic omnia sunt indicia,& argumenta,& præsumptiones, in probatione seu demonstratione filiationis; quibus stãdum quidem, sed non in vim veræ probationis, sed præsumptionis tantum, maximè, quia respectu patris est semper incerta & ambigua soboles. Et sic, quando legimus certum patrem, & verũ filium, in iure appellari, vt *in l. quia semper, & in l. 1. §. pœna. de liberis agnoscẽdis,* illud intelligas, quia lex voluit, vt certis præcedentibus indiciis & cõiecturis, ille pater, is certus filius habeatur, non

(Right margin notes, in order: 8 — Filiatio ex parte patris cõtra filii voluntatem quo modo probetur; 9; 10; 11; 12; 13)

quia illa filiatio verè & certè probata sit, sed so-
14 lum præsumptiuè. Et cum † probatio præ-
sumptiua & ficta sit, cum illud negocium ab o-
mnium testium sensu longè remotum sit;& si su-
pradictis adiungatur, quod vxoris pudicitia sit
valdè suspecta, ita vt vno tempore plures cum eà
rem gessissent, quis erit tàm audax, aut insipiens,
vt affirmare intendat,filiationem legitimè&con-
cludentèr (etiam constante matrimonio) com-
probatam esse. Et si non est comprobata, neque
concludentèr comprobari potest, quando de re
leui,&de successione bonorum agitur.quomodo
15 † erit sufficiens probatio in casu præsenti, ad dis-
soluendū matrimonium ritè & legitimè contra-
ctum, quæ est iniusta actoris intentio, post coha-
bitationem duodecim annorum,& procreationē
multorum filiorum, maximè in hoc casu; in quo
pro validitate matrimonij sunt fortiores&effica-
tiores coniecturæ,cum non solū habeamus reco-
gnitionem parentum, sed dotationem, & educa-
tionem,& publicam viciniorum famam, pro qua
multi testes maiores omni exceptione, affirma-
runt, dominam Ioannam genitam, procreatam
& recognitam fuisse, pro filia Ioannis Pasqualis,
etiam viuente marito, & pater qui eam dotauit,
& in matrimonium pro filia sua collocauit, affir-
mat idem, & mater, etiam non timens suam ma-
nifestare turpitudinem, illud etiam iuramento
confirmat. Et his præmissis, nunquam vidimus
neq; audiuimus, ad petitionem tertij filium ad-
ulterinū legitimū declaratū fuisse, eo reluctante
& contradicente, vt in simili tradit Tiberius De-
cianus *consil 1.Volum.3.à num.128.* quem sequitur
Hyppolitus Riminaldus,*consil.611 à n.90.volum.*
16 *6.* Qui † loquuntur de filio,qui potius voluit es-
se bastardus, quam legitimus, ex præsumptione,
& iudicio defuncti; quòd quidem maximè pro-
cedit,quando non de irritando & dissoluēdo ma-
trimonio,bona fide & legitimè contracto,agitur;
quia alitèr per præsumptiones, & indicia (prout
sunt probationes filiationis ex parte patris,& cō-
tra filij voluntatem, ) matrimonium dissoluere-
tur,quòd est absurdū & erroneum; maximè,quia
non est maior certitudo filiationis adulterini,quā
legitimi,respectu parentis,vt suprà probatum est
17 Et quòd † matris asseueratio cum fama, sit filia-
tionis præsumptio, tradit elegantèr Alciatus, *de
præsumptionibus, in præs. 37.* vbi sic inducit præ-
sumptionem *legis, miles,§ defuncto,ff. ad legem
Iuliam de adulteriis,in num.9.* ibi: * *Vnde licet in
casu suprà dictarum ampliationum,illa coniecturæ
ex se ipsis non essent sufficientes, tamen possent ita
coadiuuari,vel simul omnes,vel ex concursu aliarū
quod esset suffitiens probatio ad informandum a-
nimum iudicis in contrarium, & sufficiens præ-
sumptio esset, quando cum confessione matris con-
curret fama secundum Baldum in dict. l. filium,* *
& posteà, *num.11.* annectit aliā pulchra verba, ibi:
* *Item, quando ista vxor esset concubina alterius,
& partus fuisset agnitus per concubinarium; nam
tunc non præsumeretur mariti,vt tradit Capra,cō-
sil.2.* * Ecce verba singularia in proposito,ex qui-
bus constat, esse standum assertioni concubina-
riorum cōtra præsumptionem matrimonij, quia
vna præsumptio tolit aliam;maximè, si † simul 18
cum recognitione patris adulterini concurrat,
quòd aliqua bona filio adultero relinquātur,pro-
ut in nostro casu contingit, quòd ipse Alciatus
confirmat *in numer. 12.* ibi: * *Et est non leuis con-
iectura,quando talis institueretur hæres ab isto,qui
fuit adulter matris,nam si non esset filius eius,veri-
similiter cū non instituisset,argumento legis,quidā
cum filium,ff. de verborū obligationibus, Bart. in l.
1.§. Iulianus,ff. de liberis agnoscendis; & ita dicit
Paulus de Castro, consil. 175. & ista sunt de mente
Anchorani,consil.225.colum vltima.* * Vndè nimi-
rum est, vt præsumatur potius filiatio, ex parte
adulterij,quā matrimonij,his concurrentibus,vt
tradit Duennas, *regula. 342. & 343.* qui loquitur
in solo tractatu, quando principaliter, & non in-
cidentèr,aliquis appellatur filius,vt docet Palæo-
tus,*de nothis,& spuriis,cap.22.* vbi posuit quatuor
coniecturas, & *cap.23. & 24.* vbi *num.4* resoluit
nostrum casum, ibi: * *Illud ambigū magis videtur
cum filius nominatus est ex adulterio; talemq; eum
genitum mater affirmat, cumq; eius asseueratione,
& vicinia & hominū fama consentit: censent enim
Doctores, contra filium præsumptiones has recipiē-
das, cum lex matris testimonio plurimum tribuat,
neq; probabile sit, illam tam infamem adulterij no-
tam contrà veritatem ipsam sponte fuisse subiturā,
publica præsertim fama accedente,* * quam opi-
nionem vltra Palæotum, tenet in nostris termi-
nis,Alexand.*consil 88.volum.7.* Paulus de Castro,
*consil.175.*Baldus,*in dict.l.filium.* Anchoranus,*cō-
sil.225.*& confirmatur nostra sententia,ex traditis
per Biualdum, *in suo candelabro aureo, cap.17.* de
filio nato adulterino, vbi refert casum de facto,
circà probationes filiationis ex parte patris, quā-
do mulier adulteriū commisit,& dicit standū esse
dicto matris; quia † ex sententia Medicorum,po- 19
test mulier,quæ vna nocte cum pluribus rem ha-
buit,certò scire,ex quo conceperit, sed illi, & o-
mnibus, durū videtur, vt *in n. 9.* & cum † sit res, 20
quæ nō cadit in sensum scriptorū, dictorū medi-
cis stādū est,vt *in cap.proposuisti,* vbi Doctores. *de
probationibus,*maximè si matris declaratio vergat
in fauorē matrimonij, vt in nostrò casu, in quo †
ipsa asserit se fuisse prægnatā in quadā longa ab-
sentia mariti, in quo casu res est minus dubitabi-
lis,vt tradit ipse Palæotus,*dict.cap.nu.6.*ibi: * *Mo-
uet me maximè exemplum id,super quo clarissimi
duo Iurisconsulti responderunt, vbi cum filius in
domo adulteri natus esset, educatus, nominatus,
legitimatus, institutus, atque ita, & matris mari-
tus, mater, filius, & adulter, & vulgo omnes eum,
vt adulterinum prædicarent, adhuc tamen, ob so-
lam matrimonii præsumptionē, valde in ea re ex-
plicanda laborant, & tandem quoniam † mari- 21
tus eo tempore aberat, quo filius conceptus est con-
tra matrimonium responderunt, tanquā cætera o-
mnia contra hoc vnum,satis essent infirma.* * Quæ
verba sunt pulchra & singularia in nostro casu,in
quo cōcurrit assertio patris,& matris, & auiæ, &
fama:& mariti absētia;& si hæc de per se sufficiūt
ad successionē,bonorū,quāto magis omnia simul
ad impediendum, ne matrimoniū legitimè con-
tractū dirimatur:quia præsūptio, *dict. legis miles*

*§. defun-*

*§. defuncto.* neque contra voluntatem filii, neque ad dirimendum matrimonium procedit: quia
22 † contra filium nunquam lex præsumit, sed in eius favorem, ut clarè denotant verba *dicti §. defuncto*, ut notat ipse Palæotus, *cap. 35.* ibi: * *In proposita igitur quæstione, licebit quidem parentibus eum, quem, ut alienum, semper respuerunt, ut verum deinde filium agnoscere, eo volente, non tamen è contrario.* * Ergo filio volente se esse in adulterio procreatum, constante matrimonio non præsumit lex, quòd sit legitimus, & in matrimonio habitus; quia favorem & voluntatem filii consideraverit lex, non eius odium; maximè, quando agitur ob dictam præsumptionem de dis-
23 solvendo matrimonio, quia † in re dubia magis pro ipsius validitate præsumit, quam pro dissolutione, ut *in cap. fin. de re iudicata*, ubi in dubio favore matrimonii iudicandum est, ne indiciis & præsumptionibus, quos Deus legitimè coniungit, homo separare intendat.

Nec supra dictæ resolutioni obstat dicere, quod prima fama, tempore nativitatis ipsius Ioannæ, fuit pro matrimonio contracto, quia re-
24 spondemus, quod † licet verum esset illud, potius ultima fama, quàm prima, est attendenda, mortuo iam marito: quia eo vivente, nec mater poterat affirmare, esse filiam Ioannis Pasqualis, neque minus ipse, propter periculum honoris & vitæ, & per consequens, ea fama posterior est filiationis, quæ orta fuit tempore habili, mortuo iam marito, de cuius honore agebatur, maximè quia illa secunda fama duravit per plures annos, usque ad nostra tempora, in quibus agitur de dissolutione vel validitate matrimonii, & sic ultima filiationis fama consideranda est, ut in terminis resolvit Marcus Antonius Natta, *consil. 473. numero vigesimo volum. 2.* ubi tenet, quod quando duæ famæ sunt probatæ super filiatione, una à principio, & altera ad finem, quòd posterior fama si est magis rationi consona, eludit
25 priorem, cum † ultimus status rei sit semper inspiciendus, *c. cum de beneficio, de præbendis, lib. 6.* idem tenet Ruinus, *consil. 55. num. 8. volum. 5.* qui etiam loquitur in simili casu: & magis in terminis est consilium Gozadini, *consil.* [illegible] qui loquitur, quando duo tractatus contrarii filiationis concurrunt, & dicit standum esse ultimo, ibi: * *Primum fuit tractatus patris uxoris, absque consensu filii, postea fuit secundus tractatus de patre adultero, in quo expressè consensit filius, dico esse standum secundo tractatui, ex quo filius consentit, non primo.* * Ergo cum in secundo tractatu consentiat domina Ioanna, de patre adultero, ille tractatus est attendendus, maximè pro fœdere matrimonii. Rota Romana, *decis. 18. pri. p. n. 8.* quia †
26 probatio spuritatis, sufficit, quòd fiat per coniecturas, ut sunt tractatus, & fama, ut docet Natta, *d. consil. 473. n. 9.* ubi consuluit pro filia spuria, contra matrimonium, nō obstante declaratione ma-
27 tris iurata in contrarium, quia † adulteræ sæpè cooperiunt peccatum & turpitudinem propriam, ut tradit Decianus, *ubi supra*, quòd non fecit adultera mater in nostro casu, considerans gravitatem causæ, & quòd non de successione bonorum, sed de dissolvendo vinculo matrimonii agebatur: quia † licet allegans suam turpitudinem 28
non sit audiendus, *l. mercem, C. de condict. ob turpem causam, l. transactione, C. de transactionibus, capit. inter dilectos. de donationibus*, illud non procedit, quando agitur de periculo animæ, quia tunc, ad evitandum eius periculum, potest quis allegare suam turpitudinem, gloss. *in cap. tertio loco, de probationibus, cap. lator, c. consanguinei, de re iudicata*, & tradit Franciscus Bivius, *decis. 67. num. 6.* & sic nostram opinionem, ubi mater manifestavit suam turpitudinem, tenet Bursatus, *consil. 10. num. 2. & consil. 1. numero primo.* Mandellus Albanensis, *consil. 6. num. fin. & consil. 83. numero 8.* & ita dicit Bursatus *supra*, fuisse iudicatum *per Rotam*, quòd procedit, etiamsi parentes negarent filiationem: quia † adversus filium, 29
qui est in possessione filiationis, nihil nocet patris negatio, ut est textus, † *in cap. per tuas, 10. de probationibus*, ibi: *Quia verò mulier, de dicto Tranquedo se suscepisse Robertum, de quo agitur primitus, constanter asseruit, & ipse Tranquedus ipsum filium publicè recognovit, & filius eius nominatus communiter fuit, & habitus ab omnibus, eiusdem mulieris post modum iuramento in contrarium præstito non est standum, cum minus indignum sit iuxta legitimas sanctiones, ut, quod sua quisque voce dilucidè protestatus est, in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare.* * Ex quo textu, satis comprobatur intentio dominæ Ioannæ in fortioribus terminis, cum nulla sit parentum contradictio, imò tam pater, quàm mater testificantur pro filiatione ipsius Ioannæ, ut tradit Palæotus, *ubi supra cap. 2. numero quarto.* Anchoranus, *consil. 225.* Parisius, *consil.* [illegible] *num. 1. 42. volum. 2.* Mascardus, *volum. 2. de probationibus, conclus. 789. numer. 25. & in conclus. 79. & 791. & 793.* ubi dicit, quòd † non est possibile, quòd 31
aliquis instituat aliquem pro filio, reputans non esse filium. Et sic non est credendum, quòd dictus Ioannes Pasqual dotavit dictam Ioannam pro filia sua, promittens illi viginti millia ducata, nisi pro certo haberet, quòd esset filia sua, prout omnes parentes existimamus, cum in matrimonio collocamus filias nostras, Et, sine præiudicio veritatis, dato, sed non concesso, quòd non esset filia illius Ioannis, sed alterius; adhuc est validum matrimonium, quia esset error qualitatis, & non personæ, quia prius eam vidit, & cum ea locutus est, & eadem persona, quæ in uxorem fuit promissa, data fuit illi, & non alia, ut in terminis tradit pluribus citatis, Sanchez, *de matrimonio, lib. 8. disputat. 18. num. 34.*

Rursus comprobatur intentio dominæ Ioannæ, quia † quotiescunque lex præsumit pro filio 32
habito in figura matrimonii, est ad instantiam & petitionem ipsius filii, ut expressè disponitur *in dict. §. defuncto.* Secus verò contra eius voluntatem, quia tunc talis filius tuendus est in ea possessione, in qua reperitur, considerato ultimo statu, etiam adulterino, ita consuluit Cephalus, *consil. 714. numero 20. volumine 5.* maximè, quando † pro filio accedit declaratio iurata ma- 33
tris, quia talis probatio excludit omnē aliā præ-

sumptionem, & probationem per testes, ut docet Mandellus Albanensis, *consil. 484. volum. 1.* Petrus Surdus, *decis. 83. numer. 7.* quia confessio

34 matris superat omnes alias probationes, & † recipitur etiam contra rem iudicatam, ut docet Rolandus, *consil. 21. num. 2. & 3. & 4. volum. 1. & consil. 71. num. 40. volum. 2. & consil. 75. num. 23. volum. 2.* Alexand. *consil. 127. num. 2. volum. 4.* quia

35 † filiatio requirit duo extrema, *l. Lutius, D. de conditionibus & demonstrationibus*, & extrema sunt, pater & mater, ut tradit Baldus, *in l. neque natales, C. de probationibus*, Barbatia, *consil. 27.*

36 *num. 4. in fin. volum. 1.* Quòd † non solum procedit respectu filii legitimi, sed etiam in filium spurium cadit possessio filiationis, ita Gerardus Macolus, *consil. 90. num. 6.* ubi à *numer. 59.* explicat filiationis materiam, quæ non solum per in-

37 dicia & tractatum, sed etiam † per scripturam privatam probatur, & multò fortius per publicã, ut docet Barbatia, *consil. 27. numer. 4. colum. 3. volum. 1.* Ioannes Rota, *consil. 102. numer. 24.* Ruinus, *consil. 6. num. 6. volum. 1.* Alciatus, *de præsumptionibus, præsumptione. 37. num. 11. & 12.* & cum domina Ioanna sit in possessione filiationis, & matrimonii, pro ea iudicandum est, ut traditur in Rota Romana, *decis. 238. num. fin. in 1. p. cap. fin. de re iudicata.*

Nec superiori resolutioni aliquid obstat tex-

38 tus, † neque eius præsumptio, *in dict. l. miles. §. defuncto. D. ad l. Iuliam de adulteriis*, ex quo text. deducitur conclusio, quòd mulier meretrix, si pariat filium constante matrimonio, præsumitur filius ex matrimonio conceptus, & non ex adulterio. Idem videtur disponere, *l. 9. tit. 14. p. 3.* ibi: * *Siendo casada, e no aviendo estado el marido alongado della tanto tiempo, que se pudiesse sospechar, segun natura, que el fijo era de otri.* * Ex qui-

39 bus verbis colligitur, quòd † præsumptio iuris est pro matrimonio, etiam si matris assertio seu asseveratio fuerit in contrarium: quia respondeo, quòd illud magis ad furorem mulieris applica-

40 tur, quam ad rei veritatem, ut † in *l. penultima. §. mulier, D. de probationibus, & in dict. l. partita*, ibi: * *Ensannense las mugeres a las vegadas tan fuer temente, que por despecho que han de sus maridos, dizen, que los fijos que tienen no son dellos, sino de otros:* * Quia illa iura non possunt ad nostrum casum adaptari, cum ibi agatur de successione bonorum; hic verò de dissolvendo matrimonio: ibi filius intendebat esse legitimus; hic verò bastardus; ibi lex est favorabilis matrimonio; hic esset odiosa, (cum agatur de dissolvendo fœdere matrimonii) ibi erat contentio inter filios; hic non est alia filia, neque filius, ultra dominam Ioannam; ibi agebatur de præiudicio aliorum filiorum legitimorum; hic nemini præ-

41 iudicatur: & † sic ex separatis non fit bona illatio. *l. Papinianus. 20. D. de minoribus*, & sic *lex partita* optimè dicit. * *Por tales palabras, que el padre, ò la madre dixessen no deve el fijo ser desheredado*, * & sic parentis assertio erat contra filiũ, in nostro casu, in eius favorem.

42 Rursus † ille textus habet plures, & varios, & contrarios intellectus, & sic non potest ex ea lege determinari ista quæstio, neque meretur allegari ad nostram decisionem, *l. cum placitũ*, ubi Decius, & Imola, *D. de re iudicata*, quia, ubi sunt plures opiniones diversæ, ibi dubia res est, ut tradimus *in præfatione commun. lib. 2. num. 117.* & per decisionem dubiam non debet matrimoniũ impugnari & dissolvi, quia † ea non est præsum- 43

ptio iuris, & de iure, ut aliqui malè existimarunt, contra quos tenet Surdus, *decis. 83. num. 10.* Paulus Parisius, *consil. 10. num. 85. volum. 2.* ubi alios refert. Et plures † intellectus ad illum textum 44

tradit Menochius, *de præsumptionibus, in præsumptione 53. num. 13. consil. 88. num. 8. volum. 7.* unde, cum in nostro casu non agatur de præiudicio filiorum legitimorum, præsumptio est pro adulterino, ut docet in terminis Tiberius Decian. *consil. 91. volum. 2. num. 24.* maximè, quando concurrit parentum asseveratio, ut docet Albanus, *consil. 484. num. 1.* Surdus, *decis. 83. num. 7.* & alias declarationes, & limitationes ad illum textum, ultra Alciatum, *præsumptione. 37. num. 3. & 12.* tradit Sfortia Oddo, *consil. 16. num. 6. & 7.* Anchoranus, *consil. 225.* Alexand. *d. consil. 88. num. 16. lib. 7.* Paulus Parisius, *consil. 10. num. 83. volum. 2.* ubi eleganter † intelligit illum textum ex Decio. *in* 45

*dict. cap. per tuas*, ut textus ille nihil disponat pro matrimonio, sed solum illud, quòd non est bona consequentia, mulier fuit adultera, ergò filius natus ex eà, durante matrimonio, est spurius, cũ possint stare simul, quod mulier maritata adultera sit, filius tamen conceptus ex ea potest esse legitimus; & sic non inducitur præsumptio pro matrimonio, ita ut filius eo constante natus ex muliere adultera, præsumatur potius ex marito, quam ex adultero; imò totum contrarium resolvit Iurisconsultus ibi, quasi dicat, quòd † ratio- 46

ne incertitudinis nulla est ratio, quare magis ex adulterio, quàm ex matrimonio fuerit conceptus. Ita illum textum, intelligit Angelus, *ibi:* Felin. *in cap. per tuas, in principio*, post Aret. Qui intellectus meo iudicio verissimus est, & convenit literæ text. & rationi iuris, quia illa incertitudo non potest magis operari favore unius filii, quam alterius, & sic cessat præsumptio illius textus, quam iniustè ex eo deducunt scribentes; maximè quando favore filii concurrit patris & matris adulteræ asseveratio, ut ferè in nostris terminis resolvit Mohedanus, *decis. 115. & in decis. 19.* & vide Fachinæum, *lib. 3. controversiarum iuris, cap. 35.* an potius filius præsumatur legitimus, vel bastardus, & alios intellectus ad illum textum, tradit Albanus, *consil. 293. num. 9.* Ioannes Botta, *consi. 102.* Surdus, *decis. 8.* Decianus, *consil. 91. volum. 7. a num. 4.* Rolandus, *consil. 22. num. 32. volum. 3.* Alciatus, *de præsumptionibus præsumpt. 37.* Menochius, *de arbitrariis, casu. 89. num. 21. & de præsumptionibus, præsumptione. 53. lib. 6. num. 13.* Anchoranus, *consil. 225.* Boerius, *decis. 299.* Ex quibus constat, quam dubia & incerta sit illius textus conclusio, maximè ad dissolvendum matrimonium, & sufficit, quòd res sit dubia, & quod domina Ioanna sit rea, ut pro ea sit iudicandum, ut in *cap. fin. de re iudicata, cap. iuvenis, de Sponsalibus*, ibi: * *Quia igitur in his quæ dubia sunt,*

quod

*quòd certius existimamus, tenere debes, tum pro-*
*pter honestatem Ecclesiæ, tum propter prædictam*
*dubitationem,* * & sic in hoc casu dubio prò ma-
trimonii fœdere est iudicandum; & in simili ca-
su ita fuit decisum, in Rota Romana, *decis. 238. in*
*fin. 1. in 1. parte.*

Nec prædictis obstat, quòd opposuit illi ma-
ritus, quod in capitulationibus matrimonialibus
non fuit declarata qualitas filiationis dictæ Ioan-
næ, & per consequens intendes, quod cum filia
legitima seu naturali contraxit matrimonium,
quod alias non contraxisset, si dictum fuisset illi
verum, quod erat bastarda, extra puritatem ma-
trimonii procreata, quia his obiectis multiplici-
47 ter respondimus: primò, quia † error qualitatis
non vitiat matrimonium, ut resolvit Sanchez, *su-*
*pra*, & quod sit legitima vel bastarda, est error
qualitatis, & non personæ. Secundo, quia ma-
rito erat notum, quod non erat filia legitima, ut
cõstat ex probationibus & capitulationibus ma-
trimonialibus, ubi nihil expressum fuit, ut sem-
per solet contingere. Tertiò, quia pater Ioan-
nes Pasqual solum promisit filiam suam, sine ex-
pressione, quod esset legitima, & eam ostendit, &
manifestavit marito futuro, qui magis conside-
ravit pulchritudinem, vel divitias illius, quam
qualitatem ex parte matris. Quartò, quia quo-
48 ties † in aliqua dispositione vel contractu fit
mentio, * *de filio,* * non restringitur ad filium le-
gitimum, sed † verificatur in filio spurio & in-
cestuoso: quia in dubio bastardus filius præsu-
mitur, non ex matrimonio, *c. aliter,* 30. *q.* 5. Nat-
ta, *consf.* 421. *n.* 9. & 473. *n.* 33. Cephalus, *consil.* 593.
*num.* 2. *lib.* 4. Menochius, *cons.* 60. *n.* 12. *lib.* 1. quia
matrimonium consistit in facto, & facta non præ-
sumuntur, nisi probentur, *lex, in bello, §. facta,*
*D. de cap. & postlimin. revers.* maximè, quia se-
cundum naturam omnes sunt filii; maximè quã-
do dispositio est conveniens æqualiter legitimis
& illegitimis, (ut est ducere uxorem,) ita Alex.
*in l. ex facto, §. si quis rogatus, col. 1. num. 32. versic.*
*Secundo fallitur. D. ad SCtum Trebellianum*, ubi
Ripa, *col. fin.* Abb. *in c. in præsentia, n. 22. de pro-*
*bationibus.* Et cum in nostro casu agatur de nul-
litate matrimonii, & non de successione bonorũ,
nihil interest ad validitatem ipsius, quod uxor sit
filia legitima, vel adulterina, cum in utroque ca-
su matrimonium sit validum & legitimum, quo-
49 niam † verbum generale, * *filius,* * verificatur in
filio bastardo, ut docent Doctores, *supra*. & Nat-
ta, *cons.* 473. *n.* 31. Mascardus, *consil.* 799. *num.* 5. &
sic, neque in contractu matrimoniali intervenit
fraus neque dolus; neque si intercessisset, ob eam
causam matrimonium est irritandum.

50 Quibus † etiam non obstat prima declaratio
matris in causa alimentorum, ubi asseruit, dictã
Ioannam esse filiam suam legitimam, habitam in
matrimonio contracto cum Iacobo Seco de Te-
ram, quia ea declaratio non nocet filio, *textus, in*
*l. Imperatores* 29. *§. mulier. D. de probationibus,*
ibi: * *Neque obsit professio à matre irata facta.* *
Maximè, quia in ea lite non agebatur de filiatio-
ne ipsius, sed solum de petitione alimentorum,
quæ non magis sunt debita matri ex eo, quòd fi-
lia esset legitima, vel adulterina, ut resolvit Pe-
trus Surdus, *de alimentis, tit.* 1. *q.* 20. ubi loquitur
de filio spurio, & sic noluit manifestare suam tur-
pitudinem in foro iudiciali, ut probat text. *in ca-*
*pit. officij de pœnit.* & docet Covar. *in regul. pec-*
*catum,* quem & alios sequitur Gutierrez, 1. *p. ca-*
*nonicarum, cap.* 38. *num.* 5. & 30. Maximè, quia † 51
neq; probationes, neq; sententia translata in rem
iudicatam, in causa alimentorum, præiudicat
causæ filiationis; textus in *l. si quis à liberis, §. si vel*
*parens, vers. meminisse, D. de liberis agnoscendis,*
ibi: * *Si vel parens neget filium, idcircoq; alere se*
*non debere contendat; vel filius neget patrem, sum-*
*matim iudices oportet super ea re cognoscere, & si*
*constiterit, filium vel parentem esse, tunc ali iube-*
*bunt,* * & ibi: * *Meminisse autẽ oportet, et si pro-*
*nunciaverit ali oportere, attamen eam rem præiu-*
*dicium non facere veritati: neq; enim hoc pronun-*
*ciatur, filium esse, sed ali debere, & ita D. Marcus*
*rescripsit.* * Idemque disponitur † *in l. fin. tit.* 19. 52
*p.* 4. *in fin.* ibi: * *e maguer el iuez mande proveer*
*aeste tal como dicho es, salvo queda el derecho à*
*qualquiera de las partes, para provarsi es hiio, ò*
*no.* * ubi Gregorius, *verb.* * *finca,* * illud ampliat,
etiamsi † pronunciatum fuerit de filiatione in iu- 53
dicio ordinario, quoniam sententia lata non ob-
stabit filiationi, etiamsi executioni tradita fue-
rit, idem tenet Lara, *de alimentis, in §. si vel pares,*
*n.* 35. Petra, *de fideicom. q.* 11. *n.* 45. Covar. *pract. q.*
*c.* 4. *n.* 8. Natta, *cons.* 475. *n.* 6. Mascard. *de probatio-*
*nib. concl.* 794. *n.* 3. Menoch. *de præsum. lib.* 6. *n.* 49.
& si hoc procedit inter ipsas partes litigantes, à
fortiori, si † res inter alios acta sit, quia nemini no- 56
cet, neq; prodest, *l. sæpè. D. de re iudicat. l.* 4. *per ult.*
*eod. tit. l.* 20. *tit.* 22. *p.* 3. ubi Greg. quia de unoquo-
que negotio citandus est is, de cuius præiudicio
agitur, *l. de unoquoq; D. de re iudicata, c.* 1. *de cau-*
*sa possessionis & proprietatis.* Maximè, quia in hoc
casu agitur etiam tacitè & virtualiter de privan-
dis filiis successione patris, ex eo, quia † matri- 57
monium clandestinè fuit contractum, & tunc, si
matrimonium esset nullum, proles non esset le-
gitima, ut probat textus, *in c. cum inhibitio. §. si*
*quis verò, de clandestina desp.* cuius decisio pro-
cedit etiam post *Concilium Tridentinum*, ut tenet
Cervantes, *in lege* 6. *Tauri, num.* 21. & 22. & ego
resolvi *lib.* 2. *pract. q.* 697. *num.* 8. &, post omnes,
in terminis concilii idem tenet Vincentius de
Homediis, *consil.* 87. *vol.* 1. *per totum.* Ex quibus
satis remanet fundata & comprobata intentio
dominæ Ioannæ, & validitas matrimonii, sive sit
filia unius vel alterius parentis, ut latè supra pro-
batum est. Et in simili casu, quando maritus
allegabat errorem personæ, & fuit error verifi-
catus, quia intendens ducere matrimonium
cum sorore clerici contraxit cum eius concubi-
na, respondit Gomes de Leon, *centuria,* 47. *nu-*
*mer.* 7. licet text. in quo fundatur, (*in cap. unico,*
29. *quæst.* 1. *versic. ad hæc,*) id non probet, quia lo-
quitur in errore personæ, & non qualitatis: Sed
ratio est fortior, quia, qui cum alio contrahit, de-
bet scire conditionem illius, ut *in regula iuris, qui*
*cum alio, &c.* & secundum hanc meã allegationẽ
ita hodie fuit iudicatum, 7. *mensis Septembris,*
*anno,*

*anno* 1613. per doctissimum virum, dominum Li-
centiatum Ioannem Delgado y Aguero, Vica-
rium generalem huius civitatis, cum gaudio u-
niversali ipsius, cuius anima iam requiescit in
pace.

Filiatio ex parte matris contra eius assertionem qualiter probetur.

56 Præterea animadvertendum est, quòd † si a-
gatur de probatione filiationis ex parte matris,
ad successionem bonorum, vel ad petitionem a-
limentorum, contra hæredem, dubitari solet,
qualiter filiatio probari possit, & qualiter filius,
non recognitus à matre, possit in eius bonis suc-
cedere, sive contendat, quòd sit naturalis, vel a-
dulterinus, & qualis possessio filiationis sufficiat,
ad obtinendum in iudicio possessorio bonorum?
57 Et quod † probatio in hoc casu debeat esse con-
cludens, & non præsumptiva, probatur ex se-
quentibus. Et primò animadversum est, quòd
filiatio, cum consistat in facto, non præsumitur;
& sic ille, qui se fundat in filiatione, tenetur illá
plenè probare; cum sit fundamentum suæ in-
tentionis. Ita docet, *in l. liberorum, in principio,
D. de his qui sunt sui vel alieni iuris.* Grammati-
cus, *consil. civili, 150. num. 35.* Natta, *consil. 421.
num. 1. & 2. lib. 2.* Parisius, *consil. 10. num. 28. lib. 2.*
Menochius, *de præsumptionibus, in præsumptione
53. num. 1. lib. 6. & consil. 491. num. 22. lib. 5.* Ma-
scardus, *conclus. 786. num. 1.* Surdus, *de alimentis,
tit. 1. quæstione, 122. num. 1. & 11.* Lancellotus Gal-
liaula, *consil. 15. numer. 88. versic. Quòd attinet ad
58 secundum.* Neque † sufficiet quasi possessio fi-
liationis, ut ex veriori & magis communi probat
Mascardus, *suprà num. 3. & 6. vers. verior tamen,*
& magis communis, Alex. Trentacinq. *lib. 1. va-
59 riarum, c. de filiatione resolut. 1. num. 7.* & sic †
hæredes ab intestato habent fundatam suam in-
tentionem de iure; donec probatio concludens
filiationis interveniat; & sivè principaliter aga-
tur de successione bonorum, & incidenter de fi-
liatione, vel è controverso, ut tradit Mascar. *dict.
conclus. 78. num. 11.* Menochius, *de arbitr. cas. 89.
60 num. 1.* quia † filiatio ex parte matris, ipsa relu-
ctante, est gravissima, cum tangat & concernat
opinionem, & famam, & eius pudicitiam, *l. ini-
micitia, D. de his quibus ut indignis, l. isti quidem,
versic. quod si dederit, D. quod metus causa, l. iusta
causa, D. de manumiss. vindicta,* Cravetta, *consil.
697. num. 4. in fin. lib. 4. & consil. 991. num. 16. &
988. num. 42. lib. 2.* Petrus Gerardus, *singulari, 82.*
Ioannes Redin, *de Maiestate Principis, §. non ar-
mis, num. 122. & §. sed etiam, num. 147.* Azeved.
*in l. 2. tit. 10. lib. 8. recopilat. num. 134.* Segura, *in
suo directorio iud. ecclesiasticorum, 2. p. cap. 14.
num. 23.* Bobadilla, *in sua Politica, lib. 2. cap. 14.
num. 43.* Tessaurus, *decis. Pedemont. 61. nu. 3.* Ca-
rolus Tapia, *in l. fin. de constitutionibus princip. 1.
p. c. 9. nu. 93. cum sequentibus,* Peregrin. *de fidei-
61 commiss. 2, art. 43. num. 41.* & † his deficientibus,
causa filiationis de per se dicitur causa gravis &
ardua, ut tradit Marcus Antonius Blancus, *de in-
diciis & tortura, num. 244. in fin.* quem sequitur
Tessaurus, *decis. 61. num. 3.* Menochius, *de præ-
sumptionibus, lib. 1. quæst. 41. num. 8.* Mascardus, *de
probationibus, concl. 34. num. 7. & 8.* Antonius Ga-
briel, *de testibus, concl. 13. num. 1. & 32. & concl. 14.
num. 32.* Mascard. *in tractatu de fama, lib. 1. cap.
10. num. 11.* & sic † licet in probatione filiationis 62
ex parte patris sufficiant indicia, & præsumptio-
nes, & fama, & tractatus; hoc limitatur in pro-
batione filiationis ex parte matris, ut tradit Guil-
lermus Benedictus, *in cap. Raynutius, de testamen-
tis, 3. par. verbò, qua filium, num. 15.* Felinus, *in cap.
per tuas, n. 3. de probationibus,* & pluribus confir-
mat Lucas de Penna, *in l. 1. col. 3. C. de dignitati-
bus, lib. 12.* & ratio differentiæ est, quia † pro- 63
batio filiationis ex parte patris reputatur impos-
sibilis; *l. Lutius, D. conditionibus & demonstratio-
nibus,* & cum sit persona incerta, sufficiunt con-
iecturæ & indicia, ne probationes reducantur ad
impossibile. At verò cum agatur de probatione
ex parte matris, quæ † est persona certa, ut in *l.* 64
*quia semper, D. de in ius vocando,* necessariæ sunt
fortiores & efficaciores probationes, per obste-
trices, & aliàs personas assistentes partui, ut tra-
dit Mascardus, *supra concl. 787. num. 2.* quæ sen-
tentia confirmatur ex traditis per Baldum, *in l.
non ignorat. in principio, C. qui accusare non pos-
sunt,* quem refert Mascardus, *d. concl. 787. num. 2.*
ubi dicit, † duplicem esse modum probandi fi- 65
liationem, verum & præsumptum. Verus mo-
dus probandi, respectu matris; quæ semper est
certa: præsumptus, respectu patris; quia eius
probatio non potest fieri per modos concluden-
tes, ut tradit Cardinalis Palæotus, *de nobis & spu-
riis, cap. 21. num. 9.* Petra, *de fideicommissis. quæst.
11. num. 41.* quod maximè procedit de iure nostro
Regni, *ex l. 9. Tauri,* quæ est *lex, 7. tit. 8. lib. 5. re-
copilat.* nec obstat † *lex, 11. titul. 13. part. 6.* ibi: 66
* *Las madres siempre son ciertas de los hijos que na-
cen dellas, y por esta razon todo hijo deve heredar
los bienes de su madre, como los otros hijos legiti-
mos,* * quia illa lex non excludit probationem
concludentem filiationis, imò eam supponit,
quatenus dicit, * *que las madres son ciertas,* * &
ibi: * *Los hijos que nacen dellas,* * & sic quem-
admodum mater est certa, similiter & filiationis
probatio debet esse certa, hoc est, quia mater re-
cognoscat filium, secùs verò, si mater decedat ab
intestato, nulla facta recognitione, vel faciat te-
stamentum, & neget filium, vel saltem nullam
mentionem de eo faciat; quia probationes de-
bent esse veræ & concludentes; non vero præ-
sumptivæ: & sic ad impugnandum testamentũ
matris, non sufficient probationes ex coniectu-
ris, quia † concurrerent duo specialia *contra* 67
*legem primam, C. de dotis promissione,* unum,
quod admittatur filius ex præsumptis probatio-
nibus, aliud, quod excludatur hæres scriptus, cõ-
tra expressam matris voluntatem. Unde nimi-
rum veræ & concludentes probationes sunt ne-
cessariæ. Ita Socinus Iunior, *consil. 86. numer. 43.
& 45. lib. 2.* Bursatus, *consil. 88. num. 17. lib. 1.* Pa-
læotus, *cap. 22. num. 4.* ibi: * *Ad hæreditatem cõ-
sequendam, & sic in petitorio, non sufficere quasi
possessionem filiationis, in qua ex tractatione con-
stituitur, sed necessarium esse probare titulum &
dominium.* * Idem tenet Campegius, *de testibus,
regul. 404. versicul. Sexto ubi debet.* Idem resol-
vit Alexand. Trentacinq. *lib. 1. variarum, cap. de
filiatione,*

filiatione, 1. num. 7. ubi constituit differentiam,
68 an † filius agat petendo bona patris, vel excipiat,
quando reperitur in possessione filiationis & bo-
norum, & annectit pulchra verba, * *& est diffe-
rentia inter primum, & hunc ultimum casum,
quia in primo filius agit, & sic principaliter propo-
nitur per eum hæc quasi possessio tradatus, & quan-
do principaliter proponitur, non sufficit. Bart. in l.
quidam in suo, D. de cond. instit. Florianus, in dict. l.
quidam, sed in secunda casu proponitur incidenter,
& per modum exceptionis, & magnum commodum
est possidere, §. retinenda institut. de interdictis,* *
69 Extra istum vero casum, sicut inducitur proba-
tio filiationis ex institutione matris; à contrario
ex præteritione inducetur probatio, quòd non
est filius, ut arguit Alexand. *consil. 37. num. 6. li-
bro* 1. Ruinus, *consil. 25. num. 8. lib. 2.* Socinus Iu-
nior, *consil. 86. n. 41. lib. 2.* Curtius Iunior, *cons. 31.
n. 4.* quos sequitur Lancellotus Galliaula, *d. cons.
15. n. 110. & n. 111.* quia, ex quibus actibus filiatio
probatur affirmativè, ex eisdem, si negativè con-
currant, probatur non filiatio. Præpositus *in ca.
transmissa, num. 9. vers. & si ista, qui filij sint legi-
timi*, Natta, *consil. 473. num. 44. lib. 2.* Bursatus,
*consil. 17. lib. 1. num. 1.* Orosius, *in l. filium, num. 31.*
70 *de his qui sunt sui vel alieni.* quando enim † ma-
ter est certa de filiatione, commota sunt viscera
eius, *c. afferte, de præsumptionibus*, & amor filio-
rum omnia vincit, *l. isti quidem, D. quòd metus
causa*, maximè, quia aliàs præsumeretur delictū
in matre, *contra legem merito, D. pro socio*, & i-
deo, ad evitandum delictum filiatio non præsu-
mitur extra matrimonium, ita Fuscus, *concl. 346.
n. 6. in 3. tomo.* Alex. *cons. 73. n. 3. lib. 2.* Menochi-
71 us, *de præsumptionibus, lib. 1. q. 29. n. 6. & 18.* ne-
72 que † pro confirmatione filiationis sufficiet as-
sertio patris quia ipse per suam confessionem po-
test sibi præiudicare, non verò matri, ut conclu-
dit Gregorius, *in l. 9. gloss. siendo, in fin. titul.* 14.
*parte 4.* qui allegat Iaso. *consil. 106. vol. 1.* idem
tenet Natta, *consil. 473. num. 24. lib. 2.* Petra, *de fi-
deicommissis, quæst. 11. num. 418.* Flaminius de Ru-
beis, *consil. 29. lib. 1.* Aretinus, *in cap. per tuas, nu-
mer. 25. de probationibus*, quia alias pater plebe-
ius posset eligere mulierem, quam ipse vellet, &
dicere, quòd sit mater filii sui: & idem inconve-
niens & absurdum considero, etiam si sint paris
qualitatis & conditionis; & sic est regula gene-
73 ralis, quod † confessio parentum solùm nocet cō-
fitenti, & non tertio, Alciatus, *consil. 5. num. 57.
lib. 4.* Bursat. dicens communem, *cons. 88. num. 5.
lib. 1.* Iason. *cons. 106. col. 1. in 2. fundamento* Ma-
scardus, *concl. 386. num. 1.* Menochius, *consil. 89.
num. 72. & 83.* Gozadinus, *consil. 13. num. 21. & 56.*
Duennas, *regul. 241. ampliatione, 1.* ubi dicit,
quòd neque præsumptionem faciet in præiudi-
74 cium tertii: nec † in hoc casu iuvabitur filius pro-
batione famæ: quia est probatio debilior, quàm
unius testis, ut asserit Aymon Cravetta, *cons. 991.
n. 107.* Tuscus, *concl. 66. num. 91. in 3. tom.* & sic
dicit Mascardus, quòd non facit plenam neque
semiplenam probationem, sine aliis adminiculis,
*in concl. 783. numer. 2. & in conclus. 753. numero 2.*
75 & † sic non inducit quasi possessionem filiatio-
nis, Iason. *in l. neque professio, in principio, C. de
testamentis*, Abb. *in capit. ex transmissa, qui filij
sint legitimi*, & plures refert Covarr. *de Sponsa-
libus, 2. p. c. 8. §. 3.* & optime Aretinus, *in cap. per
tuas, num. 28. de probationibus.* Et ita debilis est
probatio per famam, quia † testes examinati de- 76
bent declarare eos, à quibus fama orta est, etiam-
si non fuerint interrogati. Ita Thomas Gram-
maticus, *voto. 34. num. 14. & 15.* Alex. *consil. 35.
num. 6. lib. 1.* Curtius Iunior, *cons. 344. numero 8.*
Ruinus, *cons. 51. num. 14. & consil. 52. n. 7. & 158.
num. 23. lib. 5.* Cacheranus, *decis. 66. nu. 3.* Camil-
lus Borell. *consil. 45. num. 53. usque ad 58.* Pacia-
nus, *de probationibus, lib. 1. cap. 49. num. 28.* & non
probant, si non nominaverint, ut tradit Hippo-
lytus Riminaldus, *cons. 647. n. 12. & 13.* Cachera-
nus, *decis. 79. num. 13.* Pacianus, *d. n. 28.* Franci-
scus Personal; *cons. 14. num. 12.* Petra, *de fideicom-
missis, quæst. 13. à num. 111.* & ego resolvi, *in q. 20.
num. 1. & 20.* Alex. *consil. 151. num. 11 lib. 5* Pacia-
nus, *lib. 5. cap. 49. num. 38.* decis. Abenionensis,
*15. num. 11.* Curtius Iunior, *consil. 344. numero 8.*
& alios refert Hippolytus Riminaldus, *consil. 589.
numero 26 libro 5.* Natta, *consil. 473. numer. 16. li-
bro 2.* Mandellus, *cons. 104. num. 1.* Petra, *de fidei-
commissis*, dicens communem, *quæst. 11. num. 443.*
Surdus, *consil. 135. numer. 89.* Tuscus, *conclus. 64.
numero 26. in 3. tomo.* & si † negatio matris 77
transivit in tractum longævum, tunc absque du-
bio excludetur fama probationis, ut tradit Præ-
positus, *in dict. cap. transmissa, qui filij sint legiti-
mi*, ibi: * *Si negatio transit, in tractum longæ-
vum, negatio absque dubio probat non filium.* *
Idem tenet Ruinus, *consil. 52. num. 7.* & alios re-
fert, & sequitur Mascardus, *dict. conclus. 791. nu-
mer. 13.* Nec † in hoc casu sufficiet coniectura, 78
quæ ex similitudine deducitur, ut tradit Decia-
nus, *consil. 1. num. 117. lib. 3.* quia fallax est, ut ex-
perientia, rerum magistra, docet, & in re gravi,
ubi agitur, vel de successione bonorum, vel de
honore mulieris, non est admittenda, neque ex
ea animus iudicis est movendus, ut ego trado, *li-
bro 3 q. fin.* & Menochius, *de arbit. 2. casu. 88. nu-
mer. 97.* Menochius, *de præsumpt. præsumptione,
53. n. 45. & 47.* Mascardus, *concl. 792. n. 9.*

Quæ sententia est indubitabilis in his nostris
Regnis, in quibus † *per legem. 9. Tauri*, data est 79
forma probandæ filiationis, videlicet per reco-
gnitionem parentis, quando filius prætendit cer-
tam qualitatem legitimitatis, vel naturalitatis, ut
docet Covar. *in 4. an 2. p. c. 8 § 3. n. 7.* Avendanno,
*in suo dictionario, verbo, hiio natural.* Cervantes,
*in l. 11. Tauri, num. 133. & 134.* Azevedo, *in l. 9. tit.
18. lib. 5. recopilat.* ubi Matienco, *gloss. 4. num. 1. &
2.* Duennas, *regul. 344. ampliatione. 3.*

Neque † liber baptismalis inducet præsum- 80
ptionem filiationis, licet in eo dicatur, quòd fuit
baptizatus Ioannes, filius Mariæ, quia † liber 81
probat Baptismum, non verò qualitatem filiatio-
nis, neque natalium, ita docet Benedictus Ca-
pra, *consil. 57.* Decius *consil. 120. numero 1.* Mar-
ta, *de iurisdictione, 2. part. cap. 8 num. 23.* Si verò
agatur de probando matrimonio, tunc liber pa-
rochi,

rochi faciet fidem, ita Cavalcanus, *decis.12.nu-
mer.22. in 2.parte*, ubi dicitur, quòd ita observa-
tur in practica, quia circa ætatem & matrimoniũ
bene probat: ita Lancellotus Galiaula, *consil.15.
num.3. usque ad, 16.& 17.* Franciscus Vivius, *de-
cis.489.num.9.lib.3.* Mascardus; *concl.672.nu.18.
& 19.* Nicolaus Passerius, *in tractatu de scriptura
privata; lib.5. de libris plebanorum, seu curatorum;
q.6.fol.353.* & Monaldus; *cons.58. num.6. & 7. li-
bro secundo*; & ita fuisse in Rota iudicatum, tra-
ditur in decisionibus Rotæ Romanæ, *340. in 2.
part.& 350.num.10.lib.1.* & Gratus, *consil.62. nu-
mero 10. lib.2.* Monaldus, *consil.26.num.6. & con-
sil.150.num.10.lib.2.* Menochius; *consil.199.nu.3.
lib.2.* Borgninus, *decisione, 10.num.481.in 3.parte*,
& ego Zevallos, *lib.2.practicarum.q.604.nu.139.*
Vera Crux, *in speculo; ad speculum, dub.12.* & Tho-
mas Sanchez, *de matrimonio, tom.1. lib.3. disput.
15.num.22.* Gutierrez, *pp.lib.2.q.4.n.9.* Deside-
rius Guido, *cons.14.numero 55*: quod etiam nota,
**para los testimonios de la edad de los opositores
en la provision de las capellanias.** In quibus re-
82 quiritur certa ætas, quæ † probatur per librum
Baptismi, sine aliqua subscriptione notarii, ut tra-
dit Sanchez, *de matrimonio, lib.3.disput.15. nu.22.*
Vera Crux, *supra dubio.12.* Tuscus, *conclus.347.
83 num.2 lib.5.* neque † erit necessarium iuramen-
tum parochi, ut tradit Ledesma, *de matrimonio,
q.45. art.5. versic. Certum videtur*, Enriq. *in sua
summa, tom.2. lib.1.* Idem *de matrimonio; cap.3.
num.9.* Emanuel Rodriguez, *in sua summa, tom.
1.cap.228.numer.18.* Quòd à fortiori, procedit,
84 quando † Parochus est mortuus, quia illius mors
supplet omnes defectus, ita Decianus, *consil.11.
num.122.lib.1. & consil.20. num.18. & consil.29.
num.35.lib.2.* Menochius, *de præsumptionibus, in
præsumptione, 51.num.10. lib.2.* & Gaspar Gabali-
85 nus, *milleloquio 507.* Quia † parochus est persona
publica, & sacerdos in dignitate constitutus, cui
est credendum in his, quæ attinent ad munus su-
um, ut censet Bursatus; *cons.143.num.41. libro 4.*
Decianus, *consil.7.num.23. lib.3.* Paulus Meren-
da, *consil.31.num.45. & 46. inter consilia matri-
monialia Zileti*, Ioannes Botta, *consil.102.à n.49.
usque ad 52.* Sfortia, Oddus, *de restitutione in inte-
grum, q.37.nu 44.* Laurentius de Pinu, *cons.174.
num.14.& 15.* Lancellotus Galliaula, *cons.15. n.42.*
Franciscus de Ponte, *consil.63.num.12. & 18. &
19.* quorum sententia firmatur ex traditis à Fari-
nacio, *quæstione, 41.num.10. & 91.* Laurentius de
Pinu, *consil.175.num.14. & consil.72.num.7. inter
consilia matrimonialia*, Monaldus, *consil.154.nu-
mer.11.lib.2.* ubi dicit, quòd ita servatur in civi-
tate Venetorum, & diximus *in lib.2. pract. quæst.
604.num.139.* Neque hoc existimo esse peculia-
86 re in libro plebanorum, sed † idem observatur
in libris depositariorum, & argentariorum, & a-
liarum personarum publicarum, in his quæ per-
tinent ad suum officium, ut tradit Franciscus Vi-
vius, *decis.484.num.9.lib.3.* Rota Romana; *decis.
340.num.1. & 2. lib.2. & decis.750. num.10. lib.1.*
Guido, *consil.14.num.15.* Gutierrez, *pp. quæst.lib.
2.cap.4.num.9.* Mandellus, *consil.453.num.1.lib.
2.* Nicolaus Passer, *in tractatu de scriptura priva-
ta, lib.5.de libris plebanorum, in principio, num.18.
& 19. & quæst.6. num.6.* Maldonado, *consil.154.
num.12.lib.2.* Marcus Antonius Macera, *varia-
rum resolutionum, resolut.fin. casu 33.* Bursatus,
*consil.105.num.26.lib.1.* Menochius, *præsumpt.51.
num.4.lib.2.* Bologninus, *consil.4.* Imola, *consil.
37. in secunda dubitatione*, Mandellus, *consil.453.
num.4.& 5.* Decianus, *consil.72.num.27. libro 3.*
Malvasia, *consil.54.num.18.* Antonius Gof. *consil.
17.num.1.lib.1.* Mascardus, *de probationibus, con-
clus.671.num.9.& conclus.973.num.36.& 74. &
75.& conclus.957. & 255.num.12.* Surdus, *consil.
151.num.85.& 87.& 88. lib.2.* Bertazolius, *consil.
481.num.24.lib.2.* Pacianus, *de probationibus li-
bro 1.cap.48.num.40.* Decius, *consil.5. lib.1.* Lan-
cellotus Galliaula, *consil.15. num.25.* Cabalinus,
*milleloquio, 57.num 1.* Raudensis, *consil.50. num.
67.lib.2.* Tuscus, *conclus.347.lib.5.num.74.* Ni-
colaus Passerius, *lib.4.C.de libris rationum officia-
lis de publico deputati*, & ita fuit decisum in Ro-
ta Lucensi, ut tradit Magonius, *decis. Lucensi, 59.
num.2.* ubi dicit † hos libros publicos veros præ- 87
sumi, & ad eos debere recurri, tanquam ad fon-
tem veritatis, & Gracian *decis. Marchiæ, 137.nu-
mer.2.* Mandos. *in regul.18.Cancellariæ, q.10.n.3.*
& quod per librum Baptismi probetur ætas, tra-
dit Mandos. *supra*, Menoch. *lib.2.præs.51.à num.
51.usque ad 55.* Mascardus, *dict.conclus.672.lib.2.
num.1.& 10.& 11.* Vera Crux, *decis.314. part.1.*
Vivius, *decis.184.num.2.lib.1.* Bertazolius, *consil.
208.num.25.lib.1.* Malvasia, *consil.85.num.17.lib.1.*
Laurentius de Pinu, *cons.83.num.11.* Macolus,
*cons.1.num.20.lib.1.* Mauritius, *de in integrum
restitutione, c.321.* Galliaula, *dict. cons.15.n.29.*

Ex quibus omnibus colliges, quam † diver- 88
so modo probetur filiatio ex parte patris, vel ex
parte matris, quando uterque contradicunt, vel
consentiunt: Et quando iudex laicus cognoscat
de causa filiationis, principaliter vel incidenter:
Et quandoq; possit opponi exceptio illegitimitatis,
& quando concernat ius vel factum: & alia plu-
rima necessaria in hac materia, pro faciliori intel-
ligentia articulorum per viam violentiæ, viden-
da sunt, quando casus de facto contingat.

Vnum tamen pro complemento huius quæ-
stionis non omittam, quod † quomodocunque 89
causa pendeat, sive coram iudice ecclesiastico, si-
ve laico, super validitate matrimonii; expensæ
sunt illi præstandæ, qui est in possessione matri-
monii, etiamsi appellatione pendente alimenta
petantur: quia † nunquam appellatio suspen- 90
dit solutionem alimentorum, ut concludit Mat-
thæus de Afflictis, *decis.152.* Aretinus, *consil.66.*
& iudex non dicitur Attentare, qui † alimenta 91
decernit appellatione pendente, ut tradit Lan-
cellotus, *de attentatis, 2.p.cap.12. limitatione, 24.
in principio.* Rebuffus, *in constitutionibus Galli-
cis. 1. tomo, artic.3.gloss.1.num.29. cum sequenti-
bus.* Petrus Surdus, *in tractatu de alimentis privi-
legio, 10.* & alios refert, & sequitur Marta, *de iu-
risdictione, 2. part. cap.8. num.35. cum sequenti-
bus.* Et ita apud omnes observatur & practicatur.
Et vide optimam consultationem Alvari à Vala-
sco, *consultatione, 1.* per me tradita in casu de facto

con-

contingenti, *lib.3. practicar. communium. q.757. à num.128. cum sequentibus.* Et novissimè Marcus Antonius, Peregrin. *in decisio.95. numer. 28. & decis.9. numero quarto.* ubi resolvit nostrum casum.

## SVMMARIVM.

1 *Omnis, qui non est prohibitus, gaudet Ecclesiæ immunitate.*
2 Cap. reos, 23. quæst. 5. *declaratur.*
3 Lex, 2. tit.11. par.1. *declaratur.*
4 *Doctores pro parte affirmativa quæstionis referuntur.*
5 Cap. 20. sess.25. Concilii Trident. *declaratur.*
6 Lex, fin. tit.2. lib.1. Recopil. *notatur.*
7 *Leges contra Ecclesiæ libertatem, non sunt servandæ.*
8 Gregorii 14. constitutio, *circa Ecclesiæ immunitatem declaratur,* & num.18.
9 *Publici latrones viarumq; grassatores nō gaudent Ecclesiæ immunitate.*
10 *Proditor non gaudet Ecclesiæ immunitate, ex motu proprio* Gregor.14.
11 *Inclusio unius casus, est exclusio alterius.*
12 *Immunitas Ecclesiæ est de iure divino, secundum aliquos: alij tenent, quòd sit de iure Canonico.*
13 *Lex civilis non potest tollere legem canonicam.*
14 Lex finalis, tit.2. lib.1. recopilationis, *declaratur,* & num. 30.
15 *Doctores pro prima opinione referuntur.*
16 *Contraria opinio defenditur, quòd debitor nō gaudeat immunitate ecclesiastica.*
17 *Leges Regni non sunt contrariæ decisionibus canonicis.*
18 Constitutio Gregorii, 14. *disponit nostrum casum virtualiter.*
19 * El iuez seglar no puede sacar al retraido de la Iglesia, por deudas, si no es con provision Real inserta la ley. *
20 *Practica per viam violentiæ, in casibus immunitatis refertur.*
21 * Autos por via de fuerça, como se forman, en las causas de inmunidad ecclesiastica. *
22 * Casos notorios en que el iuez haze fuerça. *
23 * El motu propio de Gregorio 14. procede sin embargo de appellacion. *
24 *Proditor hodiè non gaudet Ecclesiæ immunitate* ex motu proprio Gregorii, 14.
25 * Herida a traycion, tiene la misma naturaleza, que el matar, para la inmunidad, segun los Doctores, contra los quales tiene el autor, por el motu propio de Gregorio 14. *
26 * La inmunidad ecclesiastica se ha de guardar al traydor en caso de duda.
27 * La piedad, y equidad vence al rigor. *
28 *Verba* motus proprii Gregorii. 14. *referuntur, & declarantur.*
29 *Cautio iuratoria præstanda est à iudice sæculari, quando extrahit debitorem ab Ecclesia ex causa civili.*
30 *Verba,* l. fin. tit.2. lib.1. recopilationis, *declarantur.*
31 * El retraido por deudas, que saca el juez de la Iglesia, no le puede retener por otros delitos. *
32 * El iuez seglar no ha de dar fiancas, sino caucion iuratoria. *
33 * Informacion ha de preceder para sacar al retraido de la Iglesia: y como se entiende. *
34 * El iuez seglar, basta que presente ante el iuez ecclesiastico, un traslado de la summaria informacion, sin ratificacion de testigos. *
35 * La iurisdicion del iuez ecclesiastico, es para defensa de la persona retraida, y no para sus bienes. *

## QVÆSTIO V.

### *Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo per censuras contra iudicem sæcularem, extrahentem debitorem ab Ecclesia, ex causa civili.*

IN hac quæstione non solum Doctores diversas amplectuntur sententias, (alii pro iudice sæculari, alii pro ecclesiastico) sed etiam Regia tribunalia, aliquando vim facere iudicem ecclesiasticum, aliquando contrarium sæpè iudicarūt, ut tradit Ioannes Gutierrez, *lib.1. pp. quæst. 1. numero* 19. & sic operæ pretium esse duximus, istam quæstionem radicitus examinare: & quid tenendum & iudicandum in articulo violentiæ, in medium proferre: ut facilius practica huius cognitionis manifestetur, ultra per nos tradita, *lib. 2. commun. quæst. 683.*

Et in primis pro iudice ecclesiastico facit regula generalis iuris canonici, cui standum est, *in cap. fin. de immunitate ecclesiarum.* Vbi omnis † 1 qui non est prohibitus, gaudere debet Ecclesiæ immunitate, neque ab ea invitus extrahi debet, ut eleganter docet Anastasius Germonius, *lib. 3. de sacrorum immunitatibus, cap. 16.* ubi etiam *à numero* 108. movet nostram quæstionem, & eam resolvit, *in numer.* 109. Sed sic est, quòd debitor ex causa civili, non est prohibitus uti immunitate ecclesiastica. Ergò iudex sæcularis facit contra ius Canonicum, extrahendo eum ab Ecclesia, & per consequens iudex Ecclesiasticus, defendendo Ecclesiæ immunitatem, non facit vim, procedendo contra sæcularem, ut restituat debitorem ad Ecclesiam. Quam conclusionem probat † textus, *in cap. reos, 23. quæstione 5. dist. cap.* 2 *inter alia de immunitate Ecclesiarū,* ibi: * *Quantumcunque gravia maleficia perpetraverint,* * † *l. 2. tit. 11. part. 1.* ibi; * *Por mal que oviesse hecho,* * *l. præsenti, C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt.* Idem † docet Remigius, *de immunitate* 4 *Ecclesiarum, regul. 1. in principio.* Covarru. *lib. 2. variarum, cap. 20. num. 6. versiculo 7.* Iulius Clarus, *in practica criminali, §. fin. quæstione 30. nu. 1.* 3

Q

8. & 9. Duennas, regula 228. Antonius Gomez,
3.tom.var cap.10.num.1. Didacus Perez, in lib.6.
tit.2 gloſſ.2.lib.1. ordinamenti, Paz, in ſua praxi,
1.tomo, part.5.cap.3.§.3. num.22.& 55. Aveudan-
nus, in cc.pract.cap.22.num.9. Azeved. in l.3. tit.
2. numer.18. lib.1.recop. Tiberius Decianus, con-
ſil.80. numero 24. lib.3. & in 2. tom. crim. libro 6.
capite 28. numero primo, & cap.25.num.1. Gutier-
rez, lib.1. practicarum, quæſtione 1 Proſperus Fa-
rinacius, 1.tom.tit. de carcere, quæſt. 28. numer.1.
& 15. ubi hanc dicit veriorem & communem o-
pinionem. Et iſtam regulam univerſalem con-
ſtituit Bobadilla, in ſua Politica, lib.2.cap.14. nu-
mero 56. & ego dixi, lib.3. commun. quæſt.817. nu-
mero 10.

5 Secundò, pro hac ſententia adducit textus, †
Concilij Tridentini, capite 20. ſeſſ. 25. de reforma-
tione, ubi ſancta Synodus decrevit, exactè ab o-
mnibus obſervari debere ſacros Canones, & Cō-
cilia generalia, & Apoſtolicas ſanctiones in favo-
rem libertatis eccleſiaſticæ contra eius violato-
res editas: ergò ſequitur, quòd ſit ſervanda diſ-
poſitio canonica, quæ generaliter procedit, de
6 qua in dict.cap.inter alia. Et reiicienda eſt † lex
Regni fin. tit.2. lib.1. recopil. ubi conceditur li-
centia iudicibus ſæcularibus extrahendi debito-
res ab Eccleſia ex cauſa civili, præſtita cautione,
7 de qua ibi: quia † omnes leges & conſtitutio-
nes, quæ ſunt contrariæ libertati & immunitati
eccleſiaſticæ, minimè ſunt ſervandæ, imò ſunt
ipſo iure nullæ, ut in cap.fin.de rebus Eccleſiæ, non
alienandis, Authentica caſſa & irrita, C. de ſacro-
ſanctis Eccleſiis, & in terminis immunitatis ec-
cleſiaſticæ contra ius civile docet Sylveſter, in ſua
ſumma, verb. immunitas, 3. verſiculo ſextum, nu-
mero tertio. Covarruv. lib.2.variar.capit. 20.nu-
mero 14. verſiculo. Sed profecto, & noviſſimè
Gracianus, diſcept. forenſium, 2.part.cap.380. nu-
mer.1. & 29. ubi adducit motum proprium Gre-
gorij 14. ubi ſolum perſonæ in eo contentæ gau-
dere prohibentur Eccleſiæ immunitate, & ſic o-
mnes delinquentes gaudent, licet per leges Re-
gias contrarium fuerit diſpoſitum, * Como en los
alcados, y en los galeotes rematados. * Sed in hoc
etiam contrarium fuit deciſum, ut tradit Gam-
ma, deciſ.362. ubi aſſignat rationem, & in deciſ.
179. & tenet Ioannes Aloyſi collectan.109. & vide
Franciſcum Marcum, deciſ.763.

8 Tertiò fulcitur † iſta opinio ex nova conſti-
tutione Gregorii 14. ſuper immunitate Eccleſia-
rum, promulgata, anno 1591. nono Kalendis Iulij
Pontificatus ſui anno primo, ubi referuntur per-
ſonæ quæ non gaudent Eccleſiæ immunitate, i-
9 bi: * Si fuerint † publici latrones viarumque, graſ-
ſatores qui itinera frequentant, vel publicas ſtra-
tas obſident, ac viatores ex inſidijs aggrediuntur;
aut depopulatores agrorum, quive homicidia &
mutilationes membrorum, in ipſis Eccleſiis, eo-
rumve cœmeteriis, committere non verentur, aut
10 † qui proditoriè proximum ſuum occiderit, aut Aſ-
ſaſinus, vel hæreſis, aut læſæ Maieſtatis in perſonam
ipſiuſmet principis rei. immunitas eccleſiaſtica, nō
ſuffragetur. * Ergò cum debitor non ſit compre-
henſus in ea Pontificis conſtitutione, ſequitur,
quod debeat gaudere Eccleſiæ immunitate, quia
† incluſio unius caſus, eſt excluſio alterius, l.cum 11
Prætor, D. de iudiciis, & caſus exceptus firmat re-
gulam in contrarium, l.nam quòd liquidæ, § fine
D. de penul. legata.

Quartò, comprobatur hæc ſententia, quia † 12
immunitas eccleſiaſtica eſt de iure divino, ut in
cap.1.de homicidio, & Exodi, cap. 21. numer. cap.
33. Deuteronomij, cap.19. Ioſue, cap. 20. & docet
Gutierrez, lib.1. practicarum, quæſtione 1. nume-
ro octavo. Queſada, diverſarum quæſtion.capite 1.
numero 2. Anaſtaſius Germonius, de ſacrorum
immunitate libro 3. cap.16.numero 3, qui alios re-
fert, (ſed non ſequitur) Tiberius Decianus, to-
mo.criminalium, lib.6. cap.25. numero 2. in prin-
cipio vel ſecundum veriorem opinionem, eſt de
iure Canonico poſitivo, ut docet Covarruvias,
libro 2. variarum, cap. 20. numero 1. verſicul. Se-
cunda concluſio. Decianus, ubi ſupra, Farinacius,
1.tom.crimin.tit de carceribus, quæſtione 28. nu-
mero primo. & ſequitur Bobadilla, lib.2. cap. 14.
numero 3. in fine. Ex quibus colligo, quòd ſive
ſit immunitas Eccleſiarum de iure divino, † ſi- 13
ve de iure poſitivo Canonico, non poteſt lex civi-
lis veluti inferior, tollere legem & conſtitutio-
nem canonicam, nec facere diverſam & contra-
riam diſpoſitionem, prout hodiè cavetur † in 14
dict. l.fin.tit.2.lib.1.recopilat. ibi: * Declaramos,
que no pueden, ni deven gozar de la tal immuni-
dad, para eſcuſarſe de dexar de pagar las tales deu-
das que deuen. * Ergò illa lex tanquam contra-
ria iuri divino vel canonico, non eſt obſervanda,
neque practicanda. Quam opinionem † tenet 15
Abb. in dict. capit. inter alia, numero 22. & 24.
quam dicit communem, & Gutierrez, in l. nemò
poteſt, numero 183. delegat.1. ubi reſolvit veram
eſſe & tenendam, & quòd ſæpè vidimus, Eccle-
ſias plenas eſſe debitoribus fugitivis, & ab his mi-
nimè extrahuntur per iudices ſæculares, neque
partes hoc petunt. Idem docet Remigius de Go-
ni, de immunitate Eccleſiæ, fallentia.27.per totam,
in fin.in concluſ.5. ubi ait, quòd ita ſervatur in
practica, Paz, in ſua praxi, 5. par. 1.tom.cap.3. §.3.
numero 152. Covarruvias, cap.20. numero decimo
quarto. Greg. in l.2.tit.11. part.5. Rodericus Sua-
rez, in l.2. titulo de los goviernos, libro 2.fori. quæ-
ſtione 5 Navarrus, in manuali, cap.25.numero 19.
Humada, in l.2. titul.11. part.1. gloſſ.2. num.2. &
idem videtur diſponere, dict.l.2,tit.1. part.1 in fi-
ne, contra legem fori.15. tit. 20. lib.3. fori. Et plu-
res pro hac opinione ego refero, lib.2. pract. com-
munium, quæ 683. & Bobadilla, in ſua Politica,
lib.2.cap.13.num.62.litera G. Anaſtaſius Germo-
nius, de ſacrorum templorum immunitatibus, lib.
3.cap.16 num.109. Farinacius, 1.tom. crimi. de car-
ceribus, quæſt.28.num.30. Decianus, 2.tom.crimi-
nali, lib.6.cap.28. num.34.

Sed † contraria opinio pro iudice ſæculari, 16
vera eſt & tenenda, & ita practicatur, prout ego
reſolvi, lib.2. communium, quæſtione 683. verſicul.
Sed pro contraria, & iſtam opinionem, ultra Do-
ctores, quos ibi allego, tenent Doctores allegati
à Ioanne Gutierrez, libro 1. practicarum, quæſtio-
ne 1. num. 1. Germonius, ubi ſupra, libro ſecundo,
cap.

*cap.16. num.* 17. Tiberius Decianus, *dict. 2. tom. crim. cap.6. num.28. & numer.34. in principio.* Et plures refert & sequitur Bobadilla, *dict. 2. p. cap. 14. numero 65. litera A.* ubi dicit communem; Parladorius, *lib.2. rerũ quotid. cap. fin. 5. part. §.6. numero secundo.* Olanus, *in antinomia iuris, num. 204 verbo, fugiens.* Quæ non solum est tenenda in debitore decocto, abscondente bona, & introducente ea in Ecclesiam, sed in simplici debitore, qui sine causa criminis confugit ad Ecclesiam, ut
iniuria, vel vis, vt tradit Paulus de Castro, *cons. 27. volum. 1. numer. 1.* & sequitur Gregorius, *in l. 1. tit. 10. part. 7. glos. verbo, fecho à otro,* Et licet † pri- 19
uilegia religiosorum sint lex priuata (non inclusa in corpore iuris) cum sint similia priuilegia Apostolica omnibus religiosis concessa, faciunt rem notoriam secundum Bartol. *in l. 1. in principio. numer. 8. D. de noui operis nunciatione,* vbi Ias. *numer. 10.* Decius, *cons. 423. à numer. 9. & cons. 474. numer. 3.* Aymon Crauett. *cons. 10. numer. 7.* Gamma. *decis. 45. numer. 9.* Tiraquellus, *de retractu lignag. §. 2. glos. 1. numer. 20.* & sufficit, quod † per duos testes summariè probetur no- 20
torietas priuilegiorum, ut tradit Ioannes Andreas, Archidiaconus, *in capit. 1. numer. 4. de officio delegati libr. 6.* nec tollitur violentia, neque expirat iurisdictio; si bona, ablata restituantur sub aliqua cautione; quia, † licèt violentia pur- 21
getur restitutione rei ablatæ, vt *in l. 2. C. de his, quæ vi metus ve causa gesta sunt,* illa lex procedit in vi compulsiua, in qua à principio actus interuenit consensus, licèt coactus; secus † verò in 22
vi expulsiua, quæ purgari non potest absque facto expellentis, & occupantis, & turbantis possessionem, vt docet Baldus, *in capit. solicitè. numer. 2. de restitutione spoliatorum,* quem sequitur Ias. *in l. ob turpem numer. 3. limitatione. 1. D. de condictione ob turpem causam.* Menochius. *de recuperanda possessione, remedio, 1. numer. 268.* & est de mente Pauli, *in l. 1. numer. 4.* Salycetus, *in l. si per vim, numer. 1. C. de his quæ vi metusvè causa* Gregorius, *in l. 49. tit. 14. par. 5. glos. de su grado,* nec
† fideiussio vel cautio inducit actum voluntatis 23
sed necessitatis, cum † duret metus, quandiu cau- 24
sa metus durat, vt inquit Cynus, *in dicto, l. 2. nu. fin.* & Paulus, & Albericus, *eodem, numer.* & Ias. *in dict. l. obturpem, numer. 5. limitatione, 4.* & est communis opinio, secundum Padillam, *in l. interpositas, numer. 24. C. de transactionibus,* & est text. elegans, *in l. nouissime, D. quod falso tutore,* ibi: * *Quid enim si compulsus, aut metu, ne compelleretur, authoritatem accommodauerit, nonne debet esse excusatus,* * Et sic, † cum semper duret 25
subiectio ex cautione seù fideiussione inducta, non finitur iurisdictio iudicis conseruatoris; maximè, quia omnis modica præsumptio sufficit, ad tollendam præsumptionem spontaneæ voluntatis, Ias. *in dict. l. si obturpem, numer. 8.* & Padilla, *in dict. l. interpositas, numer. 25.* vbi dicit, quòd, vbicunque potest accipi alia coniectura, quã approbandi contractum, illa potiùs est sumenda

ſumenda, vt euitetur præiudicium, per textum,
quem appellat ſingularem, *in l. 3. C. de his quæ Vi*
26 *metus ne cauſa*, maximè, quia, quando † violen-
tia eſt qualificata, ſiuè inducta ſit ab homine, ſiuè
à iudice, ſemper durat violentia, & cauſa metus, *l.*
*3. in fin. ff. quod vi, aut clam*, ibi: * *Illud ſciendum eſt,*
*non omnibus momentis vim eſſe faciendam*, * & ibi:
* *Sed ſemel facta vis perſeuerat*, * *l. clam. poßidere,*
*ff. de acquir. Vel am. poſſeſ.* ibi: * *Non ratio obtinen-*
*dæ, ſed origo nanciſcendæ poſſeßionis exquirenda*
*eſt*, * vbi Iaſ. poſt cæteros, *ex numer. 4*, textus, *in l.*
*videmus, §. vſuras, ff. de legat. 2. l. 1. §. qui vi ff. de vi*
*& vi armata*, ibi: * *Quidquid damni ſenſerit, re-*
*cuperare debet, priſtina enim cauſa reſtitui ei de-*
*bet, quam habiturus erat, ſi non fuiſſet vi deiectus*, *
idem traditur, *in §. rectißimè, eiuſdē legis primæ*,
& tradit Menochi, *de recuperanda poſſeſſione, re-*
27 *medio, 1. ex numer. 412.* & † cum duret fideiuſſio
data à monaſterio, non ſufficiet reſtitutio; cum
virtute fideiuſſionis poſſint moleſtari, tàm fide-
iuſſores, quàm religioſi, ad quod eſt textus pere-
grinus & ſingularis, *in l. metum, 9. §. ſed quòd Præ-*
*tor, verſiculo, ſed ex facto ſcio ff. quod metus cauſa.*
28 Et ſic cum † officium conſeruatorum ſit, de-
fēdere à manifeſtis iniuriis religioſos regulares,
vt *in dict. cap. 1. & fin. de officio delegat. lib. 6.* &
non ſolum de iure ante factum, ſed etiam prote-
gendo & tuendo poſt iniurias commiſſas, vt
tradit Anchoranus, *conſil. 87. numer. 2. & 3.* ſequi-
tur nullam vim facere, procedendo per cenſuras
contra iudicem eccleſiaſticum.

29 Nec obſtat, quòd † iudices conſeruatores
non habent tribunal, neque cauſæ cognitionem,
ſed ſolùm cognoſcunt de mero facto violentiæ &
iniuriæ, vt *in capit. 4. ſeſ. 14. Concilij Tridentini*
*in fine*, ibi: * *Non liceat quocunque conſeruatori-*
*bus iudicibus, vllum habere tribunal erectum*, *
quia textus ille limitat noſtrum caſum in verbis
30 ſubſequentibus, ibi: * *Vniuerſitates † autem*
*generales, ac collegia Doctorum, ſeù ſcholarium, &*
*regularia loca, nec non hoſpitalia, actu hoſpitalita-*
*tem ſeruantia, ac vniuerſitatum, collegiorum, loco-*
*rum, & hoſpitalium huiuſmodi perſonæ in præſen-*
*ti canone minimè comprehenſæ, ſed exemptæ o-*
*mnino ſint, & eſſe intelligantur*, * & ſic non ex-
cluditur ex illo textu qualis probatio, ſaltem
ſummaria cognitio ſuper poſſeſſione & ſpolio,
31 vt ſæpè † practicatur coram iudicibus conſer-
uatoribus huius ciuitatis, qui in limine iudicij,
vt conſtet de iniuria & violentia, recipiunt infor-
mationem ſummariam, & virtute illius proce-
dunt contra vim facientes, ſive ſæculares, ſivè
eccleſiaſticos, vt ego ſæpè practicavi, tanquam
aſſeſſor dictorum iudicum, & tanquam aduoca-
tus monaſteriorum ſanctæ Mariæ de la Siſla, Or-
dinis diui Hieronymi, & diui Bernhardi, & Mo-
nalium ſancti Clemētis, quæ monaſteria habent
plures poſſeſſiones, & armenta, oues & boues, &
pecora campi: & aliquando eis fit iniuria in ſuis
32 rebus, & † eligunt iudices conſeruatores, qui fa-
cta ſummaria informatione, decernunt manda-
ta excommunicationis: contra facientes iniurias,
vt ab eis deſiſtant; & licèt multoties interponatur
appellatio ad Pontificem, & cauſæ deferantur per
viam violentiæ ad Regalem Cancellariam Pin-
cianam; declaratur, quòd iudices, non faciunt
vim, procedendo tanquam conſeruatores Bulla-
rum cōſeruatoriarum, aduerſus eos, qui iniurias
faciunt; & † ſublata iniuria & violentia in totum 33
remittitur cauſa principalis ad eum iudicem, qui
de iure cognoſcere poteſt: & ſine præambula in-
formatione ſummaria, & cognitione, non poſſet
recto iure vis tolli. Et data iuriſdictione, cēſentur
omnia conceſſa, ſine quibus iuriſdictio exerceri
non poſſit, vt *in l. 2. ff. de iuriſdictione omn. iud.* &
notat in terminis gloſ. recepta, *in dict. cap. 1. verbo*
*conſeruatores, verſiculo, de manifeſtis.* quia aliàs † 34
officium conſeruatoris eſſet illuſorium, & redde-
retur inutile; & ſic poteſt citare, & punire in no-
toriis, & admittere probationes vtriuſque partis;
& ſic † requiritur aliquis ordo neceſſarius, vt te- 35
net *in dict. cap. 1.* Monachus *nu. 5.* Archidiaconus,
*numer. 3.* Francus, *numer. 4.* quòd procedit, ſiuè
quæſtio ſit dubia iuris, vel facti, dummodo aliter
cauſa terminari non poſſit. Et dum conſeruator
iudex non excedat terminos ſuæ iuriſdictionis,
fauendum eſt illi, cum † iuriſdictio illius ſit fauo- 36
rabilis, vt tenet Dominicus, de Sancto Geminia-
no, *in cap. cum illis, §. illis vero, de præbendis, lib. 6.*
quem ſequitur Felinus, *in cap. eam te, num. 15. de*
*reſcriptis verſicul. quarta. declaratio*, Iaſ. *conſil. 145.*
*verſic. Sed in noſtro caſu*, quia officium ipſorū eſt,
occurrere violentiis, & quēlibet in ſua poſſeſſio-
ne tueri, ſine damno & ſpolio, ſecundum Mona-
chum *in dict. cap. 1. numer. 2.* per textum *in capit.*
*querelam, in fin. de Simonia, l. æquißimum ff. de. vſu*
*fructu. l. 1. §. 1. ff. ne vis fiat ei.* Et quemadmodum
Pontifex dat iudices conſeruatores ad tollendas
violentias: ſic Principes, ad tollendam vim ſubdi-
torum; cognoſcunt de vi & violentia iudicum
eccleſiaſticorum, cum Rex † dicatur iudex con- 37
ſeruator ad tollendam vim, vt optime ſic eum ap-
pellat Fuſcus, *in tractatu de viſitatione, cap. 32. nu.*
*5.* ibi: * *Rex eſt iudex conſeruator ſuorum vaſallorū*
*vt nemini iniuria fiat, & ne aliis iniuria inferatur*,
* prout mentionem fecimus, *in lib. 4. in diſcurſu,*
*ſeu epiſtola ad Regem noſtrum, numer. 32.* * Y aſſi † 38
vſando ſu Mageſtad, y ſus Reales Conſe eros, de la
conſeruatoria, q̃ tiinen derecho natural, conocē
de ſeme autes cauſas de fuercas, y violentias en-
tre iuezes eccleſiaſticos, y Apoſtolicos, y conſer-
uadores, y el auto que ſe ſuele proueer en ſeme-
iantes cauſas, por ei tribunal Real, es, que el iuez
rrdinario, en proceder, como procedio hizo fuer-
ca: la qual alcando, y quitando, mandauan que o-
torgue, y reponga, y eſto ſe entiende, quando la
cauſa ſe lleuo por el monaſterio en apelacion, por
via de fuerca, del deſpoſo del iuez eccleſiaſtico, y
le inhibe del conocimiento de la cauſa, y el ta iu-
ez apela, y lo lleua por via de fuerca, ò la parte que
ſe ſiente por agrauiada, entonces ſi cōſta de læ in-
iuria hecha al monaſterio, quitādole ſus bienes, y
deſpojandole de ſu ganado, y poſſeſſion; entonces
ſe dize, q̃ el dicho iuez conſeruador nō hizo fuer-
ca, y ſe le remite, y cōſolo eſte auto ſe ha de alcar la
fuerca, in iniuria, y reſtituir lo tomado, y buelta la
cauſa a ſu principio, las partes ſigan ſu iuſtitia en
lo principal ante el iuez. Y ſi el eccleſiaſtico no
qui

quisiere obedecer, puede el conseruador inuocar el auxilio del braço seglar; y està obligado a impartirle, como lo refiere Azor, *in sua summa. 2. part. lib. 4. cap. 34. versiculo, decimo quaeritur.* què ego sequor *lib. 4. commun quaest. 1. numer. 117.* & ita obseruatur, & practicatur. Y si va el processo sobre competencia de jurisdicion entre los juezes, conseruador, y ordinario ecclesiastico, para remitir la causa al vno, se manda, que en no otorgar la apelacion a la parte del dicho monasterio, no hizo fuerça, y se le remite, y assi salio aora auto de la Real Chancilleria de Valladolid, entre la dignidad Arcobispal, y su Contador mayor de rentas, cō el monasterio de san Antonio el Real de la ciudad de Segouia, sobre los diezmos de la dehesa de Milla, y sobre quien auia de conocer de la dicha causa, y cō esto se remitio al dicho juez, diziēdo, q̄ no hazia fuerça en no otorgar la apelacion.*

Nec praedictis obstat doctrina Speculatoris, quia intelligitur illa detētio fructuū, intra 24. horas, vt tradit Tessaurus, *supr.* Et haec omnia, quę dicta sunt, habent locum, quando iudex conseruator
40 procedit contra iudicē ecclesiasticum. Sed † quid dicemus, si procedat contra iudicem laicum ex eo, quia contra ordinationes loci dicti religiosi mittunt pecora in suis patris, prout contingit in hac ciuitate,* en el termino de la legua, cuyo pasto està reseruado para el obligado de las carnicerias, para que den mas barata la carne, y ninguno otro puede sin pena meter alli sus ganados,* Du-
41 bium est quotidianū, an † iudex laicus sit competens ad expellendas oues & boues, & vniuersa pecora campi à dicto pasto, & ad exequendas poenas ordinationis ciuitatis contra transgressores, maximè cum hodiè habeamus *legem Regni, 12. tit. 1. lib. 1. recopilationis,* quae videtur disponere nostrā dubitationē pro iudice saeculari, ibi: "*Y si en algunos lugares de nuestros Reynos fuere ordenado, que se guarden los panes, y las viñas, y los otros frutos de las heredades comunes del pueblo, y fuere hallado, que hazen daño las bestias, y ganados de los clerigos, que en razon de pagar las penas, y lo que assi fuere ordenado, todos assi clerigos, como legos, lo paguen, y que las penas se cobren, assi de los vnos, como de los otros*"* Y por esta ley vemos, que se procede cōtra los monasterios, y personas ecclesiasticas, en las causas de mestis, quando sus ganados hizieren algun daño, y se cobran por la justitia Real las condenaciones: y aunq̄ se lleua la causa por via de fuerça, se declara, que la haze el juez ecclesiastico, y se remite la causa al juez Real de la mesta, ò se retiene en la Chancilleria,* vt dixi *lib. 4. commun, quaest. 1. à numer. 620.* & tradit Gutierrez *lib. 1. practicarum, quaestione. 4. num. fin.* vbi refert, quòd in simili per viam violentiae fuit iudicatum, Bobadilla, *in sua Politica, lib. 2. capit. 18. numer. 243. & 244.* & Gironda, *de Gabellis, 2. part. in principio, numer. 51.* vbi tenet, quòd quaedam causa fuit deuoluta ad Regalem Cancellariam Pincianam, & Granatensem; & declaratum fuit, iudicem ecclesiasticum vim facere, procedendo per censuras contra iudicem saecularem; qui ad satisfactionem damni, & poenae ordinationis, animalia clericorum detinuit. Et quia † casus iste est valdè frequens, decreui omnia, quae in hoc casu scripta sunt, referre, vt faciliùs casus violentiae intelligatur, & iurisdictio iudiciis saecularis manifestetur. Et quia faciliùs veritas per contraria indagatur, prima fronte videtur dicendum, iudicem saecularem vim facere, procedendo contra bona clericorum vel religiosorum, pro executione poenae ordinationis, vt ex multis traditis per Gutierrez, *lib. 1. practicarum, quaestione, 2.* colliges, quia aliàs violaretur iurisdictio ecclesiastica, contra capit. cum minus, cap. aduersus, de immunitate Ecclesiarum, & ex nostratibus istam opinionem videtur tenere Auendañus, *de exequendis mandatis, cap. 4. in 1. part. nu. 30.* per textum *in l. 24. tit. 15. partit. 7.* vbi Gregorius, *verbo, el ganado,* Castillo, *in l. 70. Tauri, nu. 1.* Auiles, *in capit. Praetorum, capit. 17. glos. 1. num. 12.* qui tenent, quod † clerici sunt conueniendi corā iu-
dice ecclesiastico, pro damno facto à suis animali- 43
bus; quia laicorum statuta non ligant clericos, vt latè defendit Rebuffus, *ad Regias constitutiones Galliae, tit. de lit. oblig. in proemio, glos. 1. nu. 55. &* faciunt tradita, per Couarr. *pract. q. 1. c. 33. num. 7.*

Sed pro iudice laico non desunt auctores & fundamenta, (vltra superius tradita) qui resoluunt tales † ordinationes & statuta, quae respici-
unt bonum publicum totius communitatis, com- 44
prehendere, tàm laicos, quàm clericos & religiosos, vt tradit Vulpellus, aliis citatis, *lib. de libertate ecclesiastica, 3. part. nu. 15.* & tenet Ias. in terminis, *in l. placet, in 1. & 2. lectur. 1. C. de sacrosanctis Ecclesiis,* vbi resoluit, quòd, si vniuersitas habeat loca destinata ad pastum animalium, potest facere ordinationem, ut nullus mittat animalia sua ad pascendum, nisi soluta mercede: quae ordinationes comprehendunt clericos, & personas ecclesiasticas; quia, cum omnes sint ciues reipublicae temporalis, in ordine ad bonum publicum, tenentur ordinationes & statuta populorum seruare, sicut quilibet laicus, ita consuluit Abb. *cons. 6. volum. 1.* Antonius de Nigris, *in repetitione extrauagantis vnica, de vita & honestate clericorum, numer. 112. in fin.* quia † nullo iure aut priuilegio reperitur
concessum, quod clerici possint vti rebus & pas- 45
cuis alienis; inuito domino, vt tradit Lucas de Penna, *in l. iubemus, colum. 1. C. de nauibus non excusand. lib. 11.* Vbi ex hac ratione infert, posse † 46
Principem saecularem statuere, quòd animalia clericorum & Ecclesiarum à suis pascuis arceantur vel etiam à pascuis priuatorum, & sequitur Auiles *in capit. praetorum, capit. 17. glos. buenas, num. 12.*

In † qua re Gutierrez, *vbi supra dicta quaestio-* 47
*ne, 4. num. 2.* distinguit, quod aut iudex saecularis procedit contra personam clericorum & religiosorum, pro executione poenae ordinationis, vel contra ipsa pecora & pastores, qui fuerunt reperti, nocturno vel diurno tempore, in pascuis alienis, vel prohibitis vsque ad certum tempus. In primo casu profectò iudex ecclesiasticus non facit vim procedendo per censuras contra iudicem saecularem; & ita debent Regij Auditores declarare, vt ego etiam dixi in casu simili, *lib. 4. commū. quaestione, 1. à numer. 621.* in secundo verò casu, quando iudex saecularis procedit contra pecora

clericorum, & eorum pastores, non post ecclesiasticus procedere contra laicum; & si procedat, faciet vim, ut in terminis tradit Gutierrez, *suprà, dict. quæstione, 4. num. 4.* vbi refert, quod ita fuit iudicatum in casu de facto contingenti, in Regali Cancellaria Pinciana, & dicit esse menti tenen-
48 dum pro intellectu † *dicta legis, 12. tit. 13. libr. 1. recopilationis*, cuius verba singularia sunt in his cognitionibus per viam violentiæ, siuè causa agitetur coram iudice sæculari, siue corã iudice con-
49 seruatore, ibi † *Ex quibus etiã iterum consultus respondi iuxta primũ casum distinctionis supradictæ; cum fuisset denunciatum coram quodam sæculari de quibusdã religiosis, eo quod animalia sua minimè describi iussissent, iuxta, l. 13. tit. 18. lib. 6. recopilat. sub pœna amissionis eorundem, prædictũ iudicem sæcularem minimè cõpetentẽ esse contra religiosos, eo quod aduersus personas eorũ, quibus imputabatur culpa, ex omissione descriptionis, corã suo iudice conseruatore agendũ esset, præcipue, cum animalia prædicta nullum damnum dedissent, sed domini coram omisissent prædictam descriptionem, si facta non erat, & sic de eorum neglegentia agebatur. Quo audito responso, religiosi conseruatorem eligerunt virtute literarum Apostolicarum; qui quidem iudex cõseruator processit rite aduersus prædictum iudicem laicum, & causa delata ad Regiam Cancellariam Pincianam, per viam violentiæ fuit remissa ad prædictum iudicem ecclesiasticum conseruatorem, cuius iurisdictioni sæcularis obtemperauit, & mandato ecclesiastico conseruatoris se à causæ cognitione inhibuit, virtute dicti decreti Regalis Cancellariæ.* Et in alio simili casu idem affirmat Gironda, *vbi supra, 7. part. in principio, num. 5. in fine*, & Azenedo, *in l. 12. tit. 13. lib. 1. nu. 2.* qui dicit, in Regali Cancellaria Pinciana, & Granatensi, ita fuisse iudicatum per modum violentiæ. Et istam opinionem defendit Ahumada, *in scholijs ad Gregorium* Lopez, *in l. 45. tit. 6. part. 1. glos. 2. num. 19.* & vide Gregor. *in l. 51. tit. 6. part. 1. glos. verbo,* * *por razon de sus personas,* * *& in l. 24. tit. 15. p. 7. verb.* * *el ganado,* * qui dubie loquitur;
50 & resoluunt, quod † dominus gregis tenetur de damno pastoris. Et sic iam iste casus videtur de iure & de stylo Curiarum Regalium decisus, vt tũc iudex sæcularis faciat vim, si procedat contra ecclesiasticos, secus, contra eorum bona & pastores.
51 Sed † in hac controuersia, & in resolutione ipsius; tres casus constituit nouissimè. Mart, *de iurisdictione, 4. part. centuria, 1. casu 8. à. numer. 5. versiculo, in resolutione.* Primus casus est, quando vniuersitas, ex aliqua iusta causa; ad se subleuandum constituit edicta in suos ciues vt non intrent cũ suis pecoribus certa prata, vel vineas; in quo casu, neque Ecclesia, neque clerici, neque eorum animalia possunt occupare dicta pascua sub pœna ordinationis & statuti; & quod in simili casu sic respondit Ripa, *responso, 57. sub titulo de interdictis, in, 2 part.* quia, cum clerici sint ciues Reipublicæ & vniuersitatis, tenentur seruare constitutiones & ordinationes populorum; & sic possunt conueniri coram iudice sæculari; quia illæ constitutiones & ordinationes sunt generales, & non particulares contra personas, sed contra omnes ciues, mittentes sua pecora in dictis pratis.

Secundus casus est, quando edicta & ordinationes faciunt specialẽ mentionem de clericis & personis ecclesiasticis, vt teneantur pro huiusmodi damnis; quia tunc edicta non valent, & per consequens, iudex sæcularis non potest se intromittere in punitione ordinationis, aduersus clericos, neque custodes animalium, quia clerici, per indirectum grauarentur, vt docet Bart. *in l. bipenes, C. de agricolis, & censitu, lib. 11.* Felinus *in capit. Ecclesiæ sanctæ Mariæ, de constitutionibus, numer.* [illegible] vbi dicit, quod licet statutum sit contra custodes clericorum, erit contra libertatem ecclesiasticam indirectè *contra capit. fin. de immunitate Ecclesiarum, lib. 6. authentica, cassa & irrita, C. de sacrosanctis Ecclesijs, capit. nouerint de sententia excommunicationis.*

Tertius casus est, quando ordinatio populi nullam facit mentionem clericorum, neque de custodibus eorum animalium; & tunc aut in pascuis fecerũt magnum damnum, vel leue vt puta, quia per vnum diem, vel vnam noctem pascua sumpserunt, & quòd tunc non possit exigi pœna; si verò fecerunt magnũ damnũ, quòd tũc, neq; clerici neq; eorũ animalia tenẽtur, sed solũ custodes [illegible] ci, id dicit tenere glossam ex antiquis, Ioannes Andræas, Antonius de Butrio, *in capit. grauem, [illegible] 2. de sententia excommunicationis*, Lucas de Penna, *in l. iubemus, C. de nauibus non excusandis, lib.* [illegible] & quod in hoc casu custodes non teneantur, [illegible] facta speciali prohibitione, & quòd ista sit veritas huius dubiæ quæstionis.

Sed † salua pace, neque illa distinctio est vera, 52
neque tenenda; quia illa differentia, quæ constituitur, an damnum sit magnum, vel modicum, in hac materia non est iuridica, quia illud, quod differt secundum plus vel minus, non differt substantia, *l. fin. D. de instructo, vel instrum. leg.* & nunquam animalia retinentur in pratis per multum tempus, quia statim eiiciuntur à pastoribus, & si ipsi tenerentur, & non domini, nunquam exactio pœnę haberet locum, quia ut plurimum dicti custodes sunt personæ pauperes, & cum pecora recipiant vtilitatem & incrementum ex fruitione dictorum pastorum, non est à ratione alienum, vt qui sentit commodum, sentiat damnum; maximè quia semper animal pro noxa tenẽtur, vt *in toto titulo, D. de noxalibus, action* maximè, quia domini, licèt teneantur de mala custodia pastoris, ipsi habent recursum aduersus illum; & sic non est recedendum à nostra resolutione, vt clerici teneantur soluere damnum, & executio possit fieri in suis animalibus; & si ob hãc causam iudex ecclesiasticus procedat contra iudicem sæcularem, erit recursus per viam violentiæ ad tribunalia Regalia, interposita priùs appellatione, vt sæpè dictum est.

Vnum tamen pro complemento huius quæstionis & materiæ non omittam, quia sæpè de hoc vidi dubitari, * En † las licencias que se piden para vender la boia de las viñas, para causa publicas, ò fabricas de Iglesias, y quando algun Conuento quiere acotar algun prado paradehesa, y arrendarle

dale para sus gastos publicos, [illegible] dempcion de alguna censo, si podra ella, y el Concejo contradezirlas solo vn vezino, y si basta su contradicion, para que no se acoten prados, ni vendã las hojas de las vinnas. * Et quod sufficiat vnius contradictio resoluit Capecius, decis. 152. & Francus, decis. 197. quia pascua non sunt omnibus communia, vt singulis, non vt vniuersis, & sic vnus solus est dominus, cui
14 non potest totus populus præiudicare, quia † quilibet est dominus iure singulari & proprio, & ita in propriis terminis resoluit Rip., responso 12. secund. part. tit. de interdictis, & sequitur Marta, vbi supra, 4 part. centuria, 1. casu, 8. numer. 7. & ita vidi practicatum. * Y darse prouision Real de pedimiento del notario Alonso Chinchilla, para que no se vẽdiesse la hoja de las vinnas de [illegible], no obstãte el consentimiento de todos los demas vezinos, y del Concejo, porque se trataua de su perjuyzio: y lo mismo quando se acotaron vnos prados para aprouechamientos publicos, * quia in vtroque casu sufficit minor pars, ut tradit Ias. in l. quod maior D. ad municip. neque in hoc casu locũ habet dispositio, dict. l. quod maior, quam limitat Ias. ibi, pluribus modis, quia quod omnes, vt singulos, tangit, debet ab omnibus approbari Clementina 1. & 2. de censibus, cap. ad hoc de officio Archidiaconi, cum vulgatis. Quod tene menti, quia omnia sunt practicabilia, & sæpe de facto contingunt; quæ omnia sunt intelligenda in quæstione proposita, quando conseruator procedit contra laicos, si habeat conseruatoriam confirmatam à Rege, aliàs secus, vt in dict. l. 1. & 2. tit. 8. lib. 1. recopilat.

## SVMMARIVM.

1 Lex finalis, C. de edicto diui Adriani tollendo declaratur.
2 Appellatio non admittitur in iudicio possessorio legis fin. C. de edicto diui Adriani tollen. secundum quosdam.
3 Lex, quicquis, C. quorum appellationes non recipiuntur declaratur.
4 Appellationis prohibitio intelligitur de suspensiua, non de deuolutiua.
5 Practica dict. l. finalis refertur in tribunalibus Hispaniæ.
6 Appellatio non habet effectum suspensiuum à datione possessionis, ex lege Soriæ, & d. l. fin.
7 Ius canonicum non admittit appellationem in omni possessorio iuditio.
8 Appellatio non admittitur de iure canonico in iudicio possessorio leg. fin.
9 Lex Soriæ, est lex, 9. tit. 13. lib. 4. recopilationis.
10 Exceptio falsitatis, an impediat possessionem legis finalis, C. de edicto diui Adriani.
11 Vitia visibilia non impediunt missionem ex [illegible].
12 Falsitas duobus modis considerari potest, ciuiliter, criminaliter.
13 Lex, [illegible], C. ad l. Corneliam de falsis declaratur.
14 Suspicio falsitatis habetur pro falsitate, in ciuilibus, & declaratur num. [illegible]
15 Lex, iubemus, C. de probationibus, declaratur.
16 Lex 44. tit. 18. par. 3. declaratur.
17 Scripturæ suspectæ non est fides adhibenda.
18 Duæ præsumptiones sufficiunt ad inducendam falsitatem, vt non detur fides scripturæ.
19 Scriptura, quando dicatur, quod sit suspecta.
20 Falsitas est difficillimæ probationis.
21 Suspiciones & argumenta sufficiunt ad inducendam falsitatem.
22 Suspicio falsitatis est mutatio signi, & styli cõsueti.
23 In materia falsitatis attenduntur argumenta a communiter accidentibus.
24 Falsitas inducitur ex mutatione sigilli.
25 Falsitas inducitur ex non vero simili.
26 Probatio per verisimile arguit falsitatem.
27 Verisimilitudo sufficit, vt scriptura præsumatur falsa.
28 Præsumptio, quæ sumitur à naturali cõiectura, est probabilis.
29 Instrumentum antiquitus confectum, & nouiter registratum, falsi suspicione laborat.
30 Instrumentum, quod nunquam fuit obseruatũ, præsumitur falsum.
31 Lex 2. C. de edicto diui Adriani toll. declaratur.
32 Falsi testamenti allegatio non impedit missionem.
33 Exceptio falsitatis requirit altiorem indagationem, quæ non admittitur in iudicio possessorio.
34 Falsitas iuris, vel facti, non admittitur ad impediendam possessionem.
35 Remedium adipiscendæ possessionis est summarissimum.
36 Iudex solum apparentiam extrinsecam testamenti debet inspicere.
37 Præsumptio est pro testamento non rupto, neq; cancellato.
38 In beneficialibus dantur iudicia possessoria, & non admittitur exceptio falsi testamenti.
39 Prouisio & collatio cappellaniæ est facieda appellatione remota.
40 Lex, iubemus, 24. C. de probationibus declaratur.
41 Præsumptio falsitatis habetur pro falsitate, & qualiter intelligatur.
42 Ad inducendam falsitatem requiritur, quod tabellio sit conuictus de falso.
43 Lex 115. tit. 18. par. 3. declaratur.
44 Resolutio quæstionis traditur.
45 Practica cognitionis per viam violentiæ, in hac quæstione refertur.

## QVÆSTIO XII.

*Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo, appellatione remota, sententiam missionis in possessionem* ex tit. de edicto diui Adriani tollendo *& vtrùm per exceptionem falsitatis impediatur possessio, & quid in beneficialibus.*

Regula iuris ciuilis est, non † admittendam esse appellationem à sententia interlocuto-

ria vel definitiua, lata fauore hæredis scripti, per
quam mittitur in possessionem bonorum, ex ti-
tulo de edicto diui Adriani tollendo vt in l. fin. C.
*de edicto diui Adriani tollendo*, vt cauetur *in l. vl-
tima, D. de appellationibus recipiendis, l. quisquis,
C. quorum appellationes non recipiantur*, in tantū,
2 quod † non solum quo ad effectum suspensiuum,
sed etiam quo ad deuolutiuum, prohibitam esse
appellationem scripserunt, Boerius, *quæstione*,
44. Petrus Benintendi, *decis.* 9. *numer.* 7. Iose-
phus Ludouicus, *decis. Perusina.* 20. *numer.* 10.
quos etiam [illegible] Fachineus, *lib.* 1. *controuer-
siarum* [illegible], *cap.* 76. *litera.* [illegible] qui mouetur ex de-
3 cis. [illegible] *in dict. l. quisquis*, quæ † lex non exclu-
dit appellationem deuolutiuam, sed solum suspē-
4 siuam executionis possessionis: quia † quoties lex
disponit [illegible] appellatio non admittatur, intelli-
gitur de suspensiua, & non de deuolutiua, vt tra-
dit Menochius, *de adipiscenda possessione, remedio*
4. *num.* 527. & nouissime Scaccia, *de appell. quæst.*
17. *limit.* [illegible] *membro.* 4. *num.* 6. quod ampliat, *nu.*
9. [illegible] per aut possessio, ex testamento nun-
cupatiuo, & etiam ab intestato, quia non impedi-
tur executio possessionis per appellationem. Et
istam opinionem sequitur, Salcedo, ad Bernardū
5 *Diaz. regul.* 36. *versic. sub limita*: vbi dicit, quod †
in tribunalibus Hispaniæ vsu receptum est, quòd
non fiat reuocatio attentatorum appellatione
pendente, ab ea sententia, quæ lata fuit super im-
missione bonorum in fauorem hæredis, *iuxta. l.
fin. C. de edicto diui Adriani toll.* Idem tenet Cache
ranus, *decis.* 47. Ponte, *cons.* 10. *num.* 53. Rolandus,
*cons.* 33. *numer.* 13. & *cons.* 77. *num.* 9. & 14. *volum.* 1.
Hieronymus Gabriel, *cons.* 35. Lancellotus, *de at-
tentatis*, [illegible] *cap.* 12. *de appellat. pen. cap.* 25. *limitat.* 1.
Petrus, de Benintend. *decis.* 17. Afflictis. *decis.* 264.
Crescentio, *decis.* 120. *de appellat.* Verallus, *decis.*
223. *n.* 1. *part.* vbi dicit, ita fuisse resolutum. Et ita
fuit etiam iudicatum per Rotam, vt tradit Viuius,
*decis.* [illegible] 9. *num. fin.* Spino, *in speculo testamentorū*,
*glos.* 34. Simon de Pratis, *de interpretatione, vlti-
marum voluntatum, lib.* 5. *interpretatione*, 2 *du-
6 bitatione*. 3. *n.* 35. Paridorius, *lib.* 2. *rerum quotidia-
narum, cap.* 5. *numer.* 3[illegible], vbi dicit, à † possessionis
datione, quæ fit ex remedio *legis fin. C. de edict. di-
ui Adri. & legis Soriæ*, non fore locum appellatio-
ni de iure communi, neque Regio, ad effectum
suspensiuum: & sequitur nouissimè, Castillo,
*libro tertio controuersiarum iuris, cap.* 24. *nu-
mero.* 1[illegible]9. & Peregrin. *de fideicommissis, articulo*,
48. vbi latè prosequitur istam materiam, vltra
Menochiu, *de adipiscend. possess. remed.* 4. *n.* 507.

Hæc omnia sine dubitatione procedunt de iu-
re ciuili, & Regio, sed de iure canonico, ad idem
7 [illegible] dubium est, num † eo iure inspe-
cto [illegible] in omni iudicio possessorio admit-
tatur, vt [illegible] *cap.* [illegible] *de appellationibus, capit. signifi-
cauerunt. 1, de testibus, Clementina*, [illegible] *de causa poss. &
propriet. Clementina*, [illegible] *de sequest. possess. & fruct.*
Sed in hac controuersia [illegible] Rallus, *cons.* 14. *numer.* 1.
8 *lib.* 1. & *cons.* 223. tenet, quòd † etiam de iure ca-
nonico non admittitur appellatio, quo ad [illegible]
suspensiuum in hoc iudicio possessorio, ex edicto
diui Adriani quem sequitur noster [illegible]

uarruuias, *practicarum, quæstionum, cap.* 28. [illegible]
8. & Salcedo, *ad Bernardum Diaz, regul.* 30. [illegible]
*sub limita in fine*, & pro hac opinione consu-
luit Hippolytus Riminaldus, *cons.* 494. *numero.* [illegible]
*volum.* 5. vbi per totum consilium prosequitur
materiam nostræ quæstionis propositæ, & Franci-
scus Viuius, *decis.* 409. *libro, tertio. numer.* 29. [illegible]
dicit, quòd est opinio sanctissima, decis. Perusina
20. Marcus Eugenius, *cons.* 71. Mandosius, *ad
consil. Romani.* 324. Et ita iudicauit Rota Roma-
na, apud Mocdanum, *decis.* 5. *alias* 47. *de* [illegible]
*tionibus.* Et sic iudex ecclesiasticus non faciet [illegible]
exequendo suam sententiam missionis in posses-
sionem, ex remedio *dicta, l. fin.* & † *legis Soriæ* 9
quæ est *lex.* 3. *tit.* 13. *libro, quarto. recopilationis*.
Quæ leges, cum non sint contrariæ dispositioni
iuris canonici, seruandæ sunt, & practicandæ in
vtroque foro, vt *in c.* 1. & 2. *de noui operis nuncia-
tione.*

Est tamen pulchrum dubium, de quo fuit [illegible]
valde controuersa, in hoc consilio domini Archi-
episcopi, circa prouisionem cuiusdā capella-
niæ † iam, quod non admittatur appellatio in [illegible]
iudicio de iure canonico, admittatur exceptio fal-
sitatis non visibilis contra testamentum, ad impe-
diendam missionem in possessionem. Et in primis
animaduertendum est, quòd non loquimur, de
rasura testamenti, vel cancellatione, quia tunc [illegible]
*cta lex. fin.* impedit missionem: sed de vitio inuisi-
bili, quod non potest oculis vel sensu compre-
hendi, sed tantum iudicio intellectus, quæ dicuntur
vitia inuisibilia: & † tunc illa vitia non impediunt
missionem, vt est tex. singularis, & expressus, *in l.*
2. *C. de edicto diui Adriani*, vt declarat Sichard. *in
repet. d. l. fin. à n.* 16. quibus sic suppositis, dubium
vertitur, si in prouisione cappellaniæ opponatur,
quod testamentum vel codicillus est falsus vitio
inuisibili, an sit impedienda prouisio capellaniæ,
propter suspicionem falsitatis, vel reseruanda il-
la exceptio ad iudicium proprietatis, facta pro
legitima & canonica institutione. Et pro [illegible]
declaratione huius difficillime quæstionis [illegible]
aduertendum est dupliciter † posse falsum conside- 12
derari; primo modo, respectu puniendi [illegible]
secundo, ciuilitèr, vt fides instrumento [illegible]
non adhibeatur, & de his duabus [illegible]
Imperator, [illegible] *in l. Damus, C. ad l. Corneliam de fal-* 13
*sis.* Et † quando causa ciuiliter intētatur, suspicio 14
falsitatis habetur pro falsitate, ibi [illegible]
*minatio procedat*, [illegible] *ca. fin. de crimine falsi* [illegible]
*Nullum falsitatis signum, vel suspicionem inueni-
mus lex.* 1. *§. si quis neget D. quemadmodum* [illegible]
*aperiantur*, ibi: * *Sed alias* [illegible] *lex* [illegible] 16
*mus*, 24. *C. de probationibus*, ibi: * *Iubemus omnes*
*qui scripturas suspectas* [illegible]
*in iudicio promiserint*, [illegible] eundem tex. declarat Ca-
cheranus, *decis.* [illegible] *n.* 10. [illegible] *de probationi-
bus, vol.* [illegible] 9. *num.* 4. & confirmat nostram 17
sententiam, textus, † *in lib.* 44. *tit.* 16. *par.* [illegible] vbi
probatur, quod suspicio falsitatis in ciuilibus ha-
betur pro falsitate: & sic † non est danda [illegible]
pturæ suspectæ, vt resoluit Cacheran. *decis.* [illegible]
Decian. *resp.* 91. *lib.* 3 *vers.* 9. [illegible] vbi
resoluit, quod † sufficiunt duæ præsumptiones su- 18
spicio-

ſpiciones, vt non detur fides ſcripturæ, vt docet
Menochius, lib. 2. de arbitrariis, cẽturia. 2. cap. 187.
Ioannes Hondedæus conſil. 99. lib. 2. num. 3. & 49.
19 vbi reſoluit, quòd † in ciuilibus, ſola ſuſpicio fal-
ſitatis habetur pro falſitate. Sfortia, conſil. 78. vbi
dicit communem, Mandellus Albanenſis, conſil.
97. lib. 1. Burſatus, conſil, 311. lib. 3. num. 88. vbi lo-
quitur de vitio viſibili & inuiſibili, & Ioannes
Hondedæ. dicto conſil. 109. lib. 1. num. 2. & numer.
61. Antonius Gamma, deciſ. 241. vbi dicit fuiſſe
iudicatum contra ſcripturam ſuſpectam de falſo,
Ludouicus, deciſ. Lucenſi, 15. numer. 66. vbi et-
iam dicit communem, Surdus, conſil. 6. libr. 1. nu-
mer. 4. Paulus AEmilius, deciſ. 4. libr. 1. vbi dicit,
20 illud procedere ex eo, quia † falſitas eſt difficilli-
mæ probationis, & ſic nimirum ſi procedatur per
argumenta, vt tradit Franciſcus Viuius, deciſ. 81.
libr. 1. & num. 10. vbi dicit, quòd ſufficiunt duæ
præſumptiones, quia ſuſpicio in ciuilibus eſt ſuf-
ficiens, vt quis detineatur, in carceribus, vt in
dict. l. iubemus, & tradit Aymon, conſil. 28. lib. 1.
numer. 9 Becius, conſilio, 78. numer. 9. Decius, con-
ſil. 189. numer. 2. Marcus Antonius Peregrinus,
conſil. 92. lib. 1. num. 2. Iulius Clarus, receptarum
ſententiarum, § falſus, numer. 3. Parladorius, lib. 2.
rerum quotidianarum, cap. fin. § 11. numer. 37. Bur-
gos de Paz, conſil. 6. numer. 3. Paulus caſtrenſis, in l.
ſumma, nu. 5. D. ad l. Iuliam peculat, ibi: * Et clarum
eſt, quod ea, quæ liquido probari non poſſunt, pro-
21 bantur per præſumptiones: & † iſtæ ſimulationes &
fraudes liquido probari non poſſunt, quia non ad-
hibentur teſtes, cum committuntur; & itaq; ſuffici-
unt præſumptiones & argumenta, * textus in l. non
omnis, §. a barbaris, D. de re militari, ibi: * Sed licet
hoc liquido conſtare non poßit, argumentis tamen
cognoſcendum eſt, * Ita docet Burſatus, conſil. 239.
lib. 3. num. 15. vbi ait, quòd ſufficiunt ad plenam
probationem, ſuſpiciones, argumenta, veriſimili-
tudines, adminicula, & leuia indicia: vt etiam re-
fert Becius, conſil. 32. numer. 41. & Andreas Gadi,
lib. 2. obſeruationum. cap. 149. num. 2. Pacianus, cõſ.
22 6. num. 17. & † præſumptio falſitatis eſt, quando
mutatur ſtylus conſuetus, vt tradit Sfortia, conſil.
78. numer. 1. & præſumptio ſumitur ab his, quæ
accidunt in ſolitũ, & inducunt ſuſpicionẽ iuris &
23 de iure, Becius, conſil. 52. nu. 77. Et † in materia
falſitatis attenditur argumentum à communiter
accidentibus, vt conſiderauit Surdus, dict. conſil.
24 132. numer. 22. liber. 1. Et † præſumptio falſitatis
deducitur ex mutatione ſigilli, Paulus AEmilius
deciſ. 3. ſecund. part. numer. 16. ibi: * Accedit etiam,
quod ſigillum appoſitum inſtrumento erat ſuſpectũ,
quia videbatur ſublatum ab aliqua alia Bulla, &
poſitum in literis inſtitutionis, de quibus agebatur:
ex quo fides illius multo magis diminuebatur. * Et
25 † quando tractatur de non veriſimili, arguitur
falſitas, Baldus, in l. 1. C. de ſeruis fugitiuis, Aymon,
conſil. 75. lib. 1. numer. 24. Decianus, reſponſo, 9. lib.
3. numer. 45. Magonius, deciſ. Florentina, 83. nu-
mer. 4. Syluanus, conſilio. 68. libr. 1. & conſil. 81.
libr. 2. numer. 21. Surdus, conſil. 132. libr. 1. numer.
21. & conſilio. 61. numer. 37. Alexand. Ambro-
ſius, deciſ. 24. numer. 9. Cacheranus, deciſ. 7. nu-
26 mer. 24. vbi dicit, quòd † ad probandam falſita-
tem in ciuilibus, ſufficit probatio per veriſimile,
vel non veriſimile. Idem Cacheranus, deciſ. 117.
numer. 8. vbi dicit, quòd † veriſimilitudo ſuffi- 27
ciat, vt ſcriptura præſumatur falſa, Tiberius De-
cianus, reſponſo, 6. lib. 3. n. 75. vbi dicit, quòd ve-
riſimilitudo colligitur à ſolitis, & in ſolitis, & à
naturali ratione, quæ omne iudicium dirigit hu-
manum, & Becius. conſ. 52. n. 62. quod † præſum- 28
ptio, quæ ſumitur à naturali coniectura, & ratio-
ne intellectus, eſt probabilis, Nicolaus Bernerius
conſ. 17. libr. 1. n. 12. Marcus Antonius Peregrinus,
conſ. 2. n. 81. lib. 2. Burſatus, conſ. 20. n. 44. lib. 1. Be-
cius, d. conſ. 52. n. 73. Et † inſtrumentum antiqui- 29
tus confectum, & nouitèr regiſtratum, falſi ſuſpi-
cione laborat, vt docet Menochius, libr. 2. de arb.
centuria. 2. caſu. 187. num. 38. Baldus, conſil. 37. lib.
1. vbi dicit, quòd † inſtrumentum, quod nunquã 30
fuit obſeruatum, præſumitur falſum, Aymon,
conſilio, 10. libr. 1. numer. 5. Decianus, reſponſo, 22.
numer. 20. libr. 2. & reſponſo, 55. libr. 2. n. 36. ibi: *
Secundo colligitur, quod, cum teſtamentum domi-
næ Laurentiæ non fuerit obſeruatum, non debet
nunc obſeruari, argumento eorum, quæ de legibus
& ſtatutis tradunt omnes, * & rurſus, numer. 37. *
ſicut inſtrumentum obſeruantia & agnitione con-
ſeruatur, pariter è contra, non obſeruantia inducit
reprobationem & inefficaciam. * Et idem tenet
Burgos de Paz, conſil. 37. num. 17. ex quibus vide-
tur dicendum, admittendam eſſe exceptionem
falſitatis, & quòd ſit probata falſitas teſtamenti ex
coniecturis.

Sed pro contraria parte videtur textus † ex- 31
preſſus, in dict. l. 2. C. de edicto diui Adriani, ibi:
* Quamuis quis ſe filium defuncti præteritum eſſe
alleget, aut falſum vel inofficioſum teſtamentum,
ſeu alio vitio ſubiectum, vel ſeruus defunctus eſſe
dicatur, tamen ſcriptus heres in poſſeßionem mitti
ſolet, * Quem textum declarat Mandoſius, conſil.
103. Decius, conſil. 84. Peregrin, de fideicommißis,
quæſt. 48. nu. 29. Ex quibus deducitur, quòd † ex- 32
ceptio falſitatis nõ impedit miſſionẽ poſſeſſionis,
quia † illa exceptio requirit altiorẽ indagationẽ, 33
quæ non admittitur in iudicio poſſeſſorio proui-
ſionis capellaniæ ex teſtamento, non rupto, neq;
cancellato: quia aliàs ſemper allegaretur falſitas
teſtamenti, & impediretur executio teſtamento-
rum. Ita Menochius, remedio. 4. de adipiſcenda
poſſeßione, numer. 698. & 753. Angelus, conſil. 135.
Romanus, conſil. 235. numer. 7. Decius, conſil. 84.
Ruinus, conſil. 87. Socinus Iunior, conſil. 75. num.
19. Verolus, conſil. 54. num. 8. & conſil. 56. & 57. n. 13.
volum. 2 Riminaldus Iunior, conſil. 352. numer. 68.
Bertazolius, conſil. 52. vbi dicit, illud † procede- 34
re, ſiuè dubium ſit facti, vel iuris. Olaſcus, deciſ.
23. Et eſt ratio, quia † hoc remedium eſt poſſeſ- 35
ſorium adipiſcendæ, & in poſſeſſoriis non admit-
titur exceptio de defectu proprietatis, vt reſoluit
Peregrin, de fideicommißis, articulo 45. numer. 34.
& Menochius, vbi ſuprà. numer. 751. Rolandus,
conſ. 2. numer. 35. libr. 3. Natta, conſ. 234. numer.
7. Crauetta, conſ. 258. & ſic † iudex in hac ma- 36
teria ſummariſſima miſſionis in poſſeſſionem,
ſolum apparentiam extrinſecam teſtamenti de-
bet inſpicere, vt docet Baldus, in dict. l. fin. nu-

*mer.6.* & ibi Sichardus, & Zuchardus, *num.* 168.
37 Menochius, *vbi supra numer.683.* quia † præsumi-
tur pro testaméto, *l. si post. C. de iuris, & facti igno-
rantia.* Quæ opinio generaliter procedit in
omni possessorio adipiscendæ, tàm in profanis,
38 quam † in beneficialibus, prout in nostro casu, vt
pluribus citatis resoluit Peregrin, *de fideicommis-
sis, articulo, 48. numero,* 31. vbi dispositionem tex-
tus *in dict. l. 2.* de qua mentionem fecit; *numero,*
*29.* ampliat ad causas beneficiales, cum sit eadem
ratio, & iuris dispositio, & à maioritate rationis,
in foro ecclesiastico, & in materia beneficiali, il-
lud debet obseruari, ne impediantur animarum
suffragia, propter retardationem prouisionis cap-
pellaniæ, prout necessario retardabuntur, si ad-
mitteretur dicta exceptio falsitatis inuisibilis, cui
est obuiandum, vt diximus, *libro, quarto com. q. 1*
39 *numer. 841.* vbi ex hac ratione diximus, quòd †
prouisio & collatio capellaniæ est facienda appel-
latione remota.

Nec supradictæ resolutioni obstant pro con-
40 traria parte adducta, maximè text † *in dict. l. iube-
mus, 24. C. de probationibus*, quia illa lex intelligi-
tur, quando est suspicio contra tabellionem, ibi: *
*Quia aliàs fecit malas scripturas, vel quia vitium
erat visibile,* * & sic loquitur illa lex de vitio visi-
bili, vt tradit Menochius, *remed. 4. de adipiscenda
possessione. n. 699.* Mascard. *vol. 2. de probat. concl.*
41 739. *n.* 4. *&* 6. vbi † declarat illam regulam, quod
præsumptio falsitatis habetur pro falsitate, quòd
procedat, quando vitium est visibile, ibi: * *Quod,
quando suspiciones oriuntur ex vitio visibili ipsius
scripturæ, procedit illa communis opinio, quod su-
spicio habetur pro plena probatione, alias secùs,* * vt
tradit Roland. à Valle, *cons. 2. num. 43. vol. 3.* Iulius
Clar. §. *falsum. n.* 38. Cacheran. *decis.* 117. *n. 7. & n.*
42 11. *&* 12. vbi † etiam requiritur cum vitio visibili,
quod tabellio sit conuictus de falso, ibi: * *Propter
malum nomen asserti notarii, qui alias fuit de falso
inquisitus & condemnatus, quo casu non creditur
tali instrumento,* * vt *in l. iubemus, C. de probationi-
bus,* & ibi: * *Quia ipse notarius confessus est aliud in-
strumentum falsum fecisse,* * & ibi: * *Quia non ap-
paret protocollum,* * & sic his concurrentibus, præ-
sumptio falsitatis in ciuilibus habetur pro falsita-
te, secùs verò, his deficientibus, vt conclusit Iason,
*cons. 85. numer. 4. volum. 1.* Decianus, *cons. 99. volu-
43 mine secundo.* Quòd † maximè hodiè in nostris
Regnis procedit, ex dispositione *legis. 115. tit. 18.
partita, 3.* vbi traditur forma probationis instru-
menti falsi; & sic apud Hispanos, indiciis & præ-
sumptionibus non est iudicandum, ciuiliter vel
criminaliter procedendo, instrumentum esse fal-
sum, quòd declarat Rodericus Suarez, *cons. 1. nu-
44 mero, 45. & 55.* Et † licet esset indubitati iuris,
quòd præsumptio falsitatis haberetur pro plena
probatione falsitatis in ciuilibus, vt nouissimè
post hæc scripta tradit Sese, *in decisionibus Regni
Aragonum decisione, 119. in, 2. part* vbi pulchrè &
elegantèr disputat, & resoluit hanc quæstionem
per plures numeros; illud procederet in iudicio
ordinario proprietatis bonorum, & non in iudi-
cio summario possessionis: vt contingit in execu-
tione testamentorum, siuè loquantur de iudicio
sæculari, in rebus profanis: siuè de iudicio eccle-
siastico, in rebus ecclesiasticis & beneficialibus.
Et sic, † si iudex ecclesiasticus admittat in iudi- 45
cio possessionis illam exceptionem falsitatis, ali-
cuius vitii non visibilis, *contra l. 2. C. de edicto diui
Adriani tollendo*, poterit aduersarius appellatio-
nem proponere ad pontificem, & protestari Re-
gis auxilium, & per viam violentiæ iubebitur, *
*que el iuez otorgue, y reponga,* * ad illum effectum,
vt testatorum vltimæ voluntates, & suprema illo-
rum iudicia, faciliùs, & sine aliqua retardatione,
executioni mandétur; omissa dicta exceptione,
quæ debet reseruari ad iudicium proprietatis, &
aliter iudex faciet vim, vt *in, l. 1. C. de appel.* vbi est
casus expressus, quòd tene menti: quia sæpè de fa-
cto contingit, & plura in proposito tradit Sese, *vbi
supr. decis.* 118. vbi agit de materia falsitatis instru-
mentorum, ciuiliter agendo, & *in n. 7.* constituit
regulam, quod instrumentum publicum propter
auctoritatem tabellionis censetur esse probatio
probata; & inducit casum manifestum ex eo,
quòd resultat notorium, & sic pro eo in dubio iu-
dicandum est, vbi refert plures præsumptiones
falsitatis, ut sunt, diuersitas papyri, & stigmatis, &
signa diuersa, litera recentior, quam aliæ scriptu-
ræ, & chartæ protocolli eiusdem, diuersitas attra-
menti, diffamatio & mala qualitas notarij, maxi-
mè si sit incognitus, & si instrumentum fuerit
diù occultum, & alia plurima, quæ sunt apud eum
videnda; cum casus de facto contingat, quòd ha-
bui in praxi, in consilio domini Archiepiscopi
Toletani, in productione duorum instrumen-
torum.

## SVMMARIVM.

1 *Dotis causa principaliter intentata coram iudice ecclesiastico tractari potest, ex multorum sententia.*
2 *Dotis causa pia est.*
3 *Dotis causa coram iudice sæculari, non verò ecclesiastico, agitanda est; secundum veriorem opinionem.*
4 *Dos relicta in testamento puellæ pauperi, potest peti coram iudice ecclesiastico.*
5 *Intellectus* ad capit. de prudentia, de donationibus inter vir, & vxor.
6 *Intellectus* ad cap, nuper de donationibus inter virum, & vxorem.
7 *Intellectus* ad cap. ex literis, de pignoribus, *& num* 14.
6 *Mulier habens maritum condemnatum vel fugitiuũ, & ex consequenti sibi inutilẽ, reputatur vidua, & gaudet priuilegio viduarũ.*
9 *Intellectus varij* ad cap. per vestras, de donationibus inter vir, & vxor.
10 *Iudex ecclesiasticus potest cognoscere de qualibet oppreßione vel fraude, non solum clericorum, sed etiam laicorum pauperum.*
11 *Laici non possunt recurrere ad iudicem ecclesiasticum, etiam ratione peccati, quãdo coram sæculari possunt ius suum consequi.*
12 *Dotis & alimẽtorũ causa tunc dicitur pia, quãdo dantur personæ pauperi, secùs si diuiti.*

QVE

## QVÆSTIO XIII.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, cognoscendo principaliter de causa dotis.*

1 SÆpè se offert in praxi quæstio illa satis ventilata à Doctoribus, an † quando causa dotis principaliter, & non incidenter, intentatur inter laicos, sit iudex ecclesiasticus competens, an verò sæcularis? Et quod dicta causa tractari & examinari debeat coram iudice ecclesiastico, & per consequens, quod non faciat vim, cognoscẽdo in ea, tenent Innocent. *in ca. de prudentia, de donat. inter virum, & uxorem*, & ibi Abb. *n. 7. & in c. Ecclesia sancta Mariæ, de constitutionibus, n. 16. & in c. ex tenore, n. 6. de foro competenti*, Imol. *n. 4. &* Camil. *n. 89.* Crot. *n. 65. in l. 1. D. solut. matr.* ubi Alex. *n. 14.* Cardin. *in Clementina dispendiosam, 30. q. de iudiciis*, Guillermus Benedict. *in c. Raynutius, 1. p. verb. dotem, quam et dederat. n. 26.* Covar. *in 4. Decret. 2. p. c. 8. §. 6. nu. 6. post principium*, Bald. Novel. *in tractatu. de dote, 9. p. 16. privileg.* Barbatia, *in c. ex literis, de pignoribus. n. 3.* & alios allegat Anton. Gomez, *in l. 50. Tauri, n. 53.* & eandem opinionem sequitur, & dicit communem Felinus *in cap. licet ex suscepto. n. 1. de foro compet.* Stephan. Aufror. *in tractat. de potestate ecclesiastica super laic. quæst. 27. num. 21.* Decius, *in Authent. quod locum, nu. 4. C. de collat.* & eam sequitur Mainer. *in l. ambiguus, n. 44. D. de reg. iuris.* Sylvester, *in summa, verb. dos. n. 14. vers. quartum*, & eam communem opinionem appellat, *lib. 3. titulo 1. l. 2. pag. 466. vers. dubitatur insuper*, & ibidem Tabien. *num. 21.* & Armil. *n. 26.* qui omnes affirmant, causam dotis principaliter intentatam, deduci posse in foro Ecclesiæ, & ad tuendum istam opinionem, moti sunt aliquibus iuribus, & rationibus, & præsertim ex text. *in c. de prudentia. & in c. ex literis, de pignoribus.* Ex quibus iuribus intuenti satis constabit, iudicem ecclesiasticum posse cognoscere inter laicos de causa dotis, etiam principaliter intentata: quia quãdo incidenter & accessoriè de causa matrimonii agitur, est casus cõstans apud omnes, quod iudex ecclesiasticus est competens in causa dotis, ut inquit Bulgar. *in l. 1. num. 20.* Camil. *num. 86.* & Socin. Iun. *num. 132. D. solut. matri.* Anto. Quesada, *divers. q. c. 29. n. 14.* & quos allegat Gomez, *in d. l. 50. Taur. n. 53.* Secundo ad id mouetur, DD. supr. relati, ex text. difficili *in c. per vestras, de donationibus inter virum & uxorem*, ubi tam magister R. quam H. erant sæculares, ut apparet ex eo, quia ista causa fuit agitata priùs coram consulibus civitatis Genuen. & de ea nihilominus principaliter agebatur coram iudicibus delegatis à sede Apostolica: unde illi iudices cognoscebant de causa dotis principaliter inter merè laicos, potestati laicali subiectos. Tertiò confirma-
2 tur, quia † causa dotis est pia, *ex l. cum his. §. si in ea opinione, D. de condictione in debiti.* & ibi latè Iason. *in §. si mulier, nu. 1.* & tradunt Alexand. *in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, n. 10. D. soluto matrimonio.* & pleniùs *in l. si constante, n. 18. eodem tit.* Guillermus Benedict. *in c. Raynutius, verb. soboles quam gestab. n. 5.* Anton. Corduba de Lara, *in l. si quis à liberis, §. si vel parens, n. 9. D. de liberis agnoscendis*, Covar. *in 4. 2. part. c. 8. §. 6. n. 6. post principium.* Didac. Spin. *specul. testament. in gloss. 10. principali ex n. 21.* Palacius Rubeus, *in repetitione, c. per vestras, notab. 3. §. 12. n. 5. pag. 279.* Tiraquellus, *in præfat. de privil. piæ causæ, nu. 23.* Et quia causa dotis pia est, eidemq; saltem æquiparatur, summariè & de plano in ea proceditur, ex Tiraquello, *de privileg. piæ causæ, privileg. 157. & 158.* Everhard. *in centur. legal. loco, 25. de dote ad piam causam.* Iodoc. Damhoud. *in Enchirid. patrum, aut similium, verb. dos, & pia causa.* Ergò Iudex Ecclesiasticus principaliter potest adiri in causa dotis, etiam inter laicos: quam opinionẽ proculdubio recipiendam esse, quando dos petetur à vidua, quæ miserabilis est persona, & dotis privatio reddit eam expressam, dicit Paz, *in praxi, tom. 2. prælud. 2. num. 21.*

His † tamen minimè refragantibus, contraria 3
sententia verior est, in consulendo & iudicando securior, scilicet, quod in causa dotis, quando tractatur principaliter inter laicos, non sit competens iudex ecclesiasticus ad cognoscendum de ea, sed solum iudex sæcularis. Quam opinionem tenent infiniti DD. & autoritate & numero longè superiores aliis in contrarium adductis, ut tradunt gloss. 2. *in d. c. prudentia*, quã ibi contra Innocent. sequitur Anto. de Butr. *n. 4.* ubi tamen eam limitat in vidua oppressa repetente dotẽ, & Præpositus, *n. 1.* Et videtur sentire Cardinalis *ibid. n. 2.* In hac inclinat etiam Ioan. Andr. *ibi*, prout advertunt Bald. Novel. Bulgar. & Ripa statim citandi. Idem tenet Ioan. Andr. *in c. per vestras. eod. tit. in princ.* quatenus sentit, quod ille magister R. reus conventus, erat clericus, & *ibi* Hostiens. & Anto. *n. 2. & eod. tit. n. 7. & 9.* dicens, ibi specialẽ fuisse, quia agebatur de dote viduæ miserabilis personæ & oppressæ, & hæc opinio est rationabilior, teste Barbat. *in c. ex literis, de pignorib. col. 3. vers. & pro certo*, relatus à Palat. *ubi inf. n. 16.* & expressè Bald. *in l. in contractu, §. si. in fin. C. de nõ numerat. pecun.* & id etiam sentit *in authent. quod locũ, C. de collat. 8. q.* quatenus inquit, quod quãvis dos sit connexa matrimonio, non tamen est eiusdem naturæ, & expressè *ibid.* Ias. *n. 10.* Rimінald. & Corneus, *n. 16.* & Fulgos. *nu. 2.* licet malè inter tenentes contrariã, connumeretur à Palat. *ubi inf. n. 1.* & hanc dicit veriorẽ & cõmuniorem Gutier. *lib. 3. pp. q. 29. n. 30.* ubi plures refert, movens alteram quæstionem, an laicus pauper possit pro legato sibi relicto cõvenire hæredes corã iudice laico, extante *l. 10. tit. 1. lib. 1. reco.* & in nostra quæstione principali, idem ante oẽs sentit Specul. *in tit. de dote post divortium restituẽd. §. formatis, ad fin. vers. utrum caus. dot.* quatenus inquit, causam dotis spectare ad Ecclesiã, cum accedit causæ matrimoniali, allegando tex. *in d. c. de prudentia*, ergò à contrario sensu clarè sentit, quod si non venit accessoriè ad causam matrimonialem, sed principaliter, non pertinet ad Ecclesiam, sed ad iudicem sæcularẽ, ut expressè tradit Steph. *de Cõmis. & lit. instit. § dicendum est, in n. 7.* & idem ũnico verb. sentit ibidem Ioan. Andr. *in addit. in verb. de prudentia*, referens se ad distinctionem, quã tradit glos. *in d. c. de prudentia*, & idem affirmat Barbat. *in c. ex tenore, in principio.* post glos.

sam *ibidem, de foro competenti*. Federicus, *consil. 236. num. 2.* & Panormitanus, sibi contrarius, *in consil. 18. n. 7. vol. 2.* Angel. *in l. 1. D. soluto matrimonio, num. 9.* ubi Socinus, *num. 34.* Alexander, *num. 15.* Ripa, communem dicens, & optimè defendens, *num. 48.* & hanc post multam veterum Doctorum altercationem receptiorem videri, testatur Alciatus, *ibidem num. 2.* Et veriorem dicit Paris. *numero 9.* Maximè cum de constituenda, & non de restituenda dote agitur. Bulgar. *numero 21.* & Crot. *numero 65.* dicens, hanc esse veriorem opinionem, & cum ea videtur transire Barbatius, *numero 11. ibidem*, dum se refert ad Alexand. Aretin. & Socinum hanc tenentes, & idē, nisi in vidua paupere & oppressa dotem petente, tenet Paulus, *in eadem l. 1. numero 5.* & Aretinus, *num. 4. & 5.* & cum eadem moderatione Baldus Novellus, *ibidem, num. 464. in tractatu de dote, 9. part. privileg. 16.* & eum sequitur Aufrerius, *de potestate Ecclesiastica, quæst. 27. num. 21. in fin.* dicens, quòd ita vidit de facto servari in Curia Archiepiscopali Tolosæ, & ita obtinui in hac Curia Toletani Archiepiscopi, & communem dicit Bologninus, *in dict. l. 1. numero 86.* & eandem amplectitur Campez. *de dote, 1. part. privilegio, 90. numer. 2.* Curtius Iunior, *in additionibus ad Paulum de Castro, in dict. l. 1. numero 5. in verbo, Ecclesiarum, in litera E.* Marianus Socinus, *in cap. excedens, el. 2. per illum text. numero nono, ut litè non contestata, & in rubrica de foro competenti, numero 2. & 6. vers. 36. & in cap. licet ex suscepto, eodem tit. numero 14. versiculo duodecimo, casus*, & sentit eleganter Cravetta, *consil. 258. numero 6. in fin.* & eam teneo expressè, ego Zevallos, *in practica, quæstione 96. versic. Quod maximè procederet.* Et secundum hanc consuluit Anchar. *consil. 21. numero 11. Signanter*, ubi agitur, non de dote iam constituta repetenda, sed de nova constituenda, quo casu, inquit, non reperiri textum, neque dictum Doctorum asserentium, quòd iudex ecclesiasticus censeatur competens, cuius dictum sequitur etiam Felinus (pro cōtraria opinione adductus) *in dict. cap. licet ex suscepto, numero 1. versic. limita tamen, de foro competenti*, ubi licet contrariam opinionem tenuerit, eam tamen hoc in casu expressè limitat, & cum Ancharan. idem tenet additio ad Panormitanū, *in cap. ecclesia, de constitutionibus, numero decimo sexto*, & ibidem Zavar. *in alia additione* affirmat, hanc esse communem. Et eandem dicit cōmuniter teneri Felin. *in dict. ca. Ecclesia, num. 58.* & post latissimam disputationem & discussionē, hanc resolvit & defendit Palatius Rubeus, *in repet. cap. per vestras, notab. 2. numer. 24. de donationibus inter virum, & uxorem.* Eandem affirmat esse communem opinionem legistarum, ac ideò tenendam etiam in foro canonico, cum inter Canonistas sit discordia & contrarietas, Nevizanus, *in Sylva nuptiali, libro primo, numero 47.* & dicit communem & puram veritatem, & in iudicando & consulendo tenendam, Antonius Gomez, *in l. 50. Tauri, numero 53.* & eadem verba referens Ioannes Gutierrez, *libro primo, practicarū, quæstione 44. numero nono*, sequitur, etiam dicens, veram & iuridicam sibi videri, Ludovicus Molina, *lib. 2. de primogeniis, capite 15. num. 76.* qui in dote & alimentis loquitur: & ait, sic tenere communiter scribentes, & quòd contraria opinio apud suprema tribunalia non admittetur, nec sibi vera videatur. Idem affirmat in dote & alimentis similiter loquens Petrus Azevedo, *in l. 10. tit. 1. lib. 4. ex numero 44.* & Ioannes Gutierrez, *libro, practicarum, quæstione 29. ex numero 28.* ubi utranque dicit communem, sed hanc veriorem, & in iudicando & consulendo tenendam, dicens eam procedere, etiam si petens dotem pauper sit, quam etiam opinionem optimè defendit Barbosa, *in 1. part. l. 1. D. solut. matri. ex num. 46.* & sequitur Alfonsus Bobadilla, *in sua Politica, lib. 2. capite 17. numero 101. ad fin.* sic dicebat Paz, *in praxi, tomo 2. prælud. 2. numero 21.* quòd, quando causa dotis principaliter agitur coram laico, nullo pacto credi possit, iudices sæculares permissuros esse, quod merè laici causam dotis, principaliter & de per se motam, intentent coram iudice ecclesiastico, præcipuè, quando ageretur de dote de novo constituenda. Et pro hac opinione iudicavit Rota. *8. Decembris, anno 1600.* prout tradit Ludovicus de Casanate, *cons. 27. in fin.* ubi dicit, causam esse remittendam ad iudicem sæcularem. Vno † tamen casu dicunt Doctores, quòd posset procedere opinio prima, scilicet, quando relicta esset in testamento puellæ 4
pauperi; tunc enim iudex ecclesiasticus erit competens contra laicum, etiam principaliter, & ad instantiam partis, tum ratione pietatis, tum etiam, quia hoc legatum relinquitur in testamento, vel loco pio, cuius est executor Episcopus, ut optime post alios fatetur Ioannes Gutierrez, *in pract. lib. 1. quæstione 44. numero decimo, & in lib. 3. quæstione 29. numer. 30.* Alfonsus Bobadilla, *in dict. num. 101. in fin.* ubi additio, *in litera C.* quòd tene menti: quia sæpè, non probatis Sponsalibus, petitur dos, quæ non debetur, quia, ubi non est causa principalis vera, non procedit accessorium. Argumentis autem in oppositum adductis pro contraria opinione, responderi potest. Et primo † ad textum, *in dict. cap. de prudentia, de donationibus inter virum & uxorem*, nam gloss. *ibidem, in verbo, accessoriè*, tenens indistinctè contra dictum textum, dicit, quòd ubi iudex ecclesiasticus de matrimonio cognoscit incidenter, causa etiam dotium spectat ad eum, quando vero de dote principaliter agitur; ut puta, si constante matrimonio agat mulier de dote, quia fortè maritus labitur facultatibus, vel dissipat bona sua, vel quia mortuus est, tunc causa debet coram iudice sæculari tractari: quia tunc causa dotis principalis, & non accessoria est. Vnde concludit, quòd quando agitur principaliter de causa dotis, iudex ecclesiasticus non videtur competens, ut videtur optime probare text. *in dict o capite de prudentia*, dum dicit, *Quòd vos, qui de matrimonio principaliter cognovistis, de dote, quæ est causa incidens, accessoriè valuistis & similiter cognoscere*, à contrario ergò bene infertur, quòd si non cognoscerent illi iudices ecclesiastici de matrimonio principaliter, nō potuissent cognoscere 5

[illegible] de dote acceſſoriè; & per conſequens, cum de dote principaliter agitur, non poteſt iudex eccleſiaſticus de ea cognoſcere: ſi vero matrimonium petatur [illegible] incidenter coram iudice eccleſiaſtico, coram quo non eſt probatum verbum de contrahendo, tunc neque acceſſoriè cognoſcet: quia non eſt acceſſorium, ubi principale non ſubſiſtit.

6 Ad textum † etiam *in dict. cap. nuper, de donationibus inter virum & uxorem*, reſpondeo, quod licet ad Eccleſiam ſpectet protectio dotium, & viduarum, debet intelligi, quando eorum cauſæ veniunt examinandæ per Eccleſiam, vel eius iudices; alioquin non poteſt iudex eccleſiaſticus in cauſa dotis ſe intromittere, quamvis ad viduam pertineat. Quoniam proteſtatur Papa ſibi, quòd propter viduitatem non [illegible] alii præiudicare, ita dicens. * *Sicut viduis debitores, ut aliis iniuſtitiam non faciamus*, * *cap. ex tenore, de foro competenti*, nec illud certè eſt ratione munitum, quòd dicebat Felinus, *in cap. licet ex ſuſcepto, numero 3. de foro competenti*, quòd illud contigit magis favore dotis, quam viduitatis. Quoniam, ſi illud verum eſſet, omnes cauſæ dotis, quomodocunque orirentur, ſpectarent ad Eccleſiam, & per hunc modum enervaretur funditus iuriſdictio ſæcularis: quòd eſſet contra diſpoſitionem Pontificis, *in dict. cap. ex tenore*, ubi cauſam dotis remiſit ad iudicem ſæcularem, ut optimè tradit Rolandus, *conſil. 9. vol. 4. ex num.* [illegible] Hierony. Portoles, *in dict. § præſcriptio, ex num.* [illegible] Maſcardus, *ſupra ex numero 42.* & Alexand. *conſil.* [illegible] *volum. 1. numero 4.* Natta, *conſil. 590. numero 9.* vel reſpondeo, cum gloſſ. *verb. in iuſtitia, in dict. cap. ex tenore*, quòd cauſæ viduarum non pertinet principaliter ad eccleſiaſticum iudicem, licet pertineat ad Eccleſiam, quod intellige, quantum ad protectionem, per iura, quæ ibi allegat, pro intellectu *dict. cap. nuper*.

7 Ad † textum etiam *in dict. cap. ex literis, de pignoribus*, [illegible] in dicto primo fundamento contrariæ opinionis, reſpondetur (etſi Felinus *in dict. cap. licet ex ſuſcepto, in 4. limitatione, numero 1.* dicat [illegible] malè reſponderi poſſe) & primò ex Alexandro, *in l. 1. numero decimo quarto. D. ſoluto matrimonio*, quòd iſte text. non ſtringit, quia ita potuiſſet Papa committere alicui laico. Imo [illegible] non commiſiſſet eccleſiaſtico, non apparuit ibi textus, an eccleſiaſticus cognoſcere potuiſſet; vel ſecundò reſpondetur, quòd illa mulier agebat contra poſſeſſores bonorum mariti, quæ erant obligata pro dote uxoris, coram delegato à Papa, quod [illegible] ut, quoniam,
8 [illegible] de quo eius maritus erat condemnatus, & fugitivus, & per conſequens ſibi inutilis, reputabatur hæc mulier vidua, ut gaudeat privilegio viduarum, [illegible] *numero 10. cap.* [illegible] *de tranſlat. Epiſcop. in verbo*, [illegible] & notat gloſſa, *in verb. orbitates, in l. fin. C.* [illegible] *viduam de plag.* & quos tradit Tiraquellus, *in l. 6.* [illegible] *numero 12.* Andreas Barbatius, *in cap.* [illegible] *in principio, de officio deleg.* & Ioannes Plaça, [illegible] *inter, in 1. col.* [illegible] *de publ. iudic.* [illegible] *ſupra in numero 47. poſt medium*, pauper [illegible] dicebatur, cum dote eſſet privata; ideoque tanquam miſerabilis & oppreſſa, quia erat privata ſua dote, [illegible] huiuſmodi privilegio [illegible] potuit [illegible], *ut per dict. cap. ſignificantibus*, referunt Doctores ſupra allegati, & Sylva Nuptialis, *lib. 6. ex numero 13.* Rolandus, *conſil. 76. ex numero 3. volumine 1.* latiſſimè Natta, *conſil. 590. ubi pulchre, in numero 9.* Alex. *conſil. 121. volum.* [illegible] *num. 4.* Iacobus Menochius, *de arbitrariis, caſu 66. num. 3.* Covarruvias, *in practicarum quæſt. cap. 6. numero 2.* & ita (ſi rectè conſideratur) non probat ille textus illud, ad quod allegatur: quamvis enim mulieribus favor multus in recuperandis dotibus debeatur, ut dicitur ibi [illegible], & etiam in conſtituendis & conſervandis, quia dotium cauſa ſemper & ubique privilegiata eſt, cum dotatas eſſe fœminas, ad ſobolem procreandam replendamque liberis civitatem, maximè ſit neceſſarium, ut in *l. 1. D. ſoluto matrimonio*, & ſimiliter fovent iura cauſæ dotis, ut habetur *in Clement. unica, de ſponſo*[illegible]*ſam, de iudiciis*. non tamen propterea ſequitur, quod dotis petitio vel exactio, quando de ea principaliter agitur, ſpectet ad Eccleſiam, niſi tunc demum, quando de matrimonio principaliter agitur, & acceſſoriè ſuper dote, ut ſæpè dictum eſt. Et vide etiam, quæ annotantur *infra*, in ſolutione ſecundi argumenti, quæ accommodari poſſunt pro vero & germano intellectu, *d. cap. ex literis*, cum dicta mulier videatur non poſſe petere iuſtitiam coram iudice ſæculari, cum ob ipſius iudicis mandatum, bona, quæ illa petebat, in ſui adverſarii poteſtate extarent, ut patet *ex dicto cap. ex literis*, ibi: * *De mandato Cur.* [illegible] *

Similiter etiam, † non obſtat ſecundum argumentum, deſumptum *ex cap. per veſtras, de donationibus inter virum & uxorem*, ad quem textum Doctores plures referunt intellectus; & primus eſt, quod ideo literæ fuerunt impetratæ à Papa, quia iſte magiſter R. qui erat reus, erat forte clericus, & iſte H. actor ſequebatur eius forum, *in cap. ſi clericus laicum, & in cap. cum ſit generale, de foro competenti*. Sed iſte intellectus reprobatur, quia, ſi eſſet verum, quod iſte magiſter R. eſſet clericus, non potuiſſet conveniri coram iudice laico, ut habetur *in cap. ſi diligenti, de foro competenti*, coram quo prius iudicium actitatum fuit, ut patet *ex dicto textu*. Secundus intellectus eſt, quod iſte H. impetrans erat pauper, ut patet *ex textu*, & propterea, tanquam pauper & miſerabilis perſona, potuit habere recurſum, quamvis laicus eſſet, ad eccleſiaſticos iudices, ut habetur *in cap. ſignificantibus, de officio deleg. & in cap. ſuper quibuſdam in fine, de verb. ſignif.* & ad hoc facit, quod tradit Innocentius, *in cap. cum ſit generale, numero 2. de foro competenti*, dicens, † de qualibet oppreſſione, vel fraude, non ſolum clericorum, ſed etiam laicorum pauperum, cognoſcere poſſe iudicem eccleſiaſticum. Id etiam probant varia iura, *in 25. quæſtione tertia*. 9

Hic tamen intellectus ex eo reprobatur, quia, quamvis iſte R. eſſet pauper & miſerabilis, adhuc coram ſuo iudice ſæculari agere debeat. Et ſequi forum rei, & [illegible] iudex ſæcularis non extitiſſet ei iuſtitiam miniſtrare, non poterat habere

recursum ad iudicem Ecclesiasticum, ut pulchrè notat glossa, *in verbo, pauperum in dict. cap. significantibus*, ubi Innocent. *numero* 4. & Covarruvias, *in pract. quæst. 6. numero 1. iuxta medium*, & habes *in collect. ad text. in can. Regum officium 23. quæstione quinta.* & probat optimus text. *in capite ex tenore, de foro competenti*, unde colligitur a Doctoribus regula in hac materia constans
11 & certissima, quod † non potest inter laicos recurri ad iudicem ecclesiasticum, quoties coràm sæculari iustitia consequi potest, de qua per Innocent. *in cap. si, nisi antibus, numero primo, de officio delegati, & in dict. cap. ex tenore*, Iacob. Menoch. *de arbitrar. cas. 66. num. 5.* Covarruvias, *in dict. numero primo.* Hieronymus Portoles, *in scholiis ad titul. de competent. iurisdict. quæstione prima, numero 25. & 30.* optimè Mich. Agia, *de exhibend. auxil. in 8. fund. versic. nam qui potest directè convenire laicum*; & doctissimus Iban. de Bardaxi, *in commentariis ad forum Regni Aragonum, in for. 1. titulo de competent. iurisdict. numero decimo quarto, versic. quæ inhibitio*, singulariter dicens, quod ad hoc, ut laico competat recursus ad ecclesiasticum propter iniquitatem fori, debet constare, quod sibi non suppetit remedium aliquod coràm sæculari: quoniam, si coràm eo potest defendi, non potest ratione peccati recurri ad ecclesiasticum; quia si hoc, inquit, fieri posset, non esset causa, quæ non agitaretur coràm ecclesiastico, ita, quod inutilis esset sæcularis iurisdictio. Et sic debet esse destitutus omni remedio coràm sæculari, & in hoc tantum casu poterit recurri ad ecclesiasticum, ut tradit Navarr. *in repetit. can. novit, notabili 6. ex numero 10. de iudiciis.* Unde forsan verus intellectus *ad dict. cap. per vestras* assignari potest, si dicamus, quòd ille H. nō poterat convenire dictum, R. coràm iudice sæculari, cum iam ab ipso, hoc est, à Consulibus civitatis Genuæ, pronunciatum extitisset in dicta causa, contra dictum H. Unde cum non posset ille habere recursum ad dictos Consules, cum iá functi fuissent suo officio, meritò fuit agitata causa coràm iudice ecclesiastico: qui intellectus etiam adaptari potest ad textum, *in capit. ex literis, de pignoribus*, supra allegatum; cum eadem ratio militet in eo textu: vel si placet, responderi etiam potest, *ad dictum capit. per vestras*, quòd ille magister R. quia erat laicus, tam ipse, quam ille H. Actor, poterat opponere exceptionem incompetentiæ iurisdictionis; & quia non opposuit valuit iudicium agitatum coràm dictis iudicibus delegatis.

Tertium etiam argumentum non obstat, quia
12 † tunc demum causa dotis & alimentorum dicitur pia, quando datur personæ pauperi: secùs verò, si propter debitum vel amicitiam diviti assignetur, ut tradunt Alexander, *in l. si constante, numero 18. D. soluto matrimonio*, & in adition. ad Bartol. *in l. cum his qui, §. si mulier, in litera K.* ubi etiam Iason. *num. 1. post medium, D. de condictione indebiti*, Boerius, *decis. 94.* Decius, *consil. 92. numero 3. consil. 120. numero 4.* Tiraquellus, *in præfatione de privil. piæ causæ, numero 21. & 23.* Aufrerius, *ad capell. Tholos. decis. 215. in principio.* Palatius Rubeus, *in repetit. cap. per vestras, in 2. notab. numero 20.* Guillelm. Benedict. *in capit. Raynutius. 2. part. verb. & soboles quam, numer. 5.* Antonius Cordub. de Lara, *in l. si quis a liberis, §. utrum, ex numero 2. & in §. si vel parens, numero 14.* non ergo dotis, sed paupertatis favore, causa dotis deferri potest ad Ecclesiam, & tunc quidem fieri debet pacto & modo, quibus supra dictum est. Non enim quilibet pauper potest recurrere ad iudicem ecclesiasticum; sed solum quoties coràm sæculari iustitiam consequi non potest, ut in solutione secundi argumenti dictum, & ita fuit iudicatum, ut tradit Cenedo, *quæstione 37.*

SUMMARIUM

1 *Recusatio iudicis quomodo fiat?*
2 *Recusationis causa pendente, si Iudex ad ulteriora procedat, an faciat vim?*
3 *Omnia facta post recusationem, sunt nulla.*
4 Cap. accedens, el. 2. ut lite non contestata *declaratur.*
5 *Iudex ecclesiasticus dicitur gravare, procedendo in causa post recusationem.*
6 *Decisio Rotæ traditur.*
7 *Acta iudicis nulla, non reconvalescunt.*
8 *Iudex recusatus, interposita appellatione, non potest ad ulteriora procedere.*
9 *Decisio Senatus Franciæ refertur.*
10 *Recusatio non minus suspendit iurisdictionem quam appellatio.*
11 *Processus factus, post allegatam suspicionem, est nullus.*
12 *Decisiones Rotæ referuntur.*
13 *Iudex Ordinarius & delegatus non possunt procedere in causa post recusationem, licet non fuerit appellatum.*
14 Cap. 5. sess. 14. Concil. Trident. *declaratur & ponderatur.*
15 *Concilium Tridentinum corrigit plures opiniones.*
16 *Verbum,* * nequaquam * *importat actus nullitatem.*
17 *Verbum,* * non aliàs, * *est verbum resolutivum.*
18 *De iure civili & canonico sunt acta nulla facta post recusationem.*
19 *Iudex compulsorialis potest recusari; alii contrarium tenent.*
20 *Decisiones Rotæ referuntur.*
21 *Iudex recusatus, qui procedit ad ulteriora, vim facit.*
22 *Iudex ecclesiasticus non facit vim, qui procedit ad ulteriora, non obstante recusatione, si habeat commissionem,* * recusatione remota. *
23 *Clausula,* * recusatione remota, * *intelligitur de frivola, non de legitima, maximè, si fuerit orta post commissionem.*
24 *Iudex Regius potest cognoscere de meritis causæ principalis, quando aliàs articulus violentiæ non potest terminari.*
25 *Recusatio debet esse specialis, de iure canonico, secus de iure civili & Regio.*

26 Suspi-

26 *Suspicionis causæ referuntur remißivè.*
27 *Recusatio Iudicis de Iure civili & Regio poterat proponi in quacunq; parte litis.*
28 *Recusatio est proponenda de iure canonico ante litis contestationem.*
29 *Recusatio omni tempore est admittenda, quando de novo orta fuit.*
30 *Restitutio conceditur minori, & Ecclesiæ, ad opponendam recusationem.*
31 *Recusatione facta, sunt arbitri nominandi, qui cognoscant de causis recusationis.*
32 *Iudex potest terminum aßignare arbitris, ad terminandam recusationis causam.*
33 *Recusatione probata, causa est remittenda ad superiorem.*
34 *Recusato ordinario, & recusationis causa probata, potest committi causa alteri iudici, de consensu recusatoris.*
35 *Recusatio subdelegati Papæ, coram ipso delegato est proponenda, ut causæ examinentur, & non sunt arbitri nominandi.*
36 *Causæ recusationis Vicarij generalis, sunt corã Archiepiscopo proponendæ.*
37 *Recusatio proponenda est in scriptis.*
38 *Recusari non potest merus executor, qui non habet causæ cognitionem.*
39 *Merus executor, non est iudex.*
40 *Mixtus executor recusari potest.*
41 *Assessor recusari non potest, & quando debeat accipere adiunctum.*
42 *Paria sunt, quod aliquid fiat appellatione pẽdente, vel recursu pendente.*
43 *Iudex ecclesiasticus nõ potest procedere in causa, recursu pẽdente ad Regalia tribunalia.*
44 *Recursus succedit loco appellationis, & habet eundem effectum.*
45 *Recursus operatur effectum suspensivum, & devolutivum.*
46 Despues de notificada provision por via de fuerça, no se puede innovar, y el termino està suspenso, & quid relatione pendente.

## QVÆSTIO XIV.

*Vtrum iudex ecclesiasticus ordinarius, vel delegatus, vel executor, vel compulsorialis, faciat vim, procedendo ad ulteriora causæ, non obstante recusatione, & appellatione postposita.*

1 SOlent † actor vel reus, in iudicio comparentes, iudicem suspectum habere; ac proinde eum recusant, interposito iuramento, & protestantur causas recusationis & suspicionis, coram superiore vel iudicibus arbitris proponendas, quæ plures sunt in iure, quas tradit Ioannes Aloysirici, *in 2. parte, collectan. decisionum, in collectanea* 445. ubi refert, 8. causas. Iudex † verò ad
2 ulteriora procedit, non obstante recusationẽ: pars, quæ sentit se gravatam, appellat, & protestatur Regale auxilium: sed ipse iudex, omnibus neglectis, iterum ad ulteriora procedit. Dubitatur, an facit vim, in tantum, quod omnia acta sint revocanda, post recusationem, sicut revocarentur post appellationem? In qua dubitatione, ultra tradita per me, *in quæst. 680. lib. 2. practicarum commun. contra commun.* ubi resolvimus,
omnia † facta post recusationem esse nulla: (& 3
iudicavit Senatus *in decis. Pedemontana, 84.*) alia utilia & practicabilia referam, pro faciliori practica & intelligentia huius quæstionis, ut articulus violentiæ clarius manifestetur. Et quòd iudex
ecclesiasticus faciat vim, probat † textus *in cap.* 4
*accedens, 2. ut lite non contestata*, ibi: * *Prædictas cassavimus sententias, imò cassas pronunciamus & inanes.* Quia † iudex recusatus, proceden- 5
do in causa post appellationem, dicitur gravare, & vim facere, ut tradit Bursatus, *consil. 21. nu. 36. per illum textum*, Corneus, *consil. 24. volumin. 1.* Paulus de Castro, *consil. 123. volum. 2.* Cacheranus,
*dict. decis. 84. num. 10.* & id † ita iudicavit Rota 6
sacri Palatij, ut refert Antonius Augustinus Auditor Rotæ, *tit. de recusatione iudicis, decis. 4.* Lapus, *allegat. 1. numero 11.* ubi Mandosius illud am-
pliat, etiam si appellatio sit deserta: quia † acta 7
iudicis nulla non reconvalescunt. Quæ senten-
tia in tantum vera est, & procedit; quia, † si pars 8
recusans appellet, non poterit iudex ad ulteriora procedere, & faciet vim, ut tradit Rebuffus, *titulo, de recusatione, art. 9 gloss. unica, in fin.* ubi
dicit, ita † Regium Senatum iudicasse, ultra de- 9
cis. Cacheran. *ubi supra.* Quia † recusatio non 10
minus suspendit iudicis iurisdictionem, quam appellatio, ut dicit communem opinionem Suarez, *in suis communibus, verbo, recusatio, numero*
*decimo nono*, dicens, quòd † processus factus post 11
suspicionem allegatam, etiam appellatione non secuta, nullius momenti redditur, ut tradit Milis, *in suo repertorio, verbo, iurisdictio suspenditur*, Maranta, *de ordine iudiciorum, distinctione, 16. numero quarto.* Mandosius, *in additionibus, ad consil. Romani, 220. numero 3. verbo, momenti*,
Capella Tholosana, *decis. 478.* Et ita † Curia Ro- 12
mana, iudicavit *die, 7. Novembris, anno 1552.* & in alia causa Placentina decimarum, *die 16. Decemb. anno 1558.* ut tradit Palæotus, *decis. 268.* quam refert, & sequitur Bursatus, *dict. consil. 21. num. 21. in fin.* ubi hanc dicit communem opinionem,
tàm † respectu iudicis ordinarii, quàm delegati. 13
Quod existimo verum, etiam de iure canonico, licet appellatio non fuerit interposita: quia omnia acta post recusationem erunt nulla, quidquid contrarium resolvat Cacheranus, *decis. 154.*
quia hodie ex nova lege, † *Concilij Tridentini,* 14
*cap. 5. seß. 14. in fine*, si iudex dicatur suspectus, non est amplius in causa procedendũ, ibi: * *Quod si in his causis, in quibus ipse reus fuerit, contigerit, ut electus ab eo conservator, ab actore suspectus esse dicatur, nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros, in forma iuris electos, super suspi-*
*cione fuerit iudicatum,* * per † quem textum 15
cessant quinque opiniones, quas in hoc articulo refert Francus, *in cap. cum speciali, numero 47. versiculo ultimo quæritur, de appellat.* & Vitalis, *in tractatu clausularum, in clausula nihil novari*

*recusat.*

*recusat.iud.pendente*, & Cacheranus, *dicta decis. 84. à numero 6.* Nevizanus, *consil.36.numero* 8. & sic, licet Innocentius, & alii, quos refert Lancellotus, *de attentatis, 2.part.cap.6.num.2.* teneant, de iure canonico, omnia facta post recusationem non esse nulla, nisi appellatione interposita. Hodiè tamen sunt nulla, *ex dicto Concilio, verbo,* * ne-
16 *quaquam*, † * quod verbum importat actus nul-
17 litatem, quia est verbum resolutivum, ut & † verbum,* *non aliàs, & non aliter,* * ut est gloss. *in l. si quidem*, ubi Bald. *num.3. C. de exceptionibus*, & novissimè Marta, *de clausulis, clausul.61. numero 9.* ubi dicit, ita fuisse in Rota resolutum, maximè, quia hodiè semper interponitur appellatio, qua mediante, recurritur ad Tribunalia Regia per viam violentiæ, & *ante Concilium Tridentinum*, plures refert & sequitur Doctores
18 Lancellotus, *ubi supra num.4.* qui tenent, tàm † de iure civili, quã canonico, esse omnia acta nulla post recusationem, licet appellatio non fuerit interposita, à non admissione recusationis, ut tradit etiam Cephalus, *consil.241.num.19. lib.2.* Parisius, *consil.98 num.7.lib.5.* Ruinus, *consil.6.n.5. lib.4.* Chassaneus, *consil.30.num.21.* post Bursatum, *ubi supra.*

Quæ sententia vera est, & procedit, non so-
19 lum respectu iudicis ordinarii, sed etiam † respectu iudicis executoris, licet habeat nudum ministerium, ut iudex compulsorialis, qui potest, ut suspectus, recusari, Quintilianus Mandosius, *de compulsorialibus comis.16.* licet contrarium teneant Caputaquensis, *decis.168. & 172.* Guido, *decis.65.* Ioannes Aloisi Riccii, *collectan.113.* &
20 omnia facta post recusationem sunt nulla, ut † resolvit Rota, *die 26. Octobris, anno 1562.* & in alia causa, *die*, 18. *Februarij, anno 1555.* quas decisiones refert, & sequitur Lancellotus, *de attent. 2. part. capite 6. de attentatis post recusationem iudicis, numero 12. & 13. cum sequentibus*, ubi *numero 19.* tenet cum Bursato, *ubi supra*, iudicem
21 † recusatum, procedentem in causa post recusationem, vim facere, & partem gravare: & ita refert fuisse iudicatum in causa cuiusdam pensio-
22 nis; *die*, 27. *Novembris, anno 1553.* Quæ † sententia limitanda est, quando iudex executor procedit in causa, ex commissione Pontificis, cum clausula,* *recusatione remota*,* ut docet Franciscus, *in cap. postremo, numero 2. de appellat.* Quem sequitur Conradus, *de officio Prat. in causa, civili, §.2.capit. de exceptionibus, numero 7. versic. secunda ampliat.* & Villalobos, *in suis communibus, litera P. numero 21.* ubi dicit, quod Papa de plenitudine potestatis potest committere causam,* *recusatione remota*,* & tunc iudex non faciet vim, qui, non obstante recusatione, procedit in causa
23 ad ulteriora: quod † intelligo, quando recusatio est frivola; secùs si legitima, maximè, si nascatur post datam iudici commissionem, ut tradit Natta, pluribus citatis, *consil.174.numer.5. libro 1.* quem sequitur Lancellotus, *supra num.33.*
24 Et cum † in hoc casu sit necessaria cognitio causæ principalis, cum sine ea non possit terminari articulus violentiæ; sequitur, iudices Regios in hoc casu habere causæ cognitionem, an recusatio sit iusta, vel frivola, cum sine hac cognitione articulus violentiæ examinari non possit, ut diximus. *in quæstione fin. numero 6.* declarando clausulam,* *appellatione remota*,* Quòd tene menti, quia est utile in practica, & sæpè potest contingere de facto, & ibi reperies rationes & fundamenta huius nostræ opinionis.

Iudex compulsorialis potest recusari.

Clausula recusatione remota, quid operetur.

Advertè tamen, quòd † in foro ecclesiastico 25
non sufficit recusatio generalis; sed necessaria erit specialis; sive iudex ordinarius sit recusatus, sive delegatus, ut in *capite, cum speciali*, ubi gloss. *verbo*,* *coram*,* *de appell. & in c. si contra unum*, ubi gloss. *verbo, probari, de officio delegat.lib.6. & in cap.2. de appellat.* & † lex causas 26
suspicionis tradit gloss. fin. *in cap. causam, de officio delegat.* & 40. causas refert Perusinus, *in c. postremo, numer.7. de appellat.* Maranta, *de ordine iudicio, 6. part. membro 2. à numero 27. & 60.* refert Bertachinus, *verbo*,* *iudex suspectus*,* & 93. Aufrerius, *in tractatu de recusatione.* Sed † i- 27
stæ recusationes, licet de iure civili & Regio possint proponi in quacunque parte litis, ut *l. apertissimi, C. de iudiciis*, Covarruvias, *practicarum, capite 20. numero sexto*, & tradit Paz, *in sua praxi, primæ partis, 1.tomi.capite decimo, numero* 18. *& 19.* at verò † de iure canonico, proponi debet 28
talis recusatio ante litis contestationem, ut probatur, *in d.cap cum speciali, verbo*,* *Protestator*,* *de appellat.* & tradit Rebuffus, *in tractatu de recusatione, articulo 1. gloss.2.numero* 1. & hanc dicit communem opinionem Aretinus, *in capit.1. de iudic.* ubi Decius, *numero 24.* nisi † causa suspicionis de novo veniat ad recusantis notitiam, & illud iuraverit: tunc enim admittenda est recusatio, secundum glossam *in l. error, verbo, facti, C. de iuris, & facti, ignorantia*, receptam communiter, & Ias. *ibi, numero 26.* Decius, *in dicto cap. pastoralis, num.18.* Covarruv. *cap.26. numer.2. pp.* & † si tempus lapsum fuerit ad proponendã re- 30
cusationem, in causa Ecclesiæ vel minoris, concedenda est restitutio, ut tradit ipse Covarruvias, *dict. cap.26. num.4.* & vide legem, 16. *tit.10. lib.2. recopilat.* quæ loquitur de recusatione Præsidis, vel Auditorum, & denegatur talis restitutio, & talis causa est proponenda coram ipso iudice recusato, licèt sit probanda coram superiore, vel arbitris, *ut dict. capite secundo requiris, in fine de appellat.*

Advertendum etiam est, quod † si iudex re- 31
cusatus, fuerit delegatus à Romano Pontifice, poterit ipse compellere litigantes ad eligendos arbitros, coram quibus causa recusationis probetur & decidatur: & poterit † illis arbitris tempus 32
statuere, ad terminandam: causam recusationis & interim est suspensa iurisdictio, & si arbitri discordent, possunt nominare tertium, ut docet textus, *in cap. suspicionis, de officio delegati, & in dict. cap. secundo requiris. §.1. & in cap. legitima de appell.lib.6.* & si † probata fuerit causa recu- 33
sationis, causa remittenda est ad suum superiorem: neque potest alteri iudici committere, etiam de consensu recusatoris, ut probat textus, *in capit. iudex de officio delegat. libro sexto.* Si verò iudex recusatus fuerit ordinarius, veluti Episco-

Episcopus, vel eius Vicarius, licèt arbitri sint eligendi, ut *in capit. si contra unum, verbo,* * *Episcopi,* * *de officio delegat. lib. 6.* ubi Doctores. tamen si causa recusationis probetur, benè possunt vel remittere causam ad superiorem, vel † de
34 consensu recusatoris alteri committere; ut *in dict. capit cum speciali*, ubi Imola, *numer.* 10. Perusinus, *num.* 16. Præpositus, 17. *decis.* 18.
35 Si † verò iudex recusatus fuerit subdelegatus delegati Pontificis, tunc non sunt arbitri nominandi, sed causæ recusationis sunt proponendæ, coràm ipso delegato Papæ, ut *in dict. capit. super quæstionum, §. quem vero, de officio delegati.*
36 Idem teneas, quando † Vicarius Generalis huius Archiepiscopatus recusatur; quia causæ sunt proponendæ coràm domino Archiepiscopo, & non sunt arbitri nominandi, ut probat textus *in dict. cap. si contra unum*: & sic video practicari in hac civitate Toletana quando Vicarius recusatur. Quæ recusatio † proponenda est in scri-
37 ptis, ut probat textus *in dict. l. apertissimi*, & tenet glos. *in capit. quoniam contra falsam, verbo, recusationes, in capit. Secundo requiris, §. 1. verbo coràm*, & docet Didacus Perez *in l. 1. tit. 5. lib. 3. ordin. versic. quartum.* Auenda *in capit. Prætor 2. part. capit. 23. numer. 12. in fin.* ubi agit, quan-
38 do † merus executor recusari non potest, quia
39 † non est iudex, ut *in capit. novit. de appellat.* ubi glos. Iason. *in l. fin. numer. 9. C. de iudiciis.*
40 secùs † est in mixto executore, qui habet causæ cognitionem, ut tenet Ferretus *consil. 53 in principio*, & est gl. *verbo cognoscatur in capit. dicenti, 25. quæstione, 2.* & docet Felinus *in capit. de cætero, de re iudicata*, & vide Rebuffum, *in tractatu de recusationibus, artic. 5. numer. 5.*
41 Sed quid est dicendum † de assessore recusato ab utraque parte Resolve, non posse recusari, ut tradit Seraphinus *de privileg. 6. num. 9.* tex. *in capit. cum olim, de causa possessio. & prop.* Munnoz de Escovar; *de ratiociniis, lib. 1. capit. 8. numer. 13.* Maximè si iuravit, quia tunc est effectus iudex, & non potest removeri, sed alius adiunctus nominandus, & ita vidi iudicatum & practicatum, & benè, ut præcludatur via malitiosè recusationis.
42 Vltimo pro complemento huius quæstionis, animadvertendum est, quòd † paria sunt in iure, quòd aliquid fiat appellatione pendente, vel
43 recursu pendente: quia † in his casibus, si iudex ecclesiasticus procedat ad ulteriora, omnia acta erunt nulla, ut probat textus qui loquitur de recursu, *in l. eos. C. de appellat.* & est alius textus de iure canonico, *in cap. licèt, in fin. de elect.*
44 quia † talis recursus succedit loco appellationis, ut dixit Baldus, *in capit. sancimus sub numer. 3. quo tempore miles invest. per. lib. 1. Feud.* Menochius *de arbitr. libr. 1 quæstione, 7. num. 18.* per glossam *in cap. statutum, §. assessorem, verbo,*
45 * *reliquatur* * *de rescriptis, lib. 6.* quia † recursus connumeratur inter ea, quæ operantur effectum suspensivum, ut docet Baldus, *supr.* quem & alios sequitur Lancelotus, *de attentat. 2. part. capit. 19. numer. 7.* & vide *legem 9. tit. 14. libr. 4, recopilat.* ubi pendente ralatione, non est supersedendum in causa, & plures causas recusationis refert Gracianus, *discept. forens. 1. p. capit. 100.* ubi dicit, quòd potest iudex appellare, quando declaratur suspectus, ita docet Mandellus, *consil. 92. numer. 5.* Surdus, *consil. 271. numer. 20. lib. 6* quòd est menti tenendum, & Fulvius Pacianus, *volum. 2. de probat. cap. 45. per totum.*

Ex † qua resolutione colligo, in practica, circa 46
cognitionem per viam violentiæ, * Que despues de notificada al iuez ecclesiastico, ò seglar, la provision Real, de fuerca, de pueden innovar en la causa, ni hazer autos en ellas: y todo lo que se innovare, pendente recursu, & facta notificatione serà nulo, y los terminos de la prueua estàn suspensos, durante, quæ el processo no se buelue a remitir al ecclesiastico. Y si fuere executiva la causa, no corren los diez dias de la oposicion, sino que se ha de boluer a notificar el termino, si el processo fuere remittido al Ordinario, sobre algun articulo. Y assi lo he visto, y practicado, quia impedito agere, non currit tempus, *lex. 1. §. fin. C. de annali exceptione*: & est regula iuris dicentis, quòd per me non stat, mihi imputari non debet.

### SVMMARIVM

1 *Clausula in multis iuribus apposita, & frequenter* in Concilio Tridentino *repetita, ut Episcopi procedant tanquam sedis Apostolicæ delegati, quem effectum operetur.*
2 *Delegati, virtute clausulæ supradictæ, non delegati, sed ordinarij appellantur, iuxta aliquorum opinionem.*
3 *Iurisdictio tributa à lege, non delegata, sed ordinaria dicitur.*
4 *Clausula supradicta, solum tribuit Episcopis facultatem, ut etiam in exemptos expeditè, absque aliquo impedimento, procedant.*
5 *Dictio** tanquam * *regulariter, & de sui natura, quid importet, & num. 6. in fine.*
6 *Delegati virtute dictæ clausulæ, propriè delegati dicuntur, & non ordinarij, secundum aliquorum sententiam.*
7 *Resolutio quæstionis, secundum iudicium auctoris.*
8 *Reprehenditur opinio* Ioannis Graciani.
9 *Concilium Archiepiscopi Toletani, quando possit cognoscere in gradu appellationis.*

### QVÆSTIO XV.

*Vtrùm iudex ecclesiasticus metropolitanus faciat vim, cognoscendo in gradu appellationis, à sententia lata ab Episcopo, tanquam sedis Apostolicæ delegato.*

DVbitatum † fuit apud viros graves & 1
eruditos, quid importet, & quem effectum operetur illa clausula quæ à lege, vel canone, sæpè conceditur Episcopis ( * *Quod possint procedere in aliquibus causis, tanquā Apostolicæ sedis delegati,* * )ut habetur *in cap. ad abolendā in fine*, & ibi notat gl. *de hæret.* & gl. *verbo, Apostolico, in Clementina unica, de supplenda neglig. Prælat.* & passim *Concil. Tridentin.* utitur huius-

S

modi clausula, scilicet, *in f.ß. 5. cap. 2. & in seß. 6. de reformatione, cap. 2. 3. & 4. & in seß. 7. cap 6. 8. & 14. & in seß. 11. cap. 4. & in seß. 21. cap. 5. 7. & 8. & seß. 22. cap. 2. 5. 6. 8. & 10. & seß. 24. de reformatione, cap. 9. 10. 11. & 14. & seß. 25. cap. 8. & 9.* tribuitq; facultatem ipsis Episcopis ut tanquam delegati sedis Apostolicæ, procedant in causis. Quæ difficultas ex eo præsertim utilis & controversa est, quia si procedit, ut ordinarius interponitur appellatio ab eo ad metropolitanum: si verò cognoscit, ut delegatus sedis Apostolicæ, appellatio debet interponi ad summum Pontificem, ut optimè advertit Abbas, *in cap. cum ex officij, num. 18. in fine, de præscriptionibus, & in cap. ad abolendam, num. 15 in fine, de præscriptionibus, & in cap. ad abolendam, num. 15. in fine, de hæreticis*, & Felinus, *num. 5.* Alexand. *in l. more maiorum, numero 13. de iurisdictione omn. iudicum.* Franciscus Vivius, *lib. 1. commun. opin. in verbo. iudex ordinarius in fin.* Felinus, *in cap. licet in corrigendis, in principio, de officio ordin*, optimè Iason. *in l. ius civile, num. 3. de iustitia & iure, & in l. 1. §. & post operis, numero quarto, de novi operis nunciatione.* Latè Paulus de Castro, *in l. & si Prætor, in principio, D. de officio eius, cui mandata est iurisdictio*, Aviles, *in cap. 9. Prætorum, in gloß. * commißion. num. 3.* Thom. Zerola, *in praxi Episcopali, 2. p. §. visitatio, vers. 3. an.*

2 In † hac difficultate quam plures arbitrantur, huiusmodi delegatos à canone, vel lege, non propriè delegatos appellari, sed ordinarios dici; quia ordinariam iurisdictionem videntur exercere, à canone, vel lege eis tributam, ut tenet gloss. *in verb. super hoc legatus, in cap. irrefragabili, §. cæterum, de offic. ordin.* quam sequitur Beroi *in rub. de offic. de leg. num. 57. ad fin.* Zabarel. *in Clement. unica, num. 4. in 5. opposit. de supplenda negligentia prælat.* & ibidem Ancharanus, *numero 8.* citat Hostiensem, & alios, qui tenent

3 hanc opinionem. Quorum ratio potissima est, † quod iurisdictio, quæ tribuitur à lege, non delegata, sed ordinaria dicitur, ut tradit Fulgosius, *in l. 1. numero 7. D. de officio eius, cui mandata est iurisdictio.* Speculator, *in tit. de officio ordinar. §. constituit, numero 1. folio 39. 1. parte*, qui citat tex. *in canone, à iudicibus, in versic. ordinarij, 2. quæstione 6.* cuius textus authoritate, hoc tenet gloss. *verb. statuuntur, in cap. 2. ne Prælati vices suas*, & scribentes, *in l. & quia, D. de iurisdictione omnium iudicum.* Vnde talis commissio canonis, potius excitatio iurisdictionis ordinariæ, quam nova delegatio appellari meretur, ex Felino, *in cap. licet, à numero 1.* & Abbas, *numero 3. de officio ordin.* Crot. *in l. 1. §. si quis simpliciter, num. 6. de verborum obligat.* Ancharanus, *consil. 201. n. 1.* Felinus, *in rubrica, de offic. delegat. num. 4. ad finem.* Carocius, *in capit. cum quid. part. 1. limit. 3. numer. 11. fol. 46. de regul. iuris, in 6.* nisi illud mandaretur cum clausula; *appellatione remota*, quia tunc censetur quis delegatus, & non ordinarius, prout tenet Vitalin. *in tractatu clausularum, in capit. de clausula, appellatione remota, numero 5.* tradit optimè Auiles, *in capite 9. Prætorũ in glossa, commißion numer. 2.*

Ex quibus infertur, quod si ab Episcopo, ut delegato canonis, appellandum est, non debet appellari ad summum Pontificem, sed ad Archiepiscopum, qui est iudex appellationis interpositæ ab ordinario, ut tradunt Abbas, *in dict. numero 15. in fin.* & Felinus, *numer. 3. in dict. capit. ad abolendam*, & ibidem Zabarel. *in §. numer 2.* Vndè, quando † Concilium tribuit facultatem Episcopis, ut tanquam sedis Apostolicæ delegati aliquid faciant, solum videtur eis tribuere facultatem etiam in exemptos, ut expeditè & absque aliquo impedimento procedant, ut in simili probatur, *in dict. capit. ad abolendam, in fin.* ubi scribentes, & Beroius, *in dict. numer. 57.* idque ita censuit sacra congregatio, *declaratione, 484.* in hæc verba: (teste Tho. Zerol. *in praxi Episcopali 2. p. §. visitatio Versicul. 3.*) *Si in visitatione appellari contigerit ab Episcopo suffraganeo, etiam tanquam sedis Apostolicæ delegato, prout sacrum Concilium Tridentinum, sessio. 24. capit. 10. de reformatione debet appellari ad metropolitanum; quo ad devolutivam, non quo ad suspensivam, prout sessio 22. capit. 1. de reformatione.* * Ratio est, quia quæ in visitatione suffraganeus facit, iure ordinario facit. Et patet, quia legatus ordinarius authoritate Apostolica, licet sit effectus legatus, authoritate ordinaria facit, quia est ordinarius, *capit. 1. de officio ordin.* Hostiensis *in summa tit. de officio ordinar. §. sunt autem quædam*, ubi dicit, quod quando committitur Episcopo id quod pertinebat ad ipsum iure ordinario, id fit, ut magis timeatur, *canon. qui nesciat 15. distinctione.* 4

Vlterius supradicta opinio probatur ex verbis illis Canonis, scilicèt (*Tanquam sedis Apostolicæ delegati,*) dictio † enim, *tanquam* * regulariter & de sui natura, denotat impropriietatem & fictionem, ut probat gloss. *verbo tanquã in capit. solitæ.* & ibi Felinus *numer. 3. de maioritate & obedientia* Iason *in l. 1. numer. 2.* & ibi glossa *verbo tanquam C. de hæredibus instituendis*, Iason *in l. si pecuniam. numer. 3. per illum textum D. de rebus creditis* Rimnaldus *in §. 1. num. 22. instit. per quas personas nobis adquiratur.* Rebuff. *in compend. alienat. verb. Eccles. numer. 101.* Hippolyt. *singul. 236. num. 1.* unde cum denotet improprietatem & fictionem, merito delegatus à Canone potius ordinarius, quam delegatus erit censendus. 5

Sed pro contraria opinione facit quòd † tales delegati legis vel canonis dicantur delegati & non ordinarii, & quòd ab eis, non ad Archiepiscopum, sed ad summum Pontificem appellandum sit, affirmat Abbas, *in cap. irrefragabili, §. cæterum, numer. 1.* & ibi Ancharanus *numer. 10. ad finem. de officio ordinar.* Abbas *in cap. ad abolendam numer. 15. & 16.* ubi Anania *num. 25.* & Felinus *numer. 3. de hæret.* Zabarel. *in Clement. 1. num. 4. in 5. oppositione, & in numer. 14. de suppl. neglig. Prælat.* & ibi Bonifac. *num. 31.* & Imola omnino videndus *numer. 8.* latissimè Zabarel. *in dicto capite ad abolendam. §. 1. ex num. secundo de hæret.* Alex, *in l. more maiorum, numero decimo tertio D. de iurisdict. omn. indic. & in libro primo numer. octavo de officio eius* Navarr. *lib. 3. tit. de regular. consil. 83. n. 6. in fin.* 6

Quorum

Quorum Doctorum opinioni adhærere videtur Portoles, *in,§.iudex, numer. vigesimo nono.* pro qua facit regula illa communis; quòd à sententia delegati ad delegantem debet appellari, *capit.super quæstionum,§.porrò, de officio delegati, capit. si delegatis, capit.is cui capit. si à delegato, de officio delegat. in 6. l. 1. in principio, & in,§.1. & l.3. D. quis, & à quo appellet.* Nec obstat, quod supra dictum est, dictionem, * *tanquam* * denotare improprietatem; quia non semper id est verum; nam etiam significat proprietatem & veritatem, & non similitudinem, ex glossa, *verbo tanquam, in cap. cum pro causa, de sententia excommunicationis*, textus, & ibi Abbas, *numer. 2. in capit. ex parte, de Sponsalibus*, Archidiaconus, *in capit. 1. numer.2. versiculo tanquam, de homicid. in 6.* Boerius, *decis.44.num.29.*

7 In † qua difficultate est tertia Doctorum opinio, & quæ mihi magis placet, quia concordat & conciliat duas præcedentes sententias; aut enim causa committitur Episcopo a lege vel canone, aliquid addendo, vel minuendo suæ ordinariæ iurisdictioni, quam non ita omnimodam habebat, antequam ei fuisset commissa, & tunc non ordinarius, sed delegatus iudex reputabitur, appellandumquè erit ab eo ad summum Pontificem: si autem cognitio dictæ causæ indistinctè ad Episcopum pertinet de iure communi, per dictam simplicem commissionem excitata duntaxat eius dicetur iurisdictio: commissioquè talis, iussus, non verò delegatio nuncupabitur; & in hoc casu ad metropolitanum erit interponenda appellatio; cum non censeatur revocata Episcopi ordinaria potestas, nec ius eius videatur tollere summus Pontifex per talem commissionem, *argumento, l. 2. §. merito, & §. siquis à Principe. D. nè quid in loco publico*, & quæ tradunt *per dict. textum*, Alciatus, *regul. 3. præsumptione. 11.* Antiania, *in capit. ad petitionem, numer. 4. de accusation.* Anfan, *in collect. numer 956.* Et supradictam opinionem, & concordiam referunt, & sequuntur, Maranta, *de ordin. iudicio. 4. part. distinct.5. numer.77.* Felinus, *in cap. licèt in corrigendis, ex principio, de officio ordin.* Mathes. *singul. 89.* ubi latè Gabriel Saray. *in additio.* Felinus, *in capit. eam te, numer.11. versiculo. Quarta differentia, de rescriptis, & in capit. cum ex officij, ex numer.19. in fin. de præscriptionibus*, Auiles, *in dict. capit.9. in verb. commission, numer. 6.* Mandosius *in glos. facultatis, in § sitquè, versic. ordinarius; in fin.* & Boerius, *decisio.151. ex numer. 5.* Iason. *in l. ius civile, ex numer. 2. D. de iustitia, & iure*, Alciatus, *regul. 3. præsumpt. 35. numer.3.* Portoles, *in §. commission. ex numer.1. & in, §. iudex, numer.27.* Menochius, *libr.2. præsumpt. 16. numer 24.* unde quando concil. Tridentin. dicit *tanquam sedis Apostolicæ delegatus*, * hoc facit, ut maiori authoritate fiat illud, quod præcipit, & magis timeatur; non verò, ut deroget iurisdictioni ordinariæ, Zerola. *secund. part. § visitatio, versiculo. Tertio, in fin.* nam quamvis delegatus Principis dignior sit ordinario; tamen ordinarius firmiorem habet iurisdictionem, cum sit à lege vel canone; ut optimè advertunt Alexander, *rubrica, de officio eius, cui mand. est iurisdictio. numero quinto.* Menochius, *libro secundo præsumpt.17. ex num.2.* Bobadilla, *libr. 2. cap. 21. numer.30.*

Ex quibus † meritò reprehendi videtur opinio Ioannis Graciani, *in regul. 255.* ubi asserit, quòd iudex, habens iurisdictionem ordinariam & delegatam, censetur in dubio processisse ex ea iurisdictione, quæ actum validat, modo ordinaria, modo delegata sit: casu tamen, quo ex utraque iurisdictione actus valeret, tunc censetur processisse ex delegata, tanquam digniori. Hoc enim ultimum, (salva pace) alienum est à veritate, quamvis in hoc eum sequi videantur Auiles *in capit. 9. Prætor. in glossa. commission. num.10.* Felinus, *in capit. cum ex officij, numer.31. in princip. de præscript.* Vnde, si actus ex ordinaria potestate sustineri potest, ex ea primò, tanquam magis firma & efficaciori, videtur iudex processisse; cum hoc sibi utilius sit; cum semper in dubio quis videatur velle facere actum validum iure communi ordinario, non autem speciali vel extraordinario. *l. quanquam. C. de testam. milit. l. in testamento, 6. eod. tit.* Alciat. *dict. numer. 3.* Roman. & ibi additio, *in singul. 15.* Alexand. *consil. 185. numer 2.* Ideo punctim dicebat Federicus de Senis, *in consil. 125. incipient. factum tale est, quædam domus*, quòd si quis potest procedere, ut ordinarius, & ut delegatus, præsumitur in dubio uti potestate ordinaria, & non delegata. Quòd dictum referunt & sequuntur Alexand. *cons. 55. vol.5. n.6.* Menoch. *ex d. nu.2. & in præs. 16. ex n. 8.* Sebas. Vant. *de nul. ex defect. iurisd. ordin. 172.* & tenet Cenedo, *q.34.* & sic secundum hanc distinctionem resolvenda est quæstio.

8

Vltimò pro complemento huius quæstionis, circa appellationes interponendas ad metropolitanum, animadvertendum esse duximus, consilium † Archiepiscopi Toletani habere, ut 9 primas Hispaniarum, ius cognoscendi in gradu appellationis à sententiis Vicariorum generalium dicti Archiepiscopi, non obstante decisione *in c. 2. de consuetudine*, quia procedit respectu iurisdictionis ordinariæ, secùs verò, ratione primariæ, quæ adhæret ipsius dignitati, ut noviter & eleganter tenet Doctor Ioannes de Narbona, iuvenis magnæ spei *in suo tractatu de appellat. Vicarii ad consilium Archiepiscopi, in 2. parte*, per plura fundamenta; & sic poterit dictum consilium cognoscere in gradu appellationis à sententia ordinariorum, et iamsi sint à iure delegati Apostolici, dum aliàs de iure habeant iurisdictionem, non obstante dicta commissione, ut suprà resolvimus, *numer.7.* Si verò à sententia iudicis conservatoris appellatio ad dictum consilium interponatur, nullam habent iurisdictionem, ut dixi *in quæstione. 20. numer. fin.* ubi in hoc increpamus contrariam opinionem Narbonæ, & si appellatio admittatur, erit articulus violentiæ, ut latè dicam *in quæst.120.*

## SVMMARIVM

1 *Executio non habet locum contra tertium possessorem.*
2 *Executio procedit, quando est identitas causæ & personæ.*
3 *Res inter alios acta, aliis nō prodest neq; nocet.*
4 *Litigiosa res transit cum vitio contra tertium sive sciverit, sive ignoraverit vitium rei.*
5 *Executio habet locum contra tertium possessorem, ementem rem litigiosam, super cuius dominio erat lis.*
6 Capit. Romana, §. contrahentes, de foro competenti, libr. 6. *declaratur.*
7 *Sententia contra tertium possessorem, non est executioni mandanda.*
8 *Causæ cognitio requiritur, ubi persona mutatur*
9 *Iudex contra contentum in sententia videtur procedere, non verò contra tertium.*
10 *Iudex executor vim facit, exequendo sententiam contra tertium non citatum.*
11 *Sententia est stricti iuris.*
12 *Sententia lata pro reo, non prodest fideiussori.*
13 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
14 *Nemo est à sua possessione excludendus, sine citatione.*
15 *Rei iudicatæ exceptio quando obstet, & quæ requirantur.*
16. *Tertius possessor, licet solum habeat nudam possessionem. est conservandus in sua possessione.*
17. *Executio impediri potest, si in alia re fiat executio, quam in contenta in mandato executorio.*
18 *Quæ de facto fiunt, de facto revocari debent.*
19 *Iudex non intendit tertio præiudicare.*
20 *Prædo etiā est manu tenendus in sua possessione.*
21 *Notitia vel scientia litis, non præiudicat tertio non citato.*
22 *Concordia opinionum refertur.*
23 *Tertius possessor rei litigiosæ, citandus est.*
24 *Appellatio interposita à tertio possessore, impedit executionem sententiæ.*
25 *Revocatoria quando sit intentanda, pro recuperandis rebus in fraudem alienatis.*
26 *Debitor lite ipsi personali actione mota, vel potest bona sua etiā speciali hypothecæ obnoxià alienare, nec ob hanc causam datur vitium litigiosi.*
27 *Sententiæ tres conformes exequendæ sunt contra debitorem, secus contra tertium.*
28 *Litigiosa res, super cuius dominio agitur, nō potest alienari sine vitio, & in ea lite finita potest fieri executio, non facta excussione.*
29 *Status rei litigiosæ non potest mutari per alienationem.*
30 *Conditio actoris nō potest durior fieri, propter alienationem rei litigiosæ.*
31 *Decisio Senatus refertur in quæstione proposita.*
32 *Bona prohibita alienari cum pacto, quod alienatio sit nulla, si alienentur de facto, non mutatur dominium.*
33 *Alienatio facta in clericum est nulla, si fuerit prohibita alienatio, & potest in ea fieri executio.*
34 *Clericus possessor rei hypothecatæ, cū pacto, de non alienando, non potest fori præscriptionem allegare, ad impediendam executionē.*
35 Licentiatus Caspar Rodriguez *advocatus Pincianus, laudatur.*
36 *Litigiosa res, alienata in clericum, non impedit executionem contra eum.*
37 *Alienatio rei litigiosæ, facta ex causa necessaria, ad satisfaciendum creditoribus, valida est, & nō revocatur per creditores anteriores.*
38 *Litigiosa res si mandato iudicis vendatur pignus in ea liberatur.*
39 *Venditio rei litigiosæ, est semper secura emptori, licèt veniant creditores anteriores.*
40 *Creditor, si debitoris res vendita sit, ex mandato iudicis, non potest redire ad hypothecam, sed agit ad pretium.*
41 *Casus de facto refertur, & quid fuit iudicatū.*
42 *Exceptio à tertio, contra quem non condemnatum executio fit, an sit proponenda coram ordinario, qui sententiam tulit, an vero coram delegato.*
43 *Iudex ordinarius est competens, in admittenda exceptione quòd bona in quibus fit executio, sunt tertij & non debitoris; secundū quosdam.*
44 *Exceptio, quòd res non est debitoris. sed propria, proponi potest, coràm iudice executore, ad impediendam requisitoriam.*
45 Lex à Divo Pio, §. si super rebus, D. de re iudicata, *declaratur.*
46 *Exceptio, quod res est tertij, non concernit iustitiam causæ.*
47 *Et ampliatur regula ad quoscunq; iudices.*
48 *Summariè cognoscendum est super dominio rei, in qua executio est facienda.*
49 Licentiatus Ioannes de Samaniego, *Auditor in Regali Cancellaria Pinciana laudatur.*
50 *Exceptio falsitatis potest opponi coram iudice executore, sed eam debet remittere ad iudicem ordinarium.*
51 *Iudex inferior non potest tollere legem superioris: vel æqualis.*
52 *Opinio* Imolæ *reprobatur.*
53 *Executio per literas requisitorias qualiter sit petenda.*
54 *Decima executionis debetur iudici ordinario, & non executori* contra Parladorium.
55 *Arma pertinent ad iudicem, qui capit delinquentem, & iudex, qui illud mandat, capit reum, non alguacellus.*

## QVÆSTIO XVI.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo literas requisitorias, contra clericum, tertium possessorem bonorum rei condemnati, appellatione remota.*

INdubitati iuris est, adversus † tertium possessorem executionem locum non habere, 1
sive agatur ex contractu guarentigio sive ex sententia, quæ transit in rem iudicatam.

Ita probat tex. in l. 1. & 2. C. quibus res iudicata
non nocet, lex sæpe. D. de re iudicata. Lex. nam post-
2 ea. §. si [illegible]. D. de pignoribus: quia † neque est ea-
dem persona, neque eadem causa, prout requiri-
tur in lege & an eadem, D. de exceptione rei iudi-
catæ: quæ sententia vera est, sive agatur ex actio-
ne reali, vel personali, ut docet Bartolus, in l. 3. C.
de pignoribus: quia obligatio personalis, non se-
quitur fundi possessorem, ut in l. fin. D. de contra-
3 henda emptione. Quia † aliàs res inter alios acta,
aliis noceret quòd iuris regulis repugnat, ut in d.
l. sæpè, & in cap. pen. de re iudicata, & per totum ti-
tulum, C. inter alios acta, vel iudicata aliis non no-
cere, l. 19. tit. 22. p. 3. ubi confirmatur ista conclu-
sio. Quam regulam, declarat Parladorius, lib. 2.
rerum quotidianarum, c. fin. 4. p. §. 6. per totum.
4 Maximè, n. 19. ubi hoc limitat, quando † tertius
emit rem litigiosam, super cuius dominio lis erat
mota, ut in auth. de litigiosis, & parum interest,
quod tertius possessor sciverit, vel ignoraverit,
rem esse litigiosam, ut tradit Greg. in l. 13. tit. 7.
5 par. 3. Covarruv. pp. c. 15. n. 7. tunc † enim exe-
cutio adversus tertium possessorem rei litigiosæ
locum habebit, ut tradit Parlad. sup. n. 19. Gutier-
rez, in repetitio. legis. Nemo potest, n. 29. D. de lega-
tis 1. & dixit lib. 1. practicarum, comm. cōtra comm.
q. 36. in fin. Et novissimè Franciscus Vivius, lib. 2.
decis. 385. ubi resolvit, executioné fieri posse con-
tra tertium possessorem, qui possidet rem litigio-
sam. Et sic in nostro casu; si iudex ecclesiasticus
exequitur literas requisitorias contra talem pos-
sessorem clericum, vim non facit; dum in reliquis
6 dictæ literæ requisitoriæ sint iustificatæ, ut † in
cap. Romana, §. contrahentes, de foro competenti,
lib. 6. ibi. ⁴ N si ibi reperiantur, * & vide legem
primam, tit. 27. part. 3. ubi Greg. verbo, ⁴ del que
[illegible], * Covarruv. pract. cap. 16. ubi refert plures
casus & declarationes ad istam regulam. Sed in
nostra quæstione, non descendendo ad casus par-
ticulares, quod res sit litigiosa, vel quòd dolo &
fraude [illegible] alienata, sed bona fide, lite penden-
te super [illegible] bonorum, vel alio contractu
[illegible], tunc iudicem ecclesiasticum vim fa-
cere, exequendo requisitoriam contra tertium
possessorem, ex sequentibus demonstrabitur.
7 Primò, quia regula est quòd † sententia, non
[illegible] executioni mandanda contra tertium posses-
sorem, ut in principio diximus, & probat tex. de-
[illegible], in c. cum super § mandamus, de sent.
[illegible] expressè disponitur, senten-
tiam non esse executioni tradendam, contra ter-
tium bonorum possessorem.
Secundò, pro hac sententia facit tex. in l. a di-
vo Pio, §. si super rebus, vers. sed & illud D. de re iu-
dicata, tex. etiam in l. 2. C. quando fiscus, vel priva-
[illegible] iste tertius possessor, neque fuit iudicio
[illegible] condemnatus, neque adversus
eum [illegible] aliquid fuit petitum, ut
tradit Covarr. [illegible] Ioseph. Ludovic.
[illegible] quòd ex eo, quod
8 persona mutatur, [illegible] causæ cogni-
tio, ut in l. cum quæritur, D. de exceptione rei iu-
dicatæ, & ibi bene declarat [illegible] conclusio-
nes [illegible] hanc materiam. & ultra eum, confirmatur

nostra sententia, quia † iudex concedens exe- 9
cutionem contra aliquem, censetur illam conce-
dere contra nominatum in sententia, & ipsius
bona, quæ tempore latæ sententiæ possidebat, nō
verò contra possessa per alium, quia non censetur
aliquem velle sua possessione privare, sine causæ
cognitione. Ita Paul. de Cast. in l. qui universas, §.
possessionem, n. 1. D. de acquirenda possessione, Ias.
in l. iustè possidet, n. 9. D. de acquirenda possessione.
Roland. cons. 5. num. 10. & 11. lib. 2. & sic † iudex 10
executor vim facit, exequendo sententiá contra
tertium possessorem appellatione remota.
Prætereà confirmatur ista opinio, quia † sen- 11
tentia stricti iuris est, l. Paulus respondit, D. de re
iud. l. 1. C. si plures una sententia: & sic dicunt DD.
quod † sententia lata pro reo, non prodest fi- 12
deiussori, ut docet Paul. de Cast. cons. 87. lib. 1. &
in cons. 29. lib. 1. dicit unum singulare, vide licèt,
quod in tantum sententia est stricti iuris, quod
debet restringi, quoties salva ratione recti ser-
monis restringi potest. & sic lata sententia ad u-
num effectum, non debet alium operari: quia † 13
limitata causa limitatum producit effectum, l. in
agris, D. de acquirendo rerum dominio. & sic ma-
nifestè consequitur, dictam sententiam, adversus
clericum, tertium possessorem, exequi non posse:
quia exequeretur contra mentem iudicantis, &
eius intentionem, l. qualem, lex. quia arbiter, D. de
receptis arbitris, lex. si cum argentum in fine, D. de
exceptione rei iudicatæ.
Rursus confirmatur ista sententia; quia † ne- 14
mo est amovendus à sua possessione absque cita-
tione & actu iudiciali, cap. licèt Episcopus, de præ-
bendis lib. 6. lex. de unoquoq., D. de re iudicata. Ita
Nevizanus, consil. 81. [illegible] 9. & 10. ubi in hoc casu
dicit esse necessariam causæ cognitionem, ex lege
fin. C. si per vim, vel alio modo, cap. querelam, de Si-
monia, cap. inter quatuor, de maior. & obediē-
tia tradit Menochius, de recuperanda possessione,
remedio, 1. n. 111. & est ratio fundamentalis; quia
† ad hoc, ut obstet exceptio rei iudicatæ, tria co- 15
pulativè requiruntur. Primum, quòd sit eadem
causa. Secundum, quòd sit idem ius. Tertium,
quòd sit eadem persona. lex. cum quæritur, cum
sequentibus, de exceptione rei iudicatæ. Ergò, cum
ille tertius possessor non sit contentus in senten-
tia, neque sit eadem causa, neque idem ius, neque
literæ requisitoriæ loquantur contra eum; sequi-
tur, vim facere iudicem ecclesiasticum, qui adver-
sus eum literas requisitorias exequitur in bonis
condemnati, quorum dominium ante sentētiam
bona fide in alium sit translatum: Et per conse-
quens, admittenda est appellatio, respectu tertii
possessoris.
Quæ † sententia in tantum vera est, & pro- 16
cedit, quòd habet locum, etiamsi tertius possessor
non habeat dominium in re possessa, sed solum
nudam possessionem: quia adhuc sententiæ exe-
cutio est impedienda, ut docet gloss. verbo, fiat, in
dict. l. à divo Pio, §. si super rebus, quam sequitur
Bart. ibi; ex lege fin. C. si per vim, vel alio modo.
Quia possessor non convictus, neque citatus, non
debet in sua possessione turbari, etiam ex rescri-
pto Principis, vel [illegible] interlocutoria. Et ex

hac ratione dicit Iason, *in dict. §. si super rebus, nu.* 1 quòd quando movetur quæstio de sola possessione, ipsa sola de per se debet impedire executionem sententiæ, sequendo glossæ sententiam *in dict §. si super rebus.* quam dicit esse communiter probatam. Idem tenet Abb. *in capit. cum super de re iudicata* ubi dicit, quòd quando contradictor movet contro[versiam] etiam solum ratione possessionis, potest impedire executionem sententiæ, cum contradictio & oppositio tertii solum respiciat possessionem, & non rei dominium. Et

17 † quemadmodum condemnatus in una re, si executio fiat in alia, potest se opponere, & impedire executionem, argumento textus, *in l. si quis stipulatus fuerit decem in melle, D. de solutionibus.* Similiter etiam condemnatio facta contra tertium, non debet mandari executioni contra Sempronium; & si de facto mandetur, erit legitimus contradictor ad impediendam executionem sententiæ & ad probandam possessionem, quo casu sufficit summaria rei cognitio, ut tradit Covarruvias *supr. capit. 16. numer. 4.* Abb. *in dict. cap. cum super numer. 7. per textum in capit. veniens de testibus* Natta, *consilio* 412. *numer.* 7. *volum. 1.* Rolandus, *consil. 5. lib. 2.* & novissimè don Ludovico de Peguera *decis. 215. numer. 7.* ibi: * *Et constando de dicta possessione etiam semiplenè est impedienda executio sententiæ: quia solum cognoscitur*

18 *de mero facto possessionis.* * Et † si de facto executio facta fuerit, de facto revocari debet, per contrarium imperium, ut docet Iason, *§. in d. si super rebus numero* 9. Et quòd magis est potest iste tertius, à sua possessione sit eiectus, illam in continenti propria authoritate recuperare, ut *in l. 3. §. cum igitur D. de vi & vi armata* Rolandus, *con-*

19 *sil. 5. numer. 12.* quia † iudex nunquam habet animum præiudicandi tertio possessori. Et sic dicitur in his casibus, * *Sine præiudicio tertij possessoris.* * Et ob hanc causam dicit unum notabile Iason. *in l. iuste possidet, D. de acquirenda possessione numer. 9. in fin.* quòd missio facta per iudicem in possessionem, non citato possessore, non privat eum sua possessione, ex defectu voluntatis & intentionis ipsius iudicis, qui non intendit tertio præiudicare, ut *in l. fin. C. si per vim, vel alio modo.* Ita Baldus, *consil. 149. in fin. lib. 3.* Cravetta *consil. 235 in secund. part.* Rolandus, *dict. consil. 5.*

20 *numer. 12. lib. 2.* Quòd amplio, etiam si † iste tertius possessor esset prædo, & iniustè possideret quia eo non audito neque citato, non debet, neque potest per executionem rei iudicatæ à sua possessione expelli. Imò si spolietur, est ante omnia restituendus ut *ut in l. Colonus, & in l. cum fundus, D. de vi & vi armata. l. 1. §. qui vi, D. eodem tit* ubi qui vi deiectus est, debet damnum recuperare, & reducendus est ad pristinum statum, quo erat antequam fuisset deiectus: ita Menochius, *de recuperanda possessione, remed. 1 num. 11.* qui loquitur de prædone. Antonius Gabriel *de citatione. conclus. 1. numer. 60.* imitat 9 Guido Papæ *consil. 13.* Nevizanus, *consilio 81.* Hyppolytus de Marsiliis, *in l. de unoquoque num. 37. D. de re iudicata.*

21 Sed pulchrum dubium est, an † si iste tertius habuit notitiam litis & controversiæ, & [illegible] comparere pro suo interesse, an sibi præiudicetur tali modo, quod, si postea compareat pro [suo in]teresse ad impediendam executionem, non [sit] audiendus. In qua re sunt variæ Doctorum opiniones. Nam Boerius & ab eo citati, [illegible] expressè resolvunt, tertium in hoc casu non [esse] admittendum probata scientia. Sed contra[riam] opinionem tenet Covarruvias *capit. 13. pract[icarum quæst]ionum, numer. 7. & 8.* ubi dicit, quod non nocet tertio scientia sententiæ, si in iudicio non tractetur de iure ipsius. Et sic declarat *dictam legem [illegible] de re iudicata, & capit. penultimum, extra eod. tit.*

Sed † pro concordia opinionum dicendum est, quod tunc sententia tertio præiudicat, quando in iudicio inter debitorem & creditorem ageretur de iure tertii: quia tunc [t]acita[s] & scientia litis, habetur pro consensu, & [sibi im]putet tertius si non contradixit. Si vero in iudicio nihil actum est, de iure tertii tunc scientia vel ignorantia litis motæ illi non præiudicat [ut] docet Alexander *in dict. l. sæpe, verbo, sed sci[en]tibus, numer. 8. D. de re iudicata: per textum [in] cap. quamvis* ubi Felinus *numer. 2. extra eo[d. tit.]* 22

Et † sic in tali casu tutius est, ut tertius possessor rei litigiosæ citetur, ut una sententia omnes condemnentur: & tunc non dicetur tertius, sed [con]condemnatus. Ita And. Gail. *observatione, 72. numer. 26. & 27. lib. 1.* dicens, quòd ita in Cam[era] Imperiali practicatur, & esse salutare consilium, si actor de iure suo non dubitet, aliàs secus. Et [se]cundum hanc distinctionem sunt intelligendæ & practicandæ istæ contrariæ opiniones: & [si] opinio Boerii esset vera, interposita † appellatione per tertium possessorem, non posset executor adversus eum sententiam executioni mandare: quia esset vis notoria. 23 24

Si † vero lis sit mota super actione personali, super recuperatione alicuius debiti, ut puta, quando agitur contra debitorem, ut solvat pecuniam debitam; in hoc casu, & similibus, licet tertius possessor condemnetur, non potest creditor exequi illam sententiam durante [illegible] tertium: quia prius est faciend[a] [illegible] nis creditoris, & debet prosequi actionem revocatoriam contra eum, ut bona alien[illegible] tur, ut *per totum titulum D. de his quæ in fraudem creditorum, § item si quis in fraudem, instit. de actionibus*, ita Doctores *in dict. § si super rebus* Covarruvias, *practicarum capite. 1[illegible]. numero.* ubi dicit, quòd † in actione personali, quando creditor adversus debitorem agit, non [illegible] ditur debitor, lite mota, rem suam, & iam [spe]ciali hypothecæ obnoxiam, alienare: neque adest ob hanc causam vitium litigiosi, cum executio fieri possit, in aliis rebus debitoris. & sic patet, cum in nostro casu prius agendum sit actione revocatoria, ad revocandam alienationem in fraudem creditoris factam, non posse creditorem executionem facere contra tertium. Quæ † sententia vera est, licet contra debitorem sint prolatæ tres sententiæ conformes, [quæ] licet sint exequendæ *ex Clem. unica, 1. de re [iud.]* 25 26

rata, illud procedit respectu principalis debitoris, secus contra tertium, qui se opposuit executioni, allegans nullitatem, vel etiam exceptionem legitimam. Ita Felinus *in capit. veniens, el 2 de testibus. numer. 11.* Alexand. & Iason *in dict. §. si super rebus.* Romanus *singulari, 287.* & est communis opinio ut tradit ipse Felinus, *in capit. qualiter, numer. 31. de accusationibus.* Covarruvias, *capit. 5. numer. 9. versic. al. ego verò*, ubi ampliat etiam si detur scientia tertii oppositoris.

28 Si † verò actio deducta in iudicium, non sit personalis, sed realis, & ipsa res sit affecta vitio reali, & litigiosa, & nihilominus alienetur in fraudem creditoris, lite pendente; tunc, si res evincatur per sententiam translatam in rem iudicatam, cum alienatio sit nulla, sive emptor sciverit, sive ignoraverit rem litigiosam, potest creditor in dicta re executionem facere, nulla facta excussione; & tunc iste tertius non potest impedire executionem, cum dicta alienatio sit nulla, & transferatur cum suo vitio, *ex dict. l. fin. l. 1. §. quid ergo, D. quæ res pignori oblig. poss.* gloss. *in l. 1. §. 1.* ubi Baldus, *C. communia de vidundo.* Bart. *in l. 1. §. 1. D. de litigiosis.* Guido Papæ, *decis. 337. numer. 5.* Covarruvias, & Parladorius, *ubi suprà*, & Iosephus Ludovicus, *dicta decis. 26.* Et assignat

29 Covarruvias rationem: Quia † ubi res efficitur litigiosa, non potest eius status mutari in præiudicium agentis, quoad iudicii ordinem & causæ examinationem, neque potest litis cursus impe-

30 diri, neque † durior fieri actoris conditio, ut *in l. 2. [illegible] C. de litigiosis.* Et sic, sine novo processu sententia exequi debet, dum sit translata in rem iudicatam, contra ipsum tertium: quia aliàs iniquum foret, ut creditor diversis defatigaretur litibus, ut *in dict. auth. de litigiosis.* & quòd iterum ageret novo iudicio & actione hypothecaria, & deterior fieret eius conditio per talem aliena-

31 tionem. Et † secundum hanc sententiam fuit [illegible] decisum & iudicatum 13. *Decemb. anno. 1608.* ut tradit don Ludovico de Peguera, *decis. civili [illegible]. numer. 19. versic. ex quibus in fin.* Cuius rei exemplum constituitur in casu *leg. si*

32 *creditor, § fin. D. de distractione pignorum*, ubi † vendit rei hypothecatæ cũ clausula, *de non alienando* [illegible], & emptor non acquirit rei dominium. Et sic rectà via potest executio fieri in re alienata [illegible] possideatur à tertio. Et quòd

33 magis est, etiam si † alienatio fiat in clericum, ut resolvimus *lib. [illegible] practicarum quæstionum communium contra communes quæst. 36. numer. 14.* Et sequitur Parladorius *rerum quotidianarum, cap. fin. § 1. numer. 122.* ubi dicit, attendendum † non

34 esse clericum prædii possessorem si allegaverit solum præscriptionem. Quæ sententia verissima est, & ita practicatur, dum executio fiet in ipsa re: quicquid contrarium doceat, † Gaspar Rodri-

35 guez, [illegible] advocatus in Curia Pinciana *in suo tractatu, de annuis reditibus lib. 2. quæstione 9. numer. 5.* [illegible] Marta *de iurisdictione 4. part. centuria 1. casu 33.* quia si illorum opinio esset vera, inde sequeretur absurdum, quod † si res litigiosa in fraudem creditoris [illegible] in clericum, non posset adversus illam rem creditor executionem facere; quòd deviat à tramite rationis: cum dicta alienatio nulla sit, & ex contractu nullo non acquiritur dominium emptori: neque ex dicta alienatione lite pendente, potest creditor præiudicium pati quia res litigiosa, vel censui obnoxia, vendita contra pactum de non alienando, est nulla, ut tradit Gutierrez *lib. 2. practicarum, quæstione, 132. numero 9. & in l. nemo potest, de Legatis 1. n. 3[illegible]. C. 51.*

Si † verò contingat, dictam alienationem 37
ex mandato iudicis factam fuisse, & sic non ex causa voluntaria debitoris, sed ex causa necessaria, tunc cessat vitium litigiosi, & valet alienatio. Ita eleganter Innocentius *in cap. cum in de constitutionibus, in fin.* Baldus, *in l. alienationes per illum textum. D. familiæ erciscundæ*, Bartolus, *in lib. inter quos. §. si domi[illegible], D. de damno infecto.* Angelus *in authentica de litigiosis, circa principium, q. 2.* Alexand. *in l. si constante § fin. numer. 2. D. soluto matrimonio*, ubi dicit, vitium litigiosi non impedire alienationem, quæ fit per confiscationem bonorum quia est necessaria alienatio, ut probat textus, *in l. [illegible] a quo, D. de rei vendicatione, l. peto, §. prædium D. de legatis, 2. lib. 1 D. de fundo dotali, l. 2. C. eodem tit.* & sic obtinui in casu de facto contingenti, ut diximus *lib. 3. practicarum communium contra communes; quæstione 820. numer. 49. cum sequentibus.* Et idem docet Vincentius de Franchis *decisione. 660* & unico verbo, licèt non fundet illud docet Gregorius Lopez. *in l. 14. tit. 13. partit. 5. gl. fin.* ubi dicit, quòd † si lite mota, & sic postquam 38
res est litigiosa, res vendatur ad satisfaciendũ creditoribus, mandato iudicis, tunc pignus liberatur; & † iam si contingat, quod res vendita 39
non sit secura, adhuc creditor non potest redire ad suam hypothecam, ut fuit resolutum *per decisionem. 266. numer. 4.* apud Petrum Surdum Et sic nimirum emptor rei securus est, & licet postea appareant alii creditores anteriores, qui † 40
non habent recursum contra emptorem, sed ad pretium rei venditæ ut tradit Vincentius de Franchis, *suprà*; & aliàs esset contra ius & pietatem, ut facta venditione iudiciali, remaneret extincta hypotheca rei debitæ, & quòd res vendita & data insolutum, in concursu creditorum oblata fuisset. Quod est singulare in praxi, cum casus sæpè de facto contingat. Et licet sit res aperta, nuper † emptor bonorum authoritate iudicis 41
venditorum ad satisfaciendum creditoribus fuit condemnatus, ad instantiam aliorum creditorum, licèt venditio facta fuit ex mandato iudices sed nescio quo iure illud factũ fuit, per iudicem ordinarium huius civitatis, cum suo socio licet illis constiterit per meam allegationem, contrarium fuisse iudicatum in Regali Cancellaria Pinciana, ut diximus *libro 3. quæstione [illegible] in fin.* Sed cũ hæc causa ad dictã Regalé Audientiã sit devoluta, ubi iudices omnes integerrimi sunt, spero sententiã revocanda fore: maximè, quia emptor fuit confraternitas Virginis [illegible] huius civitatis cuius bona in opera pia & eleemosynas eroganti[illegible].

Et sic cautius est causa consideranda, cum summa sit ratio, quæ pro religione facit, ut *in l. fin. D. de relig. & sumptibus funerum*, in cuius favorem in dubio est iudicandum.

Hæc omnia, quæ dicta sunt, respiciunt ius tertii possessoris; nunc † verò examinandum est,
42 coràm quo iudice, ista exceptio à tertio sit proponenda, an coràm iudice ordinario, qui sententiam protulit, vel coràm iudice executore delegato, vel ordinario ipsius sententiæ; In qua re variæ sunt Doctorum sententiæ, quæ explicandæ sunt pro perfecta declaratione huius quæstionis ad faciliùs cognoscendum de articulo violentiæ exequendo, vel non exequendo literas requisitorias.

43 Et inprimis, † pro resolutione huius quæstionis sex casus constituit Menochius, *de arbitrariis lib. 1. quæst.* 38. ad quem iudices & advocati possunt recurrere cum lis de facto contingit. Et resolvendo omnia, quæ necessario scitu digna sunt in hac dubitatione, Speculator, *tit. de executione sententiæ, §. fin. numer.* 11. resolvit, dictas exceptiones non esse coràm iudice executore, proponendas, sed coràm iudice ordinario, qui sententiam tulit, ad quem omnia acta sunt remittenda, & expectanda ipsius determinatio: & interim in executione est supersedendum, per textum *in cap. de catero, de re iudicata*, ubi Abbas *numer.* 8. idé *in capit. pastoralis. §. quia verò, numer. 3. in fine, de officio delegati*, Bartolus, *in l. si Prætor, numer. 1. per illum textum. D de iudiciis.* Vantius, *de nullitate sententiæ, tit. coràm quo nullitas proponenda sit, numer.* 22. & alios refert Andreas Gail. *lib. observationum, observatione* 123. *numer*, 7. & ratio huius opinionis est, quia executori non committitur causæ cognitio sed executio ut *in l. ab executione C. de quor. appell. non recip. de appell.* & sic, ex defectu iurisdictionis & commissionis, non poterit de exceptionibus coràm eo propositis cognoscere, per textum *in l. si ut proponis, & in l. executorem, C. de executione rei iudicatæ*: & ita observari in Regia Audientia, & in camera Imperiali attestatur Andreas Gail, *supra*. Idemquè in omnibus Senatibus observari tenet don Ludovico de Peguera, *dicta decisione*, 206. *numer* 2. *in fine.*

44 Sed † ista opinio temperanda est; quando iste tertius non opponit ius suum contra bona debitoris, sed dicit, bona, in quibus facta fuit executio, esse propria sua, & in eius dominio permanere, & non in dominio condemnati; tunc iudex requisitus potest cognoscere de hac exceptione: quia non concernit causam principalem sententiæ, neque agitur de impugnatione ipsius, vel revocatione, sed solum de dominio bonorum. In quo casu iudex requisitus, etiam merus executor poterit de hac exceptione cognoscere, ut declarat Bobadilla, *in sua Politica, lib.* 2. *capit.* 19. *ex n.* 45. & 47. ubi loquitur de mero & mixto executore: & ratio est; quia intentio iudicis, qui protulit sententiam, & dedit literas requisitorias, non est quod tertio damnum inferatur, neque in bonis non condemnati executio fiat. Ita
45 probat textus † in l. à Divo Pio. §. si super rebus D. de re iudicata, ibi: * *Si super rebus controversia fiat*, * & ibi: * *Ipsos, qui rem iudicatam exequuntur, cognoscere debere de proprietate.* * Et sic executores debent cognoscere de dominio & proprietate rerum, in quibus fit executio: quia hæc cognitio non adversatur sententiæ, quam opinionem sequitur Bartolus, *ibi numer.* 6. & est communis opinio, ut tradit Covarruvias *practicarum, quæstion. capit* 16. *numer* 5. ubi dicit, quòd alitèr posset executor cuilibet tertio contradictori iniuriam facere, qui non ita facilè potest ad iudicem requirentem accedere, quam opinionem sequitur Azevedo *in l.* 6. *tit.* 17. *lib.* 4. *recopilationis, numer.* 7. & 8. & Cacheranus; *decis.* 38. *num.* 14. Iosephus Ludovicus *decis.* 26. *numer* 15. don Ludovico de Peguera, *in decisionibus civilibus, in decis.* 135. *per totam* ubi *numer.* 38. *in fine*, dicit, sic vidisse observari in Regia Audientia Cathaluniæ, occasione literarum requisitoriarum, à Regiis Audientiis Regnorum Aragoniæ & Valentiæ: & secundum istam doctrinam ita per plures vidi observatum & practicatum in hoc Regno Castellæ, tam in executione sententiæ translatæ in rem iudicatam, quàm super implemento alicuius requisitoriæ vel provisionis Regalis, virtute alicuius submissionis, ad Prætores Curiæ
Regis, & ad illius Cancellarias. Quia † iudex 46
executor, qui fuerit requisitus, potest admittere exceptionem super dominio & proprietate rei, oppositam à tertio; quia illa exceptio non concernit iustitiam causæ principalis, ut docet Menochius *ubi suprà, quæstione* 38. *numer.* 8. & 16. post Alexandrum, *in dict. §. si super rebus, numer.* 9. Iason *numer* 11. & Iacobus Cancer, *variarum resolutionum, cap.* 2. *de iurisdictione omnium iudicum, num.* 147. quæ † opinio vera est & pro- 47
cedit, sivè iste iudex executor sit merus executor, vel mixtus sive habeat simul iurisdictionem ordinariam, vel delegatam: quia in omnibus casibus potest executor cognoscere, an bona, in quibus petitur, vel facta fuit executio, sint debitoris
vel alterius, secuta † summaria informatione, 48
ut *in dict. §. si super rebus.* Quam doctrinam docet Bartolus, communiter receptus *in dicta l. à Divo Pio in principio, numer.* 16. dicens, executorem sententiæ ab alio latæ & cui executio tantum commissa est, posse cognoscere de illa quæstione, in quibus rebus sit facienda executio. Et sequitur Salicetus, *in l. si non cognitio, & in l. penultima, C. si contra ius. vel utilitatem publicam.* Quia ista exceptio non respicit merita causæ principalis, neque illo modo adversatur sententiæ, nec opponitur iurisdictioni superioris iudicis, vel æqualis, ut *in l.* 1. *C. de iuris & facti ignorantia*, Menochius *ubi suprà, numer.* 8. & 16. quæ omnia sunt menti tenenda, quia alibi sic recollecta & scripta non reperies, quæ sunt utilia, tàm in foro ecclesiastico, quàm in sæculari, & pro decisione articulorum per viam violentiæ, sæpè de facto
contingunt. Et sic ad petitionem † doctissimi 49
& integerrimi viri, & omnium literarum genere consummatissimi, *domini Licentiati Ioannis de Samanhiego*, Auditoris Regalis Cancellariæ Pincianæ, nunc meritissimi Regentis in Senatu Hispalensi,

palensi, hæc notavimus: quia mihi rescripsit, dũ esset auditor Regalis Cancellariæ, pluries versari de facto, quando causæ remittuntur ad dictum Regium tribunal per viam violentiæ, quando merus vel mixtus executor excedit modum in executione sententiæ vel requisitoriæ, ut tradit Gracianus, *discept. forensium, cap. 146. in prim. par.* ubi loquitur in sententia iniusta.

Vltimò, pro complemento huius quæstionis
50 & materiæ animadvertendum est, quòd † si coràm iudice executore opponatur exceptio falsitatis, vel nullitatis sententiæ, per tertium possessorem, contra sententiam (quæ exceptiones, si fuerint comprobatæ, infringunt eam) tunc potest eas admittere, non ad effectum iudicandi, sed ut omnia remittantur ad iudicem, qui sententiam protulit, ita Bartol *in dict. l. à Divo Pio, numer. 9.* Alexand. *numer.* 10. Iason. *numer. 16.* Felinus, *in capit. pastoralis, §. quia verò, num. 16. & in capit. de cætero, numer. 3. de re iudicata.* Socinus Senior *consilio. 38. numer. 20. lib. 4.* pro qua sententia adducitur, tex. *in l. si prætor, in*
51 *principio & in §. Marcellus, D. de iudiciis.* Quia † aliàs iudex inferior, vel æqualis, posset eius factum impugnare, *contra legem, nam & magistra-*
52 *tus, D. de receptis arbitris.* Nec † in hoc casu admittenda est opinio contraria, quam tradit Imola *in dict. l. à Divo Pio*, dicens, quòd ex eo, quòd huic executori est tributa iurisdictio ordinaria, poterit ipse de per se iudicare super his exceptionibus: quia ordinarius ampliorem & favorabiliorem habet iurisdictionem, quam delegatus, ut est glos. *in capit 3. de rescriptis lib. 6.* Et sic, licèt iudex delegatus, qui habet restrictam iurisdictionem, non posset cognoscere de istis exceptionibus, iudex tamen ordinarius rectè potest. Sed Bartoli opinionem sequitur Menochius, *ubi supra, de arbitrariis, q. 38. numer. 14.* ubi impugnat Imolæ opinionem: quia illa exceptio, non opponitur iudici, tanquam ordinario, sed tanquam executori, & sic, non potest infringere sententiam illius iudicis, qui protulit sententiam, licèt habeat maiorem & potentiorem iurisdictionem, quam delegatus, qui recognoscit superiorem, in persona delegantis, ut *in l. 1 §. qui mandat, D. de officio eius cui mandata est iurisdictio.*

53 In † casu verò, quo petenda sit executio per literas requisitorias, virtute alicuius submissionis, vel ratione rei sitæ, vide *legem vigesimam, tit. 21. lib. 4. recopilationis*, de cuius intellectu agit Paz, *in sua praxi 4. part. 1. tomo, capit. 2. num. 10. & per totum caput*, & Abbas *in responso, 40. num. 11. l. 1. tit. 27. partit. 3.* & vide Parlad. *lib. 2. rerum quotidianarum, capit. fin. 6. part. §. unico*
54 *numer. fin.* ubi explicat, cui † debetur decima executionis, quando proceditur per literas requisitorias, an iudici, qui protulit sententiam, an iudici, qui exequitur requisitoriam. Et resolvit, utrique deberi, & nihil allegat. Ego verò contrarium video practicatum; quia executor non decernit mandatum executionis, sed solum est nudus minister, qui exequitur sententiam, vel instrumentum; & sic non video, quo iure, dividenda sit decima executionis. Imò tota integra pertinebit ad iudicem ordinarium, qui à principio instrumentum exequitur. Sicut enim arma pertinent ad Alguacellum apprehendentem delinquentem, & non ad iudicem exequentem ut *in l. 28. tit. 23. lib. 4. recopilat. & in l. 21. tit. 7. lib. 2.* quas leges declarat Bobadilla, *in sua Politica, prim. part. lib. 1. capit. 14. à numer. 62. usque ad numerum.* 107. quod intellige, si alguacellus capiat delinquentem ex sua industria & solicitudine: secùs si mandato iudicis, & in eius præsentia; quia † tunc arma non pertinent ad 55
alguacellum, qui exequitur mandatum iudicis, sed ad ipsum iudicem, ut notat Azeved. *ibi, num. fin.* ibi: * *Quotiescunque mandato iudicis capit, secus sine eo,* * quòd nota, quia vidi de hoc dubitatum in Syndicatu.

SVMMARIVM

1 *Iudex Regius, & non ecclesiasticus cognoscit de causis tertiarum ad Regem pertinentium.*
2 *Causa decimarum dicitur spiritualis.*
3 *Iurisdictioni ecclesiasticæ non potest clericus renunciare.*
4 *Authoris opinio in quæstione proposita refertur.*
5 *Tertiæ pertinent ad Regem, ex concessione Apostolica.*
6 *Rex habet in tertiis fundatam suam intentionem.*
7 *Tertiæ computantur inter bona temporalia Regis.*
8 *Tertiæ mutarunt qualitatem, mutatione personæ.*
9 *Mutatione personæ, mutatur qualitas rei, licèt non substantia.*
10 *Decimæ sunt bona ecclesiastica, quandiu sunt penes Ecclesiam, & sic conductores conveniuntur coràm iudice laico.*
11 *Ius decimandi est spirituale.*
12 *Decimas non præscribit laicus.*
13 *Decimæ, quatenus poßidentur à Rege, consistunt in temporalitate.*
14 Lex 1. tit. 5. lib. 1. recopilat. *declaratur.*
15 Tercias en podet de seglares es cosa temporal.
16 *Decimæ, & tertiæ sub diversis titulis collocantur.*
17 *Diversitas nominum arguit diversitatem rerum.*
18 *Tertiæ tuta conscientia poßunt à laicis poßideri.*
19 *Iudices laici poßunt de tertiis cognoscere tanquam de rebus profanis.*
20 *Sententia Senatus refertur.*
21 *Cognitio causæ, sive de facto, sive de iure, super tertiis, pertinet ad iudicem sæcularem.*
22 *Iudex sæcularis etiam inter personas ecclesiasticas cognoscit de causis tertiarum.*
23 *Feudum concessum Episcopo, non desinit esse sæculare.*
24 *Cancellaria Regia cognoscit de causis tertiarum, ex Regia provisione lata, anno 1596.*
25 *Cognitio causarum super tertiis pertinet ad Regios Auditores, si litigantes habent titulum à Rege.*

26 Re-

palensi, hæc notavimus: quia mihi rescripsit, dú
esset auditor Regalis Cancellariæ, pluries versa-
ri de facto, quando causæ remittuntur ad dictum
Regium tribunal per viam violentiæ, quando
merus vel mixtus executor excedit modum in
executione sententiæ vel requisitoriæ, ut tradit
Gracianus, *discept. forensium, cap. 146. in prim.
par.* ubi loquitur in sententia iniusta.

Vltimò, pro complemento huius quæstionis
50 & materiæ animadvertendum est; quòd † si co-
ràm iudice executore opponatur exceptio falsi-
tatis, vel nullitatis sententiæ, per tertium posses-
sorem, contra sententiam (quæ exceptiones, si
fuerint comprobatæ, infringunt eàm) tunc po-
test eas admittere, non ad effectum iudicandi,
sed ut omnia remittantur ad iudicem, qui sen-
tentiam protulit, ita Bartol *in dict. l. à Divo Pio,
númer. 9.* Alexand. *numer.* 10. Iason. *numer. 16.*
Felinus, *in capit. pastoralis, §. quia verò, num. 16.
& in capit. de cætero, numer. 3. de re iudicata.* So-
cinus Senior *consilio. 38. numer. 26. lib. 4.* pro
qua sententia adducitur, tex. *in l. si prætor, in*
51 *principio & in § Marcellus. D. de iudiciis.* Quia †
aliàs iudex inferior; vel æqualis, posset eius fa-
ctum impugnare, *contra legem, nam & magistra-*
52 *tus, D. de receptis arbitris.* Nec † in hoc casu ad-
mittenda est opinio contraria, quam tradit Imo-
la *in dict. l. à Divo Pio*, dicens, quòd ex eo, quòd
huic executori est tributa iurisdictio ordinaria,
poterit ipse de per se iudicare super his exceptio-
nibus: quia ordinarius ampliorem & favorabi-
liorem habet iurisdictionem, quam delegatus,
ut est glos. *in capit 3. de rescriptis lib. 6.* Et sic, li-
cèt iudex delegatus, qui habet restrictam iuris-
dictionem; non posset cognoscere de istis exce-
ptionibus, iudex tamen ordinarius rectè potest.
Sed Bartoli opinionem sequitur Menochius, *ubi
supra, de arbitrariis, q. 38. numer. 14.* ubi impu-
gnat Imolæ opinionem: quia illa exceptio, non
opponitur iudici, tanquam ordinario, sed tan-
quam executori, & sic, non potest infringere sen-
tentiam illius iudicis, qui protulit sententiam, li-
cèt habeat maiorem & potentiorem iurisdictio-
nem, quam delegatus, qui recognoscit superio-
rem, in persona delegantis, ut *in l. 1 §. qui man-
dat, D. de officio eius cui mandata est iurisdictio.*
53 In † casu verò, quo petenda sit executio per
literas requisitorias, virtute alicuius submissio-
nis, vel ratione rei sitæ, vide *legem vigesimam,
tit. 21. lib. 4. recopilationis*, de cuius intellectu
agit Paz, *in sua praxi 4. part. 1. tomo, capit. 2. nu.
10. & per totum caput*, & Abbas *in responso, 40.
num. 1. l. 1. tit. 27. partit. 3.* & vide Parlad. *lib. 2.
rerum quotidianarum, capit. fin. 6. part. §. unico*
54 *numer. fin.* ubi explicat, cui † debetur decima
executionis, quando proceditur per literas re-
quisitorias, an iudici, qui protulit sententiam,
an iudici, qui exequitur requisitoriam. Et resol-
vit, utrique deberi, & nihil allegat. Ego verò
contrarium video practicatum; quia executor
non decernit mandatum executionis, sed solum
est nudus minister, qui exequitur sententiam,
vel instrumentum; & sic non video, quo iure,
dividenda sit decima executionis. Imò tota inte-
gra pertinebit ad iudicem ordinarium, qui à
principio instrumentum exequitur. Sicut enim
arma pertinent ad Alguacellum apprehenden-
tem delinquentem, & non ad iudicem exequen-
tem ut *in l. 28. tit. 23. lib. 4. recopilat. & in l. 21.
tit. 7. lib. 2.* quas leges declarat Bobadilla, *in sua
Politica, prim. part. lib. 1. capit. 13. à numer. 62.
usque ad numerum. 107.* quod intellige, si algua-
cellus capiat delinquentem ex sua industria & so-
licitudine: secùs si mandato iudicis, & in eius
præsentia; quia † tunc arma non pertinent ad 55
alguacellum, qui exequitur mandatum iudicis,
sed ad ipsum iudicem, ut notat Azeved. *ibi, num.
fin.* ibi: * *Quotiescunque mandato iudicis capit,
secus sine eo,* * quòd nota, quia vidi de hoc dubi-
tatum in Syndicatu.

SVMMARIVM

1 *Iudex Regius, & non ecclesiasticus cognoscit de causis tertiarum ad Regem pertinentium.*
2 *Causa decimarum dicitur spiritualis.*
3 *Iurisdictioni ecclesiasticæ non potest clericus renunciare.*
4 *Authoris opinio in quæstione proposita refertur.*
5 *Tertiæ pertinent ad Regem, ex concessione Apostolica.*
6 *Rex habet in tertiis fundatam suam intentionem.*
7 *Tertiæ computantur inter bona temporalia Regis.*
8 *Tertiæ mutarunt qualitatem, mutatione personæ.*
9 *Mutatione personæ, mutatur qualitas rei, licèt non substantia.*
10 *Decimæ sunt bona ecclesiastica, quandiu sunt penes Ecclesiam, & sic conductores conveniuntur coràm iudice laico.*
11 *Ius decimandi est spirituale.*
12 *Decimas non præscribit laicus.*
13 *Decimæ, quatenus possidentur à Rege, consistunt in temporalitate.*
14 Lex 1. tit. 5. lib. 1. recopilat. *declaratur.*
15 Tercias en poder de seglares es cosa temporal.
16 *Decimæ, & tertiæ sub diversis titulis collocantur.*
17 *Diversitas nominum arguit diversitatem rerum.*
18 *Tertiæ tuta conscientia possunt à laicis possideri.*
19 *Iudices laici possunt de tertiis cognoscere tanquam de rebus profanis.*
20 *Sententia Senatus refertur.*
21 *Cognitio causæ, sive de facto, sive de iure, super tertiis, pertinet ad iudicem sæcularem.*
22 *Iudex sæcularis etiam inter personas ecclesiasticas cognoscit de causis tertiarum.*
23 *Feudum concessum Episcopo, non desinit esse sæculare.*
24 *Cancellaria Regia cognoscit de causis tertiarum, ex Regia provisione lata, anno 1596.*
25 *Cognitio causarum super tertiis pertinet ad Regios Auditores, si litigantes habent titulum à Rege.*

26 Re-

26 *Regij auditores super tertiis cognoscunt, sive litigantes sint laici, sive clerici.*
27 Lex 57.tit.6. partit.1. *declaratur.*
28 *Causa privilegii tractari debet coram eo, qui privilegium concessit.*
29 *Ius patronatus laicis conceditur ex privilegio, ut alii invitentur ad fundandum, & construendum Ecclesias,*
30 *Dominus feudi est iudex in re feudali inter personas ecclesiasticas.*
31 Lex. finalis, tit. 26. part 4. *declaratur.*
32 *Cancellariæ Hispaniæ de consuetudine generali cognoscunt de his tertiis.*
33 Capit. verum, de foro competenti *declaratur.*
34 Capit. si diligenti, de foro compet. *declaratur.*
35 *Iudex sæcularis ex commissione Pontificis potest cognoscere intra personas ecclesiasticas, de causis ad forum ecclesiasticum pertinentibus.*
36 *Rex potest cognoscere de omnibus pertinentibus ad suum patrimonium.*
37 *Res fiscales quasi propria Principis sunt.*
38 *Cancellaria cognoscit de causis tertiarum, etiã inter personas ecclesiasticas.*
39 Conseio de camara conoce tambien de causas de tertias, etiam inter personas ecclesiasticas, y el Conseio de Contaduria mayor de Hazienda.
40 *Capella Regum novorum in Ecclesia Toletana, possidet tertias ex concessione Regis.*
41 *Spolium super tertiis tractari debet in Regia Cancellaria, etiam inter personas ecclesiasticas,*
42 *Possessorium rei ecclesiasticæ reputatur quid profanum,*
43 Lex.20. tit.1. lib.3. recopilationis *declaratur.*
44 Capit. fin. de iudiciis *declaratur.*
45 *Iudex laicus cognoscit de causa possessoria beneficij.*
46 *In causis spiritualibus non iuratur de calumnia.*
47 *Iudex sæcularis non est incompetens in causa spolij, super possessione facti.*
48 *Vbi est captum iudicium, ibi finem accipere debet*
49 Capit. postulasti, de homicidio, *declaratur.*

## QVÆSTIO 17.

### *Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat contra laicos pro solutione tertiarum.*

1 DVbium † est valde controversum, an iudex sæcularis possit cognoscere de causis decimarum, quæ tertiæ appellantur; & an iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, quando dictæ tertiæ ex concessione Apostolica pertinent ad personas sæculares. Et iudicem ecclesiasticum facere vim, resolvimus *lib. tertio, commun. quæstione, 822. à numer. 70. & usque ad finem, & lib.3. commun. quæstione,1. num.636.* ubi resolvimus, de his tertiis cognoscere consilium supremum cameræ Regis, & latius dicam, *in quæstione, 25.* & tradit Cabedo, *decis.63. num. 4.* Et licèt prima facie videatur dicendum contrarium, ut tenet Anastasius Germonius, *libr. 3. de sacrorum immunitatibus, capit. 19. numero 85.* quia † causa decimarum spiritualis reputatur, 2
*capit. tua nobis, capit. parochianos, de decimis, l.56. titul.6. partita,1.* cuius cognitio ad forum ecclesiasticum pertinet, *Clementina dispendiosam, de iudiciis*, & quia inter personas ecclesiasticas lis agitatur, quæ † etiam proprio consensu, non 3
possunt à iudice ecclesiastico recedere, & in laicum consentire, *capit. si diligenti de foro competent l.57 tit.6. partita 1.*

Contrarium † autem in præsenti causa verius esse arbitramur, scilicèt, potuisse Regios Auditores de hac causa cognoscere, & posse ac debere in ea procedere, quod ex sequentibus probatur. Primò, quia † decimæ, quæ vulgò tertiæ 5
dicuntur, ex concessionibus Apostolicis pertinent ad Reges Hispaniæ, & ad habentes ius ab illis, adeò † ut in his tertiis habeant fundatam 6
suam intentionem, ut *in l.1. in fin, tit.5. lib. 1. recop. & in l.1. tit.21. lib.9.* tradit Frat. Dominus de Soto *lib.9. de iust. & iur. quæst.1. art.1. propè finem, versicul. Qua ratione Regi nostro.* Belluga. *in Speculo Principum, rubr.13. §. restat numer.1. in fin.* Camil. Borell. *de Regis Catholici præstantia. capit. 71. numer. 348.* Gregor Lopez, *in l.22. verbo.* * *No los deuen auer,* * *& in l. 22. venbo,* * *Tomen diezmo.* * *Et versiculo, quod tu nota, tit.20. partit.1.* quem & alios refert Ioan. Gutierrez, *pract. quæst. libr.1. quæst.14. n.1.* Lasarte de Molina, referens originem huius concessionis, *in tit. de decima venditionum, c.19. n.36.* quo fit, ut † hæc 7
decimarum quota computetur inter bona temporalia, eorumquè naturam sequatur quo ad omnia, duabus potissimum rationibus.

Prima, quia, † ex quo fuerunt concessæ Re- 8
gibus Hispaniæ à sede Apostolica, habente potestatem concedendi, mutaverunt qualitatem bonorum ecclesiasticorum, & effectæ sunt mere sæculares, quoniam † licèt substantia rei non mu- 9
tetur mutatione personæ, qualitas rectè mutatur, ut docet Baldus, *in rubric. C. de usuris, num.5. vers. item mutatione personæ per text. in l.1. in fin. C. de impon. lucrativa descript. libr.10. & in l. licitatio, num. fin. D. de publica & vectigal. & in l. Paulus, D. de acquirenda hæred.* refert & confirmat latè hoc fundamentum loquens in nostris terminis, Aluarus Valasc. *de jure emphy. quæst. 15. nu.15. versi. quibus accedit,* & Castillo, *in l. 6. Tauri, verbo,* * *de qualquier calidad,* * *versi. nota unum,* unde & *in versi. Et quòd dixi de bonis decimalibus,* infert ad decis. nostræ quæstionis, quòd, † licèt 10
decimæ, quandiu sunt penes Ecclesiam, sint bona ecclesiastica: si tamen transferuntur in laicum, perdunt nomen & privilegium rerum ecclesiasticarum, & iudex ecclesiasticus non cognoscit de illis, sed sæcularis, & refert, ita se habuisse de facto, & obtinuisse, & repetit eandem sententiam *in l. 13. Tauri, super verbo,* * *veynte, y quatro horas,* * *versiculo, ex quo sæpè numero tenui, & teneo nunc.* Et sequitur Covarruvias, *cap. 35. pract. numer. 2.* & Gu-

& Gutierrez, *canonica quæstion. prim. par. capit. 34. numer. 49.* & Azeued *in l. 10. numer. 10. lib. 4. numer. 59. recopil.* qui loquuntur in conductoribus decimarum, & confirmatur ex traditis à Valasco, *dict. numer. 15.* & hæc est communis opinio Canonistarum & Legistarum, ut, constat ex his, quos latè congerit Franciscus Bursatus, *consil. 50. numer. 14. libr. 1.* & plures alios eiusdem sententiæ authores allegat, *consil 127. numer. 12. lib. 2.* quibus consequens est, ut cum prædictæ tertiæ pertineant ad Reges Hispaniæ ex concessione Apostolica, iam mutaverint qualitatem bonorũ ecclesiasticorum, & possint de illis cognoscere iudices laici.

11 Secunda ratio est, quia, licèt † ipsum ius decimandi spirituale sit, ut *in dicto capit. tuã nobis,*
12 *cum aliis supra allegatis*, ob idquè † à laico possideri non possit, neque præscribi *capit. causam*
13 *quæ de præscriptio.* ipsa † tamen quota fructuũ quæ fuit concessa Regibus Hispaniæ, & habentibus ius ab eis, est quid sæculare, in merã temporalitate consistens, ut notat glos. *verbo laica, lib. in capit. pervenit. 1. quæstione 3. & in capit. quoniam, verbo, non licere vers. sed nunquid fructus decimarum de decimis.* Quarum glossarum sententia est communitèr recepta, ut cõstat ex relatione facta per Ioan. Garc. *tit. de expensis. & meliorationibus cap. 9. numer. 91. & 92.* ultra ipsum
14 confirmatur apertè, Primò † *ex dicta l. 1. tit. 5. lib. 1. recopilat.* in illis verbis. * *Ni se entienda en los diezmos: y tercias que los Reyes nuestros predecessores, y nos acostumbramos a lleuar antiguamente,* *quibus à regula posita in principio eiusdem legis, qua propositum erat, decimas ut quid spirituale, pertinere ad ecclesias, & ecclesiasticas personas, excipit tertias Regibus concessas, ut ostendat eas non sequi naturam aliarum decima-
15 rum sed † debere iudicari, ut quid merè temporale & profanum, quia considerantur soli fructus separati ab ipso iure decimandi. Secundò;
16 quia † hęc pro constanti haberent nostrarum legum conditores, in noua earum compilatione sub diversis titulis collocaverunt tractatum decimarum, & tertiarum decimis, *in tit. 5. lib. 1.* de
17 tertiis *in tit. 21. lib. 9.* ut queadmodum † diversitas nominum arguit diversitatem rerum, *l. si idem C. de codicillis* ita diuersitas titulorum ut *in princip. instit. delegatis.*

Quo fit, ut tales fructus sunt separati à iurisdi-
18 ctione Ecclesiæ, & † possint per laicos possideri tuta conscientia ut *per Rebuff. in tit. de decim. quæst. 13* Frat Domin. de Soto, *de iust. & iur. lib. 9. quæstione 7. artic. 1. colum. penultim. & quæ-*
19 *stione, 4. articul. 3.* & consequentèr laici † iudices possint de eis cognoscere tanquam de re-
20 bus profanis. Atque † in Granatensi Prætorio ita iudicatum fuisse testatur Covarruvias, *in practicis quæstion. capit. 35. numer. 2. versic. 3. quoties decimæ*, & latè confirmat. Lasarte *in dicto capit. 19 numer. 29.* & sequitur Ioannes Gutierrez *in practicar. quæstion. lib. 1. quæstione 14. numer. 4.*
21 ubi ait, quòd † sive tractetur de iure harum decimarum, sive de facto, eius causæ cognitio pertinet ad iudicem sæcularem; & refert plures eiusdem sententiæ authores. Neq; contrariũ voluerunt aliqui ex præcitatis, dum dicunt, aliud esse, cum decimæ remanent penes Ecclesiam aut ecclesiasticas personas: quia non loquuntur in his, quæ fuerunt concessæ Regibus Hispaniæ: nam † de his pro constanti habent cognoscere 22
iudices sæculares, etiam inter ecclesiasticas personas: sed loquuntur de his decimis, quæ nunquam exierunt ab Ecclesia & personis ecclesiasticis: & sic † feudum concessum Episcopo, nõ 23
desinit esse sæculare, glos. *in capit. Romana, §. debet, de appellat. in 6.* quam sequitur Maria, Soc. *in capit. ex transmissa, numer. 8. de foro comp.* de qua re hodiè apud nos non potest dubitari, cum
† extat Regia schedula seu provisio, missa ad 24
Cancellariam à Philippo Rege; H. D. nostro, datã *Matriti, 10. die, mensis Martij anno 1569.* qua præcipitur, ut de huiusmodi tertiis cognoscatur in Regia Cancellaria.

Secundò principalitèr & ex alio capite cognitio pertinet ad Regios Auditores Cancellariæ. Maximè, quandò † utraque pars quæ litigat ex 25
beneficio & donatione Regum Hispaniæ obtinuerunt id super quo litigatur ut clarè probatur *in l. Bene à Zenone*, etiamsi † litigantes sint clerici 26
vel alias ecclesiasticæ personæ: ut expressè cavetur † *in l. 57. titulo sexto, parte prima.* ubi post- 27
quam posuit regulam; quòd clerici & personæ ecclesiasticæ debent cõveniri in iudicio ecclesiastico; non sæculari; subiicit limitationem in hæc verba. * *Fueras ende, si el Rey, ò otro rico home diesse tierra de heredamiento a Iglesia, ò algun clerigo, que tuuisse del, ca si tal pleyto como este les moviesse alguno sobre ella, quier fuesse clerigo, ò lego, ante aquel deue responder que se la dio, y de quien la tiene, y no ante otro.* * Et *in l. 10. tit. 7. lib. 9. recopilat.* cuius verba sunt. * *Que las Iglesias, y monasterios, y personas de orden, y otros qualesquier ecclesiasticos, que han, y tienen de nos, y de los Reyes donde venimos qualesquier marauedis, y doblas, y otras qualesquier cosas, por qualesquier privilegios, y mercedes,* * & ibi: *Que los demanden ante los nuestros juezes seglares y no ante los ecclesiasticos, ni conservadores.* Idque originem habuisse videtur ex eo, quòd † causa privilegij 28
tractari debet corãm eo, qui privilegium concessit. *capite, cum venissent, de iudic.* Quòd ius summa cum ratione fuit constitutum: neque ex eo læditur, imò augetur & ampliatur status ecclesiasticus. Nam quemadmodum † laicis fundan- 29
tibus, dotantibus, aut construentibus Ecclesias, fuit ex privilegio concessum ius patronatus in ipsis Ecclesiis (licet eius iuris, ut pote spiritualis vel spirituali annexi, quodammodo incapaces viderentur) idque favore ipsarum Ecclesiarum ut alii invitarentur ad fundandum, dotandum, & construendum ecclesias, ut per Lapum *in allegatione 96.* ubi latè Mandosius, *in addition. litera M* Covarruuias, *in cap. 36 sic æquum fuit.* & Ecclesiis favorabile, reservare iurisdictionem principibus, donantibus iurisdictio. possessiones & terras Ecclesiis, si lis super illis, & aliquo iure ipsarum, moveri contigerit, ut sic alii invitarentur ad similes donationes faciendas, ut Ecclesiæ dite-

dite-

ditentur, quòd in propriis terminis tradit Afflictis *decis. 2. numer. 4.* dum ait, rem Ecclesiæ procedentem à Rege effici de foro ipsius Regis.

Facit in confirmationem huius sententiæ, quòd pari ratione constitutum est, dominum
30 † feudi, etiam laicum esse, iudicem competentem inter feudatarios, contendentes super re in feudum concessa, vel aliquo iure ipsius, etiam si clerici ipsius sint, vel quacunque alia ratione ad forum ecclesiasticum pertinentes, ut *in capite cæterum, in capite novit*, iuncta glossa *verbo ad ipsum, de iudic. capite ex transmissa, capite verum,*
31 *de foro competent,* probat. † *l. fin. tit. 26. partit. 4.* ubi Gregor. *verbo, * ellas deue oyr, ** alia iura allegat, & *in verb. * otros vasallos * versiculo.*
32 *hodie de consuet.* ait, generali † Hispaniæ consuetudine de istis controversiis cognoscere Regias Cancellarias, non solum inter vasallos, sed etiam inter dominum donatorem & Vasallum. Neque hac in parte est audiendus Archid. *in capite unico, de cler. coniug. in 6.* Guido Papæ, *quæstion. 139. numer. 1.* dum docet, dominum feudi, si sæcularis sit, non posse de causa feudi cognoscere inter clericos, ex textu *in capite. si diligenti, de foro competent.* loquuntur enim, contra
33 expressum textum. † *in dict. capite verum* ubi lis vertebatur contra quendam præpositum, & remittitur iudicio Imperiali, à quo feudum fuit concessum. Per quem text. & alia iura, quæ allegat, opinionem Archidiac. communiter reprobari confirmat Felin. *ibi numer. 3.* Mari. Soc. *in dict. capite ex transmissa numer. 32.* Iul. clar. *lib. 4. sentent. §. feudum, quæstione, 90. numer, 6, versiculo. Et hac capite quidem.* Neque obstat re-
34 gul. † text. *in dicto capite, si diligenti*, quæ non procedit, quando clericus vel Ecclesia obtinent bona à Principe: nam tunc coràm ipso debent conveniri, si controversia moveatur super re donata, vel in feudum concessa, vel aliquo iure ipsius, propter rationem supra traditam, quæ æquè militat utroque casu, atque ita idem ius servari debet, ut *in §. 1. in fin. instit. quod cum eo,* ibi: * *Quia eadem æquitatis ratio, etiam eo casu interveniat,* * & probat expressè, *d. l. omnes, & l. Bene à Zenone, C. de quadri præscrip.*

Tertiò, principalitèr & in confirmationem huius partis facit, quia etiamsi huiusmodi tertiæ retinerent qualitatem aliarum decimarum adhuc tamen Reges Hispaniæ, & suprema tribunalia, quæ eorum nomine & vice iudicant, possent de illis cognoscere: quòd probatur hac ratione.
35 Certùm est † potestates sæculares, ex commissione aut delegatione summi Pontificis, posse cognoscere, etiam de causis & personis ad forum ecclesiasticum pertinentibus, ut *in c. Menam, 2. q. 5. in cap. in synodo. 63 distin.* per quæ, & alia iura, quæ allegat, hoc notat gloss. sic limitans, tex. *ibi in capit. decernimus, de iudi.* communiter receptà secundum omnes, teste Panor. *ibi num. 5. & in cap. causam. col. 1. de rescript.* & ibi latè Felin. *col. 3. versic. dum dicit Abbas,* & ita nuper fuit decisum per Rom. Pontif. * *Para la cobrança del spolio del sennor Cardenal don Gaspar de Quiroga Arcobispo de Toledo, y para la cobrança de la octava parte del vino yazeyte,* * ut habetur *in motu proprio concesso* à Clemente, S. Pontifice Maximo, *23. mensis Martij, anno 1601.*

Sed eo ipso, quòd sedes Apostolica concessit Regibus Hispaniæ huiusmodi quotam decimarũ (quæ dicuntur tertiæ) videtur eas fecisse de foro ipsorum, ut tanquam ex delegatione & commissione Pontificis, & eius nomine iudicent, argum text. *in l. 1. §. fin. D. de non. oper. nunc iuncta l. 1. in fin. cum, l. sequenti. D. usufructuarius quemadmodum caveat.* ibi: * *Omnem enim rei curam suscepit,* * insinuat, Soto, *dict. lib. 9. q. 7. art. 1. ad fin.* dum ait, quòd Reges habent istas tertias nomine Papæ, & quòd Papa, dum hanc decimatum partem Principibus adiudicavit, eas sub sæculari titulo constituit. Mirum ergo non est, si Rex, & eius suprema tribunalia, de istis tertiis possint cognoscere, quæ sunt factæ iam de ipsius patrimonio, non secùs ac Episcopi, & cæteri Ecclesiarum Prælati, possunt cognoscere de omnibus bonis, quomodocunque pertinentibus ad mensas suarum dignitatum, *in capit. si quis ab Episcopo, in cap. si quis erga, quæst. 7. in c. 1. de maledicis, in c. ex parte de verbor. signif. & in cap.* Romana *de pœnis, in 6.* tradit Lapus, *allegat. 39.* ita etiam † 36
Rex potest cognoscere de omnibus pertinentibus ad suum patrimonium, & eius vice & nomine suprema tribunalia Regia, iuxta text. *in l. 1. §. hoc interdicto, D. ne quid in loco publico.* his verbis, * *res* † *enim fiscales, quasi propriæ & priva-* 37
*tæ Principis sunt,* * cum ergo huiusmodi decimæ, ex concessione Apostolicæ sedis, fuerint effectæ propriè Regum Hispaniæ, ac de ipsorum patrimonio, Regii † iudices supremorum tri- 38
bunalium possunt de illis cognoscere, etiam contra ecclesiasticas personas, quemadmodum & de reliquis bonis ad Regium patrimoniũ pertinentibus. Atque hæc forsitan fuit ratio, propterquàm invictissimus Rex Philippus dominus noster, sua Regia provisione mandaverit, ut de causis tertiarum cognosceretur in Cancellaria etiam inter ecclesiasticas personas: & † etiam 39
cognoscitur in consilio de Camera, ut † vidi 40
observatum cum capella Regum novorum huius civitatis, quæ habet dictas tertias, * que son los dos nouenos, * & in alia causa cum Episcopo Placentino, fuit remissa per consilium, * al Conseio de Contadu ria mayor de Hazienda, * *23 mensis Novembris, anno.* 1604. & vide hæc omnia latissimo sermone explicata, *in quæst. 25.*

Neque obstabit hoc argumentum, si dicatur illud vim habere, quando tertiæ istæ essent penes dominum nostrum Regem, non verò, cum semel exierunt ab ipsius patrimonio, & translatæ fuerunt in alium tertium. Nam huic obiectioni respondetur, quòd, cum donatarius habeat tertias ex donatione Regis, iure eius utitur, quia donatarius Regis dicitur procurator fisci in rem suam, & tunc causa tractanda est coràm iudice corã quo ageret procurator fisci, ut tradit Matthæus de Afflictis, *decis. 2. num. 1.* & probat *dicta lex Benè à Zenone, libro 57. tit. sexto part. 1. libr. 10. tit. 7. lib. nono recopilat.* de quibus *sup. numero. 27.*

Sed

Sed & si supradicta cessarent, quæ tamen sin-
gula sufficiunt ad probandam intentionem Re-
41 gis; adhuc † tamen ex alio iure potest efficaciter
probari& fulciri;si Rex, vel possessores sunt spo-
liati iure percipiendi huiusmodi decimas per ali-
quem; quòd indebitè se ab earum solutione sub-
traxit, & hoc fuit in iudicium deductum reme-
42 dium possessorium: quia † possessorium rei ec-
clesiasticæ vel spiritualis reputatur quid profa-
num, & potest de eo cognosci per judices laicos,
etiam inter ecclesiasticas personas, ut notat glos-
sa. 1. *in capite literas, de iuramento calumniæ*, &
*in cap. cum dilectus, de electione, verbo, iuramen-
to, versiculo, vel dic quod licet causa*, & est opinio
communis secundum Ripam, *numero 90.* Boe-
rium 60. Mantuam, 27. *in rubrica de iudiciis*. Co-
varruviam, *in practicis, capite 35. numero 1. p.* Fran-
ciscum Marcum, *quæstione 90. numero secundo.
& quæstione, 512. numero primo*, & plures alios re-
fert Menochius, *de retinenda possessione, remedio,
3. numero 327. 331. & 343.* & iterum, *de recuperan-
da possessione, remedio 15. numero 211.* ubi ex gra-
vium authorum, quos allegat, testimonio refert,
per universam Galliam, & in variis aliarum pro-
vinciarum Senatibus, ita servari, & ultra ab eo
relatos, id ipsum servare Venetiarum Senatum,
testatur Ferretus, *consilio primo; numero finali,
& consilio, 16. numero sexto, & consilio. 288. nu-
mero vigesimo*, & eiusdem observationis in Gal-
lico Senatu author est Ioannes Garcia, *in titulo de
nobilitate, glossa, 9. numero quadragesimo sexto*,
43 allegans pro ea sententia textum, † *in lege 20.
titulo primo, lib. 3. recopilationis*, & plures alios
authores, quos refert Ioannes Gutierrez, *in quæ-
stionibus canonicis, capite 34. numero vigesimo se-
cundo*: & eidem sententiæ se subscribit Quinti-
lianus Mandosius Romani consistorii advocatus
insignis, & ecclesiasticæ iurisdictionis acerrimus
defensor, *ad regulas Cancellariæ, in prima parte,
ad regulam de concurrentibus super beneficio, quæ-
stione vigesima prima, numero secundo*, qui omnes
penè innumeros eiusdem sententiæ authores al-
legant, & sequitur Barbosa, *in l. Titia, 39. numero
45. D. soluto matrim.* Acevedo, *in dicta lege pri-
ma. tit. 21. num. 42. lib. 9. Recopilationis.* Et ne so-
lo Doctorum testimonio hac in parte niti videa-
mur, iuribus etiam comprobabo: Et in primis
44 per textum. † *in cap. finali. de iudiciis, in cap. peti-
45 mus., 11. quæst. 1.* ubi † iudex laicus cognovit de
causa possessoria beneficii, quia illa non spiritua-
lis reputatur: aliàs enim de ea non cognosceret
iudex sæcularis, ut in *cap. 2. de iudiciis*.

Præterea facit, pro eadem sententia, text. *in
cap. literas, §. nos autem, ad finem, de restitutione
spoliatorum*; ubi dicitur, in causa possessoria ma-
trimonii, teneri partes iurare de calumnia, & ta-
46 men † illo iure attento, in causis spiritualibus
non iurabatur de calumnia, ut probatur *in cap.
liter. de iuramento calumniæ, in ca. 1. § fin. eod. tit.
in 6.* Ergò causa possessoria rei spiritualis, profana
censetur. Et hæc est vera & tenenda sententia, re-
iecta contraria, Antonius de Butrio, *in cap. finali,
de iudiciis*, quam sequuntur aliqui; quos refe-
runt *supra citati Doctores.* Quibus nihil favet
textus, *in Clementina unica, de causa possessionis,
& in Clementina unica, de sequestrat. possess.* ubi
de causa possessoria rei ecclesiasticæ, & beneficia-
li cognovit iudex ecclesiasticus. Nam Doct. qui
dicunt, posse iudicem sæcularem cognoscere de
huiusmodi possessoriis, non negant, posse etiam
cognoscere ecclesiasticum: neque enim conce-
dunt hâc cognitionem sæculari privativè, exclu-
dendo ecclesiasticum à potestate cognoscendi, si
coràm eo partes voluerint litigare. Cæterum, si
† eligerint sæculare iudicium, ad cognoscendũ 47
de spolio, vel de turbatione possessionis, potest
coram tali iudice causa tractari, & † semel cæ- 48
pta debet coram eo finiri, ex reg. *l. ubi captum,
D. de iudiciis*, & ita in effectu respondet Federic.
de Sen. *in cons. 245. incip. domino Andrea. vers. si
volumus tenere* & probat tex. † *in c. postulati,* 49
*de homicidio*, dum ait * *Quæsivisti præterea, utrũ
contra quosdam debitores Ecclesiæ decimas sub-
trahentes, tibi Regiam implorare liceat potestatē.*
* Et supponit in decisione summus Pontifex lice-
cere, * per quem textum, Lapus, *in additione ad
Feder. de Sen. d. cons. 245.* in distinctè tenet, pos-
se iudices laicos de causa ista cognoscere, ut tenet
Anastas. Germo. *lib. 3. de sacrorum temp. immu-
nitatibus, c. 19. ex n. 95.* ubi etiam dicit, quòd si
præveniat ecclesiasticus, nõ potest à iudice sæcu-
lari inhiberi idque multo planius procedit, ubi
agitur de possessorio pro restitutione decimarũ
a quarum solutione, si quis in debitè se subtraxit,
secundum eundem Federicum *in d. cons. vers. si-
ne præiudicio.* Quæ omnia sunt singularia, & me-
ti tenenda, pro declaratione & practica *dictæ le-
gis Benè à Zenone, C. de quadrienni præscriptione.*

## SVMMARIVM

1 *Casus quæstionis proponitur pro faciliori intel-
ligentia.*
2 *Possessio generica, & specifica, in aliqua re,
qualiter consideretur.*
3 *Casus quo possidens novalia in genere præfere-
batur habenti titulo novalium futurorum;
& quod tum ab adversario fuerit oppo-
situm.*
4 *Generi per speciem derogatur.*
5 *Possessio novalium generica extenditur ad o-
mnia novalia eiusdem territorij, etiam no-
viter ad culturam redacta.*
6 *Qui continuat suam possessionem, non innovat,
& iudex qui exequitur appellatione re-
mota non facit vim.*
7 *Decisio Rotæ traditur.*
8 *Capitulum Ecclesiæ; quod est in possessione ex-
igendi decimas novalium in genere præfer-
tur in iudicio possessorio, habenti gratiam
novalium futurorum in genere illius terri-
torij.*
9 *Attentare non dicitur, qui continuat possessio-
nem suam.*
10 *Iudex non facit vim, qui exequitur sententiã
Appellatione remota, in iudicio, in quo cõ-
tinuatur possessio.*
11 *Possessio cõtinuatur in annexis & connexis, ha-
bito respectu ad possessionẽ rei principalis.*

12 *Canonicus continuat possessionem in omnibus iuribus & pertinentiis.*
13 *Inhibitio non comprehendit actus possessorios continuationis possessionis, respectu causæ principalis.*
14 *Decisio Rotæ confirmat nostram principalem quæstionem.*
15 *Possessio continuatur in annexis & connexis, quando a iure tertius non est in possessione.*
16 *Possidens pro indiviso, dicitur totum possidere.*
17 *Continuans possessionem pro indiviso, non dicitur attentare.*
18 *Possidens pro indiviso, non potest continuare suam possessionis medietate, nisi in totare.*
19 *Meum est, quod commune est.*
20 *Indivisibilitas rei communis inter cohæredes, causat possessionem respectu omnium bonorum.*
21 *Resolutio Rotæ refertur in casu proposito.*
22 *Casus de facto refertur.*
23 *Tertius possessor dicitur ad impediendam executionem, qui possidet bona pro indiviso.*
24 *Divisio bonorum est prius facienda, quam executio, in bonis communibus.*

## QVÆSTIO XVIII.

*Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, qui, appellatione remota, exequitur sententiam redintegrationis possessionis decimarum in genere, contra habentem titulum & Gratiam specificam.*

1 CAsus † huius quæstionis potest figurari in eo, qui habet genericam possessionem omnium novalium, qui petit manutentionem possessionis in novalibus, novitèr ad culturam reductis, contra alium, qui ex rescripto Pontificis habet novalia, quæ post concessionem gratiæ
2 contigerint. Primus † dicitur habere possessionem genericam omnium novalium alicuius territorii: alter, habere gratiam decimarum illius territorii, in omnibus novalibus ad culturam
3 novitèr redactis; & cum † quilibet agat iudicio possessorio, iudex ecclesiasticus declaravit, eum esse manutenendum in sua possessione, qui generaliter habebat ius omnium novalium. Adversarius verò, qui obtinuit gratiam specialem, appellavit; iudex exequitur sententiam appellatione remota; causa devolvitur per viam violentiæ ad tribunalia Regis. Dubium est, an dictus
4 iudex, vim fecerit? Et si † consideramus regulā iuris: Generi per speciem derogatur; magis operari debet gratia specialis omnium novalium ad culturam novitèr redactorum, quam præscriptio vel possessio generalis, quæ in illis novalibus
5 nunquam fuit sortita effectum. Si verò altiora iuris principia repetamus, qui † habet possessionem genericam omnium novalium alicuius territorii, dicitur eam continuare in novalibus novitèr ad culturam redactis, argumento, textus *in capit. commissum de decimis*, & tradit Abbas *consil.71. volum.2 num.3.* & dicemus *in quæst. 55. num.25.* & cum † illla sit continuatio possessio- 6
nis, nullam vim facit iudex exequendo sententiam appellatione remota, servato iure quo ad proprietatem. Et † in casu simili idem resol- 7
Rota, 26. F. *Februarij anno 1567.* in una H...lensi decimarum quam refert Lancellotus, *de attentata, 2. p. cap. 4. limitatione. 1. nume. 56.* ubi
dicit, quod † si capitulum alicuius Ecclesiæ sit 8
in quasi possessione exigendi decimas novalium in genere alicuius territorii prout habet capitulum huius sanctæ Ecclesiæ Toletanæ, in omnibus locis huius Archiepiscopatus, & si contingat Papam fecisse gratiam novalium futurorum alteri Ecclesiæ, vel Comiti, & uterque contendat se admittendum esse in possessionem futurorum novalium licèt capitulum in specie non possit prætendere possessionem, respectu novorum novalium, sufficit continuatio possessionis generalis, ut cesset attentatum. Et sic, quemadmo-
dum † cessat attentatorum remedium in eo 9
qui continuat possessionem, sic † debet cessare 10
vis in executione sententiæ, non obstante quod appellatio interponatur per viam recursus & violentiæ: quia continuatio possessionis excludit omnem vim, sicut excludit attentatum, ut tradit ipse Lancellotus, *ubi supra, 2. par. c. 4. limitatione 1. numer. 36.* ubi dicit ita fuisse decisum,
ubi † ampliatur hæc decisio. *n.57.* in omnibus 11
annexis & connexis cohærentibus ipsi possessioni: quia ratione continuationis non fit vis in executione, habito respectu ad possessionem rei principalis. Finge, obsecro, pro clariori intelli-
gentia, & practica huius quæstionis, quòd † 12
Petrus, canonicus huius sanctæ Ecclesiæ Toletanæ, vigore literarum Apostolicarum, adeptus fuit possessionem canonicatus, cum omnibus suis iuribus, & pertinentiis, & annexis, & ita fuit receptus & admissus per capitulum, dato sibi stallo in choro, & loco in capitulo. Posteà verò orta fuit controversia inter capitulum & Petrum canonicum, super dicto canonicatu, & perceptione fru-
ctuum: causa vero fuit in Rota; ubi † data fuit 13
inhibitio contra provisum, eo tempore, ... gebatur de perceptione distributionum quotidianarum, vel vestuarii; ipse verò ... mandatum de manutenendo; capitulum petit ut nihil innovetur lite pendente. Petrus canonicus petit manutentionem lite pendente in distributionibus, & sic in connexis, in quibus nulla præcessit possessio actualis, nisi per viam continuationis principalis possessionis, quam ... habebat in suo canonicatu: iudex appellatione remota conservavit canonicum in sua possessione; capitulum petit omnia esse revocanda, tanquam attentata & innovata, & quod iudex ecclesiasticus fecit vim exequendo sententiam appellatione remota. Sed † quod non ... possessio attentata, ratione continuationis possessionis, tenuit Rota 6. *Martij, anno.* 1554 quā decisionem refert Lācellot. *sup. n.57* & per cōsequēs, si non est attētata possessio, similiter neq; iudex, exequendo appellatione remota fecit vim: Pro ... adduci possūt tradita p Arch. *in c. si e poss... de reg. iur. vers. ergo cānonic*, Ferret. cōs.14.

Decius

15 eius, *consil.271.num.17.* Maximè † quando alius tertius non est in possessione, ut tradit Rota, *tit. de appellat. in antiquis, decis.10.* quæ omnia sunt menti tenenda, quia ex his duobus exemplis potest responderi aliis: prout ego feci in alio casu de facto, contingenti; prout retulimus, *in quæst. 91. num.5.*

Et in tantum est vera nostra conclusio & reso-
16 lutio, quia † non solum ille qui habet integram possessionem, est manutenendus in ea, non obstante inhibitione & appellatione, sed etiam, si possidens solum habeat medietatem illius rei, su-
17 per qua litigatur, pro indiviso cum aliis: quia, † mortuo litis consorte, dicitur continuare suam possessionem; & nulla est innovatio in re postea
18 acquisita; quia † possidens pro indiviso non potest continuare suam possessionis medietatē, vel aliam quotam partem, nisi in tota re, ut notant Bartol. & Ias. *in l. servi electione. n.17 & 18. D. de*
19 *leg.1.* quia, † quod commune est, meum est, ut *in d.l. servi elect. §.1.* quam regulam declarat Gra-
20 cia. *reg.91.* & sic; licet † aliquis non sit dominus, nisi pro medietate, pro indiviso, ista indivisibilitas & rei cōmunitas inter cohæredes, causat possessionem respectu omnium: & si aliquis decedat, non est nova possessio & acquisitio, sed pos-
21 sessionis antiquæ continuatio, & sic † fuit resolutum in Rota, *5. Novemb. anno 1565.* quam refert
22 Lancellot. *sup. n.46.* ex qua ratione, † nuper defendimus, esse tertium oppositorem quendam fratrem religiosum societatis Iesu, qui habet sua bona in communi, & pro indiviso, cum alio fratre Ioanne de Vracandi, qui est omnium bonorum administrator: & cum sit ære alieno gravatus, petitur executio adversus omnia bona, quæ pro indiviso possidentur, per eius credito-
23 res. Frater † verò se opponit executioni, tanquam tertius bonorum possessor, ex eo, quòd illud, quod commune est, suum est, licet non habeat bona certa designata, ut *in dict. l. servi electione, §.1.* nam, cum possidens pro indiviso, non possit continuare suam possessionem medietatis, nisi in omnibus bonis, ut *supra* diximus; Consequens est, ut dicatur tertius possessor, ad impediendam executionem, factam in dictis bo-
24 nis pro indiviso possessis: cum † priùs sit facienda divisio bonorum, per iudicium familiæ erciscundæ, quod tene menti; quia sæpè de facto contingit, & sic potest impediri executio.

SVMMARIVM.

1 *Iudex sæcularis potest cognoscere contra contrahentes matrimonium clandestinum.*

2 *Matrimonium clandestinum contrahentes, puniuntur à iudice ecclesiastico & sæculari: & est locus præventioni: ubi* cap. tuam, de ordi. cognitio, *declaratur, ut procedat in quæstione iuris.*

3 *Matrimonium clandestinum si non est plenè probatum: cognitio pertinet ad ecclesiasticum.*

4 *Casus defacto refertur de matrimonio clandestino, & quid iudicatum in Curia Regis.*

5 *Iudex sæcularis potest cognoscere ex officio, & ad partis petitionem, contra contrahentes matrimonium clandestinum.*

6 Sanchez *de matrimonio laudatur.*

7 *Casus defacto refertur de alio matrimonio clandestino, & quid iudicatum fuit per authorem.*

8 Lex, 19. Taur. & l.1. tit.1. lib.5 recopilat. *citur.*

9 *Princeps licet non possit disponere circa spiritualia, potest tamen addere pœnam, ad maiorem observantiam.*

## QVÆSTIO XIX.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat ad punitionem contrahentium matrimonium clandestinum.*

IN hac quæstione, doctissimus Præses Covarruvias, *in 4. de Sponsalib. lib.2. p. cap.6. in principio, numero vigesimo primo,* resolvit nostram quæstionem pro iudice ecclesiastico. Sed contraria, † pro iudice sæculari vera est, & tenenda, 1
ut tradit Menchaca, *de successionum creatione. §. 26. numero 69.* ubi tenet contra Covar. & dicit esse suspectam opinionem, quia iudex sæcularis bene potest ex legibus nostri Regni punire contrahentes matrimonium clandestinum: in quo non præiudicatur iurisdictio ecclesiastica; quia illa iurisdictio pertinet ad factum, & non ad ius, ut docet Barbosa, *in l. Titia, num.36. D. solut. matrimon.* ubi dicit, non obstare tex. † *in dict. cap.* 2
*tuam, de ordine cognitionum,* quia loquitur de Regina Cypri, quam non verisimile natam esse ex personis, de quibus dubitaretur, an matrimonium defacto contraxissent, sed an fuisset legitimum: & sic vertebatur quæstio iuris, quæ pertinet ad forum Ecclesiæ: secùs verò, si fuisset quæstio facti; quia tunc sæcularis iudex non est prohibitus cognoscere. Idemque tenet Castillo, *in l.49 Tauri.* & Bobadilla, *in sua Politica, libro secundo, capite vigesimo octavo, numero 170:* ubi dicit, quòd ita practicatur. Et quòd magis est, quòd præventioni locus erit, ut tradit Azevedo, *in l.1 titulo primo, numero 46. lib.5. recopilationis.* Et ita sunt intelligenda tradita per Gutierrez, *libro secundo, practicarum, quæstione secunda, numero secundo,* ubi illud limitat, quando † non constat plenè de matrimonio clande- 3
stino; quia tunc, ne impediatur comprobatio illius delicti, potest iudex ecclesiasticus procedere contra sæcularem, ut illi det copiam actorum, & testes detentos & incarceratos ad eum remittat, ut facti veritas constare possit: sed inhibitio non est admittenda: & si de facto iudex ecclesiasticus inhibeat iudici sæculari, debet ipse appellare, & protestari Regale auxilium: & si processus mittatur ad Cancellariam, ibi iubebitur, ut iudex ecclesiasticus reponat omnia acta, facta contra iudicem sæcularem, ad quem causa devolvitur:

4 ut † nuper fuit factum: nam cum iudex sæcularis procederet adversus contrahentes, & testes, ad querelam partis, iudex ecclesiasticus inhibuit sæculari, promulgando censuras ecclesiasticas adversus eum: & cum causa per viam violentiæ delata fuisset ad Regalem Cancellariam Pincianam, iudicatum fuit, ecclesiasticum vim facere; & causa fuit remissa ad iudicem sæcularem; Qui
5 † non solum ad petitionem vel querelam partis potest procedere, sed etiam ex officio, ut tradit Azevedo, *suprà numer. 54.* quod tene menti; &
6 declarat † Sanchez, *de matrimonio, prima parte, libr. 3. disputatione, 4. numer. 6. & per totam*: Cuius opinionem practicavi, cum fuissem iudex *del iuzgado*, huius civitatis locorum, tan-
7 quam unus ex decurionibus ipsius. Nam † postquam iudex ecclesiasticus condemnavit contrahentes matrimonium clandestinum, oppidi de Yevenes; postea ego ex officio iterum eos con-
8 demnavi, sed clementius, quam disponitur † *in l. 29. Tauri. & in lege prima, titulo primo, lib. 5. recopilationis.* Et ita sæpissimè in aliis causis vidi iudicatum: Et ratio huius opinionis est, quia, licet lex, seu Princeps sæcularis, non possit aliquid di-
9 sponere circa spiritualia, potest tamen addere pœnas ad maiorem ipsius observantiam, ut tradit glossa, *in Clementina, ne Romani, de electione, verbo, tolli*, licet contrarium, & malè, intendat probare, Marta *de iurisdictione quarta parte, casu septimo.* Et nostram opinionem sequitur Covarruvias, *de Sponsalibus, in 4 secunda parte, capit. 6. in principio, numer.* 18. Celsus, *consil. 38. numer. 6.* & est glossa. *in capitulo, cum secundum leges, de hæreticis, libr. 6. verbo, certo*, & alias plures rationes refert & sequitur Gutierrez, *supra libr. secun. practicarum, quæstione, prim. à numer. 113. cum sequentibus.* Vbi confirmat nostram opinionem, quæ verissima est, & tenenda in iudicando & consulendo; & si iudex ecclesiasticus inhibeat iudici sæculari, à cognitione causæ; erit articulus violentiæ, prout vidi iudicatum à Regali Cancellaria Pinciana, ut diximus *in libr. 4. commun. contra communes. quæstio. 1. num. 698.*

## SVMMARIVM.

1 *Iudicum conservatorum iuridictio tantum pertinet ad tollendam vim notoriis iniuriis & violentiis.*
2 Capit. 1. de officio, & potestate iudicis delegat. lib. *6. declaratur.*
3 Capit. 14. ses. 7. Concilij Tridentin. *declaratur.*
4 Capit. 5. ses. 14. Concilij Tridentin. *declaratur.*
5 Capit. fin. officio & potestate iudicis de leg. lib. *6. declaratur.*
6 Lex. 1. & 2. tit. 8. libr. 1. recopilationis *declaratur.*
7 *Iudices conservatores non possunt cognoscere de causis civilibus.*
8 *Bullæ conservatorum sunt abrogatæ in aliis casibus, quam notoria violentia.*
9 *Casus de facto multi extant, quibus contra iurisdictionem conservatorum iudicatum fuerit.*
10 *Iudices conservatores vim faciunt; cum sint deputati ad tollendam vim.*
11 *Actor, qui in civilibus causis molestat reum apud iudicem conservatorem punitur.*
12 Lex, 2. tit. 8. lib. Recopil. *est quidem iustissima; sed executioni non mandatur; nec, ut ea disponit iudicibus applicatur tertia pars condemnationis at malè.*
13 *Conservatores iudices sunt tanquam alguacelli in Republica; qui magis faciunt vim, quam tollunt.*
14 *Conservatores gubernantur, tanquam theologi, à suis notariis.*
15 *Actor sequitur forum rei, non è converso.*
16 Guidonis Papæ *opinio reprobatur, quam tenet in favorem conservatorum.*
17 *Violentia non est, debitum non solvere.*
18 Gutierrez *laudatur.*
19 *Debiti exactio requirit strepitum & figuram iudicij.*
20 *Iudices conservatores non possunt habere tribunal erectum.*
21 *Rex noster est iudex conservator ad tollendam vim vasalorum.*
22 Lex finalis, D. quod metus causa, *declaratur.*
23 *Violentiam qui timet sibi inferri, potest adire iudicem.*
24 *Iudices conservatores possunt invocare auxilium brachij sæcularis,*
25 *Causa, an sit civilis vel criminalis, qualiter cognoscatur.*
26 Capit. 20. ses. 24. Concilij Tridentini, *declaratur.*
27 *Conservatoriæ ante* concil. Trident. *concessæ non possunt ampliari.*
28 *Papa potest ampliare iurisdictionem iudicum conservatorum.*
29 *Conservatoria Salmantina declaratur, & alia.*
30 Lex. 8. tit. 7. lib. 1. recopilatio. *declaratur.*
31 *Conservatoriæ universitatum approbantur per Concilium, & non sunt derogata.*
32 *Conservatoria Collegij Societatis Iesu traditur, & quid iudicatum in Regali Cancellaria.*
33 *Conservatoria Salmantina non extenditur ad alias universitates.*
34 *Conservatoria Toletana non est approbata à Rege, licet pluries fuit petitum.*
35 *Conservatores non possunt procedere ultra duas diætas, computandas à fine diœcesis.*
36 *Diætæ qualiter intelligantur & computentur.*
37 *Leuca quibus passibus constet, & est duplex vulgaris, & legalis.*
38 *Diæta qualiter sit computanda in actione reali.*
39 Lex. 18. tit. 7. libr. prim. recopilat. *declaratur.*
40 *Dispositio loquens de leucis, intelligitur de vulgaribus.*
41 *Leuca legalis constat ex tribus mille passibus.*

42 Lex.

42 Lex, 3. tit. 16 partit. 1. *declaratur.*
43 Lex, 4. tit. 13. partit. 1. *declaratur.*
44 *Leuca legalis constat quindecim mille pedibus.*
45 *Pes & digitus, quomodo dinumerentur ad cõstituendam leucam.*
46 *Iudex conservator si fuerit recusatus, non poterit ad ulteriora procedere.*
47 Caput quintum, sess. 13. Concilii Tridentini, *declaratur* in versiculo, quod si his causis, &c.
48 *Appellatio à sententia conservatorũ est interponenda ad Pontificem, & non ad Archiepiscopum, neque eius consilium, contra Narbona.*

## QVÆSTIO XX.

### *Vtrum iudex ecclesiasticus conservator, faciat vim, inhibendo iudici sæculari vel ecclesiastico, & qualiter vis consideretur, in hoc casu.*

VT nihil intactum relinquamus circa vio-
lentias iudicum ecclesiasticorum, aliqua
libuit prænotare adversus iudices conservatores,
qui ultra limites suæ iurisdictionis, tanquam ful-
gur & tempestas, violando iura, procedunt, ad-
versus personas sæculares, in causis merè civili-
1 bus, faciendo vim & violentiam, cum † eorum
iurisdictio ad tollendam vim & violentiam crea-
2 ta à Pontifice Maximo sit, ut † in *cap. 1. de officio,*
*& potestate iudicis delegati, libro sexto,* in hæc
verba, * *Statuimus, ut conservatores, quos ple-*
*runque concedimus à manifestis iniuriis & violen-*
*tiis, defendere possint, quos eis committimus defen-*
*dendo, neque ad alia, quæ iudicialem indaginem*
3 *exigunt, &c.* * Idemque clarè probatur † *in ca-*
*pite 14. sess. 7. Concilij Tridentini,* ibi: * *In aliis ve-*
*rò, si ipsi iudicem non habuerint, coram locorum*
*ordinariis, tanquam in hoc ab ipsa sede delegatis,*
*conveniri, & iure medio ad solvendum debitum co-*
*gi & compelli possint, privilegiis, exemptionibus,*
*conservatorum deputationibus, & eorum inhibi-*
*tionibus, adversus præmissa nequaquam valituris.* *
4 Ad idem facit textus † *in c. 5. sess. 14. Concilij Tri-*
*dentini,* ibi: * Insuper, cum nonnulli, qui sub
prætextu, quod super bonis & rebus ac iuribus
suis diversæ eis iniuriæ ac molestiæ inferuntur,
certos iudices per literas conservatorias deputa-
ri obtineant, qui illos à molestiis & iniuriis huius-
modi tueantur ac defendant, & in possessione seu
quasi, bonorum, rerum, ac iurium suorum ma-
nu teneant & conservent, neque super illis eos
molestari permittant; eiusmodi literas in pleris-
que, contra concedentis mentem, in reprobum
sensum detorqueant; idcirco nemini omnino, cu-
iuscunq; dignitatis & conditionis sit, etiamsi ca-
pitulum fuerit, conservatoriæ literæ, cũ quibus-
cunq; clausulis aut decretis, quorumcunq; iudi-
cum deputatione, quocunq; etiam alio prætextu
aut colore concessæ, suffragentur ad hoc, ut corã
suo Episcopo, sive alio superiore ordinario, in cri-
minalibus & mixtis causis accusari & conveniri,
ac contra eum inquiri & procedi non possit, aut
quo minus, si qua iura ei ex concessione compe-
terent, super illis liberè valeat apud iudicem or-
dinarium conveniri. In civilibus etiam causis, si
ipse actor extiterit, aliquem ei apud suos conser-
vatores iudices in iudicium trahere minimè li-
ceat. † Idemq; probat tex. † *in cap. fin. de officio &* 5
*potestate iudicis delegati, lib. 6.* ibi: * *Vt à mani-*
*festis iniuriis & violentiis tueantur,* * & ibi: * *De-*
*cernimus, ut si de aliis, quàm de manifestis iniuriis*
*& violentiis, scienter se intromiserint, seu ad alia,*
*quæ iudicialem indaginem exigunt, suam exten-*
*derint potestatem, eo ipso per unum annum ab offi-*
*cio sint suspensi.* * Idem probat textus de iure Re-
gio, † *in l. 1. & 2. tit. 8. lib. 1. recopil.* ibi: * *Los con-* 6
*servadores dados por nuestro muy santo padre, no*
*sean osados de perturbar nuestra iurisdicion seglar,*
*ni se entremeter a conocer, salvo de iniurias, y of-*
*fensas manifiestas, y notorias, que suelen ser hechas*
*a las Iglesias, ò monasterios, y personas ecclesiasti-*
*cas segun que los derechos disponen, y los santos pa-*
*dres, que lo ordenaron, y no mas, ni allende, no em-*
*bargante qualesquier commissiones, ò poderes, que*
*les sean, ò son dados. Y si los tales conservadores lo*
*contrario hizieren, por esse mismo fecho pierdan*
*las temporalidades, y naturaleza, que en estos Rey-*
*nos tienen, y sean avidos por agenos, y estrannos de*
*nuestros Reynos.* * Et sic † non solum de iure cõ- 7
muni, sed ex Concilio Tridentino, & ex lege Re-
gni, non possunt conservatores cognoscere in
causis civilibus, adversus ecclesiasticam personã,
aut sæcularem, etiamsi ante Concilium habeant
amplissimam iurisdictionem, ex Bullis & Apo-
stolicis concessionibus, quia † omnia sunt ab- 8
rogata, *ex dicto capite 7. sessione 14.* ibi: * *Privi-*
*legiis, exceptionibus, conservatorum deputatio-*
*nibus, & eorum inhibitionibus, adversus præmissa*
*nequaquam valituris.* * Et secundum decretum
Concilii, & legem Regni iudicari oportet: alias
enim per viam violentiæ, in Regali consistorio,
vel in Regalibus Cancellariis, omnia acta revo-
cantur: ut † sæpius vidi iudicatum, contra con- 9
servatores huius civitatis: qui † cum sint depu- 10
tati ad cognoscendum de notoriis violentiis &
manifestis iniuriis, ipsi sunt, qui, adversus laicos
& clericos, vim & violentiam faciunt, sine timo-
re pœnæ, de qua *in dicto capit. fin. de officio & po-*
*testate iudicis delegati,* ubi similiter † actor, 11
qui adit iudicem conservatorem in aliis causis &
negociis, ultra metam suæ iurisdictionis, plecti-
tur pœna excommunicationis, ut in *dicto capite*
*finali, versiculo, pars verò,* in hæc verba, * *Pars*
*verò, quæ hoc fieri procuravit, sententiam excom-*
*municationis incurrat, à qua non possit absolvi, ni-*
*si ei, quem sic fatigavit indebitè, primo satisfaciat*
*integraliter de expensis.* * Quod malè servatur
in Curia conservatorum, in qua abhinc viginti
annos tanquam advocatus versatus sum, & nun-
quam adversus iudices, nec adversus actores, vidi
dictas pœnas executioni traditas, nec pœnam de
qua *in dicta lege, 1. & 2. titulo octavo, libro pri-*
*mo, recopilationis,* ibi: *Pierdan las naturalezas,*
*y temporalidades, que en estos Reynos tienen, y sean*
*dados por agenos, y estrannos dellos,* & ibi: * *Y*
*qualquier lego, que en las tales causas fuere escri-*

*pano, ò procurador contra lego, del tal conservador*
*ò iuez, salvo en aquellos casos que son permitidos de*
*derecho, por esse mismo fecho sea infame, y sea de-*
*sterrado por diez annos del lugar, o iurisdicion dō-*
*de viviere, y pierda la mitad de los bienes, la mi-*
*tad para la camara, y la otra mitad para el acusa-*
12 *dor.** Quæ † lex iustissima est, sed, quia in ea
nō applicatur tertia pars pœnæ iudici, nunquam
executioni mandatur. Et sic omnes amplificant
conservatoris iurisdictionem, plusquam ratio &
æquitas patitur, sine timore pœnæ legis, & ex-
communicationis, de qua *in dicto capite fin.* un-
de nimirum est, quod faciant vim litigatoribus,
licet sint nominati ad tollendam vim & violen-
13 tiam. Profecto enim, † sectantur alguacillo-
rum vestigia, qui creati sunt ad capiendos facino-
rosos, & vim facientes in Republica, ipsi verò
sunt malefactores, qui non solum vim, non aver-
tunt, sed ipsi per violentias & latrocinia grassan-
tur: quia dicti conservatores de omnibus causis
civilibus adversus laicos intrepide & sine metu
14 pœnæ cognoscunt: nam † magis gubernantur
à suis notariis, quam ex consilio iuris peritorum:
imò si ipsi consulti respondeant secundum ius &
decreta conciliorum, odio eos prosequuntur, &
alios assessores amplectentes, ipsorum sectantur
voluntatem, in qua semper apud ipsos versantur.
Cui morbo succurritur per Regias provisiones,
quarum virtute absolvuntur excommunicati: &
cum processus remittitur ad Regalem Cancel-
lariam Pincianam, omnia acta reponuntur, &
causa remittitur ad iudicem ordinarium, ad quē
de iure cognitio pertinet, ex regula tex. *in l. iu-*
*ris ordinem, C. de iurisdictione omnium iudicum,*
15 *capit. cum sit generale, de foro competenti*, ubi †
actor sequitur forum rei, & non reus forum a-
ctoris.

16 Unde † cavendum est à traditis per Guido-
nem Papæ, *quæstione decima octava, numero ter-*
*tio. in fine*, quem sequitur Didacus Perez, *in l. 1.*
*titulo septimo, libro primo, ordinam. colum. 269.*
17 *versiculo, conservatores*, qui tenent, esse † vio-
lentiam, nō solvere debitum, & per consequens,
posse creditores debitum exigere, per censuras
adversus laicos, coram iudicibus conservatori-
bus: quod quidem in praxi defacto receptum
video, ut tradit Gutierrez, *libro tertio, practica-*
*rum, quæst. 9. num. 3.* ubi dicit, quòd sic vidit in
praxi admissum. Quæ practica non est iuri con-
sona, imo deviat à tramite iuris & rationis, &
nunquam admittitur in Curia Regis. Et sic ad-
18 versus Guidonem tenet † doctissimus Ioannes
Gutierrez, *dict. quæstione nona, numero octavo,*
*cum sequentibus*, & post hæc scripta, *in lib. 4. pra-*
*cticarum, quæstione 63.* contra Fr. Manuel Ro-
driguez, *in quæstio. Reg. quæstione 65. articulo 12.*
quia non est propriè iniuria neque violentia, nō
19 solvere debitum civile. Maximè, quia † exa-
ctio debiti requirit strepitum & figuram iudicii:
& sic non potest hæc causa agitari coram dictis
20 iudicibus conservatoribus: quia † non possunt
habere tribunal erectum, secundum decisionem
*Concilij Tridentini*, & sic nullo modo possunt co-
gnoscere de dictis causis civilibus, ut tradit Al-
ciatus, *reg. 1. præsumpt. 23.* ubi dicit, falsam esse
opinionem Guidonis, cui libenter assentio, nisi
aliter fuerit definitum in literis conservatoriis,
quia illud est servandum, & secundum eius teno-
rem iudicandum. Et hanc nostram principalem
opinionem tenet Fuscus, *de visitatione, libro se-*
*cundo, capit. 23. numero quinto*, ubi dicit, quod
vigore conservatoriarum non possunt actores in
civilibus causis reum laicum coram conservato-
re convenire, qui allegat pro ista opinione *Conci-*
*lij Tridentini*, & *numer. 16.* annectit optimum
verbum pro cōfirmatione iuris nostri Regis, cir-
ca cognitionem causarum per viam violentiæ di- 21
cens: Quod Rex est iudex conservator suorum
vasallorum, ut nemini iniuria fiat, & quisque
suum libere possideat: quia Rex in vasallis vivit,
& vasalli in Rege, qui pacem & augmētum suo-
rum fidelium curare debet, ut sic duret quies &
gaudium populorum, ut nomen eius amabile sit,
subditorum tranquillitatem procurando, ne a-
liis violentia inferatur, ut *in dict. cap. officium.**
Pro qua sententia potest adduci text. † *in l. fin. D.* 22
*quod metus causa*, ubi dicit Ulpian. quòd † times, 23
violentiam sibi inferri, potest adire aliquem
potestate præditum, qui prohibeat eum vim pa-
ti, ut tradit Felinus, *in capit. præsentia, num. 57. de*
*probat.* Possunt † tamen dicti conservatores, in 24
casibus, de quibus possunt cognoscere invocare
auxilium brachii sæcularis per censuras ecclesia-
sticas, ut tradit Azor, *in summ. 2. p. lib. 5. cap. 34.*
*versic. decimo, quæritur.*

Et † ad cognoscendum, an causa sit civilis, vel 25
criminalis, considerandum est, an civiliter, vel
criminaliter intentetur? vel an veniat impone-
da pœna corporalis, vel pecuniaria Fisco appli-
canda, vel condemnatio sit facienda ob publicam
vindictam: in his enim casibus dicitur causa cri-
minalis, ita docet Iulius Clarus, *libr. 5. rec. præt.*
*sent §. fin. quæstione prima.* Fuscus, *supra numero*
12. qui allegat pro ista opinione, text. † *in capite* 26
*20. sess. 29. Concilij Trident §. ad hæc.* Salced. *in*
*practicar. ad Bernard. Diaz, capit. 3. versic. Et no-*
*ta.* Et si aliter in aliis causis procedant, incur-
rent supra dictas pœnas, ut tradit Sebast. Medi-
cis, *in sum. à peccato capitali, titulo octavo, quæ-*
*stione 39. num. 23.* summa Armilla, *verb. conserva-*
*tor* Fr. Manuel Rodriguez, *in quæst. regul. 1. tomo,*
*quæstione 65. articulo 12. & in sua sum. capit. 184.*
Navar. *in manuali, capite 27. numero 125.* Dida-
cus Perez, *in l. 1. lib. 1. titulo septimo, ordin.* Sal-
cedo, *supra in sua praxi, dict. cap. 3.* ubi declarat
decretum *Concilij Trident.* amplians conservato-
rias ad alios casus, ultra à iure expressos, cuius o-
pinionem existimo veram esse in literis cōserva-
toriis concessis post decretum Concilii, secùs, † 27
si ante, cum sint derogatæ per dictum decretum,
ibi: * *Cum quibuscunque clausulis aut decretis*
*nullius momenti sunt.** Et ratio est, quia, † non 28
obstante decreto, potest Pontifex ampliare iuris-
dictionem iudicum conservatorum, contra Ec-
clesiasticas personas, ad alios casus, ultra conten-
tos, *in dict. capite 10. & fin. de officio. & post iud.*
*delegat. libro sexto*, quod prius tentavit Salcedo,
*supr. versic. neque possunt.* Secùs contra sæcula-
res,

tes, pro recuperandis debitis temporalibus, vt
nuper Senatus iudicauit. Quæ † sententia in-
29 telligenda & temperanda est in conseruatoria
Salmantina. & Complutẽsi, & Vallisoletana, quę
30 amplissimæ sunt, † *ex l.8 tit.7.lib.1.recopil.* vltra
casus notoriæ violẽtiæ, ibi: * *Que el Maesseescuela
ò su lugartemiente, pueda conocer, y conozca de to-
das las causas tocantes à la dicha Vniuersidad, y a
las personas del dicho estudio, aunque no sean inju-
rias, ni fuerças notorias ni manifiestas.* * Per quam
legem, (non verò de iure communi) possunt di-
cti conseruatores illarum vniuersitatum cogno-
scere de omnibus causis aduersus personas eccle-
31 siasticas & sæculares. Idemque † existimo di-
spositum *ex Concil. Trident, in dict. capite quinto
in fine*, vbi literæ conseruatoriæ vniuersitatum,
non derogantur, ibi: * *Vniuersitates autem gene-
rales, ac collegia Doctorum seu scholarium, & re-
gularia loca, neque non hospitalia actu hospitali-
tatem seruantia, ac vniuersitatum, collegiorum,
locorum, & hospitalium huiusmodi personæ, in
præsenti canone minimè comprehensa, sed exem-
pta omnino sint; & esse intelligantur.* * Secùs
32 verò in aliis conseruatoriis: & sic † cum per viam
violentiæ, quædam causa collegij Societatis Iesu,
vniuersitatis Complutensis, fuisset delata ad Re-
galem Cancellariam Pincianam, declaratum fu-
it, nullam vim à iudice conseruatore illatam fuis-
se, & causa ei remissa fuit, vt tradit Salcedo *supr.
versicul. & nota.* Solent tamen graduati in hac v-
niuersitate Toletana, virtute Apostolicæ conser-
uatoriæ, exigere sua debita aduersus quascunque
personas, per iudicem conseruatorem; quod
profectò est contra ius commune, & Concil. Tri-
33 dent. & illa † lex Regia non est extendenda ne-
que amplianda ad alias vniuersitates, quę non ha-
bent Regium priuilegium; quod est personale
& particulare; vt constat *ex dicta. l. decimo
octauo*, ibi: * *Por hazer merced a la dicha vniuer-
34 sidad, y personas della.* * Et sic † in hac vniuer-
sitate contrarium est dispositum, quæ humiliter
supplicauit Regi nostro Philippo II. & nuper
Philippo, III. eius filio, vt simile priuilegium
concederet: & cum hoc vergat in præiudicium
aliarum vniuersitatum, nunquam est expeditum
licet in hac vltima concessione millionum, in pri-
ma supplicatione oblata Regi per ciuitatem
hanc, petitum fuisset, & sic seruandum est ius
commune, ut diximus, *in quæst. 52. numer. fin.*
Rursus pro complemento huius materiæ iudicũ
conseruatorum, est animaduertendum, quòd, et-
iam si cognoscant de violentiis notoriis & iniu-
riis, non possunt procedere vltra vnam diætam, a
fine diœcesium eorum, vt tradit text. *in dict. ca-
pit. fin. §. conseruatores*, ibi: * *Conseruatores autem
huiusmodi, extra ciuitates seu diœceses, in quibus
fuerint deputati, contra quoscunque procedere, aut
aliquos, vltra vnam diætam à fine diœcesium eo-
rundem, trahere non præsumant.* * In quo sunt
duæ leges recopilationis contrariæ, quia *dict. l. 18.
versic. item porque*, in casibus conseruatoriæ vni-
uersitatum, concedit quatuor diætas, ibi: * *Orde-
namos, y mandamos, que el dicho Maesseescuela,
por virtud de la dicha conseruatoria, no pueda lle-
uar ante si persona alguna, demas de quatro dietas,
contandolas desde la ciudad de Salamanca, hasta
fin de la diocesi, del que fuere conuenido, y que estas
dietas, sean de diez leguas, y no mas, sin embargo
de qualquier costumbre, que hasta aqui aya tenido*
* *in* † *l. vero.* 20. reducuntur ad duas diætas, ibi: 35
* *No conozcam allende de dos dietas por la Bula, no
embargante qualquier carta, ò cartas que ayamos
dado para que los dichos Maessescuela, ò Vicescola-
tico, pudiessen conocer allende de las dichas dos di-
etas.* * Et de his duabus diætis fecit mentionem
*Concili. Trident. sessio. 13. capite secundo de re-
formatione*, ibi: * *Vel ultra duas legales diætas
distet,* * & Rota, *in antiquis, titulo, de rescriptis,
decis. 34.* Menoch. *de arbitr. cap. 206.* vbi † re- 36
fert tres opiniones, in computatione diætæ, &
Escovar, *de ratiociniis computatio. duodecima
per totam.*

Est tamen advertendum, duplicem † esse leu- 37
cam, unam legalem, quæ continet viginti millia-
ria, aliam verò vulgarem, quæ est determinata
per usum vulgi & hominum loci, ut traditur *in
capit. statutum §. cum autem, de rescrip. libro 6.* &
vide Mieres, *de maiorat. 2. part. quæstione. 58. nu-
mer. 13.* vbi declarat, qualiter † diæta sit com- 38
putanda in actione Reali, & dicit, quòd est con-
siderandus locus, ubi res sita est, & non domici-
lium, ubi reus habet habitationem, quòd hodiè
probat † *lex. 8. tit. 7. lib. 1. recopilat.* & sic eius 39
decisioni standum est in nostra Hispania; in aliis
verò prouinciis ius commune seruandum erit;
& quoties in iure fit mentio de diæta, ut in dictis
iuribus, intelligimus de vulgari, non de legali,
*cap. præsenti, versic. loca, de præbend. lib. 6.* Felinus
*in capit. dilectus, & capit. nonnulli, de rescriptis,*
Boerius, *decis. 230.* Paulus Fuscus, *de visitatione,
lib. 2. capit. 25. numero octavo, versiculo. Ex quo no-
ta.* Et similiter quotiescunque † fit mentio de 40
leucis, intelligendum est de vulgaribus, & non de
leucis ciuilibus, ut tradit Bartolus, *in tractat. te-
stimoniorum § Vicena, numer. 55.* vbi dicit, quòd
in re dubia standum est vulgari mensuræ itine-
rum, glos. *in capit. nonnulli, de rescript* Specul.
*tit. de citatione. §. 1. numer. primo* Paul. & Ias. *in l. 1.
D. si quis cautionibus*, Greg. *in libro quarto, tit. 16.
partit. 2. verb. iornadas*, Auil. *in capit. Prætor. cap.
4. glos. 1.* Paris. de Puteo, *in tractat. syndica.
§. Nuncius, capite secundo.* Et est communis opi-
nio, ut tradit Abbas, *in capit. nulli, numero sexto,*
& sequitur Parladorius doctissimus & in omni-
bus versatus, *lib. 2. rerum. quotidia. capit. 19. nu-
mer. 9.* Escouar. *ratiociniis, computat. 12. à numero
septimo.* quam sententiam confirmat hodiè in
nostro Regno Hispaniæ pragmatica Regia, lata
Matriti, *anno 1587.* quæ est *lex 8. tit. 25. novæ re-
copilat.* vbi omnis dispositio est intelligenda de
leucis vulgaribus, & non legalibus, quæ † con- 41
stant ex tribus millibus passuum, vt † *in l. 3. tit.* 42
*16. partita. 2.* passus verò quinque pedum men-
sura constat, vnius anterioris, & alterius posterio-
ris, & tribus intermediis; ut docet Columella,
*lib. 5. capit. 1.* glos. *in l. 3. D. de verbor. signific. & in
cap. ficat. 17. quæstio. 4. lex.* † *4. tit. 13. part. 1.* & 43
sic † habet leuca legalis, pedũ quindecim millia; 44

pedi † verò, nonnulli decem sex tribuunt digitos transversos, Alciat. *in l. mille passus, de verbor. significat.* Alii verò, quindecim duntaxat digitis pedem metiuntur, ut tradit gloss. *in dict. cap. 7. sicut antiquitus, 17. quaestio. 4.* Doctores, *in l. 1. D. si quis cautio.* Et haec opinio est verior, & confirmatur *ex l. 4. tit. 13. partit. 1.* & probat Parlador. *supra num. 8.* digitus verò (ut nihil huius mensurae dimittamus) quatuor continet hordeacea grana, & sic constat ex illis tribus versibus, quos refert Parlad. *supra.* Quinque pedes passum faciūt, passus quoque centum, Quinque, & viceni stadium dant, atque ita mille Octo dabunt stadia, & tria sic miliaria leucam. Et vide Orosium, *in dict. l. 1. num. 6. D. si quis cautionibus,* Bertach. *in suo repertorio, verb. dieta,* Menochium, *de arbitrat. casu 206. num. 2.* Olan. *lit. D. num. 38.* unde evenit, quod si iudices conservatores procedant ultra duas diaetas, potest reus appellare, & implorare auxilium Regium: & per viam violentiae omnia reponentur.

Si verò orta fuerit aliqua differentia iurisdictionis inter iudicem conservatorem & ordinarium vel † ex aliqua sufficienti causa, iudex cōservator fuerit recusatus à parte, non poterit ad
46
ulteriora procedere, donec causa competentiae fuerit terminata per iudices arbitros nominatos,
47 & electos super dicta suspicione, ut † in *dicto capit. 5. sess. 13. versicul. Quod,* ibi: ** Quod si in causis, in quibus ipse reus fuerit, contigerit, ut electus ab eo conservator, ab actore suspectus esse dicatur, aut si qua inter ipsos iudices, conservatorem & ordinarium, controversia super competentia iurisdictionis orta fuerit, nequaquā in causa procedatur, donec per arbitros, in formam iuris electos, super suspicione, aut iurisdictionis competentia, fuerit iudicatum. ** Etsi aliter iudex conservator, non obstante recusatione, vel iurisdictionis competentia, ad ulteriora procedat, tunc per viam violentiae, causa remittetur ad Curiam Regis, ubi omnia reponentur, ut decretum sancti Concilii
48 executioni mandetur. Si † verò appellatio interponatur à sententia iudicis conservatoris, recurrendum est ad Pontificem, cum sint ipsius delegati, ut in *cap. 1. de officio delegat. lib. 6. & dict. cap. 14. sess. 7.* ibi: ** Ab ipsa sede delegatis; ** & per consequens, iudex ordinarius, licet Metropolitanus; neque consilium domini Archiepiscopi, tanquam primas, poterit per viam appellationis cognoscere: quidquid contrarium novissimè teneat d. I. Narbona *in suo tractatu de appellat. Vicarii ad consilium Archiepiscopi, 2. part. num. 5.* quia illud non fundat, & de iure & consuetudine observatur contrarium, *ex cap. anteriorem, 2. quaestione 6.* & dixi *in quaestione 15. numero primo.*

## SVMMARIVM

1 *Laicus coram iudice saeculari conveniri debet, cum in hoc consistat Regia iurisdictio, nisi aliter evidenter ostendatur.*

2 *Legata pia possunt peti coram iudice ecclesiastico ab herede laici, & alia omnia legata, ut executioni mandentur, & numero octavo in fin.*

3 *Alimentorum legatum non dicitur pium, nec potest peti coram iudice ecclesiastico, nisi concurrant qualitates hic posita.*

4 *Iudex ecclesiasticus cognoscit de causis miserabilium personarum mixti fori, ut pupilli, viduae, &c. dummodo sint pauperes.*

5 *Paupertatem allegans, vel divitias, tenetur illam qualitatem probare.*

6 *Paupertas, quae requiritur ad hoc, ut legatum alimentorum sit pium, & per consequens, coram iudice ecclesiastico possit peti, non sufficit, quòd adsit tempore relicti legati, sed debet adesse tempore, quo petitur; sed post captum iudicium supervenientes divitiae non illud impediunt.*

7 *Alimenta, ut peti possint, tanquam pia causa, coram iudice ecclesiastico, debent esse praesentia, vel futura, non praeterita.*

8 *Alimentorum omnia privilegia, non habent locum in alimentis praeteritis, sed tantum in praesentibus, vel futuris.*

9 *Filius non privatur legitima, etiamsi monitus à iudice ecclesiastico, renuerit solvere legata pia in testamento relicta.*

10 *Convenire laicos coram iudice ecclesiastico, nō videtur favor nec privilegium.*

11 *Administratores, bonorum ecclesiasticorum, etsi Laici sunt; possunt pro ratione reddenda conveniri per censuras Ecclesiasticas.*

## QVAESTIO XXI.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo contra laicum, pro solutione legati alimentorum.*

QVamvis certi iuris sit, regulariter † laicum coram iudice saeculari conveniendum esse, 1
& in hoc potissimum Regiam iurisdictioné consistere, ne, inquam, laicus trahatur coram iudice ecclesiastico, iux. textum, *in cap. si clericus laicū, de foro competenti, & in cap. novit. de iudic.* & tradunt utrobique Doctores, Portol. *in schol. §. si clericus, num. 11. & in tract. de competent. quaest. 2. num. 11.* Hippol. *singular. 694.* Surd. *de aliment. tit. 8. privileg. 9. num. 1.* Paulus Fusc. *singul. 92. litera C.* Ioan. Gracian. *regul. 9.* Bernar. Diaz, *regul. 92.* Socinus, *reg. 80.* & plures retuli, *in 1. par. collect. 57. num. 1.* cui regulae omnino inhaerendum est, nisi fallentiae casus evidenter ostendatur, iuxta tradita per optimam addition. ad Alciatum, *regul. 1. praesumptio. 28. in litera B.* Surdus, *de alimentis, tit. 1. quaest. 24. num. 5. & tit. 7. quaest. 8. num. 13. & consil. 356. num. 18.* Menochius, *de recuperan. possession. remed. 14. num. 32. & de arbitr. quaest. 80. num. 108. & in quaest. 91. nu. 16.* Iosephus Ludovicus, *decis. Perusina, 89. num. 9.* Nam habens regulam pro se; habet intentionem fundatam, donec contrarium probetur, Surdus, *consil. 339. num. 6.* Mascard. *volum. 1. conclus. 75. numer. 3.* & eam habens pro se, non dicitur habere casum dubium, Tiraquel. *de Retr. ligna. § 1. gloss. 9. numer.*

mer.210.ad fin.Lancel. 2. part. capit. 4. in præfat. numer.575.latiſſime Vivius,deciſ.135.

Inter alios autem caſus, in quibus arbitrantur ſcribentes,prędictam regulam obſervandam non eſſe,&iudici eccleſiaſtico inter laicos iuriſdictionem tribuunt, eſt, quando quis alimenta ſibi legata poſtulat; hoc enim caſu, cum cauſam piam conſtituant,ex Tiraquel.de cauſ.pia,in præfat.numer.20.Rojas,de ſucceſ.capit.21.numer.80.Couarru.in 4.ſecund.part.capit.8.§.6.num.6.verſic. Eſt enim. Surd.de aliment.in dicto.privileg.9.numer.2.tit.9 quæſtione.3.num.1.per text.in l. Mela.in principio,ibi:* Pietatis intuitu,* D.de aliment. & cibar. leg. recte à laicis alimenta legata exigi poſſunt coram eccleſiaſtico; ex Covarruvia, in dict.numer.6.Palat.Rub.in repet.dict.cap. per veſtras,notab.2,numer.19.cum vulgatis.Et receptum

2 eſt, legata † pia poſſe peti coram iudice eccleſiaſtico ab hærede laici,gloſſa.1.in fin. in capit.relatum,gl,1.de teſtam.ubi ſcribentes,& Couarruvias numer.13.Gutierrez,lib.1 practicar.quæſt.44 nume.2.quod etiam optime deducit poſt alios, quos refert Tiraquellus; de privileg. cauſæ. piæ. privileg.149. ubi ait; quod relicta ad pias cauſas ſunt mixti fori,& proinde eſt locus præventioni,ita,ut ad eum iudicem cauſæ cognitio pertineat, qui prius ea de recognoſcere incæperit. Mol.tract.2.diſput.250.poſt princip.col.1533. Vnde laicus tenetur ſtare iuriſdictioni iudicis eccleſiaſtici;& ſic dicit gloſ.2.in dict. cap. relatum, quod in relictis ad pias cauſas,poteſt adiri iudex eccleſiaſticus cōtra quoſcunque quam gloſ,appellat. ſingularem, ibi Abbas,numer 8.idque in legato alimentorum in dubium eſſe,aſſeverant ſcribentes,ut poſt alios trad.Molin.de primog.lib.2.capite.15.numer.75.& ita,aſſerunt Archid.&Dominic.in capit.Sylveſter 11.quæſtione,1.per illum tex.quod, ſi filius monitus à iudice eccleſiaſtico, legata pia relicta in paterno teſtamento,exſolvere intra annum neglexerit,etiam legitima portitione privabitur. Quod etiam probatur optimè ex capit.licet de voto,& in l.licet, C. de Epiſcop. & cler. & probat expreſsè hanc opinionem, gloſ. fin.in cap. ſi hæredes. de teſtam. Pro quibus etiam facit,quia in legatis omnibus; quamvis pia non ſint, ut executioni mandentur, eccleſiaſticus inter laicos iudex competens eſt. gloſ. 2.in capit.ſi hæredes, de teſtam. ibidem Abbas; numer.7. quam communem dicunt poſt alios ibi, Covar, numer.3. verſic. eadem verò. Tiraquellus,in tr.lemort.ſaiſit leviſ.7.part.declarat.5 num.8.& 9. Bobadilla,lib.2.capit.17.numer.102.Matien.lib.5.tit.4.l.34.gloſ.1. numer.45. verſic.aſſerunt communiter, Molin.tractat.2. diſput.250.verſic. Dubitant Doctores, ex col.1534. Alex. conſ.239. volum. 6.numer.14. Gutierrez, in dict. quæſtione.44.numer.4. ſubdens, quod ſi in intra annum à die monitionis, non fiat executio teſtamenti per debentem exequi,devolvitur executio ad Epiſcopum,ut in c.3.de teſtament.Ad quod etiam plura ſubiunxi,in 2.p.collect 154.n.1. aſſerens in n.8. ipſum Epiſcopum ſubrogatum in locum executoris teſtamenti,teneri eodem modo diſtribuere,ut ille executor tenebatur: quod etiam atteſtantur Tiraq. poſt.leges connub.in glo.5,num.190.Surd. tit,8.privileg.9.numer.4 ergo à fortiori;pro ſolutione legati pij erit eccleſiaſticus iudex competens.

3 Ego † tamen,maturè omnibus penſatis, ſupradictæ regulæ inhærendum eſſe cenſeo, ut teſtantur omnes, quos in initio quæſtionis retuli; ſicq; cauſam alimentorum non indiſtincte piam, nec iudicis eccleſiaſtici cognitioni ſubiacere, ſed ita demum piam, & de iuriſdictione eccleſiaſtica iudicari,ſi in ipſa infra ſcriptæ qualitates concurrant,Prima eſt, quod alimenta ſint relicta pauperi;alioquin, niſi pauperi relicta ſint,coram eccleſiaſtico iudice laicus conveniri nequit,ſed coram ſæculari,ut tradit Bart. in l.ſolent,num.13.D.de aliment.t.legat.optimè Pala Rub.in dict.numer.19.verſ.reſpondetur.Gutier.in d.q.44.num.4 Surdus de aliment.tit.8.privil.1.nu.3.& privileg.9.ex.nu.4.in fin.Lanc.Gallia. in conſuet.Alexād,in gloſ.ſolidos,q.6.numer,34.& 56.legatum ſi quidem alimentorum non intelligitur ad pias cauſas relictū eſſe niſi pauperi legetur. Vt late tradit Mantica, de coniect. libr.6. tit.3.nu.26. Tiraq. in præfat de privil.cauſæ piæ,ex nu.21.& probat.Bart,in l.Alio,ex num.4.D.de alimen.legat.Natta,conſil.613.numer.5.Dec.conſ.72. numer.3. verſic. Relictum pro alimentis. Vnde dicit Alex. in l.ſi conſtante,num.18.D.ſolut.matrim.& in addit.ad Bart.in l.ſi cum dotem,§.ſi mulier,in litera.K.D.ſolut. matr. quod tunc cauſa dotis & alimentorum dicitur pia, quādo dantur perſonæ pauperi, Gutierrez, ubi ſupra, numer.8.ſecùs verò, ſi propter debitum, vel amicitiam diviti aſſignentur, quòd etiam tradunt Tiraq. ubi ſupra, numer.21.& 23. Anton. Cord. de Lara. in l.ſi quis à liberis §.utrum. ex numer.2.& in §.ſi vel parens, numer.14. Palat. Rub. ubi ſupra,numer.20. Ex quibus infertur,quod † tunc 4

cognoſcit eccleſiaſticus de cauſis miſerabilium perſonarum mixti fori, ut puta pupilli, viduæ & ſimilium, ſi ſint pauperes; ſecus, ſi ſint divites; quia tunc non dicuntur miſerabiles,ex Maranta.4.par.diſtin.11.numer.11.Sigiſ.Scac.de iudic.cauſ.lib.1.cap.12.n.17.quòd enim legatur diviti, nunquam dicitur ad pias cauſas. Mantic. ubi ſupr. numer.27. quamvis & hoc caſu, quando pauperi relicta ſint alimenta,non poſſe laicum pro ipſis cōveniri coram eccleſiaſtico, niſi acceſſoriè in cauſa ſpirituali petantur; ſed coram ſæculari, teneat Molin. de primog.lib.2.cap.15.num.r.16. expreſſe, aſſeverans,contrarium in ſupremis tribunalibus Regiis nequaquam admitti.

Sciendum tamen eſt, non ſolum, ut prædiximus oportere,ut alimentorum cauſa pia ſit,&coram iudice eccleſiaſtico inter laicos ventiletur;& eum,cui relinquuntur,pauperem eſſe. Sed cum hoc fori privilegium ſub qualitate paupertatis concedatur, ut eo quis fruatur, deducere & probare præciſe oportet,cum pauperem eſſe adeò ut præſumptio à natura fluens, quod quilibet pauper præſumitur, cum nudus naſcatur, ſufficiens non ſit; ſed externa probatione concludenti opus eſt, ut prætextu cauſæ alimentorum, laicus coram eccleſiaſtico trahatur, cum id ſolum permiſſum ſit, quoties pauperi alimenta relinquuntur. Vnde ſuccedit regula, quòd, quando

funda-

fundamentum est causa intentionis agentis, de-
5 bet illud agens probare, & sic † allegans paupertatem, vel diuitias, tenetur illam qualitatem probare, vt pulchrè docet Couar. *cap. 6. numero, 2.* optimè Afflict. *decis. 377. ex numer. 4.* latè Suar. *in libro, primo. tit. * de las arras, * ex numer. 13.* eleganter Masc. *de probat. lib. 3. concl. 1154. ex num. 5.* Menoch. *cons. 321. ex numer. 22.* Sur. *decis. 320. n. 5.* Surd, *de aliment. tit. 1. quæst. 24. num. 7. & tit. 7. quæst. 8 num. 14.* Alciat. *reg. 2. præsump. 27. num. 5.* Tiraq. *de retract. leg. §. 32 glos. 1. numer. 94.* Hojed. *de benefi. 2. part. capit. 9. numer. 10* Lanc. Gallia. *in consuet. Alexan. in glos. solidos, quæst. 6. numer. 83.* Roland. *cons. 20. vol. 2. numer. 19.* & generaliter, quòd quoties conceditur alicui beneficium cum certa qualitate, oporteat illam probare; neque sufficiat ad ipsius probationem, allegare præsumptionem à natura etiam fluentem, ut docet Mascard vbi sunt concordantes *in concl. 1246. ex. n. 9.* Farin. *q. 8. ex num 86.*

6 Rursus † animaduertendum etiam est, quod, vt quis vocare possit laicum coram iudice ecclesiastico, prætextu legati alimentorum, non sufficit, si probet se fuisse pauperem eo tempore, quo legata sibi fuerunt alimenta; sed quando trahit laicum ad iudicium, constare oportet, ipsum esse pauperem; cùm enim qualitas paupertatis causam efficiat piam, agens tenetur ipsam probare, vt priuilegio fori gaudeat, eò præsertim, quod mutatione qualitatis personæ, mutetur priuilegium: vt probat. Didac. Perez. *lib. 1. tit. 1. glos. 1. ver. permutationem. enim, pag. 55.* Gutier. *in prac. lib. 1. q. 3. n.* [illegible] Matie. *lib. 5. tit. 10. l. 11. glos. 4 n. 2.* Idque rationi consentaneum est, ex vulgari assumpto, quod cessante causa priuilegii, priuilegium cessare debet, vt *in l. Athletæ. l. Geometræ, & in l. idem Vlpianus, D. de excus. tuto. l. Titia. Seio. in §. vsuras,* & ibi Bart. *D. de legat. 2. l. filius à patre. §. 1.* & ibi scribentes, *D. de lib. & posthu.* paupertate siquidem cessante, cessant ea, quæ propter eam statuta aut introducta sunt, aut concessa, ut probatur *ex. l. non tantum. §. eos qui,* ibi: * *Nisi facultates eorum adauctæ fuerint,* * *D. de excusat. tuto. cum concordantibus* per Tiraq. *relatis, in tract. cess. caus. 1. p. n. 199.* qua forsan ratione ductus, censet post alios, quos refert Anton. Gabr. *lib. 6. comm. opinio. tit. de aliment. concl. 1. n. 23.* quod etiamsi à principio, tempore mortis testatoris, legatarius esset pauper & inops, si tamen post ipsius mortem efficiatur diues, cessat petitio alimentorum. Si tamen post cœptum iudicium coram ecclesiastico, intuitu & prætextu paupertatis, superueniat diuitiæ, non exinde admittit quis priuilegium fori, *iuxta, l. si quis posteà, quam D. de iudic.* & tradunt Abb. *cons. 85. 1. p. nu. 7.* Molin. *in repert. in verbo. iustitia Aragonum est iudex competens.*

7 Vlterius † etiam requiritur, ut laicus conueniri valeat coram ecclesiastico, quod alimenta, quæ petuntur coram ecclesiastico, non sint præterita, sed præsentia vel futura; quoniam, cum alimentorum causa pia dicatur propterea, quod per illa, per alimoniam nempe, corpus animatum releuatur, vt tradit ex multis Tiraq. *in præfat. de priuil. piæ caus. nu. 20.* & respectu præteriti temporis corpus alimentatum iam sit, impossibile est quod alimenta præterita causam piam constituant. Spin. *glos. 16. n. 113.* & Surd. *de alimen. tit. 8. priuil. 2 n. 13. & 14.* vbi dicit post Ias. *in l. de alim. C. de transact n. 5* & Dec. *nu. 10.* quod in ipsis procedetur ordinariè, & non summariè, sicuti in alimentis præsentibus, & futuris, quòd etiam tenet Ias. *in l. 1. § sed excipiuntur, num. 7. de feriis* Gigas. *de pens. q. 51. n. 28* Maran *de ordin. iud. 4. p. dist. 9. n. 52.* Morla. *1. p. tit. 4. in princ. numer. 44. fol. 205.* Vnde † priuilegia attributa alimentis limitan- 8
tur, vt procedant solum quoad præsentia, vel futura, non verò quoad præterita.

Nec his obstat, quod dicebatur, ecclesiasticum in quibuscunque legatis, etiam non piis, competentem esse iudicem, quoniam contrariam opinionem tenet glos. *in verb. piis voluntatibus, in ca. tua, de testam.* vbi Episcopis iurisdictionem concedit circa pia legata duntaxat, quam sequitur Aufr. *ad capel. Tolosanam, decis. 51.* Et in terminis alimentorum ita tenet Bart. *in l. 3. nu. 13. D. de alim cib. legat.* dicens, si alimenta sunt relicta, non ob piam causam ea petenda esse coram iudicibus secularibus, quem sequitur, Palat. Rub, *vbi supr. nu. 19. versic. sed si alimenta.*

Vel respondetur cum Barbat, *in capit. si hæredes. numer. 4. de testam.* vtiliter resoluente, iudicē ecclesiasticum posse aduersus laicum executorē procedere, quando in testamento simul adsunt legata pia, & non pia, ratione enim adiuncti, & sic piorum, quorum executor Episcopus constituitur, ex Conc. Trid. *sess. 22. de reform. cap. 8.* intelligit, posse illum compelli etiam circa non pia; & sic existimat conciliandam fore controuersiam, exortam circa præfatam quæstionem, an Episcopus possit compellere laicos ad soluenda legata, non pia? quam etiam conciliationem amplexus est Franciscus Caldas, *de nomin. emphy. quæst. 19. num. 56.* Vel tertio responderi potest, quod ecclesiasticus, quoad legata non pia competens est, quoties iudex ecclesiasticus ex officio vellet executores compellere ad legata persoluenda; non vero, quando ad instantiam patris laicus conueniretur ad legata non pia, vt tradit Abbas, *in cap. si hæredes de testam. numer. 7.* & notat Zerola, *in praxi Episcop. 2. p. §. Episcopi, versic. nono, ad Episcopum,* vel, vt ait Bobadilla, *in d. c. 17. n. 103.* quando iudex sæcularis remissus esset in administranda iustitia. Ex quibus satis intelligi potest quæstio proposita, an & quando laicus conueniri possit pro legato alimentorum, coram iudice ecclesiastico? Nec similiter obstat, quod † filius pri- 9
uatur legitima, si monitus à iudice ecclesiastico renuerit soluere legata pia, relicta in testamento, vt superius dicebatur ex glos. *in c. si hæredes, de testam.* quia contrariam opinionem dicit communem Ioan. Lecier. *de primog. libro, tertio q. 6.* & eam sequuntur tanquam veriorem Tiraq. *de priuileg. piæ causæ, priuileg. 84.* Couarr. *in d. cap. si hæredes, numer. 9.* Dida. Lopez, de Stunica *de voto, quæst. 4. ex numer. 55. versic. verius est enim;* & dixi *pract. quæst. 81. ex numero secundo com. contra commun.*

Pro coronide tamen huius quæstionis animaduerten-

uerten-

uertendum censeo, quod † quamuis ab omnibus
10 reputetur priuilegium, posse conuenire reum corã iudice ecclesiastico, adhuc tamẽ dubito, ad quid id possit, cum ibi tardius iustitia obtineatur; nam in illo foro lites sunt immortales, & vitæ hominum petitę excedunt, præsertim coram iudicibus delegatis, propter longas dilationes, & plures appellationes, quas canonicum ius permittit & reo concedit: quod secus est in foro sæculari, vbi citius ius redditur, vt pulchrè prosequitur Palat. Rubeus, *in repetit. capit. per vestras, notab. 2. in fin.* asserens, ob hanc rationem multoties consuluisse aliquibus personis ecclesiasticis, monasteriis, & piis locis, habentibus iudices ecclesiasticos, ad tollendas violentias, coram quibus poterant aduersarios laicos conuenire, quod eos coram iudicibus sæcularibus in ius vocarent: & sic testauit articulus per viam violentiæ, quem refert, & sequitur alios allegans Bobadilla, *lib. 2. capit. 17. n. 166. & ibi additio in lit.* C. & Cenedo, *q. 14.* quod consilium salubertimum est; Maximè his nostris temporibus. Et etiã si † administratores bonorũ
11 ecclesiasticorum sint laici, sunt conueniendi, pro ratione reddenda, & pro solutione debiti, per cẽsuras, vt tradit Afflictus, *decis. 377.* vbi dicit sic fuisse decisum, & Frãc. Viuius. *decis. 153.* vbi idem resoluit, & Gratia. *decis. 189. in 2. part.* quia aliàs inutilis esset visitatio de qua *in cap. 9. ses. 22.* Concilij Tridentini, quem tex. sic nouiter intelligit Ioan. Aloii. Ricci, *in collect. decis. collect. 914. in fin.* & sic iudex ecclesiasticus procedendo contra laicum, non faciet vim.

## QVÆSTIO XXII.

*Vtrùm iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo in causis ciuilibus religiosorum, quando non eligunt iudicem conseruatorem.*

## SVMMARIVM.

1 *Religiosi an poßint conueniri pro debitis ciuilibus coram ordinario, siue ecclesiastico, an verò coram suis conseruatoribus, dubitatur.*
2 Cap. 14. ses. 17. Concilij Tridentini *declaratur.*
3 *Religiosi in casibus mercedum & miserabilium personarum poßunt conueniri coram ordinario, & non coram conseruatore.*
4 *Iudex ordinarius habet à Pontifice contra religiosos delegatam iurisdictionem.*
5 *Ordinarius cognoscit contra religiosos in 17. casibus declaratis à* Concil. Trident.
6 *Loca Concilij Tridentini referuntur, ex quibus casus colligi poßunt, quando etiam Religiosi exempti ordinariorum iurisdictioni subiiciuntur.*
7 *Quod quisque iuris in alterum statuit, eo iure ipso vtatur.*
8 *Inhibendus non est iudex ordinarius à conseruatore in causis ciuilibus.*
9 Cap. 1. de priuileg. lib. 6. *declaratur.*
10 *Religiosi etiam illi qui non habent conseruatorem, poßunt in ciuilibus conueniri coram ordinario, & non coram conseruatore.*
11 Cap. 5. ses. 24. Conc. Trid. *declaratur.*
12 *Practica, quæ viget circa cognitionem ordinarij contra religiosos, refertur.*
13 *Opinio* Gutier. *defenditur contra fratrem* Manuel Rodriguez.

EST Pulchra dubitatio, an † religiosi possint conueniri pro debitis ciuilibus, coram 1
iudice ordinario ecclesiastico, an corã suis cõseruatoribus: extante decreto † Concilij Tridentini, 2
*c. 14. ses. 17. de refor.* ibi: * *In alijs verò; si ipsum iudicem non habuerint, coram locorum ordinarijs, tanquam ad hoc ab ipsa sede delegatis, conueniri, & iure medio ad soluendum debitum cogi & compelli poßint, priuilegijs, exemptionibus, conseruatorum deputationibus, & eorũ inhibitionibus, aduersus præmissa nequaquam valituris.* * Ex quo text. Flaminius Parisius, *de resig. benef. lib. 4. q. 11. num. 8. in 3. casu,* resoluit, quod † in causis ciuilibus 3
mercedum & miserabilium personarum, etiamsi religiosi à sede Apostolica certum iudicem deputatum habeant, & in aliis causis certum iudicem deputatum non habeant, possunt conueniri coram ordinariis locorum, qui habent de iure ordinariam iurisdictionem & Apostolicam, ex dicto decreto Concil. Trident. ibi: † * *Tanquam ad hoc ab ipsa sede delegatis.* * Vbi † ex decretis 4
Concilii refert. 17. casus, in quibus religiosi exempti regulares, subiiciuntur iurisdictioni ordinariorum. Primò † *ex capit. 2. ses. 25.* secundo *in* 5
*capit. 14. ses. 14.* tertio, *in hoc cap. 14. sessi. 7.* quarto, 6
*in cap. 13. ses. 7.* quinto, *in capit. 8. ses. 24.* sexto, *in capit. 8. sessione. 21.* nono, *in capite 10. ses. 22.* decimo, *in capit. 2. session. 24.* vndecimo, *capit. 20. session. 24.* duodecimo *in capit. 5. session. 25.* decimo tertio, *cap. 5. ses. 25.* decimo quarto, *capit. 15. sessio. 23.* dec. quin. *cap. 2. session. 5. & Cap. 4. session. 24.* dec. sexto, *capit. 13. sessione. 25.* decimo septimo, *capit. 12. session. 25. de regularibus.* Et ratio dubitationis est in quæstione principali, vltra text. Concilij Tridentini, quia, vt suprà *ex capite. 1. & fin. de officio, & potest. iudi. deleg.* resoluimus, non posset Religiosos alios conuenire ex causa ciuili, coram suis conseruatoribus; & sic à paritate rationis neq; ipsi religiosi corã dictis iudicibus conueniri possunt; quia † quod quisq; iuris in alterum 7
statuit, eo iure ipse vtatur, vt *in l. 1. D. quod quisque iuris*: Maximè, quia tantũ concedunt conseruatoribus, vt defendere possint cõseruãdos ab iniuriis & violentiis manifestis; nõ verò in aliis causis, neq; rebus; & sic sequitur, quod in causis ciuilibus etiam tanquã rei, non poterunt suis conseruatoriis vti; & per consequẽs, quod † iudex ordinarius nõ 8
est inhibendus à conseruatore, cũ ipse ordinarius sit etiam cõseruator, tanquã sedis Apostolicæ delegatus; *ex dicto Conci. Trident.* per quẽ textum iubetur obseruari tex. † *in cap. 1. de pri.* ubi exẽpti 9
in ciuilibus possunt conueniri coram locorũ ordinariis, ibi: * *Nihilominus tamen ratione delicti, siue contractus, aut rei, de qua contra ipsos agitur, rectè possunt coram locorum ordinariis conueniri.* *

*niri.* * Quem text. declarat Couarru. *practic. quæst. cap. 11. num. 15.* vbi dicit, quod exemptus tenebitur apud eum iudicem ex contractu respondere, qui iudex est illius loci, vbi contraxit.

Sed † his non obstantibus contraria opinio est
10 verior, & tenenda, & sic practicatur, & expressè probatur *in dict. decreto Cōcilij*, vbi tota illius dispositio procedit, quando non habent religiosi iudicem, coram quo actor, possit eos convenire, ut in text. ibi: * *Si ipsi iudicem non habuerint.* * Et sic, si religiosi vel exempti habeant iudicem conseruatorem, coram ipso est actio ciuilis proponenda, & non coram ordinario, seu Episcopo, cui solum conceditur iurisdictio, quando ipsi religiosi non habent iudicem: quod potest contingere, vel quia non habent conseruatoria, vel quia nolunt nominare iudicem conseruatorem in eo loco, coram quo possint conueniri, vt *in cap. statutum, §. sancimus, de rescriptis lib. 6.* solum enim in duobus casibus, mercedum, & miserabilium personarum, etiam si à sede Apostolica deputatum iudicem habeant, possunt coram ordinariis locorum conueniri, ut constat ex verbis Concilij, & tradit Flaminius, Paris. *sup. dict. lib. 3. c. 11. num. 9.* quæ sententia vera est, & approbatur à Gutierrez, *lib. 3. practicar. quæst. 10. nu. 2. in fin.* vbi illa verba Concilij, * *Si ipsi iudicem non habeant,* * limitat, ad illos duos casus, mercedum & miserabilium personarum, quia in dicto decreto sunt illi duo casus excepti, & posteà subdit Concilium * *In aliis verò si ipsi iudicem non habuerint.* * Et sic iurisdictio non conceditur in casibus exceptis; etiam si habeant religiosi iudicem conseruatorē, alias non diceretur. * *In aliis vero:* * Quia ponitur distinctio in facto, & in iure. Idemque est di-
11 spositum, † *in capit. 5. sessione. 14. in fin.* ibi: * *In causis verò mercedum, ac miserabilium personarū, huiusmodi sanctæ synodus super hoc decreto insito robore permanente.* * Et sic confirmatur, decis. text. de qua *in dicto capit. 7. sessione. 14.* vbi habe-
12 tur similis exceptio & limitatio; sicque † practica viget in hoc tribunali ecclesiastico Toletano, qua multoties usus sui, tanquam aduocatus; & talis est; quia prius proponitur libellus coram Vicario generali, ut reus religiosus nominet conseruatorem in hac ciuitate, intra breve tempus, coram quo ventiletur lis; & quod eo transacto, agitabitur coram ipso ordinario: & facta notificatione, si nominatur iudex conseruator in hac ciuitate, ad eum debet recurrere actor & coram suo notario proponere actionem; & alias, eo reluctante, actio proponitur coram ordinario, coram quo ex fa-
13 cultate Concilij potest causa terminari. Quam † practicam etiam tradit Gutierrez, *ubi supra. num. 4.* Quòd tene menti, ne erres in iure, & in praxi. Ex qua resolutione facilè deducemus, qualiter sit concipiendus articulus violentiæ, si alio modo iudices procedant: & post hæc scripta vidi Rodriguez, *de regularibus, 1. tom. quæst. 65. art. 12.* ubi declarat hanc materiam, & tenet contra Gutier. *ubi sup.* cuius doctrina vera est, ut ipse defendit *libro quarto pract. quæst. 63.* vbi notat, dictum patrem minus benè locutum fuisse contra eius opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in pluribus casibus conveniuntur coram iudice sæculari.*

2 *Clericus negotiator ratione mercaturæ convenitur coram iudice sæculari.*

3 *Clericus in causis,* * de la Mesta, y del seruicio, * *convenitur coram iudice sæculari Regio, & ita fuit iudicatum in Curia.*

4 *Clericus Auditor Regis,* * y en las visitas de las universidades, * *convenitur coram iudice Regio sæculari.*

5 *Clericus ratione officij sui iudicari potest coram iudice Regeo.*

6 Doctor Thena *Canonicus sanctæ ecclesiæ Toletanæ laudatur.*

7 *Casus de facto refertur, circa visitationem universitatis Toletanæ.*

8 Lex. 16. tit. 7. lib. 1. recopilationis *declaratur.*

9 *Clericus tenetur rationem reddere coram iudice sæculari de tutela vel cura coram illo acceptata.*

10 *Familiaris sanctæ Inquisitionis, qui delinquit in officio iustitiæ, debet coram laico iudice conveniri; & non in tribunali inquisitorum.*

11 *Clericus in reddenda ratione tutelæ, aut alterius administrationis non potest incarcerari à sæculari, qui solum adversus bona procedit invocato auxilio ecclesiastico.*

12 *Clericus medicus convenitur coram iudice Laico ratione officij.*

13 *Clericus advocatus, si delinquat in officio, conveniri potest coram iudice Laico.*

14 *Iudex sæcularis potest cognoscere de delicto clerici quando non est superior in Regno ut fuit in Rota iudicatum; secus si fuerit negligens ecclesiasticus.*

15 *Clericus tenetur contribuere in publicis contributionibus; & exactio est facienda per ecclesiasticum, nisi periculum sit in mora.*

16 *Clericus in contributionibus,* * de la octaua parte del vino, y azeyte, * *coram ecclesiastico est conveniendus.*

17 Lex. 12. tit. 13. libr. 1. recopilationis *declaratur.*

18 *Clericus ratione damni facti à suis animalibus & ovibus, est conveniendus coram iudice sæculari.*

19 *Casus de facto refertur circa damnum factum à clerico cum suis pecoribus.*

20 *Clericorum pecora non gaudent privilegio dominorum.*

21 *Mula clerici, quæ pauperiem fecit, non gaudet privilegio clerici; & refertur, quid fuit iudicatum contra canonicum.*

22 *Clericus ratione reconventionis, potest conveniri coram iudice sæculari.*

23 *Clericus hæres laici potest cōveniri coram iudice laico.*

24 *Clericus qui tenetur de evictione, tenetur respondere coram iudice laico.*

25 Lex. 57. tit. 6. part. 1. declaratur.

26 Lex.

26 Lex.33.tit.5,part.5.*declaratur.*

27 Lex.ad fiscũ, C.vbi causæ fiscales, *declaratur.*

28 *Clericus, qui turbat iurisdictionem Regiam, potest coràm iudice laico conueniri.*

29 *Clericorum exemptio, non debet esse causa seditionis in Republica.*

30 *Magno supplicio digni sunt, qui clericali exemptione abutuntur.*

31 *Clericus, qui facit offensam iudici sæculari, potest ab eo incarcerari.*

32 *Remißio clerici incarcerati est facienda intra 24.horas.*

33 Lex.2.tit.13.lib.8.ordinamenti *declaratur.*

## QVÆSTIO XXIII.

### *Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo in causis realibus contra clericum ratione officij, vel administrationis.*

1 PRo faciliori intelligentia huius quæstionis, referam † aliquos casus, in quibus clerici nõ sunt exempti à iurisdictione sæculari; imò in suo tribunali possunt conueniri; & si iudex ecclesiasticus inhibuerit iudici sæculari, interposita appellatione, & inuocato Regis auxilio, si ad Curiam processus remittatur, declaratur iudicem ecclesiasticum vim facere, & causæ cognitio remittitur ad sæcularem.

2 Primus casus erit, in † clerico negotiatore, qui sæcularibus negotiis se immiscet, exercendo aliquod commercium prohibitum, quia pro ipsis negotiis sunt Regi subditi, Pet, à Monte, *in Monarchia Conciliorum, quæstione, 4. numer.2.in volum. 6. tract.* Aluarus Valascus, *decis. 100.* & per consequens; si circa negotia, quæ exercet, deliquerit, potest iudicari & puniri in bonis coràm iudice sæculari, vt tradit Antonius de Rosellis, *in tractatu de potestate Imperatoris, & Papæ. §. plus videtur, numer.3.in vol.14.tract.* & plures casus, in quibus Imperator fuit iudex inter personas ecclesiasticas, trado *in quæstione, 905. à numer.9. cum sequentibus.* Rebuffus, *in suo tractatu, quando sæcularis cognoscere poßit de ecclesiast. numer. 78. in 2.tom.const.Reg.art.1.glosa.13.* Marsilius, *singulari 694.numer.2.* Mexia, *ad pragmaticam Regiam, conclusio.5.ex numer.21.* Menchaca, *de succes. creat. 3. part.§.36.à numer.78.* Xironda, *de gabellis, 7. part. in princip.numer.26.& 29.* vbi dicit, ita fuisse iudicatum per viam violentiæ in in Granatensi
3 prætorio, & in consil. de Contaduria. Et † idem dicit obseruatum esse, * *en las causas de Mesta, y del seruicio:* * Quia laicus iudex agit contra clericum in prædictis casibus, & exequitur suam sententiam in bonis clericorum & monasteriorum, vt sæpè video de facto contingere, & tradit Humada, *in l.49.tit.6.part.1.glos.3. numer..* dicens ob hanc rationem, quando clerici mercatores se immiscent profanis tunc eos ligari quo ad bona, quibus se immiscent, legibus profanis, ad vectigalia reddenda, etiam quo ad forum, si quæstio emergat super solutione dictarum rerum vt tradit Mexia, *suprà, conclus.5.nu.23.* Azeued, *in capit.1.in principio, tit.13.nu. 8.lib.3. nouæ recopilat.* quia in isto casu, non conuenitur ratione personæ neque ratione bonorum, sed ratione officij: quod † sæpè contingit, * *en las visitas que por mãdado de su Magestad se toman a las Audiencias, y a* 4
*las Vniuersidades a donde ay clerigos.* * Quia † ra- 5
tione officij possunt conueniri & iudicari coràm iudice Regio, ita tradit Salcedo, *in practica ad Bernardum Diaz, capit. 16. litera, B.* & Hieronymus Portoles, *in §. clericos, numer.5.* Iulius Clarus, *receptarum sent.§.fin.quæstio.36.nu.25.* Chassaneus, *in consuetudinibus Burgundiæ, rubr.1 §.5. glos. sylnagrece, numer.71.* Placa, *de delictis, capit.19.numer.23.* Prosperus Farinacius, *tit. de Inquisitione, quæstione, 8. numer. 46.* Guillermus Benedictus, *in capit. Raynutius, verbo; vxorem nomine Adelasiam, el.2. numer.155.* Redin. *de maiestate Principis, §.sed etiam, numer.183.* & ita consului † do- 6
mino Doctori Thena, Canonico Magistrali huius sanctæ Ecclesiæ Toletanæ, literis & sanctitate præclaro, cui † à supremo consilio Regis nostri 7
Philippi III. fuit commissa visitatio huius vniuersitatis sanctæ Catharinæ, vbi sunt Doctores plures, & Magistri clerici, qui intendebant illum non habere iurisdictionem aduersus eos: cuius contrarium respondi, ex dictis rationibus, & post hæc scripta vidi Bobadillam, *in sua Politica, lib.2. cap.18.num.214.* qui hoc tenet, quod dicit procedere de consuetudine Farinacius, *suprà, num. 98.* Couarruuias, *practicar. capit.33. numer.6.* Et ratio est quia non conueniuntur ratione personæ, sed ratione officij. Et tradit in terminis Ioannes Garcia, *de nobilitat. glossa. nona. numero. 35.* vbi dicit, quòd ita vidit obseruatum in Senatorio Regio, contra delinquentes in officio Regio. Et sic est intelligendus text. de iure Regio, † *in l.16. tit.* 8
*7.lib.1.recopilat.* quæ sententia verissima est licèt nouissimè eam impugnet Marta, *de iurisdictione, 4.part.centuria.2.casu.127. à numer.3.* vbi tenet contra plures Doctores: Quæ opinio potest etiam extendi ad clericum depositarium, qui de manu iudicis sæcularis depositum accepit, quia coràm eo potest conueniri ad reddendum depositum, vt tradit Menochius *de recuperanda possess. remed. 15. numer.214.* Tiraquellus, *de retract. conuentio §.4.glos.7.numer.9.* Olano, *in antinomia iuris, litera, C. numer.23.* Portoles, *in dict. §. clericus, numer.51.* Paz, *ad ll. styli, in l.119. numer. 1.* Gregor. *in l.5.tit.3.partit.5.glos.3.* Quæ opinio fuit originalis Baldi, *in l. accepta. numer. 4. C. de vsuris,* vbi dicit, quod talis clericus sine libello & strepitu & figura iudicij debet conueniri, & rationem suæ villicationis reddere. Quam Baldi opinionem sequitur Iason, *in, l. si fideiussor, § fin. D. qui satisdare cogantur.* Maranta, *de ordine iud. 4. part. distinct.11. numer. 37.* Afflictis, *decis. 24. numer.3.* & alios sequitur & refert Xironda, *de gabellis, 4.part.§.1. numer. 20.* qui loquitur in deposito vel sequestro profano, quia tunc clericus coràm iudice laico potest conueniri. Idem resoluit Franciscius Marcus, *decisione, 1037.volum.1.* Andreas Gail, *lib.1. obseruat. capit.27. numer. 6.* vbi pro hac opinione refert Innocentium, *in rubrica, de foro competenti.* Idem tenet Rebuffus, *in l.si-*

[left margin] ...tiis ... gotia- ... x con- ... ram iudice laico.

[right margin] Clericus depositarius.

*quester, numer.* 109. *D. de verborum significatione.* Mexia, *ad pragmaticam taxæ panis, conclus. 5. numer.* 33. & nouissimè Bobadilla, *in sua politica, lib.*
9 *2. capit. 18. numer.* 130. vbi docet, quòd † clericus, qui coram iudice sæculari tutelam, vel curam, vel aliam administrationem acceptauit, apud ipsum pro reddenda ratione potest conueniri, vt docet Guillermus, Benedictus, *in dict. capit. Raynutius, verbo. & vxorem nomine Adelasiam, numer.* 1. 3. Idem tenet Maguerius, *in sua praxi, capit. de iudicibus, numer.* 23. vbi dicit, quòd ita seruatur in Curia Parlamenti, idemque tenet concordia Inquisitorum inita cum iudicibus Cancellariæ Pincianæ, versic. * *Que los que tuuieren,* * vbi cauetur,
10 quòd † licèt Familiares, & sanctæ Inquisitionis ministri habeant privilegium, vt non possint coram iudicibus laicis pro suis delictis conueniri, tamen si aliquam administrationem acceptauerint, perdunt fori priuilegium, & à sæcularibus iudicibus, pro delictis in administratione commissis conueniuntur, & ita Respondi, contra los Regidores de Toledo, que tienen officios de la Inquisition, y contra los caualleros de habito, que son Regidores, * qui omnes non gaudent sui fori priuilegio; & ex nostratibus hanc Baldi opinionem sequitur Greg. *in l. 5. titul. 10. part. 6. verbo,* * *al iuez ordinario,* * & Bobadilla, *supra lib. 2. cap. 18. numer. 3. & 138.* idem tenet Gutierrez. *de tutelis, & curis, tert. part. capit. prim. numer. 9. in fine.*

11 Et illud, † quòd diximus de clerico depositario, intelligo, dum tamen executio fiat, ad requisitionem iudicis sæcularis, per iudicem ecclesiasticum, quòd verius est, licèt Archidiaconus *in cap. 1. de deposito* teneat contrarium, qui ausus est dicere, quòd, si clericus perperam & malè reddat rationem administrationis sæcularis, poterit pro reliquis à dicto iudice laico in carcerem detrudi, neque ob id incurretur pœna, *cap. si quis suadente diabolo. 17. quæstione, 4.* cuius opinionem sequitur Abbas, *ibi,* qui dicit *num. 7.* illum textum non habere locum, nisi in casu, in quo per violentiam, & temerariam manus iniectionem, contra clericum procedatur, neque eius decisionem esse extendendam ad casum, in quo peculiari ratione laicus contra clericum procedit; contrariam doctrinam intelligerem, quando timeretur de fuga clerici, & esset periculum in mora; quia tunc captura fieri potest, tàm à iudice laico, quam à creditore clerici, vt tradit Iason, *in l. pupillo § si quis riuos, D. de noui operis nunciatione,* & nos diximus *in quæstione. 267. numer. 4. & 6.* vbi refero communem opinionem, quæ resolutio principalis confirmatur per Doctores, *in l. fin. C. de iurisdict. omn. iudic. per illum text.* vbi miles existens in collegio, non potest declinare, iurisdictionem rectoris, vel Præpositi ipsius collegij, prætextu cuiuscunque militiæ, vel exemptionis, Bobadilla, *li-*
12 *br. 2. capit. 18. numer. 92. & 99.* & sic † clericus medicus, qui abusum in suo officio commisit, tenetur respondere coram iudice sæculari, vt tradit
13 Ioannes Garc. *num. 34.* idemque † est dicendum in clerico aduocato, qui delinquit in officio, vt tradit Cenedo, *supr. numer. fin. colum. 37.* & alios casus refert Prosper. Farinacius, *tit. de Inquisitione, quæstione, 8. numer. 93. & 97.*

Secundus † casus est, in quo iudex laicus po- 14
test cognoscere de causis ecclesiasticarum personarum, quando ecclesiasticus non habet superiorem in Regno, qui eos puniat in delictis commissis, quia tunc possunt conueniri coram iudice laico, vt tradit Tomas Mieres, *in constitutionibus Cathalunia, capit. 11. collat. 2. in princip.* Michael de Molino, *in suo report. verb. iustitia Aragonum, fol.* 204. Belling. *in Specul. Princip. rubr. 11. § videamus ex numer. decimo.* Nauar. *in capite cum contingat, remed. prim. versicu. vndecimo facit, in titul. de rescriptis,* in qua re non auderem iudicium meum proponere, licèt ita audiui fuisse iudicatum *in Rota Romana,* in vna Abulensi causa, in qua propter absentiam domini Nuncij Hispaniarum, actor accessit ad Curiam Regis, & cum à reo inculparetur coram Pontifice, declaratum fuit, rectè ad Curiam Regis deuentum fuisse, absente superiore ecclesiastico, vt tradit Bobadilla, *supr. numer. 127. & libr. secundo capit. 18. numer. 95.* in casu verò negligentiæ ecclesiastici iudicis, sæcularis non erit competens, vt tradit Prosper. Farinacius, *tit. de Inquisitione, quæstione 8. numer. 45. ampliat. 23.*

Tertius † casus est, licèt difficillimus & controuersus cõtributione pontiũ, & Viarũ, * *y en las sisas, y repartimientos communes,* * ratione bonorum in quibus clericus tenetur contribuere; & possunt compelli ad dictas solutiones & contributiones, vt latè disputat Gutierrez *libr. prim. practicar. quæstione, terti. per totam.* vbi refert fundamenta vtriusq; partis, & quid sit tenendum, & Azeued, *in l. 11. tit. 3. libr. 1. recopil. à numer. 6. & 7.* & vltra eos Olano, *in antinomia, litera, C. numer. 38.* Humada, *in l. 54. tit. 6. part. 1. glos. 2. à num. 18.* Aued. *de exequen. mand. lib. 2. capit. 14. numer. 13.* Salcedo. *in additio. ad Bernard Diaz. cap. 55.* Mathesilan. *singular. 110. numer. 34.* Mexia, *ad prag. Reg. conclus. 5. numer. 70.* Viualdus, ciuis Toletanus, vt ipse testatur, *capit. 3. de consuetudine contra legem, à numer. 21. in 2. p.* & hoc tenet *in Candelabro Ecclesiæ. 2. part. in explanatione Bullæ, in Cœna Domini, casu, 5. numer. quint.* Xironda *de gabellis. 7. part. in princip. numer. 32.* vbi alios refert, Bacca, *de inope debitore, capit. 17. numer. 15.* & alios refert & sequitur Cenedo, *in collectanea ad decretum, colum. 37. numer. quart.* Ex quorum dictis ea resolutio amplectenda est ut si periculum sit in mora, possint iudices sæculares procedere contra clericos, aduersus eius bona, & exigere contributionem, propter publicam & communem necessitatem, vt latè resoluimus, assignando rationem fundamentalem *in quæstione. 898. à numer. 144.* cessante verò periculo moræ, recurrendum est ad iudicem ecclesiasticum, ut † hodiè disposuit noster Pontifex Maximus Clemens VIII. en las contributiones de la octaua parte de vino, y azeyte ad cuius solutioné, licèt tam laicus, quã clericus,

& per-

& personæ ecclesiasticæ teneantur, eius tamen
exactio petenda est coram iudice ecclesiastico, &
ita communiter practicatur in hac civitate Tole-
tana, apud Vicarium Generalem Illustrissimi Ar-
chiepiscopi, & vide Duennas, *Reg.* 100. ubi plu-
ra congessit per limitationes, & ampliationes, &
per me tradita, *in q. 578. num. 4. & 9.* & secun-
17 dum hanc distinctionem est intelligendus, tex. †
*in l.12. tit.13. lib.10. recopil.* ubi disponitur, quòd
serventur ordinationes populorum, * *sobre las
guardas de los panes, y viñas, y de los demas frutos
de las heredades, aunque sea contra los ganados de
los clerigos,* * sed exactio pœnæ est petenda co-
ram iudice ecclesiastico, si procedatur contra cle-
18 rici personam: si verò † contra animalia illo-
rum, tunc coram iudice laico, qui potest detine-
re animalia, donec pœna solvatur: & si iudex ec-
clesiasticus procedat per censuras contra eum,
interponat appellationem cum invocatione Re-
19 galis auxilii; quia † in simili casu fuit proces-
sus remissus ad Cancellariam Pincianam, ad in-
stantiam Doctoris Ioannis Gutierrez, ut ipse di-
cit *supra, num. 4. in quæstione 4. practic.* & quòd
omnia gesta per iudicem ecclesiasticum, fuerunt
reposita, & causa devoluta ad iudicem sæcula-
rem. Quòd est singulare, & menti tenendum:
Maximè in hac civitate Toletana, * *para la con-
servacion del pasto de la legua, que se da a los obli-
gados de las carnicerias,* * in cuius districtu sæpè
solent capi oves & arietes monachorum de la Sis-
la, & sancti Bernardi, qui prætendunt, quod di-
ctæ causæ damnorum sunt tractandæ coram suis
iudicibus conservatoribus. Sed contrarium ser-
vatur; quia vidi plures processus causatos coram
iudicibus sæcularibus, ubi causas defendo, tan-
quam advocatus dictorum monasteriorum, licet
tutius sit, ut procedatur contra pastorem, & cum
eo processus substantietur: & postea sententia e-
20 xecutioni mandetur contra pecora, quæ † sunt
iurisdictionis sæcularis, ut tradit Baldus, *in l. de
bis, C. de Episcopis, & cler.* quem in proposito se-
quitur Ioannes Gutierrez, *dict. quæstione 4. nu. 2.*
quæ sententia iuridica est, licet post hæc scripta,
contrarium teneat Marta, *de iurisdictione, 4. par-
21 te, centuria, 1. cas. 8.* ubi latè prosequitur istam
quæstionem, & nostram defendit Bobadilla, *libr.
2. cap. 18. num. 243. & 244.* & Xironda, *de gabel-
lis, 7. part. in principio. num. 51.* Ex qua practica
ortum habuit, quod fecit quidam Prætor huius
civitatis, in qua mula cuiusdam Canonici paupe-
riem fecit, & cum querela proponeretur adver-
sus Canonicum coram dicto prætore, ipse nobili-
tate ductus, misit famulum ad dictum Canoni-
cum, ut satisfaceret damnum factum per suam
mulam: qui respondit Prætori, nullam adver-
sus eum iurisdictionem habere: ipse autem ta-
cuit, & altera die misit ministrum iustitiæ, ut ac-
ciperet mulam, & venderet in publica subhasta-
tione pro solutione damnorum, dicens: Quòd,
licet Canonicus non sit subiectus suæ iurisdictio-
ni, mula verò non potest eam declinare, & sic
parti fuit satisfactum damnum.

22 Quartus † casus est in reconventione, in cau-
sis civilibus; quia ratione reconventionis, iudex
incompetens efficitur competens, *cap. 1. & 2. de* Reconventio in
*mutuis petitionibus. Authent. & consequenter, C.* civilibus
*quomodo & quando iudex.* Doctores, *in cap. at si* coram
*clerici, de iudiciis,* ubi Felinus, *numer. 8.* Decius, quo iudi
*num. 148.* Abbas, *in cap. Qualiter & quando, de* ce, fiat.
*iudiciis.* Marta, *de iurisdictione. 4. part. centur. 2.
cas. 107. num. 1.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 44.*
Lapus, *allegat. 118.* Boerius, *decis. 69.* Afflictis, *de-
cis. 173.* Francus, *decis. 193. & 376.* Duennas, *re-
gul. 102.* Avend. *de exequendis mandatis. 1. part.
cap. 1. num. 32.* Portoles, *in §. clericus, num. 42. in
volum. 1. communium opinionum.* Et ita commu-
niter practicatur, sine aliqua cōtradictione, Pro-
sperus Farinacius, *tit. de Inquisitione, quæst. 8. li-
mitat. 8. num. 99.* ubi hanc dicit communem opi-
nionem: quia illud procedit ex natura causæ, &
non ex natura personæ, ut docet Baldus, *in au-
thent. habita. C. ne filius pro patre, num. 23.* Idem
dicendum est, quando datur concursus credito-
rum, quia tunc clericus potest citari coram iudi-
ce laico, ne causæ continentia dividatur, *contra l.
nulli, C. de iudic.* Ita Rolandus, *consil. 29. respon. 2.
num. 2.* Farinacius, *titul. de Inquisitione, quæst. 8.
num. 87.* & don Gaspar Maestrili, *in decis. Siciliæ.
79.* ubi ampliat *num 5.* in citatione ad conceden-
dam dilationem debitori, per maiorem partem
creditorum. Ita additio ad Afflictis, *decis. 280.
num. 7.* ubi dicit ita fuisse iudicatum. Et diximus
*in quæst. 72. huius libri,* quæ practica viget sine a-
liqua contradictione clericorum.

Quintus † casus est, in quo clericus potest con- 23
veniri coram iudice laico, quando fuit hæres lai- Clericus
ci, cum quo lis contestata, ut latè declaravimus, hæres
*in quæst. 63 per totam,* & Gregor. *in l. 57. tit. par-* laici.
*tit. 2.* Covarruv. *pract. cap. 8.* Spino. *gloss. 33. n. 72.*
Olano *litera C. num. 26.* Paz, *in l. 3. Tauri, an. 786.*
Humada, *in dict. l. 57. gloss. 5.* Didacus Perez, *in l.
4. tit. 2. lib. 5. ordinamenti.* Prosper. Farinac. *tit. de
Inquisitione, quæst. 8. num. 46. ampliatione. 17.* ubi
dicit communem.

Sextus † casus est, in quo clericus potest con- 24
veniri coram laico, quando rem vendidit laico, Clericus
& agitur de evictione, quia tenetur laicum defé- tenetur
dere coram iudice ipsius, *l. venditor, D. de iudi-* de evi-
*ciis,* † *l. 57. tit. 7. part 1.* ubi Humada, Covarruvias, ctione
*lib. 1. pract. cap. 8. num. 3.* capel. Tholosana, *deci-* coram
*sio. 360. num. 2.* Andreas Gail. *lib. 1. practic. obser-* sæculari.
*vat. 37. num. 7.* quæ opinio verissima est; contra 25
Marta, *de iurisdictione. 4. part. casu. 34. numer. 14.*
& ita tenet Boerius, *decis. 69. ex numero 27.* Gram.
*decisione 21 numero 4.* Capicius, *decis. 179. nume-
ro 7.* & † vide *l. 33. tit. 5. partit. 5.* Antonium Go- 26
mezium, *2. tomo, variarum, cap. 2. num. 39.* Affli-
ctis, *decisione 227.* & per me tradita, *in quæstione
588.* & explicat singulariter Fachineus, *cōtrover-
siarum iuris. lib. 2. cap. 37. lit. D.* ubi refert duas o-
piniones, & eorum fundamenta, & ampliat ad
causas fisci, *per* † *legem. Ad fiscum. C. ubi causæ fi-* 27
*scales, l. unica. C. de venditione rerum fiscalium,
lib. 10. l. 3. C. de iure fisci.*

Septimus † casus est, quando clericus pertur- 28
bat iurisdictionem Regiam, quia tunc punitur Clericus
temporalitatibus ab eodem Rege, ut tradit Hu- turbans
mada, *in l. 13. tit. 3. partit. 2. gloss. 4. num. 7.* Guil- iurisdi-
ctionem

lermus Benedictus, *in capit. Raynutius, verb. & vxorem nomine* Adelasiam, *decis.2.numer.168.* & Azeued. *in l.3.tit.1.lib.4.recopil. num.3.* & similiter, idem est dicendum, quando clericus turbat Rempublicam, & eius pacem: quia poterit Rex, & eius supremum Consilium, eum mulctare in suis rebus patrimonialibus, & à Regno eum eiicere, vt tradit Humada, *in dict. l. 65. tit. 5. partit. 2 glos.8.numer.7.* Iulius Clarus, *lib. 5. receptarum sententiarum, § fin. quæstione 36. num.24.* Salcedo, *in pract. ad Bernar. Diaz, cap.102. litera. A.* & alios refert, & sequitur Cenedo, *in collect. ad decretum colum.37.numer.9.* Bobadilla, *in sua Politica, lib.2. capit.18.* vbi refert alios casus. Et est ratio, quia
29 † exemptio clericorum, non debet esse causa seditionis, & criminis, & irreuerentiæ: vt tradunt Doctores, *in capit. cum non ab homine, de iudiciis*, Innocentius, *in cap. vt famæ, & de sententia ex communicationis*: quia susceptio clericatus, non est ita intelligenda ac si esset suscepta peccandi licentia, sed ita, ac si esset inducta necessitas bene & honestè viuendi, vt *in capit. in summa. 40. distinctione, capit.1. & capit. exigunt. 1. quæstione.7.* neque debent exemptione crimina subleuari, *l. si appari-*
30 *tor, in fin. C. de cohortalibus, libr. 11.* maiorique † supplicio digni sunt, qui exemptione, clericali abuterentur, quia liberius peccandi caperent occasionem, *l. presbyteris. C. de Episcopis, & clericis,*
31 & sic † clericus, si facit offensam concernentem iurisdictionem iudicis sæcularis, aut in illius contemptum, potest iudex sæcularis talem clericum incarcerare, *l. Addictos, C. de Episcopis, & clericis*, quod potest contingere, quando in præsentia iudicis sæcularis clericus commisit delictum, vel contra ipsum iudicem iniuriosè loquitur, *l. si quis fortè, § si quos, D. de pœnis.* Ita Challaneus, *in consuetud. Burgundiæ, glos. in rubrica, de iustices, ad finem*, quia aliàs iurisdictio sæcularis redderetur illusoria; cùm sint sæpè clerici adeò imperiti, aut rustici, aut inurbani, qui in eo magnam gloriam positam esse existiment, si prætereant tribunalia, aut ipsos sæculares iudices, neq; caput denudent potestati; quorum temeritatem vel rusticitatem refrænare opus est, vt tradit Ioannes Garcia, (meritissimus quondam fisci patronus) *de nobilitat. glos 9.numer.32* quod tamen debet fieri cum moderamine & iustificatione, ut alios terreat, secluso scandalo, & per tempus à iure præfixũ,
32 ut ipse declarat *à numer.39.* vbi dicit, quod † posteà est remissio facienda ad iudicem ecclesiasti-
33 cum intra 24. horas, & quod ita sit intelligenda † *lex.2.tit.13.libr.8.ordin.* Idem tenet Bobadilla, *lib. 2. cap.18. à. numer.51.* quæ opinio verissima est, quidquid contrarium nouiter teneat Marta, *de iurisdictione, 2. part capit.34.* & ita practicatur, ad refrænandos clericorum iuueniles calores.

## SVMMARIVM.

1 *Sententia iudicis ecclesiastici, non mandatur executioni appellatione remota.*
2 Clementina prima, de appellationibus, *declaratur.*
3 Licentiatus Peretius de Lara, *laudatur, & eius opinio declaratur.*
4 *Sententia in causa capellaniarum non est executioni mandanda secundum quosdam appellatione remota.*
5 *Possessio dicitur attentata, appellatione remota.*
6 Capit. à collatione beneficij & capit. non solum de appellationibus liber. 6. *declaratur.*
7 *Regula semper inhærendum est Pendente appellatione nihil innouandum, nisi de clara exceptione huius regula constet.*
8 *Appellatio est magis fauorabilis, quam sententia.*
9 Capit.18. sessio.24. Concilij Tridentini *declaratur.*
10 *Prouisio beneficij curati, non impeditur appellatione, remota, si extraiudicialiter procedatur.*
11 *Collatio & possessio sunt actus consecutiui.*
12 *Appellatione pendente potest veniri ad actum inuestiture.*
13 *Confirmatus debet consequi possessionem, non obstante appellatione.*
14 *Denunciatio non suspenditur interposita appellatione, quia est actus consecutiuus.*
15 *Actus consecutiuus fieri potest, sine vitio attentati.*
16 *Iudex non dicitur attentare in beneficialibus, quando alter ex collitigantibus non est in possessione.*
17 *Appellatio non suspendit collationes & possessionis Ecclesiarum parochialium traditiones.*
18 Cap. 18. session.24. Concil. Trident. *declaratur.*
19 *Capellania, aut fundatur per cõtractum, aut per vltimam voluntatem.*
20 *Testamentum habet paratam executionem.*
21 *Sententia lata vigore contractus, vel testamẽti, mandatur executioni remota appellatione, quoad effectum suspensiuum.*
22 *Concordia opinionum refertur, quando sit exequenda, vel non, sententia capellaniæ.*
23 *Sententia in causa capellaniarum est exequenda, quando iustitia capellani est manifesta.*
24 *Si collatio Capellaniarum facta fuerit contra præsentationem Patroni, & ab ea appellatũ, omnia post appellationem interpositã executioni mandata, sunt reponenda.*
25 *Ecclesia diu vacans plurima recipit incommoda.*
26 *Examinatores si discordant in prouisione beneficij, non exequitur sententia.*
27 *Capellaniæ collatio exequenda est, non obstante appellatione, quando viget consuetudo exequendi.*
28 *Appellatio in prouisione capellaniæ habet effectum deuolutiuum, & non suspensiuum.*
29 *Consuetudo exequendi sententiam appellatione remota, est laudabilis.*
30 *Consilium Archiepiscopi Toletani habet consuetudinem exequendi sententiam prouisionis capellaniæ, appellatione remota; quo ad suspensionem.*

31 Doctore

## QVÆSTIO XXIV.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo sententiam collationis capellaniæ appellatione remotã.*

PRO Declaratione huius quæstionis, seu contractus, de casibus in quibus, iudices ecclesiastici solent vim & violentiam facere, animadvertendum est, in † omnibus illis, de quibus suprà mentionem fecimus, non posse iudicem suã sententiam executioni tradere, remota appellatione: quia in foro ecclesiastico, & in causis beneficialibus, nunquam una sola sententia executioni mandatur, ut † *in Clementia, 1 de appellatio.* & tradit Covarruvias. *practicar. quæstion. capit. 25. per totum, numer. terti.* Gutierrez, *libr. prim. canonicar. quæstion. cap. 34. à numer. 36.* & ita fuisse in senatu iudicatum tradit Matthæus de Afflictis, *decis. 269. numer. secund.* & esse communem opinionem, & sequitur Rolandus, *consi. 38. numer. 13. libr. secund.* & sic, si de facto ecclesiasticus suam exequatur sententiam, si causã deferatur ad Curiam Regis, vel ad Regalem Cancellariam, per viam violentiæ, iubentur reponi omnia, & reducitur causa ad eum statutum, in quo erat tempore probatæ sententiæ, ut tradit † Lara, *libr. secund. de capellanũs, & anniversarÿs capit. prim. numer. octau.* ubi illud extendit ad causas capellaniarum, de quibus in hoc consilio domini Archiepiscopi Toletani, in quo controversa est præsens disputatio. 1 2 3

Sed quia quotidiè occurrit iste casus, tam in foro ecclesiastico, quàm in Regalibus Cancellariis, & sæpè de eo dubitatur, & solent sententiæ diversæ ferri in tantum, quod in Rota Romana nihil fuit resolutum, ut traditur *in decis. 6. decisio*

*num diuersorum.in 2. part.* pro viribus meis, referam, quid in iure reperio scriptum, & quid tenendum & iudicandum sit, ultra nouissimè per me tradita, *lib.3.communium, in additionibus ad primam, & secundam partem, à quæstione.678.nu-*
4 *mer.7.& in quæst.*830. *à numer.* 4. *vsque*, 49. & † pro parte negatiua; quòd talis sententia lata in prima instantia fauore capellani, non possit executioni mandari, spreta appellatione, & quod possessio, vel collatio, seu institutio reuocetur, tenuit Rota *in vna Neapolitana capellania, coram domino Orandino anno* 1562. & sequitur Lancellotus, *de attentatis, 2.part.capit.12.limitat* 4. & 19. vbi refert alias decisiones Rotæ, vbi dicit, quòd si in fauorem vnius ex præsentatis feratur sententia, à qua per alterum ex litigantibus fuerit appellatum & pendente appellatione prouisus capiat possessionem, talis possessio censetur attentata, & reuocanda, vt etiam resoluit, *capit.* 4. *de attentatis lite pendente, §. illatione regulæ, numer.* 532. & ita fuit iudicatum in vna Lucana, Binarino, 8. *Iunij, anno*, 1571. & etiam in alia capellania huius ciuitatis Toletanæ, 9. *Iuly anno*, 1567. & in alia Compostellana, 16. *Februarij, anno*, 1554. & in alia Calagurritana, 7. *Maij, an.* 1574. vt refert ipse Lancellotus, *2.part.cap.* 4. *nu.* 614. Idem fuit etiam resolutum, in vna Calagurritana, 27. *die Iunij*, 1575. vt in terminis iuris communis traditur *in decisione.* 6. Rotæ Romanæ, *2.part. numer.* 1. vbi etiam in alia Neapolitana capellania fuit
5 iudicatum, anno, 1562. Quia † iudex dicitur attentare, si detur possessio capellaniæ instituto, pendente appellatione, idem tradit Azeuedo, in Curia Pisana, *libr* 2. *capit.*4. *numer.* 14. & in terminis contra nostram resolutionem tenet Garcia, *de benef.* 10. *part.capit.*4. *num.* 16. non obstante contraria consuetudine, de qua in hoc consilio domini Archiepiscopi: qui profectò deceptus est.
6 Pro qua sententia facit tex † *in capit. à collatione beneficij, iuncto text. in cap. non solum, de appellat. lib.6. capit.2. vt lite pendente, in 6.* Francus, *in capit. constitutis, el 2. numer* 9 *de appellat.* Rota. *decis.* 266 *numer.* 1. *libr.*3. *in.* 2. *part. diuersorum.* Idem nouissimè fuit resolutum in alia Calagurritana benef. 18. *Aprilis*, 1603. coram domino Lancelloto, & in alia eiusdem loci, 28. *Ianuarij*, 1604.
7 Vbi fuit etiam dictum, quod † semper sit inhæ-
8 rendum regulæ, quà cauetur, vt † nihil sit innouandum appellatione pendente, quando de clarà exceptione non constat. Ita Surdus, *in decis. Mantuana*, 36. *numer.* 2. & Hieronymus Goncalez, *in regul.* 8. *in annotationibus contra nullit. & attent. in causis beneficialibus, numer* 203. & 204. vbi di-
9 cit, quòd appellatio † est magis fauorabilis, quã sententia, vt tradit Ferretus, *consil.*51. *num.* 23. *lib.* 1. Lancellotus, *super. dict. cap.*12. *in præfat. numer.* 130. Quòd maximè procedit in litibus, de quibus in hoc consilio domini Archiepiscopi, vbi collatio & prouisio capellaniæ fit in iudicio contradictorio, quando sunt plures oppositores & contradictores, ut tradit ipse Goncalez. *supr. numer.* 38.
10 *versic. Quando.* Quibus non obstat decretum †
11 Concilii Tridentini, *cap* 18. *sess.* 24. vbi † non obstante appellatione exequitur prouisio beneficij curati; quia ibi extraiudicialiter, simpliciter & de plano proceditur, nõ seruata forma iudiciali prò ut in prouisionibus capellaniarum, & sic nimirùm, si in eo casu sustineatur prouisio, & collatio, non obstante appellatione; secus vero, vbi iudicialiter proceditur, vt sæpè Rota iudicauit, secundum Goncalez, *supr. numer.* 40. & hæc est optima responsio ad dictum decretum, quam omiserunt *in dicta decisione*, 6. iudices Rotæ, ex eo, quia indigebat particulari discussione. Ex quibus deducitur, appellationem esse admittendam in dictis prouisionibus, & quòd alitèr articulus violentiæ erit manifestus.

Sed pro contraria opinione; imò quod sententia sit exequenda appellatione non obstante, adducitur Lambert. *de iure patro.*5.*art* 11.*q.*2.*p. lib.* 2.*nu.*2.*in vers. benè verum, fol.*337. vbi dicit, quod facta prouisione beneficij, appellatio non impedit apprehensionem possessionis, & possessio dicitur bona, quia † institutio, & collatio, & possessio 12
sunt actus consecutiui ad alios actus. Et sic dixit Francus, *in c. bonæ, q* 13. *in fin. nu.* 32. *de appellation.* quod si † appellatio à collatione interponatur, 13
potest deueniri ad actum inuestituræ, & traditionis possessionis, quasi ad actum consecutiuũ collationis, Abb. & Franc. *in c. constitutis, de appellationibus*, vbi tenet, quòd † confirmatus debet con- 14
sequi possessionem, non obstante appellatione à collatione, & ita fuit decisum in Rota, *tit. de concessione præbendæ.*16: *aliàs*: 441. & ex eadem ratione dicit Fran. *in d.c. pastoralis, §. verum, n.* 3. quòd ex eo, quòd † denunciatio est consecutiua & ac- 15
cessoria ad excommunicationem, ideo interposita appellatione potest fieri; vndè si capellanus præsentatus ad capellaniam, & nominatus à patrono, fuerit per sententiam prouisus, venit illa sententia, & collatio, & possessio exequenda, tanquam actus consecutiuus, non obstante appellatione: & sic Lancellotus *sup. limitation.* 40. adducit conclusionem, quòd † actus consecutiui fieri 16
possunt, citra vitium attentatorum, non obstante appellatione; licèt in casu proposito propter Rotæ autoritatẽ contrariũ teneat, vt sup. traditũ est.

Secundò confirmatur hæc opinio ex traditis per Mattheum de Afflictis, *decis.* 152. *n.* 2. vbi resoluit, quòd † in beneficialibus non dicitur iudex attentare, quando alter ex collitigãtibus, non est 17
in possessione; & sic, non obstante appellatione, erit sentẽtia collationis, vel adiudicationis capellaniæ executioni mandanda, & appellatio solum operabitur effectum deuolutiuum, & non suspẽsiuum.

Tertiò fulcitur ista sententia, quia † in colla- 18
tionibus, & possessionum traditionibus Ecclesiarum parochialium, non admittitur appellatio ad effectum suspensiuum, neque possessio dicetur attentata, non obstante appellatione, vt hodiè disponitur in noua lege † sancti Concilij Tridenti- 19
ni, *cap.* 18. *in fin. sess.*24. *de reformatione*, ibi: * *Nec prædictorum examinatorum relationem, quominus executionem habeat, vlla deuolutio, aut appellatio, etiam ad sedem Apostolicam, siue eiusdem sedis delegatos, aut vicelegatos, siue Episcopos, seu metropolitanos, Primates, vel Patriarchas interposita*

*impediat*

*impediat aut suspendat.** Idemq; cavetur in constitutione Pii V. *sub 15. Kalend. Aprilis, anno 1566. in §. Hæc tamen appellat.* Quæ constitutio & decisio Concilii, licet loquatur in parochialibus, & beneficiis curatis, ex identitate rationis amplianda & intelligenda in omnibus aliis beneficiis & capellaniis, cum in utroque casu vacet beneficiũ; & non agatur de iure radicato tollendo.

20 Quartò considero pro hac opinione, quia † aut ea capellania est fundata per contractum, aut per ultimam voluntatem: si per contractum; notissimum est, quod omnia contenta in eo sunt executioni mandanda, non obstante appellatione: si per testamentum; similiter † habet executionem paratam de iure communi & Regio; Boerius, *decis. 295.* Campezius, *de dote, 5. par. q. 111 n. 6.* Segura, *in l. ex legati causa D. de verbor. vers. ex supradictis.* Guill. Benedict. *in c. Raynutius verb. si absq; liberis, el. 2. n. 192. de testam.* Anto. Gom. *in l. 45. Taur. n. 137.* Menoch. *de adipiscen. pos. reme. 4. n. 698.* Duennas, *reg. 15.* Ioseph. Ludov. *decis. Perusina 25.* Aviles, *in cc. pp. c 10. nu. 8.* Paz, *in sua praxi. 1. tom. 4. p. c. 1. n. 19.* Parlad. *lib. 2. rer. quot. 1. p. c. fin. §. 9. n. 2.* ergò sicut † * *sententia de remate,** lata vigore contractus vel testamenti, mandatur executioni, non obstante appellatione, ut in *l. 64. Taur.* similiter etiam debet mandari executioni sententia lata in provisione capellaniæ: neq; ob hanc causam in Regalibus Cancellariis deberet revocari per viam violentię huiusmodi executio: cum sit actus consecutivus ad sententiam, ex patroni præsentatione.

23 In † qua varietate opinionum difficile est resolutionem certã dare: Sed si essem iudex supremus, & aliqua causa similis ad Curiã deferretur per viam violentiæ, duo considerarē. Primò, an † capellanus institutus sit nominatus à veris patronis, sine aliqua dubitatione iuris patronatus, & in nominato concurrant omnes qualitates fundationis, ita quod de eius iustitia ad oculum constaret? tunc enim non differrē executionem sententiæ, nec collationem, neq; possessionē revocarē, etiã si non sit consuetudo exequendi sententiam appellatione remota: aut † iustitia capellani est dubia, & collatio facta fuit contra præsentationē patroni: in hoc enim casu reponerem omnia executata post appellationem, & in termino, in quo adversarius poterat appellare, quod videtur sentire noster concivis Perez de Lara, *ubi sup. nu. 8. vers. si tamen,* cui libenter adhæreo: pro qua sententia noviter considero, quod † Ecclesia diu vacans, plurima recipit incommoda, *c. si Apostolica, 15. de præbend. lib. 6.* Lancel. *sup. limit. 48. nu. 1.* & respublica læditur, quando beneficia diu vacant, ut tradit Monach. *in c. 1. n. 25. de co. cess. præb. lib. 6.* & facit pro hac distinctione & resolutione, quod † etiam in provisione beneficii curati, si res fuerit dubia, quando examinatores sunt discordes, retardatur executio, non obstante decreto Conc. Trident. ut tradit Flamin. *de resignat. benefic. lib. 8. q. 9. n. 104.* & sic fuit declaratum per sacram cõgregationem Concilii, ut tradit Goncal. *in suis annotat. nullit. & attent. n. 209. vers. hoc tamen,* quia in re dubia magis favorabilis est appellatio, quam sententia, & sequitur Nicol. Garc. *de benef. in 9. par. c. 2. §. 1. ex n. 234. & 242.* ubi hoc declarat.

Rursus & secundo considerarem, an † vigeat 28 consuetudo exequendi sententiam in aliqua Curia, appellatione remota, faciendo collationem: quia talis consuetudo servanda est; cum † in hoc 29 casu appellatio non habeat effectũ suspensivum, sed devolutivum: Ita Anto. August. *decis. 9. lib. 1.* Lancel. *de attent. 2. p. c. 12. limit. 28. n. 1.* & ita fuit decisum in una Pamplonensi parochia *16. die Iunij, 1597.* prout refert Goncal. *sup. n. 211.* ubi dicit, quod † talis consuetudo est laudabilis, ne Ecclesia 30 ex diuturna vacatione præiudiciũ patiatur. Quæ † consuetudo exequendi sententiam in provisio- 31 ne capellaniarum, viget in hoc tribunali illustrissimi Archiepiscopi Toletani, in quo sui gravissimi iudices, & integerrimi Senatores, appellatione postposita, exequuntur sententiã, faciẽdo collationē, cuius virtute accipitur bonorũ possessio. Et † si Doctori asserenti aliquid servari de cõsue- 32 tudine, est credendum, ut latè resolvi *in q. 1. lib. 1. com. contra com. ex n 843.* testificor coram Deo & hominibus, dictam consuetudinē versari in hoc tribunali, cuius origo memoriam excedit: & sic, licet in aliis tribunalibus prima opinio esset servanda, ut tradit Nicol. Garc. *sup.* tamen in sententiis latis in hoc consil. Dn. Archiepiscopi, licet cõcurrat ius litigatorũ dubium, cum consuetudo sit certa, non debet tales collationes capellaniarum revocari, cum causæ deferuntur per viam violentiæ ad Regalem Cancellariam Pincianam, maximè subsistente dicta consuetudine: quæ admittenda nõ erit in sententiis aliorum tribunalium, ubi non viget talis consuetudo exequendi appellatione remota, prout in dubio iudicandum est.

Sed † ad evitandã hanc controversiam, tutius 33 esset, ut ederetur aliqua cõstitutio Synodalis, per quam iuberetur, quod sententiæ capellaniarum executioni mandentur, non obstante appellatione. Quæ constitutio servanda esset, ut tradit Alexand. *cons. 139. n. 1. lib. 7.* Socin. *cons. 39. n. 1. lib. 4.* Magon. *decis. Lucana, 15. n. 11. & 13.* Covar. *pp. ca. 23. n. 6.* ita Rota, in una Astor. *in Decembr. anno 1563.* & in alia Pampilonensi, *16. Iunij, anno 1597.* & in alia Calagurritana, *22. Martij, anno 1604.* Goncal. *supra num. 213.* ubi dicit, quod talis constitutio debet esse Apostolica autoritate confirmata, ex eo, quia † nullus præter Pontificem po- 34 test tollere appellationem, *cap. quod super his, de maiorit. & ob. dicent. cap. pastoralis, 53. de appellat.* Franc. *in rubr. de appellat. num. 23.* & probat. † *l.* 35 *13. in fin. tit. 23. p. 3.* ubi Greg. *verb.* * *ningun iuzgar,** Sed † verius existimo, valere talem consue- 36 tudinem Synodalem, quæ fit de consensu omniũ ecclesiasticorum, autoritate Prælati: qui possunt consentire, ut sententia capellaniæ mandetur executioni, & quod appellatio non suspendat executionē, aliud, quod † appellatio non suspendat 37 collationem, maximè interveniente consensu eorum quorum interest, ut advertit Gregor. *in dict. leg. 13. verb.* * *ningun iuzgador,** & probatur *in dict. lege,* ibi: * *Otrosi dezimos, que si el demandador, y el demandado hizieren postura entresi, en juyzio, de que no tomen alcada de la*

*sentencia, que diesse el iuzgador contra alguno dellos, que despues, ni se pueda alcar aquel que se tuviere por agravia do della*, * ubi Gregor. *verb.* * *fiziere postura*, * Pro qua sententia est bonus text.
38 † *in l.fin.§.fin.C.de temp. apel.* ubi iuri appellandi potest per pactum renunciari; ibi: * *Eorum pactionem firmam esse censemus: legum etenim austeritatem in hoc casu volumus pactis litigantium mitigari*, * Et ita est dispositum in constit. Calag. *tit. de institutionibus*, 14. ubi disponitur, quod clerico à maiori parte præsentato, collatio fiat statim, & non retardetur possessio. Ex quibus verbis tollitur appellatio suspensiva, ut tradit Lácel. *sup.2.p.c.12. limitat.8. n.4. & 5. & 2.p. c.12. limit. 53. num.63.* & tradit Ias. *cons.* 187. *num.2. lib. 2*, quòd tene menti.

39 Effectus † autem huius resolutionis maximus est, quia, si prima sententia est exequenda remota appellatione, duravit executionis vis, licèt iudex ad quem, declaraverit primam sententiam esse notoriè nullam, vel iniustam, & attentatam: ut in causis executivis contingit; ut tradit Parlad. *lib.2.rer.quot.5.p.§.15.n.3.vers.sed illa*
40 *difficilis.* Pro qua sententia ponderanda est † *l. 4. tit.21. lib.4. reco.* ibi: * *Quedandose en su fuerca la execucion, hasta que se de sententia de reuista* * Idemque est observandum in nostro casu; quia
41 † non propterea, quod sententia fuerit revocata; capellanus est removendus à sua possessione, donec superdicta nullitate, vel iniustitia, sint prolatæ tres sententiæ conformes, vel res iudicata favore actoris appellantis; quia aliter quilibet iudex superior, de facili diceret nullam primam sententiam, vel iniustam, ut posset suam executioni mandare. Et ratio est, quia pendente appellatione à secunda sententia, declarante primam nullam & attentatam, nihil debet innovari, cum habeat locum appellatio a tali pronunciatione; ut tradit Rota, *decis. 2. de sentent. & re iudic. in novis; & 28, in antiquis.* Bellamera, *decis.*37. Lancel. *sup.3.p.c.28 n.44.& 99.* & ita servatur in Rota, ut tradit Hieronymus Goncal. *in reg.8. Cancellariæ, à num.219.& 221.* vbi dicit, quod appellationi deferendum erit, quo usque res iudicata terminetur. Et ita in practica observatur in omnibus tribunalibus. In casu verò dubio, appellatio præsumitur deserta, ut tradit Ant. Thessaur. *q. forensium, q. 66. n.3.* ubi ita Senatus censuit.

Ex qua resolutione venit declaranda illa diffi-
42 cillima quæstio circa verum intellectum † *d.c. 18.sess. 24.* Cōc. Trid. *de reformat.* An eo modo, sicut non datur appellatio suspensiva in provisione beneficii curati; extante dicto decreto, habeat etiam locum, quando per Metropolitanum, vel alium iudicem appellationis prima sententia revocata fuerit; an hæc secunda sit etiam executioni mandanda, secundum dictum decretum, & constitutionem *Pij Quinti*, non obstante appellatione: cuius resolutio erit maximi momenti Quia si secunda sententia est exequenda, non obstante appellatione, non poterit eius executio revocari per modum violentiæ in Regio auditorio; si verò dicta sententia non potest executioni mandari, contrariū iudicandum erit. Et † quod 43
secunda sententia non sit executioni tradenda contra primam, iam executioni mandatam, probatur evidentèr in superiori resolutione, in qua virtus executionis tribuitur primæ sententiæ, & non reliquis; quia alias daretur processus in infinitum, ut nunc prima, & statim secunda, & illico tertia, executioni mandetur, ex quo maxima incommoda & damna paterentur litigatores, undè circuitus est vitandus ut *in l. conveniri, D. de pactis dotalibus.*

Pro qua sententia facit; quia, postquam executio primæ sententiæ semel habuit effectum, iam † cessat quo ad secundam instantiam effe- 44
ctus viæ executivæ, quæ interim, quod lis non finitur, extincta est; & sic via ordinaria adversus sententiam primam procedendum est; ut † *in l.* 45
*à divo Pio. §.si post addictum, D. de re iud.* ubi traditur, quod si res addicta creditori, exequenti vigore rei iudicatæ, pro debiti solutione evicta fuerit, non potest amplius creditor agere via executiva, quia iam virtus & effectus executionis extinctus fuit, per sententiam primam addictionis, ut docet Bart. *n.1.* Ias. *n.2. in l. eleganter 24. D. de pignoratitia. act. l. si profundo C. de transactio*, glo. *fin. in l. si fundum, C. de evictionib*, Parl. ad *lib.2. rer. quot. c.fin.4.p. §. 16. n. 20. & 21.* Quæ omnia confirmari possunt ex tradit. per Ioseph. Ludou. *decis. perusina.* 111. *à num.9.* & sic causa † 46
semel effecta ordinaria, semper remanet ordinaria & appellabilis, ut tradit Lancellot. *de attentat. 2. p.c.4. in præfat. n.572. & in c. 12. limit. 24. n.18.* & Rotæ *decis. 132. in 1.p. diversorum* Pontan. *de aliment. c.19 n.7.* & ex hac ratione tenent plures, quòd † non est locus pœnitentiæ, quando 47
creditor, qui potuit agere via executiva, intentavit ordinariam, ut tradit Cæsar de Graf. *decis. 2. n.2.& 3. de sententia excommunicat.* Parlad. *lib.2. rer. quot. c. fin.5. p.§.11. n.20.* Lancel. *sup. 2. p. c. 4. limit. 30. n. 9.* Rot. Roman. *decis.551. n.5. in 3. p.* Burg. de Paz. *cons. 39. n.7.* quod novissimè declaro *lib.3. commu. in q.815. à n.22. & 30.* Vbi colliges veritatem huius quæstionis, & quid in praxi sit tenendum & iudicandum.

Rursus confirmatur hæc sententia, quia † 48
postquam aliquod instrumentum guarentigium habens de iure paratam executionem, fuit vulneratum ex imperitia iudicātis, proferendo sententiam contra reum, revocando viam executivam, tunc ratione dictæ vulnerationis & revocationis, non potest amplius executioni instrumentum mandari, donec favore executionis sint tres sententiæ conformes, de iure canonico, ita fuit decisum in Rot *decis.132.& in 2.p. diversorum*, & in una Firmana pensionis ita fuit indicatum, 14. *Decembris, anno 1592.* & in Romana sensus, 28. *Ianuarij, anno 1599.* ut docet Goncal. *sup. gl. 6.num.202.* ubi adducit aliqua similia, videlicet, quòd † res semel effecta alienabilis, semper re- 49
manet alienabilis. *l. pater filium, 28. §. quindecim libertis, D. de leg. 3.* ubi Bar. & DD. Molin. *de Hisp. primog. lib.1. c.10. n.7.* & Cassiador. *decis.8. de rescript.* & quòd † res, quæ semel exivit 50
de trunco & familia, nō dicitur amplius de trūco

Gom.

ut sit locus retractui, ut tradit Ant. Gom. in l. 40.
Tau. n. 34. in fi. & in l. 70. Tau. n. 24. Gutier. consil.
21. ex num. 16. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloss. 9.
51 n. 19. & † semel transmissibile, semper remanet
transmissibile, lege, Videamus. D. quod metus cau-
52 sa, & † semel res effecta curialis, semper remanet
53 curialis, Rota, decis. 43. de appellat. Et † semel
causa commissa Cardinali, nunquam committi-
tur inferiori. Gomezius, in compen. signaturæ, n.
54 48. & † semel beneficium affectum, semper re-
manet affectum Rota, decis. 16. de præbendis, in an-
55 tiquis, Cassiador. decis. 8. n. 10. & † beneficium
commensale, semper retinet illam naturam, &
erit commensale: & sic extat practica in Roma-
na Curia, quod, licet semper in commissione in-
strumenti publici, soleat apponi clausula: * Ut si-
56 ne præiudicio executionis procedatur; * & † in
Bullis pensionis, * ut sine retardatione solutionis
pensionis, * tamen si semel causa executiva fuerit
effecta ordinaria, seu fuerit prolata aliqua senten-
tia in contrarium, tunc commissio non datur cũ
dictis clausulis, ut tradit Marchesanus, de commis-
sio. 2. p. 1. t. de commiss. appellat. c. 4. n. 59. & aliter
57 † sequeretur absurdum, quia lites fierent immor-
tales; quia, si, postquam lis fuerit terminata; cõ-
tigerit, quod nunc prima sententia, statim secun-
da & reliquæ executioni mandarentur; sic ex u-
na sententia resultaret immissio, & remotio alte-
rius, ex qua mutatione Rectorum Ecclesiæ, non
modicum præiudicium paterentur, ut conside-
ravit Rota, decis. 24. n. 1. de præbendis, in novis, &
tradit Goncal. sup. gloss. 5. §. 6. de manualibus, n. 58.
& 59. quæ confusio etiam causaretur in fructibus
præceptorum, in quibus fit condemnatio, contr.
tex. in c. pastoralis, §. ne lites litibus, de causa poss.
& prop. l. ait Prætor 45. D. de re iudicata. Et sic
58 observatur in Curia Romana, quod, † postquam
Auditor Cameræ, vel alius inferior, pronunciat
sententiam super executione alicuius instrumẽti
cameralis, & dictam sententiam exequitur, licet
postea committatur causa Rotæ, & iudex appel-
lationis revocet primam sententiã, nõ propterea
secundus iudex appellationis suam sententiam
mandat executioni, appellatione non obstante:
imò potius defert appellationi, & donec sint tres
sententiæ conformes, & literæ executoriales, in
causa supersedetur. Et de hoc stylo curiæ testatur
Hieron. Goncal. sup. gl. 5. n. 209. & 210. quod in
59 Hispania servatur in causis executivis. Nam † la-
tà sententia, * de trance, y remate, * reus licet ap-
pellet, & revocetur sententia, non exequitur sen-
tentia revocatoria, donec tres sententiæ, vel exe-
cutoria lata fuerint contra dictã sententiam, * de
remate * ut docet Parla. lib. 2. rer. quot. c. fin. 5. p. §.
15. n. 4. Paz, in sua praxi. 4. p. 1. tom c. 2. n. 34. vers.
limitabis etiam, ubi dicit, quod ita observatur.
60 Pro † qua sententia facit tex. in Clem. 1. de sequest.
pos. & fruct. ubi dicitur, quod, data prima sentẽ-
tia contra possessorẽ beneficii, apponitur seque-
strum, sed licet posteà pronuncietur alia senten-
tia favorabilis possessori, non removetur seque-
strum factum vigore primæ sententiæ, ut tradit
61 Puteus, decis. 133. num. 1. & 305. num. 2. pro † qua

sententia ponderari possunt verba constitutionis
Pii Quinti, de quibus sup. ibi: * Et provisus ab Ec-
clesia causa appellationis huiusmodi pendente, non
à moveatur. * Ex quibus verbis, sequitur mani-
festè, possessorem beneficii non debere remove-
ri à sua possessione, licet in secunda, vel tertia in-
stantia, causa pendeat: & † illa verba, * appella- 62
tione pendente * non magis de prima appellatio-
ne, quã de reliquis intelligi debent; c. secundo re-
quiris, 42. de appellat. ex quibus fundamẽtis hæc
opinio videtur verissima, & tenenda in iudican-
do & consulendo.

Sed † pro contraria opinione, imò, quod secũ- 63
da sententia sit executioni mãdanda, sicut prima,
faciunt plurima iura, & iuridicæ rationes, ex qui-
bus intellectus, Concilii, in d. c. 18. remanet du-
bius, & similiter articulus per viam violentiæ. Et
primò facit pro ista opinione, quia † contrariorũ 64
eadem est ratio & dispositio, ut in l. 1. C. de Cupres-
sis, lib. 12. l. 1. ubi DD. D. de acquir. pos. & in rubri-
ca. Ergò, sicut prima sententia trahit secum para-
tam executionem, in terminis dicti decreti, simi-
liter etiam, revocatâ primâ sententiâ per secun-
dam, debet etiam secunda executioni mandari;
aliàs † enim non servaretur æqualitas inter liti- 65
gantes in iudiciis, contra l. fin. C. de procuratorib.
c. statutum, §. insuper, de rescrip. lib. 6. c. in iudiciis
de reg. iur. & tradit Aym. Cravett. consil. 133. n. 7.
lib. 1. & sic, sicut prima sententia fuit executioni
mandata, similiter & secunda.

Præterea fulcitur ista sententia; quia † eiusdẽ 66
naturæ est distractus, cuius est contractus, l. ab
emptione, D. de pact. Fel. in c. cum accessissem, de
constit. Tiraq. ad ll. connub. gl. 5. ex n. 5. Vincent.
de Franchis, decis. 47. nu. 6. & † cum in iudiciis, 67
quasi contrahatur, ut in l. 3. §. idem scribit. D. de
peculio. l. quoties, D. de noxa. lib. sequitur, quod
sicut una sententia fuit mãdata executioni, pari-
formiter, & secunda revocatoria, quia omnis res,
per quascunque causas nascitur, per easdem dis-
solvitur, l. nihil tam naturale, D. de reg. iur. & ea
† quæ de facto fiunt, de facto rescindi debent. l. 68
minor. 39. de evictionibus l. si cum nulla, 38. D. de re
iud. & tradit Parla. lib. 2. rer. quot. c. 6. n. 2. & lib. 1.
cap. 10. num. 10. Gut. de iura. confir. 3. p. cap. 19. nu-
mer. 19. Azeved. in l. 2. tit. 13. lib. 4. recop. à n. 20.
& sic dicit Puteus, decis. 426. n. 2. & 434. n. 3. vol. 2.
quod quando † causa est summaria in prima in- 69
stãtia, pariter etiam debet esse summaria in secũ-
da: & sic vidimus in practica, quod eodem modo
sicut † actor obtinens primam sententiam vigo- 70
re instrumenti guarentigii, potest à reo recupera-
re expensas, in quibus fuit condemnatus, non ob-
stante appellatione; similiter etiam versa vice, si
reus fuerit absolutus per primam sententiã, sunt
illi expensæ solvendæ spreta appellatione, ut tra-
dit Hippol. sing. 389. Azeve. in l. fin. tit. 21. nu. 141.
lib. 4. recop. Parlad. lib. 2. rer. quot. c. fin. 5. p. §. 10.
num. 14. Gutier. pp. q. lib. 1. q. 119. & ratio est, quia
† dispositio loquens de actore, procedit etiam in 71
reo, ut tradit Rebuff. in tract. nominat. quæst. 19.
num. 34. Anton. Gabr. tit. de legib. concl. 3. numer.
31. & sic dixit Contard. in repetitione legis ulti-
ma,

*ma, C. si de momentanea possessio.limit.17. num.2.* 72 quod si † denegetur actori appellatio in iudicio possessorio, similiter etiam denegatur reo. Et licet Menoch. *de adipiscenda poss.remed.4.nu.876.* teneat contrarium, tamen pro hac opinione fuit decisum apud Puteum, *decis.316.lib.2.* ex quo fit, 73 quod † agens pro executione instrumenti, quod habet paratam executionem, si petat terminum ad liquidandum, similiter & reus in dicto termino potest articulos facere, & contra liquidationé probare, ut tradit Bald. *in l. si causam, num.13. C. de executione rei, iud.* Decius, *in l.non debet, numer.41. D.de reg.iur.* Padil. *in l.1.num.47.D.de legat.2.* Azeved. *in l.1. tit.21. lib. 4. recop. à numer.* 74 *41.& 42.* & † ex hac causa non auditur reus in secunda instantia, donec constiterit de solutione, ita Gutier, *lib.1.pp.quæst.120. num.2.* Avend. *in c pp.lib.1.cap.6. num.4.* & in simili casu idem fuit iudicatum, & decisum apud Vincentium de Frãchis. *in decis.136. in 1.p anno* 1577. ubi fuit resolutum, si post statutum magnæ Curiæ, dans executionem sententiis, datis super iudicio assistendi, non obstante appellatione, appellatio ad effectũ devolutivum interponatur, & talis sententia, quæ fuit executioni mandata in secunda instantia revocetur, & ab illa actor appellaverit, quòd eodẽ modo sit exequenda secunda sententia, sicut prima, appellatione non obstante. Quæ decisio reddit multum dubiam nostram quæstionem, & decretum Concilii Tridentini.

75 Sed † adversus dictam decisionem, est practica generalis omnium tribunalium, tàm ecclesiasticorum, quam sæcularium: & contra hoc hodie habemus constitutionem *Pij V.* ut prima sententia executioni mandetur appellatione re-76 mota, & sic sequitur manifestè, quod, † donec tres sententiæ fuerint latæ in causa principali, nunquam prima executio erit revocanda, ex traditis per primam opinionem, quæ est servanda in 77 iudicando, & consulendo. Et si † iudex appellationis suam sententiam exequatur de facto, si causa remittatur ad Curiam Regalem, per viam violentiæ omnia executata per iudicem appellationis revocabuntur; quia aliàs via executiva haberet effectum momentaneum & suspensivum, ex quo plura sequerentur incommoda, ut supra 78 dictum est. Et † sic in causis executivis in tribunalibus Hispaniæ, ita practicatur, ut tradit Parlad. *lib.2.rer.quot.5.p.cap.fin.* §.15. *num.4.* quem sequitur Gonçal. *in d.reg.8. Cancel.gloss.6.n.219.* ubi etiam amplectitur nostram opinionem, quod tene menti; quia sæpè in praxi contingit. Et ita nuper fuit iudicatum in Regali Cancellaria Pinciana, in quadam capellania oppidi de Iepes, non obstante appellatione, servando practicam huius tribunalis.

## SVMMARIVM

1 *Reges omnes Hispaniæ ex concessione Pontificia decimas possident, quæ dicuntur tertia.*

2 Pontifex Clemens Quintus *concessit Regi Castellæ decimas, propter sumptus belli Maurorum.*

3 *Decimas, primitias, & beneficia omnia iuris patronatus, Pontifices concesserunt Regibus Aragonum.*

4 *Historicis de rebus præteritis testificantibus, credendum est.*

5 Rex Sanctius Petri pater, *in obsidione Oscensi à Sarracenis sagitta vulneratus interiit.*

6 *Decimarum donatio facta fuit* Regi Petro, Sanctii filio.

7 Rex Iacobus primus *donavit decimas multis Ecclesiis.*

8 *Romanorum Pontificum potestas amplissima est.*

9 *Papa potest concedere decimas sæcularibus, sive ad tempus, sive in perpetuum.*

10 *Pontifex non debet decimas sæcularibus concedere sine causa.*

11 *Cognitio rei spiritualis, ad iudicem ecclesiasticum pertinet privative.*

12 *Iudex sæcularis, nec incidenter potest cognoscere de validitate tituli rei spiritualis.*

13 L. quoties, C. de iudiciis, *intelligitur.*

14 *Iudex sæcularis debet supersedere in causa principali, donec per ecclesiasticum tractatur de incidenti rei spiritualis.*

15 *Decimarum & primitiarum causa censetur ecclesiastica sive spiritualis.*

16 *Laici non possunt præscribere decimas, etiam tempore immemoriali.*

17 *Incapacitas ubi adest ad præscribendum, immemorialis non operatur vim privilegij.*

18 *Romanus Pontifex potest tollere incapacitatẽ laicorum, ad præscribendum decimas.*

19 *Pontifex potest decimas concedere laicis, simpliciter & absolutè, transferendo omne dominium, utile & directum, causa iusta intercedente.*

20 *Pontifex, quando Regibus & militibus concedit decimas, non censetur illis concessisse ius spirituale percipiendi eas, sed tantum facultatem percipiendi suo nomine fructus.*

21 *Decimæ simpliciter donatæ, & translatæ in laicum quoad omne dominium, desinunt esse spirituales, & considerantur tãquam quid temporale.*

22 *Laici accipientes decimas ab Ecclesiis simpliciter & absolutè, quoad utrumque dominium, possident eas proprio iure & titulo, & possunt eas alienare, transferre, & disponere ad libitum voluntatis suæ.*

23 *Decimæ temporales & profanæ in Principatu Cathaloniæ, & Regno Valentiæ, sunt de patrimonio Regio, & num.55.*

24 *Iudex sæcularis privativè cognoscit de causa decimarum profanarum & temporalium, sive agatur de quæstione iuris, sive facti; limita, ut num.25.*

26 *Dominium utile licet sit temporale, tamen, quando dependet ab spirituali ratione connexionis, censetur spirituale.*

27 *Dominium, non transfertur per locationem & semper nomine locatoris conductor fructus percipit.*

28 De-

18 *Dominium transfertur per feudum, vel emphytheusin.*

29 *Decimarum possessor sæcularis per tempus immemoriale, si non constat eas esse translatas, quoad utrumq; dominium simpliciter, nec in feudum, vel emphyteusin, censetur eas possidere in feudum ante Concilium Lateranense, & num. 55.*

30 *Laicus, licet non possit decimas præscribere, potest tamen se ab illarum solutione per præscriptionem eximere, & n. 55.*

31 *Decimæ, ubicunque per Ecclesias retinentur, vel ad eas revertuntur, debent considerari, tanquam spirituales & ecclesiasticæ.*

32 *Fructus primitiales si transeant à clericis ad Laicos, eo ipso efficiuntur mere temporales.*

33 *Decimarum concessio ab Vrbano facta, quibus, & quare facta fuerit, declaratur.*

34 *Potentia & opera Regis necessaria sunt ad Regni recuperationem.*

35 *Observantia subsequuta, est optima privilegiorum interpres.*

36 *Authores citantur, qui scribunt decimarũ concessionem ab Vrbano Regi, & suis successoribus factam esse.*

37 *Decimarum concessio facta Regi Petro Sanctij filio, facta fuit, ut Regi Hispaniæ, scilicet Aragonũ, & Navarræ, non ut Regi Castellæ.*

38 *Valentiæ Regnum, quod simul cum universa Hispania fuerat occupatum à Mauris, fuit per Regem Iacobum, primũ illius nominis, à manibus Saracenorum ereptum, & in specie oppidum de Gandia.*

39 *Decimas spirituales laicus non potest donare, poterit tamen, ut ibi.*

40 *Consuetudo antiqua* Rotæ *in pronunciatione gravium causarum, traditur.*

41 *Privilegia concessa religiosis, de quibus agitur* in c. nuper, de decimis, *sunt derogata.*

42 *Iura spiritualia, & ecclesiastica, differunt, & quomodo de eis cognoscant sæcularis, & ecclesiasticus.*

43 *Clericus si coram sæculari opponat, se esse clericum, non sufficit probare coram ecclesiastico, se esse in quasi possessione clericatus, sed debet probare, se ritè & rectè fuisse ordinatum.*

44 *Iudex ecclesiasticus solus cognoscit de quæstione clericatus, etiam de mero facto.*

45 *Laicus iudex de nullo possessorio beneficij potest cognoscere, quod limita, ut num. 46.*

47 *Iudex laicus nullo modo cognoscit de crimine hæresis, nec in quæstione facti, nec in quæstione iuris.*

48 *Hæreticus formalis, nullus esse potest, nisi qui mente seu animo pertinaciter affirmat aliquid contra fidem.*

49 *Interdum quæstio facti non separatur à quæstione iuris, in Spiritualibus.*

50 *Iudex sæcularis cognoscit de quæstione facti rei spiritualis, quando non requiritur agere de veritate tituli.*

51 *Iudex sæcularis cognoscit de quæstione facti iuris patronatus, & de eius possessorio.*

52 *Iudex sæcularis cognoscit de quæstione facti matrimonij.*

53 *Iudex laicus cognoscit de clericatu, ad finem remittendi.*

54 *Iudex laicus, quando cognoscat in causa decimarum, & beneficij, & num. 55.*

56 *Iudex sæcularis, quando cognoscit de quæstione usurarum.*

57 *Iudex sæcularis cognoscit de quæstione facti rei spiritualis, seu de illius quasi possessione, si illa cognitio est separata à quæstione iuris.*

58 *Iudex laicus, licet de titulo rei spiritualis non possit cognoscere: tamen, quando se offert quæstio per viam incidentiæ, & quando evidenter constat de titulo rei spiritualis ex actis, vel ex confessione adversarij, non impeditur cognoscere; qui non cognoscit ex privilegio, sed in vim iuris communis.*

59 *Quæstio facti est omnino separata ab spirituali, quando partes sunt concordes circa ius rei spiritualis, & solum dubitatur circa factum.*

60 *Iudex sæcularis pronunciat super re spirituali, per modum causæ, quando in causam incidit quæstio rei spiritualis, de qua potest cõstare summariè, sine discussione, veluti per notorium.*

61 *Quæstio de q possessione rei spiritualis est mixti fori, & in ea locus est præventioni.*

62 *In causis decimarum quãdo cognoscat sola Ecclesia, quando item solus Laicus.*

## QVÆSTIO XXV.

### *Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat in cognitione causæ decimarum, & primitiarum, in quæstionibus facti vel iuris.*

IN hac quæstione decimarum, sive iuris, sive
facti quæstio vertatur, coram iudice sæculari,
solet sæpè controverti & contendi, inter iurisdi-
ctionem ecclesiasticam & sæcularem: & tam va-
riè actum reperio in rebus iudicatis, ut dixi *in*
*quæstione* 17. ut abstinere, non potuerim à dicen-
dis, tam pro instructione iuvenum in foro practi-
cantium (qui quotidiè primo universitatum lacte
decipiuntur) quàm pro amandâ veritate, quam
semper amplexus sum, omissis mille ambagibus
ac superficialibus doctrinis, quibus etiam doctio-
res miserè labuntur. Et quoniam ad totam ma-
teriam maximè influunt duo aut tria præludia, à
quibus harum contentionũ pendet decisio: Ideò
est aduertendum; quòd † ex concessione Ponti- 1
ficia Reges omnes Hispaniæ, scilicet Aragonum
Coronæ, & Castellæ, Navarræ, & alij, decimas
possident adeo, quòd de hoc dubitatum non sit;
quia istas decimas Regibus Hispaniæ concesserũt
Alexander Secundus, Gregorius Septimus, & eas
confirmavit Vrbanus Secundus, & plures deindè
Pontifices. Et in primis quantum ad Reges Ca-
stellæ, ita testantur multi gravissimi viri, quos
longum esset recensere, & novissimè Ioannes
Mariana, *de rebus Hispaniæ, cap. 9. à numero* 1310.
*pag.*

2 *pag.717. numero* 20. ubi ait † Clementem Quin-
tum concessisse Regi Castellæ decimas, propter
sumptus belli Maurici: idem repetit. *cap.15. à*
*numero 1316. pag. 730.* ubi ait; Regem Castellæ,
missa legatione ad *Ioannem 22*, postulasse Sacer-
dotiorum decimas in usus Maurici belli, & Pon-
tificem benigne eas concessisse; sed istæ confir-
mationes potius decimarum ab antiquioribus
Pontificibus concessarum, quam novæ conces-
siones dici debent. Idem docet Rodericus Sua-
rez, *allegatione 28.* Puteus, *decis.319.lib.3.* & hoc
iam agnovit Rota, sine hæsitatione, in causa Ca-
rien. iurisdictionis, coràm bonæ memoriæ Can-
turio, *die 17. Iunij.1576.* quæ loquitur de decimis
Regi Castellæ concessis, & habetur, *part.2.diver-*
*sorum decis.31.* de Benedicto, qui *anno* 1340. con-
cessit Regi *Alfonso 9.* & suis successoribus deci-
mas, quæ vulgo, * *tertia*, * dicuntur, refert Bar-
bosa, *in l.Titia, numer.40. solut.matrim. l.1.tit.21.*
*lib.9. ordin.* Lasarte, *de decim.venditio.cap.19.nu*
*mer.36.* Palac. *in repetit.rubr.§.37.num.13.* Vasqu.
*controvers.illustr. cap.89. num.6. ad ll. Reg. lib.1.*
*quæst.14.*

3 De † concessione decimarum facta Regibus
Aragonum, res est luce clarior, sicut patet ex *Vr-*
*bani Secundi* rescripto, quod integrum refert
Petrus Antonius Chronista Hispanus, *capite no-*
*no, in fin. fol.22.* quòd ipsum agnoverunt insignes
viri, tàm Historiographi, quam Iurisconsulti, in-
ter quos sunt sequentes, Hieronymus Zurita,
*lib.1. Annalium Arag. capite 32. circa fin. versic.*
* *Et confirmo lo que Alexandro, II.* * Idem *libro*
*primo, indicu rerum ab Aragoniæ Regibus gesta-*
*rum, anno* 1104. ubi cùm *Vrbanus Papa*, Regi, po-
sterisque Regibus, atque Regni proceribus con-
donasset, ut in ditionibus à dominatu Mauro-
rum vindicandis decimas perciperent, *pagin.* 44.
Lutius Marineus Siculus, *libro quinto, de reb. Hi-*
*span.* agens de Petro Sanctii filio, *pagina 827.* ubi
ait, quòd hic Rex impetravit ab Vrbano II. Ro-
mano summo Pontifice, primitias, decimas, &
omnia beneficia iuris patronatus omnium Eccle-
siarum, & civitatum, à quibus infideles hostes e-
iecerat, ut ipse, & sui successores, in perpetuum
ea haberent. Franciscus Torrasa, *de Regno Hi-*
*span.* agens de Alfonso Sexto, *versic. Petrus Sanctii*
*filius, & versic. in cuius rei gratiam. Vrbanus Papa*
*Secundus, pag.720.* Martin. de Viciana, *libro ter-*
*tio, Chronicorum civitatis, & Regni Valentiæ*, a-
gens de Rege don Pedro, Ioan. Mariana, *dict. lib.*
*10. de reb. Hisp. cap.7. anno* 1102. *pagina* 49[illegible]9. ibi:
* *Petro, posterisq; Regibus, atque Regni proceribus,*
*Vrbanus Pont. Max. indulsit, ut decimas percipe-*
*rent.* * Bernard. Gometius Miedes, *lib.13. de re-*
*bus gestis Iacobi Regis eius nomine primi.* Pet. Bel-
lug. *in Specul. Principum, rubric.13. de decimis, §.*
*tractemus*, & alii, quos longum esset recensere:
& de concessione Regibus nostri Hispaniæ facta,
* *del subsidio, y escusado,* * agit Cabedo, *decis.63.*
*num.4. in 2. parte.*

Rescripti huius concessionis veritatem, con-
firmat temporis conformitas, Nam illud conces-
sit Vrbanus Secundus Petro Regi Arag. eius no-
minis primo, *anno 1095.* id est, quatuor annos,
antequam Vrbanus moriretur, constat enim ex
Chronico Pannini Alphonsi Canonii, & aliis,
Vrbanum Secundum, *anno* 1088. creatum fuisse
Pontificẽ, eundem verò, *anno* 1099. obiisse, Petrũ
verò Regem Aragoniæ eius nominis primum
(cui donatio decimarum ab Vrbano Secundo fa-
cta est) eodem tempore floruisse: nam Regnum
assumpsit *anno 1095.* statim post obitum Sanctii
ipsius patris, eius nominis Quarti, ut testatur
Hieronym. Zurita, *libro primo, Annal. Arag. cap.*
*31. & 32. & libro primo, indicu rerum gesta. à Re-*
*gibus Aragon. anno* 1094. *& 1095. & sequenti.*
Hieronymus Blancas, *in Cathalogo Regum Arag.*
agens de Petro huius nominis primo: eumque
decem annos regnasse affirmant, & propterea
dubitari non potest de huius rescripti veritate.
Et cum tot historici eandem donationem affir-
ment, & integrum rescriptum referant, procul
dubio continet veritatem: cum † historicis de 4
rebus præteritis testificantibus, sit credendum,
*capite primo, in fin.* ibi: * *Tum propter historiã.* *
Vbi gloss. *de Sac. unctione*, glos. *in cap. inter dile-*
*ctos, §. sed contra, versic. Magis, de fide instrument.*
gloss. & Doctores, *in cap. venerabilem, in princip.*
*versic transtulit, de electio*, gloss. *in versic. Vrbano,*
*in Clement.1. in princip. & in §. ideo, ver. orationes,*
*de reliq. & venerat. Sanct.* Bart. *in l.1. numero 22.*
ubi Iason. *numero 25. D. si certum pet.* Bellam. *de-*
*cis.70. incipit adminicula ista, numero tertio*, Cra-
vet. *in tract. de antiquit. tempo. part.2. §. quarto*
*limitatur, numero 14. & consil.58. & 107. num.4.*
Felin. *in cap. ad audientiam, numero 16. de præ-*
*script.* Alexand. *consil. 187. num.2. lib.7. & consi.*
*138. lib.1.*

Causa concessionis tertiarum.

Causa autem concessionis ea tunc erat urge-
tissima: quia Mauri, qui Hispaniam occupave-
rant, in Galliam etiam, & Italiam se transituros
minabantur. Ideoque Romani Pontifices assi-
duis legationibus hortabantur Reges & Regu-
los Hispaniæ, ut contra Sarracenos acriter decer-
tarent, ut aliquæ sunt de hac re Epistolæ *Greg. Se-*
*ptimi*, nuper impressæ, quibus propterea & deci-
mas, & multa alia concedebant, ut alacrios hoc
bellum susciperent: ita testantur omnes supra
dicti Historici, & colligitur ex serie rescriptorum
Pontificiorum. Hæc verò causa, ut Regibus A-
ragoniæ fieret decimarum donatio, tunc maxi-
mè suadebat, quoniam ipsi contra Sarracenos,
qui illud Regnum occupaverant, tunc acriter
decertebant & † Sanctius Rex, Petri Pater, in
obsidione Olcensi à Sarracenis sagitta vulneratus 5
interiit; & Petrus filius idem bellum Olcense
prosecutus fuit: quod nisi fortiter præstitisset,
& Sarracenos debellasset, illi invalescentes, pro-
xima etiam Regna invasissent: hanc autem esse
iustam causam concedendi Principibus laicis de-
cimas, docet Hostiens. *in sum. tit. de decimis, §.*
*Tertio quæritur utrum laicus.*

Ex quibus resultat, Regem, † cui facta fuit 6
donatio, fuisse Petrum eius nominis primum,
Regis Sanctii filium legitimũ, in Regno Arago-
niæ Regem; à quo † per legitimam successionẽ
descen-

descendit Iacobus primus, qui donavit decimas
multis Ecclesiis; quinque Regibus interpositis:
ut patet ex successione Regum Aragoniæ quam
tradunt prædicti Historici, & magis dilucidè
Hieronym. Blancas, eiusdem Regni historicus,
& probat *lex 1. tit. 29. lib. 9. recopilat.* & Auend.
*in capit. Prætor. 2. part. cap. 4. num. 11.* Gutier-
rez, *lib. 1. practicar. quæst.* 14. Suarez, *allegat. 21.*
De potestate autem & validitate harum con-
8 cessionum dubitandum non est; cum † fiunt à
Rom. Pontif. cuius amplissima est potestas *Cle-
ment. 1. ut lite pendente.* Ita Hostien *in sum. tit.*
9 *de decim. num. 1. 11.* dicit, quòd † Papa potest
concedere decimas sæcularibus, sive in perpetuū
sive ad tempus *capit. à nobis, de decimis, capit. no-
bis, iuncta* glos. *verb. de sua, de iure. patr. cap.*
10 *Adrianus, capit. in Synodo, 63. distinctio.* licet †
non sine iusta causa concedere debeat, secundum
Hostiensem *ubi suprà.*

Secundò præmittendum est pro ratione dubi-
tandi, ad hanc, & similes competentias, in quibus
agitur de cognitione rerum spiritualium & Ec-
clesiasticarum, id, quòd generalitèr scribunt o-
11 mnes; cognitionem † rei spiritualis & eccle-
siasticæ ad solum ecclesiasticum iudicem pertine-
re privativè, *capit. 2. de iudic.* dicit enim ibi sum-
mus Pontifex, quòd laici negotia ecclesiastica tra-
ctare non præsumant, maxime spiritualia ut *ibi
in text. & in capit. clerici, de iudic. cap. si iudex
laicus. de sententia excommun. in 6. & ibi* Docto-
12 res; idque † non solum si principalitèr agatur
de re spirituali, & eius titulo & validitate, veluti
ad annullandum, revocandumvè titulum, quod
apud omnes est in confesso, sed etiam si agatur
incidentèr de validitate, & cognitione tituli ut
est expressum *in capit. tuam, de ordine cogn. cap.
lator, qui filij sint legitimi, capit. causamque eo-
dem tit.* ita Covarruvias, *capit. 35. numer. 1.* &
est communis opinio, secundum Barbosam, *in l.
Titia, numer. 21. soluto matrimonio*, dicentem,
quòd nec incidentèr de titulo potest cognoscere
sæcularis iudex; si validitas tituli examinanda &
determinanda est incidentèr, *capit. tuam, de ord.
cogn. capit. lator, qui filij sint legit.* in quibus in-
ciderис causa validitatis matrimonii remittenda
est ecclesiastico iudici, nec sæcularis cognoscet
13 de ea, nonobstante regula, † *l. quoties, C. de iu-
dic.* ubi ratione incidentiæ cognoscit iudex aliàs
incompetens de causa incidenti, de qua principa-
litèr non poterat cognoscere: nam illa lex proce-
dit, ubi solum iudex est incompetens; qualis est
ecclesiasticus, respectu causarum temporalium
ad forum sæculare spectantium: nam ratione
incidentiæ, si coràm eo incidentèr deducantur,
cognoscet de incidentia *capit. de prudentia, de
donat. inter vir. & uxor.* Fontanella, *de pactis do-
tal. claus. 4* glos. *13. part. 2. numer. 23. & 24.* ubi
assignat rationem differentiæ: secus autem, quā-
do iudex est incapax, ut hic, respectu causæ inci-
dentis, ita Barbosa, *numer. 22.* prout ita posteà
inveni legem illam sic declarantem *Ioannem Fō-
tanellam de pact. nupt. claus. 4. glos. 13. part. 2. nu.
21.* ubi alios allegat, & *in nu. 13. & 19.* dicit, quòd
de validitate tituli rei spiritualis vel ecclesiasticæ
nec incidentèr cognoscit iudex sæcularis, *ex di-
ctis iuribus, dicto capit. si iudex laicus*, glos. *iudi-
cem, in capit. accusatores, versicul. cum agendo,
3. quæst. 8.* Abbas, *in capite at si clerici, numer. 19.
de iudiciis* Alciatus, *in cap. perniciosam, de offic.
ordin. glos. publicum, nu. 110.* Rebuffus, *in con-
cordantiis, Regni Franciæ, 1. par. in rubr. de prote-
cti glos. 1. per totam*, Covarruvias. *in 4. secun. par.
§. 1. 2. capit. 8. numer. 3.* Gracian. *Reg. 253.* Azeved.
*in l. 10 tit. 4. num. 43 lib. 4. recop.* multum bene
Bobadilla *in sua Polit. lib. 2. cap. 18. nume. 54* ubi
de communi, Vincentius de Franchis, *decis. 189.
per totam, & 512.* dicens sic servari in Senatu Nea-
politano, Alvar. Valasc. *consulat. 159. per totam,
tom. 2.* ubi benè, qui omnes dicunt, quòd † ta- 14
lis causa spiritualis incidens, est ad iudicem ec-
clesiasticum remittenda, & donec ea finiatur, su-
persedendum in causa principali, *dict. cap. tuam,
& dict. cap. lator.* ita Barbos. *ubi supr. numer. 21.*
Ex quibus resultat, quòd falsa est opinio Bart. *in
l. Titia. numer. 5. soluto matrimonio*, dicentis,
quòd quando incidentèr agitur de validitate ma-
trimonij, non ad effectum pronunciandi super
ea principalitèr, sed ad alium, veluti deferendum
bona, vel an filius sit in potestate, poterit iudex
sæcularis cognoscere, quia non principalitèr agi-
tur de validitate matrimonij. Hæc enim opinio
falsa est; cum enim pronunciandum necessariò
sit de validitate tituli rei spiritualis, licèt inciden-
tèr, semper tamen militat ratio incapacitatis; &
ideò sæcularis non potest cognoscere, *dicto. capit.
tuam. & capit. lator.* & ita Bart. reprobari com-
munitèr asserunt, Alexand. *in dict. l. Titia, num.
6.* Albert. *in assertionibus Chatholicis, quæstione,
25. nume. 51.* Capicius *decis. 7. numer. 4.* Barbosa
*dict. numer. 22.* & casum competentiæ refert Se-
sse *de inhibitionibus, 2. part. quæstione 162.* in hæc
verba.

His suppositis casus præsentis competentiæ
fuit. Quòd cum Ludovicus Tucar, conductor de-
cimarū & primitiarum loci, de Villanueva de la
Guerua, eas à vicinis petijsset corā ecclesiastico,
& illi negassent, se ad illarū solutionē teneri, nulla
facta distinctione inter decimas & primitias, &
tanquam laici, iuris firmam præsentassent, decli-
nando iurisdictionem ecclesiastici; formata fuit
competentia super contentione iurisdictionis:
& secundum suprадicta videbatur absolutè iu-
dicem ecclesiasticum debere cognoscere de his
causa † namque decimarum & primitiarum, 15
censetur ecclesiastica sive spiritualis, *Clement.
dispendiosam*, & ibi glos. *de iudic.* ita ut neque a-
ctivè cadat in laicum, *cap. causam, de præscript.*
Barbos. *ubi suprà numero. vigesimo sexto* & sic
solus ecclesiasticus cognoscere possit, ut supr.
latè diximus: hoc tamen non obstante, sub di-
stinctione iudicata & terminata fuit competen-
tia illa nam tres ex dominis Consiliariis fuerunt
voti, quòd competentia iudicis ecclesiastici lo-
cum habebat respectu decimarum tantum,
at verò respectu primitiarum dixerunt, iurisdi-
ctionem sæcularis locum habere, & per con-
sequens supplicata per Ludovicum Tucar agen-
tem pro Ecclesia locum non habere. Moti fue-

X

runt isti tres domini rationibus sequentibus: Nã
16 † licèt laici non possunt præscribere decimas,
etiam tempore immemoriali, propter incapaci-
tatem possidendi, ut habetur in capit. causam,
de præscriptionibus, capit quamvis, capit. prohi-
17 bemus de decimis, & ibi DD. quia cùm † sint
laici incapaces decimarum; immemorialis non
operatur vim privilegij, ita Abbas, in dict. capit.
causam, & ibi Felinus numer. 2. glos. in capit. à
nobis, verbo iurisdictione in fine, de iure patr.
& dixi latè in decis. 113. Felin. in dicto capite.
18 causam. numero. 2. Potest † tamen Roman.
Pontif. tollere hanc incapacitatem, & laicos ca-
paces reddere rerum spiritualium, secundum
Abb. in capit. causam, de præscript. & ibi Felinus
glos. in capit. Imperium, 10. dict. cap. in summa,
in fin. 25. quæstione 7. Ioann. Andr. ad specul. de
legato, §. nunc tractemus versic, sed nunquid lega-
tus, Nos, dict. decis. 113. ac per consequens † po-
19 test decimas concedere simpliciter & absolutè
transferendo omne dominium, directum & uti-
le, in laicum, idque causa iusta intercedente; ali-
quando verò in feudum tantum & emphyteusin,
transferendo utile dominium tantum: aliquan-
do verò non transferendo aliquod dominium,
sed tantum facultatem levandi fructus nomine
Ecclesiæ, veluti locando, ut in discursu appare-
bit, & ita asserit Divus Thomas 22. quæstione. 100.
20 art. quartò ad Tertium, quod † in dubio quan-
do Regibus & militibus concedit Ecclesia sim-
pliciter decimas, non censetur illis concessum
ius spirituale percipiendi decimas, quarum in-
capaces sunt, dict. capit. causam, cum aliis, sed
tantum facultas percipiendi suo nomine fructus
qui sub nomine decimæ includuntur; & tunc
illi fructus non censentur res spirituales, vel ec-
clesiasticæ, sed potius res temporales, capit. fin.
ne prælat. vices suas, capit. vestra, de locato Redoan.
de Spoli, clerico, quæstione, 14 à numer 14. & illa-
rum decimarum, & primitiarum laici capaces
sunt. Bald. in l. si usus fructus in lect. antiqua de
iure dot. dicens, quòd, licet ius decimarum non
cadat in laicum, perceptio tamē fructuum veniē-
tium sub nomine decimæ concedi potest, & hoc
modo dicit decimas concessas Regi Francorum
& etiam Regibus Hispaniæ sic fuerunt concessæ,
Et in consequentiam istorum dicit Soto, libro no-
no de iust. & iure. quæstio. 8. art. 1. col. fin. quòd
tali causa adiudicat eas Papa, sub sæculari titulo
defendendi Ecclesias, idem Ioann. Garc. de ex-
pens. capite nono, numero. 97. Lasarte de decima
venditionis, capite decimonono, numero trigesimo
21 secundo & decimæ † sic simplicitèr donatæ, &
translatæ quo ad omne dominium in laicum, de-
sinunt esse spirituales, & considerantur tanquam
quid temporale, argum. l. per procuratorem, de ac-
quiren. hære. C. unico. §. fin. de iure patr. in 6. in si-
mili Oldrad consil. 83. numer. 5. Navarr. in Apolo-
gia, de reditibus, quæstione, 1. monit. 58 numer. 2. di-
cens, quòd Papa potest concedere decimas, vel
bona ecclesiastica, laicis ex iusta causa, & omninò
ab Ecclesia expropriare, aliqua causa iusta id po-
stulante, iuxta can. sine exceptione, 12. quæstione, 2.
22 & Rex, † Baro, milites, & alii laici, sic accipien-
tes ab Ecclesia decimas & primitias simpliciter,
quo ad utrumque dominium, possident eas pro-
prio iure & titulo, & possunt eas alienare, trans-
ferre, & disponere ad libitum voluntatis suæ. Ita
Lasarte, ubi supr. numer. 33. Gutierr. lib. 1. ad ll. Re-
gni, quæstione, 14. numer. 2. Azeved. in l. 1. tit. 15.
numer. 72. lib. 4. Soto, ubi supr. quæstione. 7. art. 1.
concl. fin. Grego Lopez. in l. 22. tit. 1. partit. 1. glos.
2. in fin. Vasqui. controvers. illustr. cap. 89. numer.
2. ad fin. Cum igitur tali casu decimæ sint tem-
porales & profanæ, ex supradictis, prout † et- 23
iam in Principatu Cathaloniæ, & Valentiæ, deci-
mas profanas & temporales esse de patrimonio
Regio, refert doctissimus Fontanella, de pactis
nuptia. claus. 4. gloss. 13. part. 2. num. 58. & Michael
Ferrer. Doctusen. in suis observat. 3. part. cap. 278.
versic. pro materia, sequitur inde, quòd † cogni- 24
tio talium decimarum sic translatarum, sive sit
quæstio iuris, sive quæstio facti, pertinet ad iudi-
ces sæculares, privativè. Ita Barbos. in dict. l. Ti-
tia, numer. 42. solut. matr. Covarruvias, practicar.
35. numer. 2. versic. 3. Gutierrez, lib. 1. ad l. Regni,
quæstion. 14. numer. 4. Rebuffus. de decimis, quæ-
stione. 10. numer. 39. in fin. Lasarte, ubi supr. capit.
19 numer. 30. Enriquez, & alii allegati per Bar-
bos. dict. numer. 39. 42. 43. & 44. Fontanell. &
Ferrer, ubi supra. Et eo iure, quo tales decimas
possident, & alii donatarii, possidebunt easdem
illi, qui à Regibus, & talibus donatariis, successi-
vè accipient: nam & temporales erunt, & de eis
cognoscet privativè sæcularis, & ita Belluga, in
Specul. rubr. 13 §. restat. numer. 3. & alii defen-
dunt consuetudinem Franciæ, & Aragon. ubi
sæcularis cognoscit de decimis sic translatis quæ
bona tanquam temporalia & profana, libera sunt
ab omni præstatione ecclesiastica, & subsidio
charitativo, Garcia, de expensis, cap. 9. numer. 99.
secus † autem dicendum, si decima esset data 25
in feudum, vel emphyteusin, Barbos. dicto num.
39. 42. & 43. propter connexionem utilis do-
minii cum directo, propter quod cognoscet Ec-
clesia, Rimin. consil. 344. numer. 9. in 2. Caual-
ca. decis. 12. numer. 19. Alexand. consil. 79. numer.
lib. 1. Bologni. in additio. ad Anan. consil. 84. nu-
mer. 7. Barbos. numer. 43. & 44. cum sequenti-
bus, Ripa, in cap. 2. in fin. de iud. Rota, decis. 2.
de decim. in antiquis, & decis. 2. de iud. in novis,
cap. fin. ubi Monach. & Gomé. numer. 14. de iu-
diciis, in 6. Rip. Felin. & alii, allegati per Barbo-
sam, numer. 42. in fin. tunc enim, cum directum
dominium permaneat penes Ecclesiam, propter
talem connexionem adhuc dicitur res ecclesia-
stica: & † quamvis dominium utile sit tempo- 26
rale, tamen quando pendet à spirituali, tunc ra-
tione connexionis censetur spirituale. Caietan.
de Simonia, quæstione. 1. ad fin. Cùm igitur deci-
ma ex se sit quid spirituale, capit. tua. 1. de decimis,
cap. fin. de rerum permut. glos. in cap quamvis, de
decimis, & in cano. in summa, 11. quæst. 1. idem di-
cemus de dominio utili, dependenti ab spiritua-
li, & idem de fructibus decimæ in feudum con-
cessæ: nam & illi ratione connexionis & depen-
dentiæ censentur quoque ecclesiasticæ; cap fin.
& ibi

& ibi Monach. *post princip.* Gomez. *numer. 14. de iudiciis, in 6.* maximè dum pendet: quia tunc merè ecclesiasticæ sunt, & Francus *in cap. unico numer. 2. de eo qui mittitur in possess. in 6.* Supponendo tamen, quod hæc concessio in feudum, facta sit antè Concil. Lateran. de quo *in cap. prohibemus, de decimis*, nam alias, licet fructus possint locari, *capit. vestra, de locato, capit. fin. ne prælati vic. suas*, non tamen infeudari, *dict. capit prohibemus*, & ibi Abbas, *& in capit. adhæc in*
27 *fin. de decimis.* Ratio est, † quia per locationem non transfertur dominium: & semper nomine locatoris conductor fructus percipit *l. quòd meo*
28 *de acquir. poss.* benè † autem per feudum, vel emphyteusin: ita Barbos. *num.* 47. si † autem
29 non constaret, decimas simpliciter & absolutè datas esse, quo ad utrumque dominium, nec etiam constaret de concessione in feudum, vel emphyteusin, sed solum quis possideret eas immemoriali tempore, tunc præsumitur possessor habere eas in feudum ante Concil. Lateran. ut bene resolvit Barbos. *numer. 44*, Covarruvias *l. 1. variar, capit. 17. numer. 5. ad fin*, Gregor Lopez *lib, 23. tit. 20. part. 1. verbo tamen.* Et sic tunc propter connexionem utilis cum directo cognoscet Ecclesia ut *supr.* diximus, Barbosa, *numer.* 45. nec poterunt possessores eas in alium transferre, nisi in Ecclesiam, & cum consensu Episcopi, iuxta notata per Abba. *in capit. quamvis, & in cap. prohibemus, de decimis*, Barbos. *numer.* 46. & licet in aliquibus Hispaniæ partibus soleant se debitores decimarum defendere manu Regia & sæculari, quando ab eis petuntur decimæ insolitæ, fundati in sola immemoriali: illam tamen praxin damnat Barbos. *numer.* 47. per rationes supradictas, vel defendenda est duplici modo;
30 quia licèt † laicus, non possit decimas præscribere *dict. capit. causam*, potest tamen se per præscriptionem ab illarum solutione eximere, *capit. in aliquibus, decimis* Covarruvias *ubi supr. num.* 10. sed verius huius cognitio ad ecclesiasticum pertinet, cum sit quæstio iuris Feder. *consil.* 245. *numer.* 3. Calderi. *15. de iudic. & for. compet.* Roman. *in dict. l. Titia. num.* 6. Ias. *consil.* 93. *libr.* 1. & sic nec videtur locus recursui propter violentiam, ubi dicit Barbos. *dict. numer.* 47. Quare melius defendi, debet illa praxis, asserendo has decimas non possideri in dictis partibus titulo feudi: cum nunquam fuerit recognita Ecclesia, & quotidiè vendantur & permutentur, tanquam quid patrimoniale, Garsia, *de expens. cap. 9. num.* 96. maximè accedente fama privilegii, ut nos diximus, *in decis.* 113. & cum in præsenti processu constiterit partis confessione, & alias, non solum per immemorialem præscriptionem, sed etiam per legitimas concessiones Regum Aragonum primitias translatas esse in universitates, cum onere sustentandi Ecclesiam, & sic effectas esse temporales & profanas; iustissimè iudicatum fuit per tres dominos Consiliarios, & etiam dominum Cancellarium, quo ad eas, iurisdictionem iudicis sæcularis procedere, cumque & eodem constiterit, decimas penes Ecclesias existere, retenta antiqua qualitate, quo ad eas fuit pro Ecclesia iudicatum per eosdem. Ubicunque † 31
enim decimæ per Ecclesias detinentur, vel ad eas revertuntur, debent considerari tanquam ecclesiasticæ vel spirituales, *capit. unico, §. fin. de iur. patr. in 6: cap. dilectus, 3. de præbend.* Oldrad: *consil. 83. à numer. 7. de constit.* Abb. *in capit. veniens numer. 4. de accusat.* Motivum autem, in quo fundantur sequens est, in processu *Ludovici Tucar*, seu iudicis ecclesiastici principalium, *G. Gōcalez*, procur. ex una, & iudicis sæcularis, seu cōfratriæ *ligalij Ganateriorum*, loci de *Villanueva de la Guerua.* principal. M. 10. *Porquet.* Procur. *dieb. Novemb. anno.* 1609.

Fuerunt voti, & opinionis, quòd dominus Motivē.
Cancellarius tenetur & debet pronunciare, competentiam iudicis ecclesiastici locum habere, & de iure procedere, respectu decimarum tantùm, quo ad primitias vero supplicatas *per Ludovicum Tucar*, locum, non habere, neutram in expensis condemnando, demptis sex ducatis pro salario Consiliariorum, in quibus *Ludovicus Tucar*, debet condemnari: Ex eo, & aliàs, quia ex confessione *Ludovici Tucar* (in præsenti processu emissa) constat, à tempore immemoriali, & per concessionem Apostolicam, non solum præsumptā in vim immemorialis, sed confessatam ab eodem fructus primitiales esse universitatis loci *de Villanueva de la Guerua*, quo casu † mutatione 32
personarum mutata etiam fuit antiqua qualitas fructuum primitialium, & spiritualis, effectiq; sunt merè temporales. Quòd ex alio constat notoriè siquidem notorium est apud naturales & externos scribentes, sedem Apostolicam Reg. Hispan. fructus omnes, tam primitiales, quam decimales, elargitam fuisse, dedisseque Reg. Hispan. pro recuperatione Regni è faucibus infidelium, ipsosque Reges variis respectibus eosdem fructus dedisse dominis, & universitatibus locorum, cum aliquibus oneribus, sivè modis ex post adimplendis; & per consequens, hoc fructus fuisse iam ab omni spiritualitate, & dominio utili & directo sedis Apostolicæ separatos & segregatos, tanquam quid merè temporale. Ex quo sequitur, hos fructus alienabiles, & omnimodo de iurisdictione sæculari, tàm activè quàm passivè, esse, supposita potestate Papæ, quam ad id concedendum omninò habet: & ita optimè respectu primitiarum, quas laici possident, meritò declaratur, competentiam iudicis ecclesiastici non procedere: benè autem, respectu decimarum, quæ penes ecclesiasticum, ut ecclesiasticum, existunt, retenta antiqua qualitate, quarum respectu meritò declaratur, cōpetentiā iudicis ecclesiastici procedere. Nec onus huiusmodi cōcessionibus adiectum, veluti fides defendendi, dotandiq; & reparandi Ecclesias, facit has concessiones feudales esse, sed solùm modales, translato omni dominio, cum post concessionem veniat ad implendum: Maximè, quia adiectio huius oneris, omnem malam recognitionem excludit, & sic in hunc modum leguntur declaratæ aliæ competentiæ, & Romæ decisum reperitur.

Et licèt ab his se separavit unus ex dominis, vir summæ eruditionis, & bonarum literarum (mihi observantissimus, ) iudicans in totum pro Ecclesia, sub prætextu, quòd concessio facta à Regibus, non fuerit facta simpliciter, nec tale ius percipiendi decimas & primitias expropriatum omninò ab Ecclesiâ: quoad universitates verò; cum solâ immemoriali fundentur, hæc tantum arguit concessionem in feudum, vel emphyteusin, ut suprà diximus; quo casu res de iurisdictione Ecclesiæ est: ut suprà. A quo viro in facto discedunt alii, quia constitit per partis confessionem, & aliàs, istas primitias in totum in Ecclesias translatas esse Regali gratia: & quantum ad decimas, etiam ab eo recesserunt, in quantum dixit, in dominos Reges non esse translatas absolutè; cum contrarium verius sit ex supradictis auctoritatibus & historiis. Iudicarunt tamen, quo ad eas, in favorem Ecclesiæ, quia de præsenti penes Ecclesias existunt.

Vnus autem ex dominis Doctor de Regio consilio civili, per dictum dominum Cancellarium in consultorem similiter nominatus, fuit voti, & opinionis, quod tenetur & debet pronunciare & declarare dominus Cancellarius, competentiam iudicis ecclesiastici de iure procedere, tàm respectu fructuum decimalium, quàm primitialium, neutram partem in expensis condemnando, demptis sex ducatis pro salario Consiliariorum, in quibus *Ludovicus Tucar* debet condemnari. Ex eo, & aliàs, etiam respectu fructuum primitialium, debet declarari, competentiam iudicis ecclesiastici procedere, sicut respectu decimalium: quia inter concessionem utrorumque fructuum nulla apparet differentia, & æquè illarum sunt incapaces laici, nisi ex privilegiis summorum Pontificis competat jus illas percipiendi, vel à tempore immemoriali ante Conc. Lateran. quod ex diuturnitate temporis præsumitur. Et licèt respectu serenissimorum Regum Hispan. & præsertim Aragonum, de concessionibus fructuum decimalium & primitialium, ex privilegiis summor. Pontific. non sit dubitandum, & pro notoriis habeantur; minimè tamen constat, neque ex tenore illorum, neque ex effectu, aut observantia subsequuta, tale ius eis simpliciter donatum fuisse ex mera gratia, sed saltem cum onere dotandi & sustentandi Ecclesias, ne omninò tale ius abdicatum & expropriatum à sede Apostolica videatur; nisi expressè illud in privilegio dicatur: quòd nunquam sine legitima causa fieri posse dicendum est. Respectu tamen universitatum, & laicorum, quibus ius percipiendi primitias competere videmus, cum de origine & titulo istius concessionis non constat, & signanter de privilegio aliquo Pontificio, vel Regio, sed solum ex antiquâ possessione, & præscriptione temporis immemorialis, competere ius percipiendi primitias; id iure feudi, vel emphyteusis, competere dicendum videtur, cum de aliquo titulo non constet, iuxta veriorem Doct. sententiam, vel saltem cum onere sustentandi Ecclesias: quod observantia subsequuta planè demonstrat, videlicet, universitates quam plures, vigore iuris percipiendi primitias, obligatas esse ad reparandas Ecclesias, & sumptus faciendos in re vestuaria, & ornamentis, & iccalibus ad cultum divinum necessariis, ad quod faciendum quotidiè distringuntur per iudices ecclesiasticos, quod fieri non posse videretur, si primitiæ omninò essent profanæ. Cumque eâdem causâ, & ratione oneris annexi sustentandi Ecclesias, (quidquid de feudo vel emphyteusi in præsumptione sit) non possint universitates subterfugere aut declinare iudicium ecclesiasticum, nulla ratio suadere potest, laicos, qui ad decimarum & primitiarum solutionem tenentur, super iure solvendi, vel non solvendi illas, iudicium ecclesiasticum declinare posse; cum illarum usus in sustentandis Ecclesiis convertendus sit, quæ sola qualitas iurisdictionem iudicis Ecclesiastici circumferre planè constat, quod in præsenti casu concurrit; quia conventi *per Ludovicum Tucar* conductorem decimarum & primitiarum loci *de Villa nueua de la Gueraa*, simpliciter negarunt, se ad illarum solutionem teneri sine discrimine, & nulla facta distinctione inter decimas & primitias, & tanquam laici, iuris firmam præsentarunt: unde orta est competentia utriusque iudicis, & quis iustius induat arma iurisdictionis. Neque dicendum videtur, potius super iure, quam super facto controversiam motam fuisse super competentia: quam in favorem iudicis ecclesiastici, ex supradictis, & rerum iudicatarum exemplis, in huiusmodi causis, etiam primitialibus, in huiusmodi consistorio, satis declarandam fore censeo.

Ad præsentem decisionem, & materiam illius, iustificationemque rei iudicatæ, plurimum conducit decisio Rotæ, inter Archiepiscopum, & capitulum *sedis Valent.* & Ecclesiam *Gandiens.* ideo hic inserendam decrevi, ubi multa notabilia & pulchra ad decisionem multorum adnotantur.

### *Decisio facta in causa Valentin. decimarum Mercurij. 2. Junij 1599. corâm R.P.D. Hieronymo Pamphilio eiusdem causæ iudice.*

DVbitavi, an Archiepiscopus & capitulum *Valentin.* probent decimas, de quibus agitur, eis debitas; & fuit per dominos unanimiter resolutum, probari constat enim ex testibus in hac causa examinatis, terras, ex quib. hæ decimæ colliguntur, sitas esse in diœces. *Valen.* & intra suos limites: & sic intra ditione duarum partium, ex tribus omnium decimarum diœces. *Valentin.* facta Archiepiscopo & capitulo, pro donatione Ecclesiæ Cathedralis, per dominum *Iacobum Regem Aragonum*, ad quem spectabant illæ decimæ, ex privilegio Apostolico † *Vrbani Secundi*, concesso *Petro Hispaniarum Regi*, & suis in Regno successoribus in genere suo.

Et de validitate concessionis Vrbani non videtur amplius ambigendum, quia est facta à Pontifice, cuius potestas amplissima est, *Clement.* [illegible] *in fin. ut lit. pendent.* & ad recuperationem Regni à manibus Sarracenorum, sive Maurorum: & est

Doct. Secun. refert ad [illegible]

& eſt facta ex cauſa tunc temporis urgentiſſima, ſcilicèt alliciendi Regem ad recuperationem Regni à manibus Sarracenorum; qui illud cum tota Hiſpania occupaverunt, ut notat Hoſtien. *in ſumma de decimis. §. tertio quæritur, colum. 1. verſic. Sed ratio debet*, & de hac conceſſione tradit Petr. Bellug. *in Spec, Princip. tit. de decim. numer.* 34. Rebuff. *in tract. de decim. quæſtione 13. numer.* 110. & fuit approbata per Rotam in aliis cauſis Archiepiſcopi & capituli contra regulares & contra Ieſuitas, coràm R. P. D. Decano, Non obſtat, quod in hoc privilegio Vrbani conceſſio decimarum dicitur facta proceribus Regni tantum; non autem ipſi Regi, cui ſolum videtur conceſſa facultas diſtribuendi Eccleſias villarum quas in Sarracenorum terris capere poſſent, vel in ſuo Regno ædificare fecerint; quia præter id quòd dici poſſet, quòd cum diſtributione Eccleſiarum tranſeat & decimæ debitæ Eccleſiis diſtributis, dixerunt domini contrarium conſtare ex lectura privilegii: poſtquam enim Vrbanus conceſſit privilegium Regi, & ſuis ſucceſſoribus diſtribuendi Eccleſias prædictas, & hoc privilegium communicavit etiam proceribus Regni, & generalitèr ſubdit, *in §. Sancimus*, ut Eccleſias, quas in Sarracenorum terris iure belli acquiſiverint, vel in eorum propriis hæreditatibus fundaverint, cum primitiis, & decimis propriarum duntaxat hæreditatum eis liceat retinere, & ſic, tam proceribus Regni, quàm ipſi Regi, & ſuis in Regno ſucceſſoribus, (de quibus omnibus ſupra locutus fuerat) Nulla enim adeſt ratio, cur Papa cuius intentio erat, ut Regnum à manibus infidelium eriperetur, plus voluerit concedere proceribus, (quibus privilegium per viam communicationis conceſſum eſt) quam Regi, & eius ſucceſſoribus, quibus principalitèr conceſſum fuit;
34 & † quorum opera & potentia erat magis neceſſaria ad Regni recuperationem *l. talis ſcriptura, § fin. cum ibi notat D. de legat. 1.* Abb. Dec. & alii, *in cap. ſecundo requiris, de appellat.*

35 Quòd † etiam ſuadet obſervantia ſubſequuta, optima privilegiorum interpres, *l. ſi de interpretatione, D. de legib.* iuxta enim hunc intellectum fuit facta conceſſio decimarum Archiepiſcopo & capitulo per Regem Iacobum, qui una cum ſuis ſucceſſoribus gaviſus eſt, tertia parte ſibi in donatione reſervata; & conſtat etiam de quaſi poſſeſſione univerſali Archiepiſcopi & capituli percipiendi duas partes, ex tribus omnium decimarum, diœceſ. Valentin. iuxta firmam iſtius donationis.

36 Et quòd † iſta conceſſio decimarum Vrbani, ſit principalitèr facta Regi & ſuis ſucceſſoribus, teſtantur Petr. Belluga, *in dicto titulo: de decimis numer. 29. cum pluribus ſequentibus.* Rebuff. *dict. quæſt. 13. numer. 1*[illegible]. & ex hiſtoricis Petr. Anton. Beut. *libr. 2. Chronic. Hiſpan. capit. 9. in fin.* Hieronim. Zurita, *lib. 1. Annal. Arag. capit. 32. circa fin. & in lib. 1. indicum de reb. à Regib. Aragon. geſtis, anno* 1104. Lucius Marinæ Sicul. *lib. 8. de reb. Hiſpan. capit.* 13. Francil. Torral. de regib. *Hiſpan. in vita Alphonſi Sexti* Martin de Viciana *libro tertio Chron. civit. & Regn. Valentia*, Ioannes Marianna Ieſuita, *libr. 10. de reb. Hiſpan. capit. 7.* Bernard Gom. Mides, *lib. 13. de reb. geſtis, Don Iacobi primi* & alij, qui hiſtorias illorum Regnorum ſcripſerunt: quibus in hac materia tanquam antiqua; præſertim iuncta obſervantia non modicum eſt deferendum, *l. 1. D. de offic. quæſtio.* gloſſ. *verb. ſed contra, in capit inter dilectos*, & ibi Felinus *num. 12.* & *alij de fide inſtrum.* Doct. communiter, *in l. 1.* Bartol. *numer. 2.* Iaſ. 25. Ripa. 72. *D. ſi cert. petat.* Ægid. *deciſ.* 70. Pariſ. *conſil. 1. num. 15. lib. 1.*

Non obſtat, quòd † conceſſio fuit facta Petro Hiſpaniarum Regi; & eius ſucceſſoribus in Regno, & genere ſuo: quia prædictus Petrus huius nominis primus, qui erat filius Sanctii Regis Aragon. ut patet *ex inſcriptione capit. de neptis 31. quæſtione 2.* tunc temporis erat Rex Aragonũ & Navarræ, ubi ipſe præerat, & non Rex Caſtellæ, quam tunc obtinebat Alphonſus Sextus. ita Petr. Bellug. *dicto titulo de decim, numer. 36. & 39.* Rebuffus. *ubi ſupra, dict. quæſtione, 13. num.* 110. & tradunt Hiſtorici ſupradicti, & ab hoc Petro, quinque Regibus interpoſitis per legitimam ſucceſſionem, deſcendit iſte Iacobus huius nominis primus, qui donavit has decimas, de quibus agitur Eccleſiæ Valentinæ, & patet ex ſucceſſione Regum Aragonum, quam tradunt prædicti hiſtorici; & magis dilucidè Hieronymus de Blancas, *in ſupputatione Regn. Aragon.* Non obſtat, quòd huiuſmodi privilegium loquatur de decimis Eccleſiarum in terris, iure belli recuperatis à Saracenis, vel in eorum propriis hæreditatibus fundatis, & hoc probãdum ſit ab Archiepiſcopo, & capitulo, qui privilegio utuntur, *l. 1.* ubi Bart. *D. ne quid in flum. publ.* & de ſimili privilegio adeſt Deciſio Paleſti 313. *incipit Clemens ſeptimus* quia notiſſimum eſt, totũ † Regnum Valentiæ, 38
quod una ſimul cum univerſa Hiſpania, fuerat occupatum à Mauris, fuiſſe per Regem Iacobum illius nominis primum ereptum è manibus Saracenorum, & infidelium, & in ſpecie locum, ſeu oppidum de Gandia ut tradit Petr. Anti. Beut. *lib. 2. Chronic. Hiſp. capit. 14.* & Bernat. Gom. *libr. 13. de rebus geſtis, Iacobi Regis.*

Et iis ſtantibus, minus eſt dubitandum de validitate donationis ipſius Regis, & de ipſius poteſtate donandi has decimas Archiepiſcopo & capitulo; quia † licet regularitèr uti laicus, non 39
poſſet donare decimas ſpirituales, *capit. dudum, de decimis*: tamen aliud eſt dicendum in iſtis ſibi donatis à ſede Apoſtolica, quas poſtea in bello acquiſivit; & donare potuit ut tradunt omnes *in capit. dudum.* Innocentius *in fin.* & ibi Hoſtien. & Ioannes Andre. *colum. fin.* Antonius de Butr. *num. 15.* & Abb. 12. Rebuff. *in dict. tract. de decimis, quæſtione. 7. numer. 13. verſic. VI. timus*, Rodericus Suarez *allegat. 28.* & de ſimili donatione Regis Caſtellæ factæ Epiſcopo; fuit dictum in cauſa Curien. iuriſdictionis, & in ſupra dictis aliis cauſis Archiepiſcopi, & capituli Valentin. coram R. P. D. Decano & coràm me.

40 Maximè, cum donatio à ſede Apoſtolica fuerit facta Regi cum clauſula, † *Dummodo cum neceſſariorum adminiſtratione, divina in dictis Ec-*

X 3

*clesiis ministeria ritè à convenientibus personis celebrari faciant,* * quod ostendit, datam fuisse regi facultatem pro administratione cultus divini donandi aliquam partem decimarum, alia retenta prout fecit in hoc D. Iacobus qui liberavit hoc est donavit Archiepiscopo & capitulo pro donatione Ecclesiæ, cathedralis Valentin. duas ex tribus partibus omnium decimarum totius diœcesis Valentin. retenta sibi tertia, quam etiam, in maiorem Ecclesiæ dignitatem, voluit recognoscere in feudum ab ipsa Ecclesia, ut tradit Petrus Bellug. *in dict. tit. de decimis, numer. 39. cum sequentibus.*

40 Mos † est ab antiquissimo tempore in Sacra Rota Romana receptus, in causis gravioribus determinandis, pro maiori litigantium satisfactione, easdem partes litigantes, & resolutionibus semel factis non acquiescentes, iterum super eisdem denuò audire, atque secundo eandem causam proponere, & quæ denuo allegantur & producuntur, studiosius intueri; & si releuantia sunt, à semel iam primò resolutis recedere; sin autem minus, in decisis persistere. Cum verò Ecclesia de Gandia, præinsertæ resolutioni non assentiret, placuit dominis iudicibus, illam secundò super eandem audire, & iterum causam super eisdem (ut vulgari phrasi dici solet) reproponere: qua proposita, dicta ecclesia multa denuo in suum favorem, contra resolutionem factam excitavit, & multa iam in prima positione allegata, & discussa iterum repetivit.

Quibus autem minimè obstantibus, domini Auditores steterunt in principio resolutis *die veneris, 10. mensis Decembris eiusdem anni* 1599. prout ex sequentibus constabit.

Respectu autem Religiosorum, videlicet Dominicorum S Hieronymi, & Iesuit. prætendentium exemptionem à solutione decimarum, vi-
41 gore † suorum privilegiorum quibus derogatur *in capit. nuper de decim.* Iam bis fuit in Rota, nemine contradicente, resolutum, istis Religiosis sua privilegia non suffragari, videlicet *die nona Iuny.* 1597. coràm R. P. D. Pamphilio in causa Valent. decimarum, & iterum in eadem, coràm R P. D. Seraphino Rotæ Decano *5. Iulij* 1598. Et ratio est, quia in privilegiis istorum Religiosorũ non fuit facta mentio istius donationis Regiæ, seu tituli specialis, quo Episcopi & capitula Ecclesiarum Hispaniæ possident decimas ex Regia donatione seu titulo, & tamen de illis specialem mentionem facere oportebat Rodericus Suarez *allegat.* 28 quæ placuit Rotæ. Nec obstat Cassad. *decisio 1 de privileg.* quia fuit responsum illam procedere respectu decimarum debitarum de iure communi, secùs autem esset, respectu decimarum debitarum Episcopis & capitulis Ecclesiarum ex titulo speciali, de quo in privilegio religiosorum non fuit facta mentio. Occasione supradictæ competentiæ fuit quæsitum de ratione differentiæ, quare aliquando permittitur iudici laico cognoscere de possessorio & facto rerum spiritualium, ut in possessorio retinendæ in beneficiis, & aliquando non, ut in quasi possessione clericatus, & similitèr in materia decimarum & similibus conducentibus ad supradictam com-
petentiam. Est igitur † constituenda differentia inter iura spiritualia, seu ecclesiastica, quam etiam facit Navarrus, *in capite novit, sexto notabili, numer.* 44. *de iudic.* interrogans causa quare de quæstione facti circa ordines, utrum scilicet quis sit ordinatus, nec ne non cognoscit sæculares nec etiam de quæstione facti hæresis, & tamen cognoscit de quæstione facti aliarum rerum ecclesiasticarum & spiritualium, an iuramentum intervenerit, *capit. licèt mulieres, de iureiurando, in sexto,* utrum quis contraxerit matrimonium, nec ne; ut ex cõmuni resolvit Barbosa, *in l. Titia, n.* 24. *vers. Sed his non obstantibus solu, matrimo.* & etiam cognoscit de quæstione facti usurarum, compellẽdo usurarium restituere, ubi partes fatentur actum esse usurarium *capit. per vestras ablem, de usuris,* & etiam cognoscit de quæstione facti decimarum, ex Barbosa *ubi supra* Excommunicationis, iuris patronatus, præsentandi, eligendi; & similium: nam aliquando causa spiritualis, de qua agitur, talis est, quòd in ea nõ sufficit constare de facto, & quasi possessione, sed veritas & legitimatio tituli ostendenda est, & tunc sæcularis non cognoscit, etiam de quæstione facti, quia quæstio facti, & quasi possessio, per se nihil facit ad effectum, de quo agitur, unde frustra tractabitur per sæcularem, *argumento, l. ad probationem, C. de probat. cap. dilecti filij, de exception. c. fin. de caus. poss. & prop.* Bald. *in auth. ei qui iurat. num.* 27. *C. de bon. autor. iud. possid.* Ias. *in l. quoties, num.* 8. *C. de iudicij* Barbos. *ubi sup. n.* 27. *cum seqq.* exemplum in causa clericatus, in qua † si quis opponat, se clericum esse; 43
ad effectum, ut de eo solus ecclesiasticus cognoscat. *iuxta cap. clerici de iudic.* non sufficit probare coràm ecclesiastico, se esse in quasi possessione clericatus, sed debet probare, se ritè & rectè fuisse ordinatum, *can. legum.* 2. *q.* 1. *capit. cum a deo de rescript. capit. ex literis de transact.* multi enim sunt in quasi possessione clericatus, qui tamen clerici non sunt, neque debent gaudere privilegiis clericorum *c.* 2. *de clerico non. ord. minist.* Domi. Franc, & alii, *in c. si iudex laicus de sentent. excomm. in 6.* Ratio est, quia hæc quasi possessio habet admixtam causam proprietatis, nos *de inhibit. c.* 8. § 3. *n.* 31. *&* 35. & sic propter hanc commixtionem dicitur res spiritualis. Pacian. *consil.* 164. *n.* 11. Fontan *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 13. 2. *P. n.* 38. ubi declarat *d. c. si iudex laicus.* Quòd adeo verum est, ut licèt laicus fuerit remissus ad iudicem ecclesiasticum tanquam clericus, nihil ominus tenetur probare, se ritè ordinatum, & sic clericum esse Domin. & Franc. *in d. c. si iudex laicus, in fin* ubi glos. *verb. præsumptionem.* & in vim istorum procedit text. *in d. c si iudex laicus, in princ.* ubi † quæstio de mero 44
facto, an quis sit clericus, debet discuti coràm ecclesiastico, secundùm communem Iul. Clar. *in §. fin. q.* 36 *vers. regulariter* & sic Covarr. *pract. c.* 35. & alii per nos, *d. §. n.* 17, relati, tenent, quòd † laicus de nullo possessorio beneficii 45
possit cognoscere, quia possessio beneficii sine titulo non datur glos. *in Clement. unica de caus. pos. &*

46 *poſ. & propr.* Pacianus, *ubi ſup. num.* 111. quòd † modificatur procedere, quando verus titulus eſſet neceſſarius, veluti in petitorio beneficii, & poſſeſſorio adipiſcendæ: ſecùs autem, quando ſufficeret coloratus ut in interdicto retinendæ, de quo ſtatim dicam: alia exempla, in quibus quaſi poſſeſſio non ſufficit, & eſt neceſſe veritatem tituli oſtendere; ut ſic ſæcularis de eis non cognoſcat, vide per Rotam, *deciſ.* 8. *numer.* 2. *de cauſ. poſſ. & prop. in ant. quæ, & deciſ.* 7. *num.* 3. *de teſtamentis in antiquis, & deciſ.* 2. *de probation. in collectis ubi ſupra*; & ad hunc effectum, cognoſcendi de perſona clerici, vel remittendi eum, à pari procedunt, eſſe clericum, vel beneficiatum, Gramat. *deciſ.* 81. *in fin.* Barboſa. *in l. Titia, num.*
47 31. *ſolut. matr.* aliud exemplum, in quo † de quæſtione facti non cognoſcit ſæcularis, eſt in crimine hæreſis, in quo nec de iure, nec de facto cognoſcit iudex ſæcularis, ad finem iudicandi Barbo. *nu.* 37. *ubi ſuprà, cap. ut inquiſitionis.* §. *prohibemus, de hæreticis, in* 6. quia quæſtio facti non eſt ſeparabilis à quæſtione iuris, ſi tractatur de puniendo hæreticum: quia non ſufficit, dixiſſe verba hæreticalia; niſi ſcienter, & cum pertinacia dicantur ut ibi Fontan. *ubi ſup. clauſ.* 4. *gl.*
48 13. *p.* 2. *n.* 41. Hæreticus † namque formalis nullus eſſe poteſt, niſi qui mente ſeu animo pertinacitèr affirmat aliquid contra fidem Doct. *in cap. dubius, cap. firmiſſimè, de hæret.* Paramo. *de orig. Inquiſit. q.* 10. *n.* 54. *Can. qui in Eccleſia,* 24. *q.* 3. *ca. ad abolendam.* §. 1. *de hæret. c. excommunicamus,* 1. §. *adiicimus, verſ. ſi qui verb. ex eis eodem. tit.* & ſic requiritur diſſenſus à fide, qui eſt actus intellectus: nam ſi non animo & intellectu quis diſcedat nec pertinacitèr, ſed tantum erroneè, vel practicè, ſeu materialitèr, non erit hæreticus, Paramus, *ubi ſup. nu.* 8. *&* 69. *cum ſeqq.* & ſic intelligit Axia *c.* 1. *de hæreticis, in eo loco* Procedunt etiam ſupradicta in quolibet poſſeſſorio rei ſpiritualis, in quo eſſet tractandum neceſ-
49 ſariò de vero titulo: nã † propter illam connexionem, non poſſet iudex ſæcularis cognoſcere de quæſtione facti, inſeparabili tunc à quæſtione iu-
50 ris. Aliquandò † verò cauſa ſpiritualis eſt talis, quod ſufficit conſtare de facto, vel quaſi poſſeſſione iuris, nec requiritur veritas tituli: & tunc ſecularis iudex de cauſa facti cognoſcit, ita Doctores, *ſup. citati*, in caſu contrario allegat multos Fontanella, *ubi ſuprà, num.* 25. quia talis cauſa nõ eſt ſpiritualis, Barboſa, *numer.* 28. *&* 30. etiamſi in ſententia facti faciat mentionem de legitimitate tituli per modum cauſæ incidentèr, ut ſuprà dixi, & ſic cognoſcit iudex ſæcularis, de quæſtione facti in cauſa matrimonii, iuriſiurandi, decimarum, & excommunicationis *ca. decernimus, de ſententia excommu. in* 6. ubi ſolum quæritur in facto, an contra aliquem ſit prolata ſententia excommunicationis, ut excludatur a iudicio: ita Fontanella, *d. clau.* 4. *gloſ.* 3. 2. *p n.* 28.
51 *cap. ſignificavit, de teſtibus*, ubi † de quæſtione facti iuris patronatus agit laicus iudex, Fontan. *numero, vigeſimo no o.* & de poſſeſſorio iuris patronatus, præſentandi eligendi, & ſimilibus ut latè ſcripſimus *in quæſtione, ſexageſima quinta. per totam*, in his enim cauſis ſpiritualibus & eccleſiaſticis, ſufficit de ſolo facto conſtare; ſive de quaſi poſſeſſione, nec requiritur veritas tituli Barb. *numero, vigeſimo octavo.* unde † iudex 52
laicus cognoſcet de quæſtione facti, in matrimonio, veluti, an matrimonium fuerit de facto contractum, vel non, vel an quis natus ſit ex tali matrimonio: ſecùs verò, de ipſius validitate, ſecundũ Bart *in l. Titia n.* 6. *D. ſoluto mat.* quando verò ſolum dubitatur, utrum matrimonium ſit contractum in facie Eccleſiæ, vel clandeſtinè, ut ſic conſtituatur utrum filius cenſeri debeat legitimus, propter ignorantiam parentum, vel unius ex illis, *cap. ex tenore, qui fil. ſint leg.* & ſic ex matrimonio putativo, & non dubitant partes de valore matrimonij, tunc de hac cauſa, quia ſolius facti eſt, cognoſcit iudex ſæcularis; & facta pronunciatione ſuper facto, proles erit legitima, vel non, ex diſpoſitione iuris, *capit. cum inhibitio,* §. 1. *de clandeſtina de ſpo ſ. cap.* 2. *capit. pervenit, qui fil. i ſint. leg.* & ſic in his caſibus cognoſcit iudex laicus Bartolus *in l. Titia numer.* 6. Alex. 7. ubi de communi. Barboſa, *numer.* 22. *verſ. ſecund. concl. & n.* 24 ubi alii Abb. *in c. cùm ſit, n.* 17. *de foro comp.* Covar. *de ſponſ.* 2. *p. c.* 8. 9. 12. *n* 3. Eſt enim hæc cognitio omninò ſeparata à cognitione cauſæ ſpiritualis, & pronuntiabit iudex per modum cauſæ, ſuper legitimitate. Fontan. *ubi ſup. numer.* 30, *&* 31.

Et ſic † quando agitur de clericatu ad ſolum 53
finem remittendi; tunc ſufficit poſſeſſio, circa factum, & tunc cognoſcit iudex laicus, & ſe informat ad eum finem, & ſi de quaſi poſſeſſione clericatus per titulum, vel aliàs, remittit reum: in poſſeſſorio autem clericatus, ad finem cognoſcendi de clericatu, quia requiritur veritas tituli, ideo ſola Eccleſia cognoſcit. Et idem † eſt in fa- 54
cto decimarum, & beneficij, quando ſcilicèt ad hoc ſufficit quaſi poſſeſſio. iuxta Rot. *deciſ.* 8. *de cauſ. poſſeſ. & propr. in antiquis.* Nam cognoſcit laicus: quia, licèt in beneficialibus debeat conſtare de colore tituli, gloſ. *fin. in Clem.* 1. *de cauſ. poſ. & prop.* tamen hæc cognitio diverſa eſt à validitate & veritate tituli, quia, licèt cognoſcat laicus de titulo colorato, poſtea debet pronunciari de veritate tituli, *c. cum noſtris, de conceſ. præb.* Navar, *in c. cum contingat,* 1. *rem. pag.* 145. *de reſcrip.* Barb *ubi ſup. n* 31. At ubi in decimis, & beneficio, non ſufficeret quaſi poſſeſſio, ſed requireretur veritas tituli, tunc procederet opinio Covar. ut nec de poſſeſſorio aliquo cognoſceret laicus, veluti in poſſeſſorio adipiſcendæ, in quo benè procedit eius opinio; & ſic quæſtio, utrum debeatur decima, eſt quæſtio iuris, & à ſolo eccleſiaſtico terminanda eſt, licèt in Hiſpania ſe intromittant iudices ſæculares, quando decimæ inſolitæ petuntur ſecundùm Covarr. *pp. q.* 17. *numero octavo* Vaſqui *contr. illuſt. capite* 89. Gut. *ad ll. Regni.* 1. *p. q.* 14. *numero, quinto.* Covar. *pp. q.* 35. *numero, primo. verſ. quarto.* hæc enim praxis eſt iuſta, Feder. *conſ.* 245. Barb. *in l. Titia, numero* 4. ubi Rõ. *n.* 6. *ſolu. mat.* Iaſ. *conſ.* 93. *n.* 1. & ſæpè hanc praxin iuſtificat per viã violentiæ, quia poteſt laicus ſe præſcriptione eximere à ſolutione decimæ illius, *c. in aliquibus*, ubi gloſ. *de decim.*

*ta, numer. 37. in fin. C. de confes.* Alexand. *in l. Titia. numer.* 8. *solut. matr.* Corneus, *consil.* 227. *lib.* 3. *numer.* 6. & de hac quæstione cognoscit tunc laicus; quia, cum non disputetur de titulo matrimonii, vel rei spiritualis, ex quo quæstio iuris decisa est partium confessione, vel alio notorio, valebit pronunciatio super tali iure, quantumcunque de eo fiat mentio per modum causæ. Vide Bellug. *in Specul. rubr.* 11. §. *de usur. à numer.* 10. & hoc modo cognoscit laicus, utrum iuramentum fuerit interpositum tantum, non se intromittendo de validitate illius, *c. licèt mulieres. de iureiur. in* 6. & etiam compellit usurarium restituere usuras, ubi partes fatentur esse usuram, *cap. per venerabilem, de usur.* Vbi igitur notoriè constat de titulo cognoscit laicus per modum causæ incidenter. Barbos. *numer.* 22. *&* 24. quia, quando de causa incidenti ecclesiastici sæcularis non cognoscit via ordinaria, sed summariè, veluti, quia constat notoriè per confessionem partis, vel aliàs, potest super ea pronunciare per modum causæ, non principaliter. Navar. *in cap. cum contingat, 1. remed. pag.* 149. Barbos. *numer.* 30. extra casum autem notoriæ cognitionis, distinguendum est, ut suprà; data tamen notorietate, cognoscit laicus per modum causæ.

Ratio autem, quare, ubi agatur de facto quæstione, seu quasi possessione rei spiritualis non requiratur veritas tituli, & hoc casu cognoscat sæcularis, veluti quando est quæstio, an decimæ solutæ sint, nec ne, vel iniustè occupatæ, vel agatur tantum de fructibus, ea est, quia cognitio super facto, omninò separata est à cognitione causæ spiritualis, & sic sæcularis contra laicum de ea cognoscit. Abbas, *in capit. cum sit, numer.* 17. *de foro compet.* & ibi Felin. *numer.* 1. Couarruv. *de Spons.* 2. *part. cap.* 8. §. 12. *numer.* 3. Barbos. *in l. Titia. numer.* 22. *versicu. secunda, conclusio.* Et hoc casu, ubi sola quasi possessio sufficit, non solum cognoscit sæcularis secundum Barb. *num.* 29. sed etiam compellit clericum, si est quæstio de clericatu, ut doceat de illo, aliàs procedet ultra, ut *ibi, num.* 29. & est communis & vera opinio. Et sic hæc quæstio à laico definiri potest. Secundum

61 Doctores supradictos. Et † in hac quæstione facti, non tantum laicus cognoscit, ut suprà, sed etiam ecclesiasticus, & sic est mixti fori, & locus præventioni. Ita Barbos. *ubi supr. numer.* 48. ubi allegat multos, & idem, ut ibi, quando de fructibus agitur; nam & erit mixti fori, etiamsi clericus agat contra laicum, in quæstione facti. Quòd

62 † si agatur de iure decimarum, & earum exemptione in vim privilegii, sola Ecclesia cognoscit. Covarruv. *pract. c.* 35. *num.* 2. dicens communem; Gutierrez, *pract. libr.* 3. *quæstione* 26. *num.* 1. *&* 2. Quòd si decimæ sint translatæ in laicum à Romano Pontifice, vel habente potestatem, tunc sive de iure, sive de facto agatur, solus laicus iudex cognoscit privativè. Covarruv. *ubi sup. versic.* 3. dicens, ita in Gallia practicari. Sequitur Ioann. Rupelan. *lib.* 1. *forensium institutionum, cap.* 25. licèt sint translatæ cum onere dotandi Ecclesias, ut ibi Covarruvias, conductores etiam, & emptores decimarum, non coràm ecclesiastico, sed coràm laico conveniri debent. Covarruvias, *ubi sup. versi.* 5. *&c.* Nisi se submiserint in contractu iurisdictioni ecclesiasticæ; idque, sive conveniantur à clericis locantibus, ut tenet Covarruvias, quia tunc non agitur de recuperandis decimis ab his, qui eas tenentur solvere; sed de exigendo pretio, sive inter laicos agatur, quia scilicet sint laici, tàm qui exigunt, quàm hi, à quibus exiguntur fructus. Azeved. *lib.* 1. *titul.* 15. *lei.* 1. *num.* 4. *versic. & sic quantum.* Sequitur Gutierrez, *pract. lib.* 3. *quæstione.* 26. *numer.* 11. Hæc fuerunt dicta in supra dicta competentia, per dominos illos doctissimos Consiliarios, & per dominum Cancellarium doctissimum virum, ac sanctissimi Prætorii contra hæreticam pravitatem Consultorem dignissimum, à 26. annis usque. Secundum quæ ferè omnes competentiæ metiri ac decidi poterunt. Nam cùm in supra dicta competentia primitiæ translatæ reperiantur ad possessores universitatum, meritò illarum respectu, pro iudice sæculari privativè iudicatum fuit. Quam quæstionem refert Sese *de inhibitionibus Arag.* 2. *part. quæstion.* 62. *per totam*, cui nihil addimus, neque detrahimus, quia benè & eruditè scripta est, & in his cognitionibus valdè utilis & necessaria.

## SVMMARIVM.

1 *Iudex conservator proferendo sententiam nullam, an de nullitate tractare possit.*
2 *Capellæ Tholosanæ decisio reprobatur.*
3 Lex iudex postea quam, D. de re iudic. *declaratur.*
4 *Iudex delegatus sive benè iudicaverit, sive malè functus est officio suo.*
5 Cap. cum in literis, de officio & potest. iudicis delegati, *declaratur.*
6 *Iudex delegatus ad universitatem causarum, habet vices ordinarij.*
7 *Consensus partium nihil operatur, quando prohibitio consistit in resistentia iuris.*
8 *Sententia nulla, non validatur per partis consensum, nisi in vim pacti.*
9 *Conservatoriæ literæ non dantur, transacto quinquennio.*
10 *Pontifex solus concedit literas conservatorias.*
11 *Pontifex solus potest prorogare quinquennium conservatoribus.*

## QVÆSTIO XXVI.

*Utrum iudex ecclesiasticus conservator faciat vim cognoscendo de nullitate suæ sententiæ.*

SOlet dubitari, an † si conservatores profe- 1
rant sententiam nullam, ex aliqua causa, possint illi de sententiæ nullitate cognoscere? Et † in 2
partem negativam fuit resolutum in capella Tolosana. 38. per text. † *in l. iudex postea quam D.* 3
*de re iudic.* ubi † iudex, sive benè, sive malè iu- 4
dicaverit, functus est officio suo *l. si ut proponis, C. quomodo, & quando iudex* Innocentius, † *in ca-* 5
*pit. cum in literis, de officio & potest. iudic. deleg.*
ubi

*num. 4. C. si de momentanea possessione*, ut tradit Surdus *decis.27. numer.10. cum sequentibus*, quidquid teneat Albanus, *consil.238. numer* 11. contra quem noviter, tam doctè, quam eruditè, tenet Magnus Iurisconsultus Ioannes Baptista Costa, *in tractatu, de ratione rata, quæstione*, 153. *numer.* 8. quia sicut ab executione non datur appellatio suspensiva, *ut in dict. l. ab executione, & in dict. l. ab executore C. & D. quorum appellationes non recipiantur* ita nec à pronunciatione de exequendo rem iudicatam, aut aliam dispositionem executivam: & hæc est communis opinio, quæ observatur in palatiis, ut finis litibus imponatur, ut tradit Geminianus, *consil. 99.* & Guido Papæ *consil.574.* Corneus *consil. 71, numer. 21. volum. 1. & 22. in fin. volum. 4.* Alexand. *consil. 95. volum, 2.* Socin. *regul.26.* Ruinus, *consil.78, nu. 1. volum.5.* Socinus, Iunior. *consil. 138. numer 6. volum. 3.* Gratus, *respons.13. volum.2.* Rolandus, *consil. 43. num.5 volum.1.* Antonius Gabriel, *de appellatio-*
10 *nibus, conclus.4.* & sic † non licet appellare à declaratione comprehensa virtualiter in via executiva, & fine, qua sententia vel contractus exe-
11 cutioni mandari non potest, & sic † appellatio in via executiva est devolutiva, & non suspensiva similiter appellatio liquidationis erit devolutiva & non suspensiva, nisi detur excessus, vel gravamen, ut fuit resolutum *in dict decisio.* 100. *numer. 29. & 30.* ubi *numer. 32.* annectit optimum
12 verbum, quod † non liceat appellare à declaratione qualitatum & circumstantiarum in re iudicata comprehensarum; & sic non admittitur appellatio suspensiva à sententia, quæ non auget nec minuit circumstantiam, nec qualitatem sententiæ principalis, ut tradit Romanus, *consil.45. numer.2.* ubi bona additio & decisio Rotæ Romanæ, 271. *numer.2. in 1. parte*, quæ loquitur in sententia liquidatoria. Idem dicendum est in sententia solutionis pensionis, ita Gigans, *de pensionibus quæstione 45. numer.* 3. Ruginelus, *in tractatu de appellationibus, cap. 3. §. 2. nu. 277. &* Sigismundus Scaccia, *in eod tractat. quæstione, 17. limit. 7. num.4* ubi idem dicunt in solutione
13 subsidii, Si vero † sententia contineat gravamē, suspendit negotium appellatio; ut in decreto executorialium tradit Rota Romana, 208. *part. 3. numer. 2. & in decis.197. lib. 2. numer.1. & 218, lib.3. numer. 5. & 108. eodem lib. 3. numer.* 2. & vide Antonium Cucchum, *lib. 2. institut. mai.*
14 *tit. 4. numer.* 103. vbi hoc limitat, quando † causa committitur Cardinali, *appellatione remota*, quia etiam iusta appellatio, ratione, excessus, non admittitur, quod magis ex privilegio illorū, quàm de iure procedit.

SVMMARIVM.

1. *Appellatio non admittitur in interdicto retinendæ possessionis.*
2. *Casus de facto refertur, & quid in Regali Cancellaria terminatum fuit.*
3. Opinio Gutierrez, *refertur, & approbatur.*

## QVÆSTIO XXVIII.

*Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo in interdicto retinendæ possessionis, appellatione remota.*

PRO Declaratione huius quæstionis animadvertendum est, quod † in interdicto 1
retinendæ possessionis, si notoriè constiterit de possessione actoris, & reus nihil peremptorium allegaverit, appellationi locus non erit à prima sententia, ita tradit additio *ad decisionem capellæ Tolossanæ, finalis; versi. Quòd intellige*, & Puteus, *decis.278. in secunda parte, numer. 1.* & per consequens, licèt causa deferatur ad Curiam Regis, per viam violentiæ, remittetur, processus ad iudicem executorem, ut † in casu de facto con- 2
tingenti resolvit Gutierrez *canonicarum quæstionum, cap. 34. numer. 8.* qui loquitur in debitore annui census, ex quo fundata erat quædam capellania: & cum prima sententia fuisset executioni mandata, ab ea appellatum fuit, & processus ad Cancellariam Pincianam remissus, ubi iterum visa causa, ad iudicem executorem ecclesiasticum remissa fuit, ut constat ex verbis ipsius, ibi †. * 3
*Suam protulit definitivam adversus reos in possessorio, eamq., non obstante appellatione, verum executioni tradendum iussit, a quo, & ab executione prædicta sententia, quia una tantum erat, & quia lata à iudice ecclesiastico contra laicos, opposita prius declinatoria, cum appellatum fuisset, & causa ad Regiam Cancellariam Pincianam per modum violentiæ delata, ad eundem iudicem ecclesiasticū non semel decretis Curiæ remissa fuit, qui postea ad ulteriorem executionem processit, prout vidi in actu processus eiusdem causæ.** Et pro confirmatione illius opinionis est optima decisio Iosephi Ludovici, 69. *numer.* 7 ubi dicit, quòd attentata nō cadunt in remedio retinendæ possessionis, quod dicit notandum, cum sæpè contingat de facto, & est utile in cognitionibus, per viam violentiæ.

SVMMARIVM.

1. *Sententia lata in articulo,* * del interim * *exequitur non obstante appellatione.*
2. *Sententia,* * del interim * *exequitur in utroque foro, civili & canonico, appellatione remota.*
3. *Supplicatio non suspendit sententiam super articulo,* * del interim * *& num.9.*
4. *Sententia interlocutoria,* * del interim, * *durat usque quo sententia fuerit prolata in causa principali.*
5. *Iudicium,* * del interim * *est præparatorium iudicii ordinarii.*
6. Interim *conceditur, sine præiudicio possessionis, & proprietatis.*
7. *Citari debet pars in sententia,* * del interim.*
8. *Appellatio non admittitur in rebus quæ celeritatem requirunt, neque supplicatio.*

QVÆ-

## QVÆSTIO XXIX.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo appellatione remota in remedio quod vocant,* * del interim *

1 POtest † iudex ecclesiasticus vim facere, proferendo sententiam in remedio, quòd Hispani, * *del interim,* * vocant, admittendo appellationem, quia illud iudicium est summarissimũ, ut *in l. unica, C. si de momentanea possessione*
2 *fuerit appellatum,* quod † verum est in utroque iure, quando constat de evidenti iustitia, & possessione illius, pro quo sententia, * *del interim,* * lata fuit, ut colliges ex traditis per Covarruviam *practic. quæstione, capit.* 17. Sarmient. *lib.* 2. *selectarum, capit.* 13. *numer.* 9 Anton. Gomez. *in l. fin. Tauri, num. fin.* Menoch. *de retinenda possess. remedio ultimo,* Molin. *de primog. libr.* 3. *capit.* 13. *numer.* 70. & 71. Gutier. *can. capit.* 34. *à numer.* 103. *cum sequentibus.* Lancel. *de attentatis, cap.* 2. *par. capit.* 12. *limit.* 25. *numer.* 26. & dicit Gutierrez
3 *suprà, num.* 112. quòd † nec supplicatio admittetur in hoc summarissimo interdicto, ex Covar-
4 ruv. & Menochio *suprà* Etsic † durabit sententia interlocutoria, * *del interim,* * donec prima sententia lata fuerit super possessorio ordinario, ut docet Menochius, *suprà, folio mihi,* 241. *n.* 58.
5 quia † illud iudicium est solum præparatorium
6 iudicii ordinarii, & † sine præiudicio ipsius subsistit in causa possessionis, & proprietatis: & ita pluries obtinui tanquam advocatus, & iudicavi tanquam iudex.

Ex quo deducitur, quòd, si in iudicio ecclesiastico, super hoc articulo, * *del interim,* * interponatur appellatio, & protestetur Regium auxilium processus debet remitti ad iudicem causæ, ut procedatur in ea ad ulteriora, ut tradit decisio Rotæ
7 Bononiensis, 79. *numer.* 2. dummodo † in eo iudicio fuerit pars citata, adhibita causæ cognitione, ex qua constet de possessione auctoris, & de intrusione rei, ut docet Alciatus, *consil.* 37. *num.* 8.
8 *lib.* 6 quia † cum res celeritatem requirat, non est admittenda appellatio, ut probat text. *in l. quisquis, D. quorum appellationes, non recipiantur.* Menochius, *supr, numer.* 49. Paulus Parisius, *cõsil.* 39. *numer.* 3. ubi dicit, quòd appellatione pendente potest quis continuare suam possessionem, nec ex hoc dicitur attentare, vel innovare, Rodriguez *de annuis reditibus. libr.* 1. *quæst.* 17. *numer.* 51. ubi refert practicam Senatus Vallisoletani, & dicit, quòd appellatio ab interdicto, * *del interim* * non suspendit, sed devolvit causam ad superio-
9 rem, quòd limitat in supplicatione. Ego † verò non reperio rationem differentiæ, & sic in appellatione & supplicatione admittenda est nostra sententia, ut tradit Gutierrez *suprà,* quando iustitia actoris fuerit notoria in iudicio possessionis, & de intrusione rei constet evidentèr, & pro hac mea sententia est optimum *consilium* Albani, 641 *numer.* 7. ubi dicit, quòd prohibita appellatione propter naturam causæ, est prohibita supplicatio, nisi sententia fuerit iniusta & iniqua, idem tenet Navarr. *consil.* 608. *numer.* 9. *volum.* 3. per text. *in authent. quæ supplicatio. C. de precibus imperat. offerend.* Si vero iudicium fuerit ordinariũ admittenda est appellatio ad utrumque effectum, de iure canonico & civili, ut docet Magistraliter Costa, *in rubr. de iudiciis.* 1. *part. numer.* 105. ubi alios refert, & videnda est, cum casus contingat, *decisio.* 20. apud Marcum Antonium de Amatis ubi declarat istam materiam, & ibi, *numer.* 16. *in fin.* allegat dictas doctrinas.

### SVMMARIVM.

1 *Index ecclesiasticus non potest cognoscere de damnis & interesse quando alter excontrahentibus matrimonium de præsenti contraxit, fide non servata.*
2 *Casus de facto refertur ad quæstionem propositam pertinens.*
3 *Iudex aliàs incompetens, ratione incidentiæ efficitur competens.*
4 Capit. de prudentia, de donationibus inter virum & uxorem *declaratur.*
5 *Iudex ordinarius non potest cognoscere de causa nobilitatis principaliter secus incidenter.*
6 *Iudex secularis cognoscit incidentèr de iure patronatus, qui venit in universitate bonorum.*
7 Lex 4. §. si dicatur, D. finium regundorum *declaratur.*
8 Lex nullum C. de testibus, *declaratur.*
9 *Inez de decimales, ce noce incidenter, * *de omnibus casibus emergentibus.*
10 *Iudex arbiter cognoscit ratione incidentiæ.*
11 Cap. tuam, de ordine cognitionum *declaratur.*
12 *Iudex ecclesiasticus non cognoscit de hæreditatis successione, quæ incidentèr contingit in causa status.*
13 Capit. de prudentia, de donationibus inter virum & uxorem quomodo sit *intelligendum.*
14 *Dotis causa non potest tractari coram iudice ecclesiastico.*
15 Barbosa, *tres casus enumerat in quibus vult iudicem ecclesiasticum cognoscere posse de dotis restitutione inter Laicos: sed reprobatur.*
16 Capit. ex tenore, in fine, de foro competenti, *declaratur.*
17 Capit. significantibus, de officio de leg. *declaratur.*
18 Lex. in contractibus, §. fin. in fin. C. de nonnumerata pecunia *declaratur.*
19 Cap. de prudentia, donat. inter. vir. & uxor. *ponderatur.*
20 Cap. ex tenore, de foro competenti, *iterum ponderatur.*
21 *Casus de facto refertur super articulo violentiæ in dotis restitutione, divortio facto.*
27 *Dotis restitutio incidentèr peti potest, coràm ecclesiastico iudice.*

QVÆ-

## QVÆSTIO XXX.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, cognoscendo de damno & interesse, quando alter ex contrahentibus contraxit matrimonium, fide violata de contrahendo.*

PRo declaratione huius quæstionis, videnda sunt ea, quæ tradimus, *libro quarto, commun. quæstione 1. num. 165.* & hæc quæstio est multum notabilis & practicabilis, de qua semper dubium vertitur apud iudices ecclesiasticos & sæculares, quam pluries habui de facto, videlicet, utrum, sicut iudex sæcularis, ratione incidentiæ, non potest cognoscere inter personas ecclesiasticas, ut supra resolvimus, similiter etiam, nec iudex ecclesiasticus possit cognoscere, finita & extincta causa principali, inter personas sæculares, ut contingit sæpe in promissione de contrahendo matrimonio, cuius causa ad iudicem ecclesiasticum
2 pertinet. Si † verò contingat, quòd non obstante lite super matrimonio cum Maria, ipsa cum alio contrahat de præsenti, vel ipse cum alia, in tantum, quòd ipsa causa matrimonialis sit finita; dubium vertitur, an ipse iudex ecclesiasticus sit competens ad cognoscendum inter personas sæculares, super damnis & interesse, ex eo, quòd promissio matrimonialis non fuit adimpleta? an verò ad iudicem sæcularem, causa damnorum remittenda sit. Quod † habui de facto in alia causa matrimoniali Petri de la Canal, oppidi Sancti Martini de Valdeiglesias, adversus quem, & suam uxorem, cum qua legitimè contraxit per verba de præsenti, alter ex collitigantibus, cui ipsa uxor verbum de contrahẽdo dederat, petebat certa damna & interesse, coram ipso Vicario, cuius iurisdictio fuit declinata, ex eo, quia iam causa matrimonialis erat finita, & quod petitio damnorum & interesse, erat nova petitio, intentata à laico contra laicum, & per consequens iudicem ecclesiasticum esse incompetentem, & causam remittendam esse ad iudicem sæcularem. Et quia iste casus est valde controversus, & ad hos articulos per viam violentiæ necessarius, examinandum putavi, & quid iudicandum sit in utroque foro. Et inprimis pro iudice ecclesiastico satis urget regula textus *in l. quoties, C. de iudiciis*, ubi
3 † ratione incidentiæ, iudex incompetens efficitur competens, ut tradit Barbosa, *in l. Titia, 3. numero 21. D. soluto matrimonio*, quia alias causæ continentia divideretur, contra *legem nulli, C. de iudiciis.* Pro qua sententia videtur prima facie
4 textus expressus, † *in capite de prudentia, de donationibus inter vir. & uxor.* ubi, cui committitur causa matrimonialis, si differat sententiam de divortio, potest super restitutione dotis pronunciare, ibi: * *Quia igitur vos, qui de matrimonio principaliter cognovistis, & de dote (Quæ est causa incidens) accessoriè cognoscere valuistis:* Ergò similiter etiam super damnis & interesse iudex ecclesiasticus, ratione incidentiæ, erit competens, *cap. præterea, de officio delegati, capit. de prudentia, §. sexta, in fin. cap. suspicionis, de iurisdictione omnium iud. l. fin. C. ubi, & apud quos, l. fin. D. de in integ. restit.*

5 Facit etiam, quia † licet nullus iudex ordinarius possit cognoscere de causa nobilitatis, ut disponitur *in l. Regni*, poterit tamen procedere ratione incidentiæ, ut tradit Ioannes Gutierrez, *de iuramento confirmatorio, 1. parte, cap. 16. numero 7. per dictam legem, quoties, C. de iudiciis.* Otalora, *de nobilitat. 3. part. cap. 2. numero octavo*, Avendanno, *de exequendis mandatis, capite primo, numero 33. versiculo. vigesima causa.* Padilla, *in l. si ædibus num. 7. C. de servitutibus.* Et Ioannes Garcia, *de nobilitate, gloss. 1. numer. 28. & 33.* & similiter
6 † etiam iudex laicus, qui cognoscit de universitate bonorum, poterit cognoscere de iure patronatus ibi involuto & comprehenso, ut tradit Abbas, *in cap. quanto, numero nono, de iudiciis.* Quæ opinio corroboratur ex traditis per Palaciũ Rubeum, *in cap. per vestras, de donationibus inter vir. & uxor. notab. 2. num. 4.* Anton. Gomez, *in l. 50. Tauri, numero 53.* ubi dicunt, iudicem sæcularem cognoscere, quando principaliter causa restitutionis dotis, vel alimentorum agitur; & sequitur Molina, *de primogen. libro 2. capite decimo quinto, numero 76.* & Barbosa, *in l. 1. numero 46. soluto matrim.* Et hanc dicit communem & veriorem Sanchez, *de matrimonio, lib. 3. disput. 8 numero 15. in fine.* Et sic postquam alter ex contrahentibus, in nostri facti specie fidem violavit, & simul ipsam iudicis ecclesiastici prohibitionem neglexit, quid aliud nunc superest, nisi ut in damna & interesse, litisque expensas, soluto iudiciorum ordine seruato, cõdemnetur. Vnde videmus, quod iudex, qui de causis criminalibus tantum cognoscit, possit causam civilem dirimere, si
7 incidenter in iudicio emergeret, † *lex, 4. § si dicantur, D. finium regundorum*, ibi: * *Si dicantur termini detecti, vel exarati, iudex, qui de crimine cognoscit, etiam de finibus cognoscere potest.* * Et similiter in casu converso, Iudex civilium causarum, si criminalis civili incidenter accedat, po-
8 terit de ea iudicare, ut † *in l. nullum, C. de testibus, l. fin. tit. 16. partit. 3.* ubi Gregor. Afflictis, *decis. 230.* Roland, *consil. 12. volum. 1.* Covarruvias, *practic. cap. 18. numero octavo*, & similiter iudices fraternitatis, qui solum cognoscunt de certis criminibus, incidenter cognoscunt de damnis & in-
9 teresse, ratione illorum criminum: quod † etiam contingit iudicibus, * *de las rentas decimales deste Arcobispado,* * & iudicibus, * *del subsidio, y escusado,* * qui licet habeant iurisdictionem limitatam in certis casibus, cognoscunt de reliquis
10 ratione incidentiæ. Sic † licet iudices arbitri nequeant in liberali causa assumi, tamen per arbitri sententiam, status controversus decidi poterit, si ea quæstio in aliã causam incidat, de qua principaliter, & ordinario iure cognoscebat, *l. non distinguemus, §. de liberali, D. de receptis arbitris, ca. causa, de in integrum restit.* In his enim controversiis potest is iudex, qui competens erat causæ principalis, super incidenti & accessoria quæstione pronunciare, maximè ad tuendam & vindicãdam suam authoritatem, eumq; mulctandũ, qui spreta magistratus autoritate nuptias cõtraxerit,

exceptione fori, & invocato Regis auxilio, ità fuit in Regali Cancellaria Pinciana iudicatum, & causa remissa ad iudicem sæcularem super exceptionibus dictæ constitutionis dotis. Quod tene
22 menti: quia sæpè de facto contingit. Si † verò incidenter agatur coram iudice ecclesiastico, de restitutione dotis in causa divortii, tunc ecclesiasticus, est iudex competens; ut fuit resolutum apud Quævedum, *decisione Lusitana*, 128. *num.* 3.

## SVMMARIVM.

1 *Causa matrimonialis an incidenter tractari possit coram iudice laico, est quæstio dubia.*
2 *Causa matrimonialis ne quidem incidenter potest tractari coram arbitro vel arbitratore.*
3 *Causa continentia non est dividenda.*
4 *Iudex in causa præparata; est iudex etiam in causa præparante.*
5 *Cognitio spiritualis non dicitur; quando non præiudicatur essentia matrimonii.*
6 *Iudex sæcularis potest cognoscere de possessorio causæ matrimonialis; ut de uxore exhibenda.*
7 *Præventioni quando locus sit in causa mixti fori.*
8 *Periurii crimen est mixti fori.*
9 *Clericus Sodomita à quo sit puniendus.*

## QVÆSTIO XXXI.

### *Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, qui incidenter cognoscit de causa matrimonij.*

1 DVbium est, an † iam, quòd principaliter nō potest iudex laicus causam matrimonii decidere, sit competens ratione incidentiæ? Et negatiuam partem probat text. *in cap. de prudentia, de donationibus int. vir. & uxor.* qui loquitur expressè in causa incidentiæ; & est text. *in capit. tuam, de ordine cognitionum, cap. lator, qui filii sint legitimi*, quòd in tantum est verum; quod
2 etiam † coram arbitro non possunt tractari, *cap. penultimo, de in integrum restitutione*, gloss. *in capite* 1. *de consanguinitate, & affinit.* Romanus, *consil.* 299. neque coram arbitratore, Covar. *supr. cap.* 8. §. 2. *num.* 2. & tenet Ripa, *in cap.* 1. *num.* 13. *de iudiciis.* Si verò principaliter tractetur coram iudice laico de petitione hæreditatis, & excipiatur, tu non es filius illius, cuius hæreditatem petis, tunc iste articulus filiationis, & matrimonii, debet tractari coram iudice laico: quia, cum causa principalis petitionis hæreditatis agitetur coram ipso, similiter debet tractari articulus incidens, ita docet Archidiaconus, *in cap. bene quidem, num.* 10. *distinctione* 96. apostillat. *ad Abbatem, in dict. cap. lator, num.* 8. *versic. instantia iudicis.* Idem tenet Bobadilla, *in sua politica, lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 125. *casu* 126. & si iudex ecclesiasticus inhibeat sæculari, ut se abstineat à tali cognitione, intendens, quod dicta causa sit coram eo tractanda, ut tradit Gerardus à Petra, *singulari* 96. poterit iudex laicus interponere appellationem ad Pontificem Maximum, & implorare Regis auxilium, & per viam violentiæ reponetur dicta inhibitio iudicis ecclesiastici, quidquid in oppositū teneat Marta, *de iurisdictione,* 1. *parte, cap.* 8. *n.* 12. *versic. Non tamen*, quia † causæ continentia, non 3
est dividenda, *l. nulli, C. de iudiciis.* Et qui † est iu 4
dex in causa præparata principali, est etiam iudex in causa præparante, Baldus, *in l. in ordinatis,* 2. *notab. C. de rei vindicat.* Paulus de Castro, *in l.* 2. *n.* 3. *C. ubi, & apud quem*, Alexander, *consil.* 58. *num.* 7. *volum.* 1. & 197. *volum.* 2. & 63. *volum.* 3. & hanc esse communem opinionem testatur Decius, *in rubr. de iudiciis, num.* 2. Maximè, quia † hæc 5
cognitio non est inter ipsos coniuges, sed inter alias personas, per quam non præiudicatur essentiæ matrimonii, cum possit iterum tractari in iudicio Ecclesiæ principaliter; & sic interim non est suspendenda causa hæreditatis in iudicio possessorio, ut tenet aliis citatis Morla, *titulo secundo, de iurisdict. num.* 164. *in fin.* Mieres, *de maioratu,* 3 *part. quæst.* 15. *à num.* 19 Ioan. Garcia, *de nobilitate, gloß.* 1. *numero* 25. & 26. & sic non potest dici cognitio spiritualis; quam opinionem tenet Farinacius, *quæst.* 8. *n.* 150. *in fin. vers. qui ni fallor*, & est optima *decisio* Vincent. de Franchis, 312. *num.* 6. Ex quibus resolutivè tenendum est, iudicem laicum posse cognoscere, an filius sit natus in figura matrimonii, quæ est quæstio facti. Crescensis, *in decisio. Rotæ.* 1. *tit. qui filii sint legitimi.* Et etiam † poterit cognoscere de possesso- 6
rio causæ matrimonialis, ut si tractetur de uxore exhibenda: *l. fin.* ubi Baldus, *C. de lib. hom. exhibendo*, & tenet Anchar. *in cap. ea quæ, numero undecimo, q.* 4. *de regul. iur. lib.* 6. & ita fuit decisum per Franciscum Marcum, *decis.* 512. *par.* Tessaur. *decis.* 117. ubi dicit, sic sæpius fuisse iudicatum in illo prætorio. Quam opinionem novissimè sequitur Marta, *lib.* 2. *de iurisdict. cap.* 9. *n.* 38.
ubi dicit, quòd † erit locus præventioni, ut etiam 7
tradit Franciscus Marcus, *supr.* quasi dicat, quòd illa causa est mixti fori, & sic debet agitari, coram eo iudice, coram quo prius præventa fuit. Idem † 8
etiam est dicendum in crimine periurii; quia huius delicti punitio est etiam mixti fori, ut docet Abbas, *in cap. cum sit generale, num.* 21. *de foro competent.* Guido Papæ, *consil.* 19. Romanus, *consil.* 512. *num.* 4. idem Guido Papæ, *quæstione* 118. ubi dicit, non obstare textum, *in capite venerabilis, de electione*, & text. *in d. cap. cum sit generale*, quia iura loquuntur de clerico puniendo, non de laico, & sequitur Marta, *supra cap.* 9. *num.* 25. & in his casibus, non poterit iudex ecclesiasticus inhibere iudici sæculari, ut non procedat in causa, & si fecerit, erit articulus notoriæ violentiæ. Idemque est dicendum in omnibus delictis mixti fori, ut usura, sacrilegium, ut tradit Boerius, *decis.* 254. Iulius Clarus, §. *sacrilegium*, Marta, *supra cap. undecimo, numero* 21. Menoch. *de arbitrar. casu* 387. Idem dic in crimine blasphemiæ, ut tradit ipse Marta, *capite* 13. & in crimine sodomiæ, ut *in capite* 15. licet in nostra Hispania est servanda lex Regni, contra sodomitas laicos, qui puniendi

numerus hodie infinitus est, qui *terceros* vocantur, ex eo, quia licet uxorati sint, observant tertium ordinem sancti Francisci, & eius habitũ ferunt, quorum causæ civiles & criminales agitari debent coram iudicibus sæcularibus, in tantum, quod non erit locus præventioni, ut tradit etiam Bobadilla, *supra numero 202.* & ita communiter practicatur.

4 Similiter † etiam, non cognoscit iudex ecclesiasticus, neque visitatores Episcopi, de ratiociniis
positi publici, hoc est, * *del pan de las albondigas,*
5 *aunque sean de pobres.* * Vt † defendi in quadam
causa villæ *de san Martin de Valdepusa*, ubi quidã visitator ecclesiasticus volebat visitare dicta horrea; & quia illud impugnabant iud[...] sæculares illius villæ, fuerunt excommunicat[...] quia illi, & suis officialibus, non præstabantur alimenta, ab illa censura & mandato interposita fuit appellatio, cum invocatione Regalis auxilii, & processus fuit devolutus ad Regalem Cancellariã Pincianam, ubi declaratum fuit, iudicem ecclesiasticum vim facere, & causa ad secularem fuit re-
6 missa, & ita est tenendũ, quidquid † doctissimus
Gutierrez in contrarium scripserit, *libr. 1. canon. quæst. cap. 33. num. 38.* cuius opinionem novissimè
7 impugnat † Parladorius, ingenio & eruditione
plenus, *lib. 3. quotidianarum differentiarum, diff. 9. § 3. nu. 7.* & illam opinionem Gutierrez, declarat Scobar. *de ratiociniis, 1. part. cap. 7. num. 51. & cap. 9. sess. 22. Concil. Trident.* & nos dicemus, *in quæstione 71. num. 21.* ubi nostra opinio moderatur. Et in quibus negotiis cognoscat, iudex ecclesiasticus, tradit Antonius Cucchus, *lib. 2. instit. tit. 6. de Episcopis, à num. 81. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex Laicus cognoscit de fructibus beneficij, quia illi consistunt in temporalitate.*
2 *Colonus, qui locavit fructus beneficiorum, si ab alio conveniatur coram Iudice seculari, nõ potest opponere declinatoriam.*
3 *In causis Decimarum Ecclesiasticus Iudex potest inhibere Seculari, ne se in iis intromittat.*
4 *Iudex Ecclesiasticus scribens Seculari, ne se super causa aliqua ad se pertinente intromittat, debet uti literis requisitoriis, non præceptoriis.*

QVÆSTIO XXXIV.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non cognoscat super fructibus beneficiis.*

1 VNum tamen non omittam, quod † succedat quæstio de fructibus beneficii, poterit hæc quæstio tractari coram iudice laico, neque iudex ecclesiasticus potest illi inhibere à tali cõgnitione, cum dicti fructus consistant in quadam temporalitate, etiam si locentur, & venduntur, *cap. nostra, de locato, capit. fin. ne prælati vices suas,* & tenet Ancharranus, *in regul. æqua, numero duodecimo, versiculo, contrarium, de regul. iur.*
*libro sexto*, & sic † si Colonus, qui locavit tales 2
fructus beneficiorum, ab alio conveniatur corã iudice sæculari & opponat declinatoriam, & dicat se esse conveniendum coram iudice ecclesiastico, non est audiendus, ut tradit Cacheranus, *decis. 32.* Tesaurus, *decis. 22.* Covarruvias, *practicar. cap. 35. num. 2.* Gutierrez, *Canonicarum quæst. capite 34. primæ partis, numero 49.* Azeued. *in l. 10. titulo 10. libro quarto, numero 59. & quæstione 822. numero 76. & 81.* Guido Papa, *decisione 1.* Franciscus Marcus, *decis. 45. in 2. parte*, in causis
† vero decimarum, ecclesiasticus potest inhibere 3
iudici sæculari, ne se intromittat super dictis causis, ut explicat Marta, *supra 2. parte, cap. 43. num. 1. & in cap. 45.* disputat aliam quæstionem, an iudex ecclesiasticus possit inhibere sæculari, ad impediendam executionem instrumenti guarentigii, quando coram ecclesiastico fuit opposita usuræ exceptio? quod latissimè supra declarauimus:
& an † iudex ecclesiasticus, quando scribit, ad iu- 4
dicem sæcularem debeat uti literis requisitoriis, vel præceptoriis, & quid è contra, vide Marta, *supra 2. p. cap. 12. num. 5.* ubi tenet, quod literis requisitoriis, & aliter potest iudex sæcularis interponere appellationem, & remittere causam ad curiam Regis, per viam violentiæ, ut debitus honor iudicibus deferatur, ut in *cap. ut debitus, de appellationibus.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio trahit secum paratam executionem.*
2 *Appellatio de iure Canonico, etiam à futuro gravamine interponi potest.*
3 *Appellari potest ab actu, per quem designatur futurum gravamen.*
4 *Consultius est ab actu, per quem designatur futurum gravamen, non appellare, sed illum petere revocari: & si non revocetur, tùm demùm à non revocatione appellare.*

QVÆSTIO XXXV.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, declarando aliquem esse excommunicatum post appellationem interpositam.*

PRo declaratione huius materiæ animadvertendum est, quòd, licet appellatio à censuris non permittatur, ad finem, ut appellans releve-
tur, quia † excommunicatio trahit secum para- 1
tam executionem, ut in *cap. pastoralis, § verum, de appellat.* tamen operabitur, ut causa transferatur ad superiorem, vel in gradu appellationis, vel per viam violentiæ ad Regalem Curiam, *cap. revera. 3. quæstione 9. cap. per tuas de sententia excommunicationis.* Et cum appellatio fundetur super gravamine, ut in *dict. cap. ut debitus honor,* potest interponi à quolibet actu, tàm inhibitio-
nis, quàm alterius gravaminis, imò † & à futuro 2
gravamine interponi potest, ut tradit Socinus, *in cap. Saive. de sentent. excommunicationis,* Roma-

nus, *consilio* 304. *& consil.* 18. *&* 390. & tunc tem-
pus non currit à die appellationis, sed à die illati
gravaminis, Miles, *in suo repertorio, verbo, appel-*
3 *lari potest*, nisi † fiat aliquis actus, per quem desi-
gnetur futurum gravamen, ut docet Abbas, *in*
*cap.* 1. *per illum textum, de dilationib.* ubi Butrius,
Felinus, *in cap. significaverunt, num.* 9. *versic. fallit,*
*de testibus*. Et sic si concedatur monitoria, ubi nõ
est de iure concedenda, appellari potest: quia fit
actus, per quem designatur futurum gravamen,
ut tradit Felinus, *in dict. cap. significaverunt*. Sed
quia non omnis actus iudicis habet vim senten-
tiæ, nec omnis vox iudicis est sententia, cautela
est, ut non appellet gravatus ab illo actu, tanquã
ab illato gravamine, sed petat illud revocari: & si
non revocetur, tunc poterit à non revocatione
4 appellare, ita docet Lancellotus, *de attentatis*, 2.
*parte, cap.* 12. *limitation.* 50. *num.* 71. Et licet in
his peragendis labantur decem dies, tamen non
excluditur gravatus, quo minus possit appellare:
ita fuit decisum in Rota, *decisione* 5. *tit. de appel-*
*lationib. in novis.* Paulus de Castro, *consilio* 334.
*num.* 6. *volum.* 1.

## SVMMARIVM.

1 *Casus de facto, circa declaratoriam latam con-*
*tra capitulum Toletanum, refertur.*
2 *Appellatio à declaratoria, non habet effectum*
*suspensivum.*
3 *Declaratus in dubio debet se pro excommunica-*
*to gerere.*
4 *Existens in dubitatione absolutionis debet po-*
*tius iudicare, absolutionem non tollere.*
5 *Excommunicatio lata pro executione primæ*
*sententiæ, erit nulla, appellatione remota.*
6 *Censura fulminata post appellationẽ, est nulla.*
7 *Sententia excommunicationis lata post appel-*
*lationem, est nulla, etiam quando ab Inter-*
*locutoria fuerit appellatum.*
8 *Excommunicatio conditionalis non ligat pen-*
*dente conditione.*
9 *Excommunicatus absolutus à iudice, non ob-*
*stante appellatione adversarij, remanet &*
*remanebit absolutus.*
10 *Excommunicatio facta à iudice recusato, est*
*nulla.*
11 *Recusatio suspendit exercitium iurisdictionis.*

## QVÆSTIO XXXVI.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, proce-*
*dendo per declaratoriam in causa execu-*
*torialium, appellatione re-*
*mota.*

PRo perfecta declaratione præcedentis quæ-
stionis, animadvertendum est, quod si, non
obstante appellatione ad Pontificem, in causa e-
xecutorialium index procedat, denunciando par-
tem, vel ponendo in portis Ecclesiæ, * *cedulo-*
1 *nes*, * prout † nuper vidimus contra Canonicos
huius Almæ Ecclesiæ Toletanæ, ad instantiã Li-
cenciati Benavente, tunc dubium est, an appel-
latione pendente in causa principali, possit de-
nunciatio fieri? Et in his terminis resolvit Capi-
cius, *decis.* 1. *num.* 19. quod à declaratoria excom-
municationis incursæ datur appellatio, sed non
datur ab ipsa excommunicatione, ita Ancharran.
*consil.* 240. *in fin.* Antonius Gabriel, *in suis com-*
*munibus, tit. de regul. iur. conclus.* 3. *num.* 59. & sic
dicit decisio Rotæ, 2. *tit. de dolo, & contumacia,*
*in novis*, quòd is, qui à declaratoria appellavit, de-
bet vitari, quia † appellatio à declaratoria, non 2
suspendit illius effectum, cum sit actus cõsequu-
tivus causæ principalis, & est actus irretractabi-
lis: nam quæ omnibus publicè sunt publicata, nõ
potest fieri, ut sint occulta, ergò, ut attẽtata pen-
dente appellatione, frustra tractatur revocari: &
† in dubio, si appellatio est iusta, vel iniusta, debet 3
denunciatus pro excommunicato se gerere, &
ab ecclesiasticis Sacramentis se abstinere, ut te-
net Hostiensis, *in sua sum. tit. de sententia excom-*
*municationis, §. qualiter proferatur, versic. Vnde*
*in dubio.* Et cum tutiora & securiora sint eligen-
da, hæc est via tutior, quæ respectu animarum est
eligenda, *cap. iuvenis, de Sponsalibus, capit. signi-*
*ficasti, el.* 2. *de homicidio, capit. penult. cap. ad au-*
*dientiam, eod. tit.* Et in terminis similis declara-
toriæ, per * *cedulones*, * tradit Marta, *de iurisdict.*
3. *part. cap.* 13. *numer.* 9. & 10. ubi dicit, quòd † 4
existens in dubitatione absolutionis, debet po-
tius iudicare absolutionem non valere, ut tradit
Socinus, *in cap. Perpendimus, num.* 22. *de sentent.*
*excommunicationis, & in cap. Venerabilis, eod. tit.*
Et cum super hoc dubio esset contentio inter Ca-
nonicos Doctorales huius sanctæ Ecclesiæ, & suf-
fragia essent diversa, vocatus fui tanquam advo-
catus dicti capituli. Et considerans rationes pro
utraque parte adductas, sequutus fui, hanc sen-
tentiam & opinionem, quòd transacto tempore
dictæ denunciationis, essent Canonici inobediẽ-
tes excommunicati, & quod appellatio non ope-
rabatur effectum suspensivum; & sic in fine ter-
mini obtemperatũ fuit dictæ declaratoriæ, post-
quam dominus Nuncius declaravit, non esse lo-
cum appellationi interpositæ, & sic dictus Licen-
ciatus Benavente fuit admissus, tanquam capella-
nus chori huius sanctæ Ecclesiæ Toletanæ, cuius
procuratori fuit data possessio dictæ capellaniæ.
In quo casu, nec appellatio per viam violentiæ a-
liquem operaretur effectũ, quia illa causa erat e-
xecutiva, expeditis iam executorialibus in Curia,
& declaratoria, & erat actus consequutivus ad e-
xecutionem dictorum executorialium, & sic nul-
la est vis nec violentia in executione per declara-
toriam, appellatione remota: quod tene menti,
quia sæpe potest de facto contingere, & tenet Se-
raphin. *vol.* 1. *decis. in decis.* 878.
Si verò † causa non fuerit finita per executo- 5
riales, excommunicatio lata pro executione pri-
mæ vel secundæ sentẽtiæ, à qua appellatum fuit,
nulla, *cap. ad præsentiam*, ubi Franchus, *de appel-*
*lat. & in cap. sæpè*, ubi gloss. *verbo, rata, num.* 8.
*& in cap. pervenit, in* 3. *notab. eod. tit.* Lapus, *al-*
*legat.* 1. *num.* 2. Angelus, *consil.* 188. Franchus, *in*
*cap. solet de sententia excommunicationis, libro* 6.

Rotæ

Rota *de appellat. in nouis*, quòd procedit, etiam si appellatio fuerit extraiudicialitèr interposita,
6 quia † interim excommunicatio fulminata nulla est ipso iure, Franchus, *in capit. bonæ, conclus. 2.*
7 *numer. 35. de appellat.* idemque † est dicendum, si appellatio fuerit interposita ab interlocutoria; nam censuræ posteà fulminatæ non ligant, & velut attentatæ reuocantur, tam coràm iudice ordinario appellationis, quam per viam violentiæ: cũ iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo appellatione remota vt pluries fuit iudicatum in Rota, & tradit Lancellotus, *de attentatu, 2. part. cap. 12, ampliat. 8. nume. 3.* sed pendente appellatione, excommunicatio manet in suo robore, ut docet Franchus, *in dict. capit. ad hæc, & in capit. sæpè, numer. 32. de appellationibus, & in rubrica, eod. tit. numer. 3.* Guido Papæ, *in tractatu de appellat. quæstio. 110.* quòd intelligas in appellatione à senten-
8 tia excommunicationis purè lata, secùs † si sub conditione lata fuerit: quia in hoc casu, si ante aduentum conditionis interponatur appellatio, interim non ligat excommunicatio, imò est suspensa per appellationem, ita docet Franchus, *in dict. capit. præterea, numer. 4. de appellationibus*, post Ioannem Andream, *in capite. 15. numer. quart. de sententia excommunicationis, libr. sext.* quia illa dictio, * *nisi feceris*, * *nisi comparueris intra tres dies*, * est conditionalis, Decius, *in capit. Præterea in 1. notab. per illum text.* * *de appellationibus.* Lapus, *allegatione. 73. numer. 4.* Rota, *decis. 9. in fin. de*
9 *dolo, & contumacia, in nouis.* Quæ † conclusio non procedit in absolutione: nam interim appellatus remanet absolutus, non obstante aduersarij appellatione. Ita Franch. *in capit. qua fronte, quæstio. 4. numer. 35. de appellationibus, & in capit. pastoralis, §. verum, in vltima quæstione. per illum textum, de appellationibus.* Nec à tali sententia absolutionis debet admitti appellatio, vt tradit Guido Papæ, *supra. quæstione 110. versic. Sed an à sententia,* post Innocentium, *in capit. ab excommunicato. de rescriptis*, Antonius Nicel. *de sententia excommunicationis*: quia semper iura sunt fauorabiliora ad absoluendum, quam ad condemnandum, & per consequens neque per viam violentiæ appellans est audiendus, cum nullum damnum patiatur in causa principali, propter absolutionem. Similitèr
10 etiam † erit nulla excommunicatio facta à iudice recusato, pendente causa recusationis, vt docet Lapus, *allegat. 1. per text. in capit. per tuas, de sententia excommunicationis*, Ioannes Andreas, *in dict. capit. legitima, numer. 3. de appellationibus, lib. 6.* Miles, *in suo reportorio. verbo. iurisdictio*, vbi
11 dicit, quòd † pendente suspicione, cessat omne exercitium iurisdictionis; & si iudex recusatus ad vlteriora procedat, erit articulus violentiæ, & in Curia Principis omnia acta reponentur, vt pars grauata sequatur appellationem interpositam ad superiorem.

SVMMARIVM

1. *Laicus effectus religiosus vel clericus, an conueniatur coràm iudice ecclesiastico.*
2. *Ordo superueniens tollit munus publicum.*
3. *In delictis inspicitur tempus delicti.*
4. *Iudicij natura non mutatur in temporalibus.*
5. *Persona clerici, vel religiosi, non potest conueniri coràm iudice sæculari, etiam si habitus fuerit susceptus post delictum, & inquisitionem iam formatam.*
6. *Nouitius gaudet priuilegio fori ecclesiastici.*
7. *Monachus in dubio nemo præsumitur factus in fraudem.*
8. *Laicus effectus clericus post peremptam instantiam iudicij, quando possit coràm iudice laico conueniri.*
9. *Clericus etiam si fuerit ordinatus ab Episcopo non suo, imprimitur character.*
10. Capit. 10. session 7. Concil. Trident. *declaratur.*
11. Capit. 8. session. 23. Concil. Trident. *declaratur.*
12. *Laicus est de iurisdictione temporali.*
13. *Suspensus remanet, qui ordinatur à non suo Episcopo.*

## QVÆSTIO XXXVII.

Solet † sæpissimè de facto dubitari, an laicus 1
factus religiosus mutet forum, tam respectu contractus initi cum sæcularibus tempore habili quam ratione delicti. Ex qua resolutione potest contingere casus violentiæ; nam si iudex sæcularis sit iudex cõpetens ratione delicti & contractus non potest inhiberi à iudice ecclesiastico; si verò cognitio pertinet ad iudicem ecclesiasticũ, rectè potest ipse in causa procedere, inhibẽdo iudici sæculari: qui, licet interponat appellationem, & imploretur Regis auxilium per viam violentiæ, non erit audiendus. Et pro iurisdictione iudi-
cis ecclesiastici facit; quia † ordo superueniens 2
tollit munus publicum impositum, *l. Prætor, D. de excusationibus munerum*, & sic, si paganus accusetur de aliquo crimine, & efficiatur miles, non conuenitur sub primo iudice, sed sub secundo, *l. qui cum vno, § reus, D. de re militari, l. hos accusare, §. 1. D. de accusationibus*, & tradit Ancharranus *in capit. ea quæ de regul. iur. lib. 6. in quæst. 13. versic. Secunda est opinio.*

Sed contrariam opinionem tenet Bellamera, *in capit. proposuisti. quæstione. 2. de foro compet.* vbi tenet, clericum effectum post delictum commissum, debere à iudice sæculari puniri, quam opinionem sequitur Antonius Gomez, *.. tom. variar. capit. 10. tit. de immunitate Ecclesiæ, numer.*
*5.* Quia † in delictis puniendis inspicitur tempus 3
delicti, & non sententiæ, *l. 1.* vbi doctores, *D. de pœnis, l. iniuriarum æstimatio, D. de iniuriis, l. doli, §. fin. D. de seruo corrupto, l. si quis decurio, in fin. C. ad leg. Corneliam. de falsis.* In qua re plures casus sunt distinguendi, pro declaratione huius quæstionis, quæ sæpè contingit de facto. Primus casus est, quando laicus est effectus clericus, sine fraude & dolo, qui in foro sæculari fuit obligatus ad ratiocinia, per contractum vel obligationem, per quam se submisit iurisdictioni iudicis sæcularis: & adhuc in hoc casu est conueniendus pro eius executione coràm iudice ecclesiastico,

Ita tenet Iacobus Butrigarius, *in l. quisquis, C. de Episcopis, & clericis*, quem refert & sequitur, Hippolytus, *in rubrica, de fideiussoribus, in fin.* Albericus, *in l. nem magistratus, numer. 13. D. de arbitris.* Alexander, *in l. cum quadam puella, in Clementina 1. quæstione. 9. de censibus & in Clementina, qui in agro, §. quia verò numer. 7. de statu Monachorum*, Felinus, *in capit. ex tenore, numer. 19. de rescriptis*, Lapus, *allegatione, 118. numer. 4.* Federicus de Senis, *cons. 97.* Franchis, *decisione Neapolitana, 400.* Placa, *de delictis, lib. 1. capit. 35.* qui loquitur de eo, qui post delictum factus est religiosus, Gutierrez, *lib. 1. practicarum, quæstione. 5. numer. 2.* vbi sic declarat *legem. 1. tit. 4. lib. 2. recopilationis.* Quod intelligo, quando iudicium non fuit cæptum, & lis
4 contestata coràm iudice sæculari: quia † tunc in temporalibus & patrimonialibus non mutatur iudicij natura, licet executio sententiæ cõtra clericum vel religiosum debeat fieri coram iudice ecclesiastico, ut suprà diximus de clerico depositario, & tenet Bobadilla, *in sua Politica, lib. 2. cap. decimo octauo, numer. 77. casu 16.* & istam opinionem firmarunt Ioannes Andreas, *in cap. vltimo, de obligatis ad ratiocinia*, Speculator *tit. de pos. §. 1. versiculo, sed quid si est criminalis.* Aufrerius, *in additionibus ad capellam Tolosanam, decisione 147.* Socinus, *in capit. proposuisti, num. 46. de foro compet.* Caualcanus, *decis. 10. numer. 32 in 5. part. titulo de delictis*, & sentit Gutierrez, *suprà numer. 3.* ibi: * *Remanebit igitur hoc casu clericus subditus iudici sæculari, ratione causæ, & bonorum, non autem respectu personæ, & hæc est communis opinio*, * vt tradit Couarruuias, *practicarum, capit. 22.* Iulius Clarus, *in sua practica criminali §. finali, quæstione. 36.* Belluga, *in Speculo Principum, rubrica, 11. §. videndum.* Quam opinionem tenet nouissimè Marta, *de iurisdictione. 4. parte, centuria. 2. casu. 131. numer. 8.* vbi declarat per quinque articulos, & conclusiones. Et sic resolutiuè teneo, quòd
5 † sæcularis factus Monachus post delictum, & inquisitionem formatam, debet iudicari per iudicem ecclesiasticum, Abbas, *in capit. in quibusdam, numer. 1. & 4. de pœnis*, vbi Socinus, *numer. 11.* Maiolus *de irregularitate, lib. 2. numer. 6.* Quod
6 amplia, etiamsi † Monachus non fuerit professus, sed Nouitius, quia efficitur de foro Ecclesiæ, & debet coràm iudice ecclesiastico conueniri, ita Hostiensis, *in capit. statuimus, versiculo, posse, de regularibus* Doctores, *in capit. religioso de regularibus, lib. 6.* Tiraquellus *de retract. ling. §. 1. glos. 8. numer. 21.* Angelus, *in l. 1. D. de pœnis, per textum, in l. statu lib. D. de quæstionibus.*

Et sic, siue vocatione Dei, siue in fraudem iurisdictionis, sæcularis efficiatur quis Monachus, respectu suæ personæ efficitur de foro Ecclesiæ; respectu verò bonorum, potest coràm sæculari conueniri, vt est decisum, per Vincentium de Franchis, *decisione. 102. & 384. & 656.* Et
7 † in dubio nunquam præsumitur quis factus Monachus in fraudem, *argumento textus, in lege finali. §. finali. D. de bonis eorum, qui sibi mortem consciuerunt.* Et tenet Albericus, *in tractatu de statutis, 3. parte, quæstione. 41. in in fine*, Prosperus Farinacius, *de*
8 *delictis, quæstione. 8. numer. 110.* & quando † laicus effectus clericus, post peremptam instantiam iudicij coràm sæculari possit à iudice laico iudicari, explicat Marta, *supr. cas. 141. & casu. 176. num. 17.*

Sed quid si laicus factus clericus, fuerit ordinatus à non suo Episcopo, absque literis dimissorijs, an gaudeat priuilegio fori ecclesiastici? Et non gaudere, tenet Chassaneus, *in cõsuetudinibus Burgundiæ, rubrica. 1. § 5 in fine*, Rebuffus, *in tractatu nominat. quæstione. 14. numer. 42.* Salcedo, *in additionibus ad Bernardum Diaz, capitulo. 26.* per glossam *in cap. eos, verbo, ordinare, de temporibus ordinationum, lib. 6.* Partem verò affirmatiuam tenet Guido Papæ, *decis. 449.* Hieronymus Gabriel. *cons. 181. volumine. 2.* quam opinionem sequitur Marta, *de iurisdictione. 4. parte. centuria. 2. casu. 149. numer. 8. & 9.* & ratio euidens est, quia † etiam clericus si fuerit ordinatus ab Episcopo non 9 suo absque literis dimissoriis, imprimitur character, *capit. fin.* vbi Archidiaconus, & Geminianus, & Præpositus. *9. quæstione.* Guido, *supr. dict. decisione. 449.* quos sequitur Gabriel. *dicto consilio. 181. num. 4. volumine. 2.*

Nec prædictæ resolutioni obstat text. † Con- 10
cilij Tridentini, *capit. 10 sessione, 7. de reformatione, in versiculo, Et sic ordinati*, ibi: * *Et sic ordinati, si in minoribus ordinibus constituti fuerint, nullo priuilegio clericali, præsertim, in criminalibus gaudeant.* * Quia ille textus loquitur de ordinato ab Episcopo alieno, cum literis inferiorum Prælatorum, per quê est sublata potestas capituli, & Prælatorum inferiorum, etiamsi prætenderent legitimam cõsuetudinem, vt tradit Stephanus Aufrerius, *in additionibus ad capellam Tolosanam, decisione. 450.* Nec militat eadem ratio in casu, quo sine literis dimissoriis ordines collati fuerint: quia sine his literis solus Episcopus est in culpa, qui debet scrutari, quem ordinat, vel eligit, *capit. qui Episcopus, distinctione. 23. capit. vnico, de scrutinio in ordin. faciendo.* Sed quando ordinatur mediantibus literis capituli, vel Prælati inferioris Episcopi, tunc vterque est in culpa, quia etiam ordinatus præsumitur scire prohibitionem Concilij, & sic non debet ex sua malitia commodum reportare, & per consequens, non gaudet fori priuilegio, vt resoluit textus, *ibi.* Quam interpretationem assignat Marta, *de iurisdictione, 4. part. centuria. 2. casu. 149. numer. 13.* Mandosius, *in regul. Cancellariæ. 24. quæst. 14. numer. 12.* Gabriel, *supradicto consilio. 287. volum. 2.* & adde textum † *in* 11
*cap. 8. ses. 23. Concil. Tridentin.* de cuius textus Concilij interpretatione, vide *motum proprium* Pij V. 37. *fol. mihi, 51.* & Fr. Manuel Rodriguez *tom. regularium, quæstione. 18. art. 4. fol 63.* Gutierrez, *in suis canon. capit. 36 numer. 14.* & est text. *in capit. eos, capit. nullus, de temporibus ordinat. lib. 6.* quia illæ prohibitiones diriguntur solum ad Episcopũ, vt intelligit Gabriel, *dict. cons. 181. numer. 11.* & assignat rationem diuersitatis Guido Papæ, *in dict. decis. 449. versic. Et potest esse ratio diuersitatis*, putat enim illa iura ideo procedere in clerico alterius diœcesis, propter præiudicium iurisdictionis Episcopi proprij, quæ ratio non militat in laico, qui † est de iurisdictione temporali, & sic 12
potest

potest sine literis dimissoriis recipere primam tonsuram ab Episcopo non suo; quod quidem intelligo verum respectu ordinis suscepti, & privi-
13 legii fori ecclesiastici; secus † verò, quo ad ordinis executionem, quia collatio erit irrita, ita Rota, vt tradit Caputaqueſ. *lib. 1. decis. 166.* & docet Gabriel, *dict. consil. 181. in 1. dubio*, & Marta, *dict. casu 149. numer. fin.* Quod tene menti, quia sæpè de facto contingit; & hæc omnia exempla proposita in hac quæstione sufficiant ad formandos casus per viam violentiæ, vt ad similia iudex procedat; & ita ius dicere debet, vt *in l. non possunt, D. de legibus.*

## SVMMARIVM.

1 Speculatoris *distinctio refertur.*
2 *Alimenta peti possunt officio iudicis, vel iure actionis.*
3 *Appellatio est permissa, quando alimenta petuntur iure actionis.*
4 *Appellatio est permissa, quo ad effectum devolutiuum, à sententia alimentorum.*
5 *Appellatio est in omnibus casibus permissa.*
6 Lex. fin. D. de Appellationibus recipiendis *declaratur.*
7 *Venter non patitur dilationem.*
8 *Alimenta etiam diebus feriatis possunt præstari.*
9 *Appellatio non suspendit præstationem alimentorum.*
10 *Alimenta sunt præstanda secundum qualitatē vxoris & viri.*
11 *Alimentorum taxatio est facienda arbitrio boni viri.*
12 *Quatuor sunt consideranda in præstatione alimentorum.*
13 *Quarta pars fructuum est præstanda pro alimentis.*
14 *Alimenta sunt præstanda etiam post delictum commissum, appellatione pendente.*
15 *Appellatione pendente, ea omnia fieri possunt, quæ lite pendente.*
16 *Inhibitio superioris, non suspendit præstationem alimentorum.*

## QVÆSTIO XXXVIII.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo sententiam alimentorum, appellatione remota, in causis diuortij.*

Solent sæpissimè causæ diuortii ventilari coram iudice ecclesiastico, & in limine iudicii petuntur & decernentur alimenta, à qua sententia interponitur appellatio, vnde dubium vertitur, an iudex faciat vim, exequendo interlocutoriam alimentorum, remota appellatione. In qua
1 re † Speculator, *tit. de appellationibus, in rubrica,*
2 *versicul. 8.* constituit hanc distinctionem: Quòd †
aut alimenta petuntur officio iudicis aut iure actionis: primo casu, appellatio prohibetur: quia
incidenter & summariè cognoscitur, *lex si iudex D. de his qui sunt sui vel alieni iuris, l. si quis a liberis §. solent, D. de liberis agnoscen. capit. penultimo, de accusationibus.* Et ista dicuntur alimenta prouisionalia, à quibus non appellatur, ita Scaccia. *de appellat. quæstione 17. limit. 7. à numer. 3.* vbi *numer. 17.* declarat hanc quæstionem. In secundo
verò casu, quando † alimenta principaliter, & 3
iure actionis petuntur, (ut fit in iudiciis ordinariis) tunc appellatio est permissa Quam distinctionem sequitur Bartolus, *in l. fin. D. de appellationibus recipiendis*, vltra Laram, *in d. §. solent.* Sed Ioannes Andreas, *in additionibus ad Speculatorem, loco citato*, aliter distinguit, quia aut appellatio interponitur, quo ad effectum suspensiuum, vel deuolutiuum: in primo casu iudex non facit vim, exequendo appellatione remota, secus verò
† si impediat progressum appellationis, quo ad 4
effectum deuolutiuum, quia tunc licita est appellatio, cum possint per iudicem appellationis alimenta moderari. Idem tenet Baldus Nouellus, *de dote, parte 8. priuileg. 7.* Lancellotus, *de attentatis lite pendente, limitat. 24. numer. 7.* Et ista vltima distinctio placet Fachineo, *libr. 1. controuersiarum*
*iuris, capit. 77. versicul. Altera est.* Quia † in omni- 5
bus casibus appellatio est permissa, quoad effectū deuolutiuum, *lex, & in maioribus, C. de appellat. cap. de appellationibus extra eod. tit.* Et est textus,
† qui loquitur in causa alimentorum, *in l. fin. D.* 6
*de appellationibus recipiend.* & cum † venter non 7
permittat dilationem, ne fame pereat, vt *in l. necare, D. de liberis agnoscendis.* appellatio non debet
suspendere alimentorum præstationem, cum † 8
etiam diebus feriatis præstari possint, *l. 2. D. de feriis.* Bartolus & Doctores, *in l. Mela. D. de alimen-*
*tis, & cibariis legatis.* Et quòd † appellatio non 9
suspendat præstationem alimentorum, tenet Bal. *in libr. secund. D. soluto matrimonio*, Baldus Nouellus, *de dote, part. 9. speciali, sept. in fin.* Palatius Rubeus, *in capit. per vestras, §. 19.* Ripa, *in l. 2. num. 4, de re iudicata*, quos & alios sequitur Pe-
trus Surdus, *de alimentis, tit. 1. quæst. 120. num. 13.* 10
Et hæc † alimenta sunt præstanda secundum qualitatem vxoris & viri, vt est gloss. *in cap. ex parte, de*
*accusationibus*, quam sequitur Surdus, *vbi supra,* 11
*tit. 4. quæstione 23. num. 37.* & hæc † taxatio est facienda arbitrio iudicis, pro modo facultatum, *l. fin. C. de alendis liberis, l. cum alimenta, D. de alimentis & cibariis legatis*, Couarruuias, *practicar. quæstionum capit. 6. numer. 7.* Surdus, *supr. numer.* 41. Molina, *de Hispanorum primogeniis, lib. 2. cap.*
*16. numer. 47.* vbi dicit, quatuor † esse conside- 12
randa à iudice, qualitatem personarum, quantitatem fructuum, dubium euentum litis, valorem rei in iudicium deductæ. Et quòd ita obseruatur tradit Menoch. *de præsumptionibus, libr. 1. præsum-*
*ptione 36. num. 35.* & dicit Mansuerius, *in sua pra-* 13
*ctica, tit. de posses. numer. 27.* quòd † quarta pars fructuum sit taxanda, & sequitur Boerius, *decis. 324.* & Surdus, *sup. num. 41. in fin.* Aluarus Vlascus, *consultat. 1. lib. 1.*

Quæ opinio in tantum est vera, & pro-
cedit, quòd † etiam si ille, cui præstantur 14
alimenta, committat crimen grauissimum, per quem

*legatis*.Paulus de Castro,*consil.91.numer.14.volumine*.1 Ripa,*in l. damnum, numer. 4. D. de damno*
9 *infecto*.Quartò confirmatur ista sententia,quia † ubi appellatio est prohibita respectu causæ principalis, censetur etiam prohibita respectu accessorij, Ita Imola, *in cap.constitutu,el fin.de appellationibus*,Bossius,*in tit.de appellationibus,nume*. 10. Et est ratio,quia causa incidens assumit naturam principalis *Clementina dispendiosam,de iudicijs*.
10 Sed † pro appellante faciunt etiam fortissima fundamenta iuris, & per consequens, quòd iudex faciat vim, exequendo interlocutoriam liquidationis, appellatione remota, ex sequenti-
11 bus. Primò; quia † regula generalis est, quòd in dubio sit admittenda appellatio,ut consuluit Nevizanus,*cons.44.numer.9*.Crouis,*cons.14.nume.* 11.Rolandus,*cons.34.numer.4.volumine.2*. quia omni casu est permissa, nisi expressè reperiatur prohibita,*lex & in maioribus,C.de appellat.* glos. *in l.restituere,in fin.* ubi Angelus, *D. de rei vindicatione*. Surdus,*consil.27. numer.17*.Et sic licèt instrumentum principale liquidum sit exequendū,
12 tamen † non potest id locum habere, quando instrumentum non est liquidum,ut docet Bartol. *in l. proinde,§.notandum,D.ad l.Aquiliam*,ubi di-
13 cit statutum † quòd tribuit instrumentis executionem, intelligitur de liquidis, non verò de non liquidis, cuius liquidatio requirit altiorem indagationem,& sic dixit Baldus *in l. 2. C. de exe-*
14 *cutio.rei, iudic.* quòd † si nulla exceptio potest opponi contra instrumentum, ea tamen admittetur, qua dicitur illud non esse liquidum. Ita Corneus *consil.296.numer.11.volumine.3*.Alexander,*cons.115.numer. 10. volum. 7.* Decius, *consilio, 322.numer.3*.Asinius, *de execution,1.part. cap. 29.*
15 *numer.4.& 18*.Becius,*consil.5.numer. 6.* Rursus † instrumentum non liquidum non est probatio probata,cum requiratur extrinseca probatio pro liquidatione, ita Decius, *consil.424.* Natta, *cons. 221.numer.14*. Contardus,*in l.unica ,si de momen-*
16 *tanea poss. limit.it.1.,nume.9.& 10*.Ergò cum † debeat proferri libellus,& hinc inde sint faciende probationes;perindè est,ac si via ordinaria ageretur, ut docet Bartolus, *in l. 3. nu.15.C.de pignoribus*.Baldus, *in l.2.n.7. C. de executione rei iudicatæ*,& Antonius de Canario, *quæstione, 14. numer. 33.* Sochinus,*consil.51.volum.1.* Massa, *tit. de liqui-*
17 *datione, num.2*.ubi dicit,quòd † liquidationis negotium, est diuersum à principali, & non habet executiuum priuilegium,& sic locus erit appella-
18 tioni;maximè; quia † via executiva est odiosa, *l.minor.25.annis cui fideicommissum,D.de minoribus*.& sic est restringenda, secundum Baldum, *in l.si ex causis,§ nunc videndum.D.de minoribus*,ubi
19 dicit,quòd † statuta prohibentia appellationem, restringuntur ad decisoria litis, non autem ad emergentia & incidentia, ita Perusinus, *in capit. pastoralis, in principio de appellationibus*, Decius, *in l. penultima, numer. 35. de pactis*, Bossius, *in sua praxi criminali, titul. de appellationibus, numer.* 10,Contardus,*in dict.l.unica,limitatione.1. num.*
20 *2. C. si de momentanea, possessione*: quia ubi † diuersa militat ratio, nunquam accessorium sequitur naturam sui principalis,ut declarat Ias.*in l.fin.*

*§.fin.numer.9.D.de condict. indebit,cum alijs ab eo citatis à numer.45*.diversa † autem ratio est in- 21
ter id quòd est liquidè probatum per instrumentum,&illud,quòd extra instrumentū, probatione eget, quia executio dabitur instrumento nō verò alijs probationib⁹. Vltimo cōfirmatur hęc opinio, quia † etiam si in iudicio possessorio non detur appellatio, ut *in dict. l. unica, si de momentanea, possess.fuerit appellatum*, tamen in emergentibus 22
licet appellare,ut docet Baldus, *in l. post sententiā, numer.8. C.de sentent*.& alij, quos refert Contardus,*ubi supr. limitat.4.numer.* ubi dicit, generaliter verum esse, † quod in materia odiosa nunquam accessorium sequitur naturam sui principalis:quia † statutum appellationem prohibens, 23
strictè est interpretandum, ut docet Decius *cons.* 24
49.*numer.2*.Cephalus,*cons.209.numer.13. volum. 2*.Surdus, *cons. 271. numer. 17. & in decisione, 26. numer.4.versicul.detulit* ubi resoluit,quòd Senatus Mantuanus detulit appellationi in quadam liquidatione,&sic dubium est,quid sit tenendum & iudicandum in nostro casu, si processus remittatur ad Curiam Regis per viam violentiæ,ex eo, quòd talis sententia fuit executioni mandata, nō obstante appellatione.

In qua re † proferam meam sententiam, quæ talis est. Quòd † aut iudex profert sententiam interlocutoriam super liquidatione fructuum, vel 25
conditionis; & tunc admittenda est appellatio ad 26
utrumq; effectum,& si non admittatur iudex ecclesiasticus facit vim, & sic potest practicari hæc ultima opinio. Vel iudex non profert sententiam super liquidatione, sed, factis probationibus, decernit mandatum executorium, pro quantitate liquidata; & tunc appellatio à tali mandato, non suspendit executionem,nec iudex facit vim exequendo appellatione remota, ut constat ex fundamentis primæ opinionis: quæ distinctio verissima est,& ita practicatur, & deducitur † *ex dict. decisione. 26.* Petri Surdi, *num.8. in fin.* ibi: * *Sed postquam pronunciatum est,ea esse liquida,& sic in* 27
*pronunciatione consistit damnum, & tollitur vis ac potestas executionis*, * ut etiam videtur sentire † Paz,*ubi supr.4.partis.1.tomo,cap.1.num. 17.* ibi: * *Caveat tamen iudex,ne super tali liquidatione sententiam interlocutoriam pronunciet*.* Et sic † sen- 28
tit & denotat, quòd in ista sentētia consistit damnum, ex quo liquidatio non meretur executionē. 29
Et sic tam iudex, quàm actor debent in hoc esse circumspecti,ne tollatur vis & potestas executionis,cum ex declaratione dependeat, an iudex faciat vim,vel non, exequendo appellatione remota. Quod tene menti, quia sæpè contingit de facto, tam in foro ecclesiastico, quam in sæculari, tàm in executione instrumenti, nō liquidi, quàm rei iudicatę,in qua veniunt fructuum liquidationes ab utraque parte, per legitimas probationes. Et ne tollatur vis executionis, non debet sententia interlocutoria proferri super liquidatione,sed statim factis probationibus, decerni mandatum executivum pro quantitate liquida,cuius executio non impeditur per appellationem.

SVMMARIVM.

1 Lex. venditor, D. de iudiciis, *declaratur.*
2 *Qui tenetur de euictione, non post declinare forum.*
3 *Vbi captum est iudicium semel, ibi finem accipere debet.*
4 *Contraria communis opinio in quæstione principali proponitur.*
5 *Laicus, & clericus, hæredes laici, debent coram iudice ecclesiastico conueniri.*
6 *Ecclesia succedens priuato, non vtitur iure priuati.*
7 *Bona clericorum, & Ecclesiæ, eodem gaudent priuilegio.*
8 *Priuatus habens aliquod ius commune cum Ecclesia Romana vtitur priuilegio & præscriptione Ecclesiæ competenti.*
9 Lex. 57. tit. 7. par. 1. *declaratur.*
10 Olanus *reprobat opinionem* Gregorij. *&* Couarr. *circa intellectum legis partita.*
11 *Clericus in pluribus casibus potest coram iudice laico conueniri, remißiue.*
12 *Opinio Olani reprobatur ab Ahumada, qui dicit, quod somniauit.*
13 *Verba* dictæ legis. 57. *ponderantur, & declarantur.*
14 *Executio potest fieri per iudicem secularem in prædio à laico hypothecato, licèt à clerico poßideatur.*
15 *Opinio* Parladorij *defenditur, & fundatur autoritate & ratione vltra eum.*
16 Lex. si creditor, §. fin. D. de distractione pignorum, *declaratur.*
17 *Alienatio rei hypothecatæ, est nulla, si pactum de non alienando præcesserit.*
18 *Res vendita, non obstante pacto, de non alienando, præsumitur adhuc durare in dominio venditoris.*
19 *Clericus censuarius si laico succedat, potest coram iudice laico conueniri.*
20 *Clericus succedit cum onere in re hypothecata.*
21 *Successor in re vendita, tenetur ad onera realia, & ad pensiones præteritas & decursas, & decimam.*
22 *Iudex sæcularis, contra personam clerici, mittere mandatum de exequendo non potest.*
23 *Clericus si succedat in censu à laico constituto, non potest per censuras contra laicum procedere.*
24 *Feudatarius non potest alienare feudum in Ecclesiam.*
25 *Alienatio in potentiorem est prohibita.*
26 *Statutum populi valet, quòd laicus non poßit alienare in Ecclesiam res tributarias, licet alij teneant contrarium.*
27 Capit. 3. seßion. 25. Concil. Trident. *declaratur.*

QVÆSTIO XL.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, vt non procedat contra clericum hæredem laici, cum quo lis fuit cæpta.*

SAtis anceps & dubia est quæstio illa in iure, coram quo iudice sit conueniendus clericus, qui laico successit, contra quem lis erat mota? Et in hac quæstione, clericum laici successorem, teneri & debere prosequi & continuare instantiam cæptam coram iudice sæculari à suo prædecessore, coram ipso iudice laico, tenet Imola, *in l, si cũ hominem. D. de fideiussoribus* Angelus, & Paulus, *in l. heres. absens, §. 1. D. de iudiciis*, & dicit passum esse ambiguum Barbat, *in capit. quia, colum.* 8. *de iudiciis*, tenet alij plures relati per Cagnolum, *in l. 2. C. de pactis inter emptor. & venditorem, numer.* 175. vltra quos hanc tenet Boetius, *decisione*, 69. *numer.* 32. Alexand. *ad Bartol. in authentica, & consequenter, numer.* 19. *C. de sentent. & interlocut.* Guillermus Benedictus, *in capit. Raynutius, verbo, & vxorem, el 2. numer.* 124. *de testament.* & hanc dicit communem Rogerius de Nuta, *in l. 1. num.* 61. *D. de iudiciis*, & ratio desumitur † ex, *l. venditor. D. de iudiciis, l. 1. C. vbi in rem actio exercere debeat*, vbi † qui tenetur de euictione, non potest declinare forum, sed causam defendere coram iudice sæculari, vt notat Guillermus Benedictus, *vbi supra numero*, 417. & ex alia ratione, quia † vbi cæptum fuit semel iudicium, ibi debet finem accipere, *l. vbi captum, D. de iudiciis, l.* 56. *tit.* 6. *partit.* 1. *l.* 33. *tit.* 5. *partit.* 5. Couarruuias, *practicarum, quæstione, capit.* 8. Antonius Gomez, 2. *tomo, variarum, capit.* 2. *numer.* 39. Mattheus de Afflictis, *decis.* 227. 1 2 3

Sed † his non obstantibus, contrariam opinionem (imo, quòd hoc casu non teneatur clericus prosequi instantiam coram iudice sæculari) tenet Antonius, & Abbas, *in dict. capit. quia verò*, vbi Felinus, *colum.* 3 & Decius, *colum. fin.* & hæc opinio fuit seruata in praxi secundum Lancellotũ, Politum, & Iacob, *in d. l. heres. absens, in principio*, & hæc est verior opinio secundum Cagnolum, *vbi sup. numer.* 186. vbi latè pro vtraque parte, & hanc opinionem dicit magis communem Marantá, *de ordin. iudic. fol.* 121. *numero*, 13. Et hanc tenet Ripa, *in capit. de ceterimus, numer.* 22. *de iudic.* vbi innuit esse communem, & dicit Ias. *in l. emancipati, numer.* 3. *C. de collation.* quòd † laicus, & clericus, heredes laici, debent conueniri coram iudice ecclesiastico, Menchaca, *de successionum creatione* §. 22. *numer.* 70. Spino, *in Speculo testamentorum, glos.* 35. *numer.* 72. Et vltra omnes pro hac opinione facit, † quando Ecclesia succedit priuato, cõtra quem erat inchoata præscriptio. 10. vel 20. annorum, non sufficit, præscriptio priuati contra eã, sed secundum priuilegium, quòd habet Ecclesia in suis rebus præscribendis, debet præscribi. Hæc est communis opinio secundum Ias. *in aut hec ite. quas actiones, numer.* 36. *C. de sacrosanct. Eccles.* 4 5 6

idem

7 idem est dicendum de rebus clerici, quia † res clericorum & Ecclesiæ eodem gaudent privilegio, gloss. *in capite. quanquam, de censibus, in 6.* glos. *in capit. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitutionib. cum similibus*: quas intellige in casibus à iure expressis: nam in his gaudent res clericorum, privilegio rerum ecclesiasticarum: uti opinio commun. est secundum Decium, *in dict. capite, Ecclesia sanctæ Mariæ, num. 21.* ubi Catelinus, *numer. 10.* & latius Barbat. *numer. 4. cum sequentibus.* Pro quo etiam facit, quòd tradit Innocent. *in capit. Audientiam. de præscriptionibus* quòd † si privatus habeat aliquod ius commune cum Ecclesia, nō currit contra eum minor præscriptio centum annorum, ut *in authentica, quas actiones, C. de sacrosanct. Eccles.* tradit Marsilius, *in l. de minore, §. tormenta, numer. 16. de quæstion.* & Gracianus, *regul. 367. numer. 5.* Nec omittam, quòd dixit Barbos. *consil. 1. colum. 23. volum. 3.* (& est communis opinio) quòd res clericorum non gaudent eodem privilegio, quò res Ecclesiæ, quod intelligerem in casibus à iure non expressis.

Quibus sic præhabitis, verior semper mihi visa fuit prima, opinio, tàm de iure communi, quàm
9 hodiè Regio, † *ex l. 57. titul. 6. partit. 1.* quam in hunc sensum intellexerunt Gregor. ibi, *verbo, * demanda, ** & latissime de illius textus intellectu agit Covarruvias, *practicar. quæstion. capit. 8.* Avendannus, *de exequendis mandatis, capit. 1. num. 33.* Didacus Perez, *in l. 3. tit. 13. libr. tert. ordinam,* quam sequitur Rodriguez. *de annuis reditibus, lib. 1. quæstione nona, numero. 58.* Marta, *de iurisdictione, quart. part. centur. 1. casu. 33.* & novissimè Gracianus, *discept. 1. foren lib. 1. capit. 16. nu. 31.*
10 ubi hanc dicit veriorem, & magis communem: & contra omnes tenet † Olanus, *in antinomia iuris,*
11 *litera C. numer. 26.* qui tenet, & nervosè defendit contra Gregor, & Covarruvias, quòd, † licèt lis sit cœpta cum defuncto, vel non, in quocunque casu clericus, hæres laici, est conveniendus coram iudice sæculari, & illud novissimè declarat Parladorius, *lib. 2. quotidianar. capit. fin. §. numer. 10.* & Suarez, *in l. post rem iudicatam, extensione. 1. à numer. quart. & in tractatu. communium, numer. 13.* & Quesada, *in suis quæstionibus. capit. quart. numer. 7.* qui assignat intellectum *ad dict. l. 32. titul. 2. partit. 3. & ad dict. l. 7. tit. 1. partit. 2. l. 6 tit. 1. part. 1.* in quibus iuribus potest clericus à iudice sæculari conveniri: ita Guillermus Benedictus, *ubi super. verbo. & uxorem, numer. 27.* & Paz, *in sua*
12 *praxi, 2. tom. præludio. secund. num. 41.* ubi resolvit, quòd illa lex non servatur in praxi, & † Ahumada, *in d. l. 57. glos. 5.* qui tenet contra Olanum, & dicit, quòd somniavit Aviles, *in capit. Prætorum, verbo, * la execution, ** *numer. 66.* Spino, *supra, numer.*
13 *73.* Quod quidem verius mihi videtur, prout quotidiè practicatur, intelligendo † legem illam, quando lis fuit cœpta, & contestata cum defuncto laico, ut denotant verba illius legis, ibi: * *Otrosi, quando el clerigo hereda los bienes del home lego.* * Et ibi: * *Tonudo es el clerigo de fazer derecho ante aquel juzgador seglar, do le faria aquel, de quien hereda el aver si fuera vivo.* * & ibi: * *Hademāda.* * Et vide circa istam legem Bobadilla, in sua Politica, *lib. 2. capite, 18. nume. 165.* & ita tenet Menchaca, *de successionum creatione, §. 22. nume. 70. & 72.* qui refert in hac controversia duas communes opiniones contrarias, quæ possunt reduci ad concordiam, si prima opinio intelligatur, lite cœpta & contestata coram iudice laico, secunda verò, re integra, contra Olanum, qui in utroque casu voluit directè contrarium, per illum textum, *in dict. l. partita,* & vide Rubeum, *de donationibus, §. 39. n. 8.*

Vnum tamen non omittam in præsenti,
(quòd sæpiùs, & sæpissimè in praxi contingit,) 14
an † executio fieri possit per iudicem sæcularem in prædio, & possessione specialiter obligata & hypothecata à laico, cum pacto de non alienando, quæ ex aliquo titulo transivit in ecclesiasticam personam? Et semper fuimus huius opi- 15
nionis, ut rectè executio fieri possit: & illud † tenet novissimè Parladorius, *libr. 2. rerum quotidianarum, capite. fin. §. 1. numero, 12.* ubi dicit audiendum non esse clericum prædii possessorem, si allegaverit fori præscriptionem, qui nihil allegat
pro sua sententia. Pro cuius intelligentia, est sup- 16
ponenda dispositio textus, *in l. si creditor, §. fin. D.*
*de distract. pign.* ibi * *Et magis est nullam esse ven-* 17
*ditionem, ut pactioni stetur.* * Et sic † cum venditio & alienatio rei hypothecatæ sit nulla, propter pactum quod præcessit de non alienando, sequitur, quòd alienatio postea facta est nullius momenti, & contractus ipso iure nullus; & sic clericus nullo iure potest se defendere: cùm executio à iudice laico rectè procedat in re specialitèr hypothecata, etiã si à clerico possideatur quia talis executio potest rectè & directè fieri contra
tertium rei possessorem, nulla facta excussione, 18
ex eo, quia † res vendita, semper præsumitur esse in dominio principalis debitoris. Ita Rodericus Suarez, *in l. post rem iudicatam, limitatione. 1. numer. 5.* & Gutierrez, *li. 2. practicarum quæstionum, quæstione. 132. numer. 9.* qui benè hoc declarat, *in l. nemo potest, numer. 30. & 31. D. de legatis. 1.* Parladorius, *lib. 2. rerum quotidianarum, capite, fin. 4. part. §. 5. numer. 19.* Mattheus de Afflictis, *decisio-*
*ne. 95.* & Felicianus de Solis, *de censibus, lib. 3. capi-* 19
*te, sext. per totum.* Et † in clerico censuario, qui succedit laico, idem tenet Guillermus de Cuneo, *in l. de his. C. de Episcopis, & clericis,* & expresè tenet idem Olanus, *in suis antinomiis, lite. C. nu. 31.*
qui resolvit, quòd ratione census potest clericus 20
conveniri coram iudice sæculari, cum † succedat in re cum suo onere, *l. fin. C. sine censu vel reliquis fundum comp. non posse, l. Imperatores, D. de publican.* Idemque resolvit Guillermus Benedictus, *in capit. Raynutius, verbo, & uxorem nomine*
*Adelasiam. numer. 34. de testament.* ubi dicit, quòd 21
ita servatur in practica, & sic † tenetur talis successor ad pensiones, & tributa præterita, & etiam ad decimam, ut tradit Abbas, *in capite, cum homines, numer. 6. de decimis,* Et Federicus de Senis, *cons. 81.* & Tiraquellus, *de retractu lignagier, §. 29. glos. 2. numer. 7.* & Gigas. *de pensionibus, quæstione, 44.* Avendannus, *in capit. Prætorum, capit. 1. numer. 33.* qui dicit, quòd ratione hypothecæ potest clericus conveniri coram iudice sæculari. Et ra-

tio est, quia hæc omnia sunt onera realia, ut tra-
dit Afflictis; *supra numer.* 4. & sequitur possessio-
rem, tanquam lepra leprosum, & umbra homi-
nem, §. *item Serviana.* ubi Ias. *institutis de actioni-
bus*, quod declarat Guido Papæ, *quæstio.* 79. quæ
opinio est tenenda, licèt contrariam teneat Rodri-
guez, *de annuis reditibus, libr.* 2. *quæstio.* 9. *numer.*
58. & Marta, *de iurisdict.* 4. *part. centuria.* 1. *casu* 33.
Est tamen advertendum, quòd iudex sæcularis
non potest aliquid facere in personam clerici, nec
22 † contra eum mittere mandatum de exequen-
do, sed solum contra bona obnoxia tributo: ita
Baldus, *in authent. sed & si periculum*, C. *sine cen-
su, vel reliquis*, quòd sequitur Gregor. *in l.* 51. *tit.* 6.
*part.* 1. *verbo*, * *por razon de sus personas*, * & *in l.*
24. *tit.* 15. *part.* 7. *verbo*, * *el ganado*, * Avendan. *in
capit. Prato*, 2. *part. capit.* 14. *numer.* 31. Quod se-
quitur Gutierrez, *practic. quæstione, libr.* 1. *quæstio.*
4. *numer.* 2. Azevedo, *in l.* 11. *tit.* 3. *lib.* 1. *recop. num.*
12. Idem Gutierrez, *lib.* 2. *practic. quæstio.* 132. *num.*
9. ubi sequitur dictum Baldi, *in l. his*, C. *de Episco-
pis, & clericis*, tenentis, quòd pro talibus censibus
& tributis, clerici in rebus ipsis possunt conveni-
ri, secus autem contra personam, ut *in authentica,
statuimus*, C. *illo titulo.*

Sed dubium est (quòd in facti contingentia
pluries, mihi contingit) an constituto censu in-
ter personas laicas, possit dominus censum illum
alienare in Ecclesiam, vel ecclesiasticam, perso-
nam, ut debitor census conveniatur per censuras
coram iudice ecclesiastico, ad solutionem redi-
tuum, & tributorum? Et non recordor, aliquem
in terminis quæstionem istam tetigisse: Ego verò
23 semper fui in ea sententia, ut † licèt valeat alie-
natio, vel donatio census in Ecclesiam non pote-
rit Ecclesia per censuras procedere contra census
debitorem, neque coràm iudice ecclesiastico: &
ratio est, quia Ecclesia, quæ successit laico privato,
debet illius jure uti quando agitur de præjudicio
tertij; maximè, quia regula juris est, quod nemo
plus juris in alium transferre potest, quam ipse
habet. Rursus, debitor census sine facto suo esset
obligatus in duriorem causam si per censuras ec-
clesiasticas contra illius personam ageretur. Et est
alia ratio, quia actor, prout est Ecclesia, in hoc ca-
su debet sequi forum rei, cui ipse à principio se
submisit; alias multis sumptibus gravaretur, com-
parendo coram judice ecclesiastico, extra patriam
& domicilium, absquè aliqua sui fori renuncia-
tione. Et ultra rationes supradictas, pro hac sen-
tentia facit text. *in authent. de alienatione & em-
phyteusi*, §. 1. ubi † feudatorius, non potest alie-
24 nare in Ecclesiam, ex eo, quia † alienaret in po-
25 tentiorem. Facit etiam ratio text. *in capit. fin. de
alienatione iudicij mutandi causa facta*, ibi: * *Ut
adversarius ad ecclesiasticum forum trahat*, * text.
*in l.* 1. D. *eod. titu. l.* 50. *tit.* 2. *partit.* 3. *l.* 15. & 16. *tit.*
7. *partit.* 3. Duennas, *regul.* 88. Socinus 48. Facit
etiam, quòd tradit Baldus, *in capit. quæ in Ecclesia-
rum, numer* 8. *de constitution.* quòd † valet statu-
26 tum populi, quòd laici non possint alienare in cle-
ricos, vel Ecclesias, res tributarias, vel collectarias;
& si vendantur, licitum erit laicis defendere suas
jurisdictiones. Idemquè tenet Bartolus, *in l. re-
scripto*, §. *fin. numer. quint.* D. *de muneribus, & ho-
nor.* Et de veritate huius dicti Baldi, videndus
est Didacus Perez, *in lib. prim. titulo. tert. liber.
prim. ordin. column. nona*, & Gutierrez, *supra.
quæstione.* 132. *numer. quint.* Præterea facit, quod
pro hac sententia dicitur *in lib.* 57. *titul. sext. par-
tit. prim.* & † *capite, tert. sessione*, 25. Conci-
lij Tridentini, ibi: * *In causis civilibus, ad forum* 27
*ecclesiasticum quomodo libet pertinentibus, contra
quoscunque, etiam laicos, per censuras non proce-
datur, tam in procedendo, quam definiendo.* * Et
sic mihi tutius videtur, quòd Ecclesia non possit
procedere contra laicum censualistam, virtute
cessionis, seu donationis, aut venditionis factæ à
laico, per censuras sed in foro laici, per requisi-
toriam: & aliter erit articulus violentiæ, quod te-
ne menti, quia sæpè contingit de facto, & ita ob-
tinui.

SUMMARIUM.

1 *Gratia Pontificis solo verbo perficitur.*
2 *Papa solo verbo creat Episcopum, vel beneficia-
tum.*
3 *Contractus solo consensu perficitur.*
4 *Scriptura magis ad probationem, quam ad sub-
stantiam contractus adhibetur.*
5 *Mortuo Pontifice, literis non expeditis, expedi-
untur Bullæ in forma*, rationi congruit.
6 *Dispensatio Pontificis expeditur per verbum*
fiat.
7 *Gratia est perfecta per verbum* fiat.
8 *Beneficium collatum per signaturam ante ex-
peditionem bullarum, potest cum alio com-
mutari.*
9 *Beneficium dicitur vacare per mortem, literis
non expeditis.*
10 *Licitum est in foro conscientiæ, uti gratia Apo-
stolica, literis non expeditis.*
11 *Capellania bonoris, non requirit scripturam.*
12 *Stylus Curiæ circa gratias Apostolicas refer-
tur.*
13 *Contraria opinio in quæstione principali propo-
nitur.*
14 *Supplicatio sola non perficit gratiam, donec li-
teræ expediantur.*
15 *Gratia beneficialis requirit expeditionem lite-
rarum.*
16 *Gratia Pontificis continet conditionem tacitã,
si litteræ expediantur.*
17 *Iudicandum non est secundum formam suppli-
cationis.*
18 *Gratia dicitur informis, donec literæ non expe-
diantur.*
19 *Beneficiatus dicitur intrusus si literis non expe-
ditis capiat possessionem beneficij.*
20 *Regressus non valet, literis non expeditis.*
21 *Sequestrum non valet, literis non expeditis.*
22 *Collatio beneficij non probatur testibus.*
23 *Collationis literæ sunt necessariæ.*
24 *Capellaniæ collatio non probatur testibus,*

QUÆ-

## QVÆSTIO XLI.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo contra clericum, ad solutionem pensionis, literis non expeditis, & appellatione remota.*

1 GRatia † Pontificis solo verbo perficitur, cum dependeat à verbo, fiat. Ita Calderinus, *in capite, quisquis, de electione*, Barbatia, *in capite, nostra, numero 19. de rescriptis*. Riminaldus Iunior, *in rubric. de constit. numer. 13*. Rebuffus, *in reg. 54. Cancell.* Calladot. *decis. 4. numer. secund. in tit. de causa possess. & propr.* Et hanc dicit communem opinionem Flaminius Parisiis, *de resignatione benef. 2. tomo. libr. 10. quæstione, a numer.*
2 *3.* ubi dicit, quòd est communis opinio, quòd † statim quando Papa pronunciat aliquem Episcopum alicuius civitatis, vel beneficiatum alicuius beneficij, vel præbendæ, quòd eo ipso perficitur gratia: & hæc est communis opinio, ut tradit Bursatus, *consil. 393. numer. 4. vol. 4.* & Mascardus, *de probationibus, concl. 845. numer. 29. vol. 2.* ubi *num. 14* allegat pro ista opinione, *cap. institutionis, 15. quæst. 10. 2. Clement. dudum. § fin. de sepulturis*. Et
3 sic † in reliquis contractibus solo consensu con-
4 tractus est perfectus quia † scriptura magis ad probationem, quam ad essentiam ipsius adhibetur, ut *in l. contrahitur, D. de pignoribus*. Geminianus, *consil. 103. numer. 6.* ubi dicit, quòd de stylo Curiæ requiritur scriptura solùm ad solennitatem probatoriam, sed quo ad substantiam gratiæ, scripturam, non esse necessariam, cum sufficiat solum verbum Papæ, qui solo verbo potest alicui priuilegiũ concedere, ut *in dict. Clementin. dudum*, idem tenet Staphilæus, *de literis gratiæ & iustitiæ, tit. quibus modis expir. liter. numer. 9* Ias. *consil. 146. numer 3. volum. 2.* Gomezius, *in reg. Cancellariæ, de non iud. extra form. supp. quæstione. 1 numer. 2.* & pro hac opinione est decisio Rotæ, *tit. de rescriptis, 87. alias 182. numer. 3. in ant. quis* Gigas, *de pensionibus, quæstione, trigesima quarta numer.*
5 *prim.* & sic † si literis gratiæ non expeditis, Pontifex moriatur, expediuntur Bullæ in forma, *rationi congruit*, ut *in reg. Cancel. 8.* ubi Gomezius, & Mandos. & sic † valet dispensatio
6 concessa à pontifice inter consanguineos, licet Bulla dispensationis non reperiatur: quia † suf-
7 ficit, quòd dixerit, *fiat*, ut sit gratia perfecta, ut dicitur *Genes. capite. 1.* fiat lux, & facta est lux. Ita Rebuffus, *in concordan. rubrica, de mand. Apost. verbo, literas*, Ripa, *lib. 2. responsorum, Canon, 11. de iure patronat.* Et est ratio, quia verbum, *fiat, ut petitur*, licet possit de futuro colligi, tamen frequentius accipitur de præsenti, ut docet Felinus, *in capit. quisquis, de election. in capite, eam te, de rescriptis*, Afflictus, *decisione, 251. numero sexto*, Decius, *consil. 175. numer. 6.* Quæ opinio in tantum vera est, quòd † beneficium collatum per signa-
8 turam, ante levationem seu expeditionem Bullarum, potest cum alio commutari, ita docet Rebuffus, *sup.* & Imola, *in Clementina, unica, numer. 22. de rerum permutatione*. Probus, *in additionibus ad Monachum, in capite licet Episcopus, de præbendis & dignitatibus, lib. 6.* & probatur *in dict. decisione, 182.* ubi † beneficium dicitur vacare per mor- 9
tem illius, cui solo verbo fuit collatum, etiamsi haberet tantum signaturã: & si ille cui facta fuit collatio, moriatur extra Curiam, dicitur etiam beneficium extra Curiam vacare: & nostram principalem opinionem tenet Vitalin. *in dict. Clemet. dudum*, & Silva, *in tractatu, de benefic. 3. part. quæstione. 22.* Quæ opinio in tantum vera est, quod † 10
procedat etiam in foro cõscientiæ; nam in eo potest quis gratia uti, licèt Bullæ non sint expeditæ, ut docet Abbas, *in dict. Clementina, dudum, de sepult. in § per illum*, & sequitur Felinus, *in rubric. de constit, numer. 6. versiculo, limita*, quos sequitur Rebuffus, *in rubric 4. de mandat. Apost. § 1. versiculo, quarto infero*. Et sic resolvit Mascardus, *volum. 1. de probationib. conclus. 246 num. 11.* quòd † 11
capellania honoris, non requirit scripturam, nec Bullam Pontificis: quia † hæc privilegia vivæ vo- 12
cis oraculo concessa, solent in publicas tabulas referri, cuius exemplum facilè haberi potest, cum in archivo ad perpetuam rei memoriam custodiantur, ut tradit Mascardus, *supra numer. 8.* Ex quibus videtur dicendum in quæstione principali proposita, quòd literæ non sint necessariæ, sed quòd sufficiat sola supplicatio.

Sed † his non obstantibus, contraria opinio 13
verior, & receptior est & magis communis de stylo notorio & vulgari, ut affirmat Flaminius Parisius, *lib. 10. de resignatio. beneficiorum, in secund. part. quæstione. 1. numer. 6.* quam sequitur Geminianus, *consilio 106.* Oldradus, *cons. 320. numer. 8.* Mandosius, *in rub. de cõstit. n. 50.* & ita fuit resolutum & practicatum in Rota, *decision. 20. numer 5. de præbend. in novis. & decis. 27. de rescriptis*, Bellamera, *decisio. 746.* Felinus *in ca. eam te, de rescript. colum. 3.* Gigas *respon. 42. numer. 11.* Chassaneus, *cons. 11. numer 27.* Bursatus *cons. 393. numer. 21.* ubi 14
dicit, quòd † sola supplicatio dicitur existere in utero, donec per literarum expeditionem in mundum producatur, ut dicimus de posthumo, qui nihil est, dũ est in utero, Mascardus, *de probationib. volumin. 1 conclus. 845.* qui omnes resoluunt, requiri † in gratia beneficiali expeditionem lite- 15
rarum, & attentam gratiam dici informem & imperfectam: quia † semper in gratiæ concessione 16
censetur inesse quædam tacita conditio, si literæ expediantur, ut tradit Bellamera, *decis. 4. versic. & puto*, Rota *decis. 27. tit. de rescriptis, in nouis*. Milis, *in repertor. verbo, gratia Apostolica*, & ob hanc rationem fuit facta regula Cancellariæ, quâ cavetur & disponitur, ut † non iudicetur iuxta for- 17
mam supplicationis; quæ regula emanauit ob duas causas, ut tradit Parisius, *supr.* Prima fuit, ad obuiandas falsitates, quæ in supplicationibus facilius committebantur, quam in Bullis. Secunda, ne fiat præiudicium officialibus Romanæ Curiæ, qui apponunt manus super literas in Cancellaria, & inde consequuntur quædam emolumenta consueta præstari ratione officiorum emptorum. Et ob hanc causam donec † literæ sint 18

expeditæ, gratia dicitur informis, & non potest exequi.

Ex qua resolutione verissima, & tenenda in iudicando & consulendo, infero, quòd † si aliquis
19 capiat possessionem beneficij, sola supplicatione signata, & literis non expeditis in forma consueta, dicitur intrusus, & perdit omne ius, quòd habeat ad beneficium, & de cætero ad illud obtinendum inhabilis redditur, ut fuit sancitum in quadam constitutione Iulij. III. *constit.* 33, *anno.* 1553. de qua mentionem facit Gigas, *de pensionibus, in epitome de instructionibus numer.* 28. Bursatus, *consil.* 393. *sub. numer.* 21. Mandosius, *in dict. regul. de non iudic. extra form. supl. quæstione.* 4.
20 *numer.* 2. Similitèr † non valet regressus, literis non expeditis, nec Episcopus, vigore alternatiuæ, potest providere ex sola supplicatione, ut Mandosius, *supr. quæstione.* 17. nec dispensatio suffragatur, nisi literis expeditis, ut tradit Oldradus, *cons.* 336 Flaminius, *supr. numer.* 25. *&* 26. ubi *numer.* 28.
21 resolvit, quòd † non relaxatur sequestrum resignatario, habenti solam supplicationem, vigore sententiæ latæ favore resignantis, nisi expediverit literas, referens pluries in Rota sic fuisse iudicatum: quia secundum regulam Cancellariæ, literæ non solum requiruntur quoad probationẽ, & executionem gratiæ, sed etiam quo ad validitatem, ut tradit Mandosius, *rubric. de constit. nu.* 49. *&* 50. & Geminianus, *supr. cons.* 106 Quæ opi-
22 nio in tantum vera est, & tenenda, quòd † collatio
23 beneficij non potest probari testibus, cum † literæ collationis sint necessariæ, quam dicit esse magis communem opinionem Flaminius, *supr. numer.* 33. & quòd ita practicatur de stylo Curiæ: & sic sæpius allegavi in causis capellaniarum, quæ tractantur in hoc consilio illustrissimi Archie-
24 piscopi. Quòd † si dubitetur, an capellania sit collatiua, & aliquis ex oppositoribus velit probare collationẽ per testes, quòd non sit audiendus, quia est necessarius titulus collationis, aliàs non debet iudicari beneficium ecclesiasticum, licèt contrarium teneat Mascardus, *volum.* 1. *de probat. conclus.* 313. *nume.* 21. quia iura ab eo allegata illud non probant. Quod est summè notandum, quia sæpè in praxi contingit, & ita fuit resolutum in Rota, ut tradit Posperus Farinac. *decis.* 14. ubi resoluit nostram quæstionem.

SVMMARIVM.

1 *Confugiens ad corpus Christi gaudet immunitate Ecclesiæ secundum multos D.d.*
2 *Confugientes ad statuam Principis sunt securi.*
3 *Si Cardinalis sit obvius reo, qui ad supplicium ducitur, non potest in eo pœna executioni mandari.*
4 *Ecclesia dicitur Corpus Christi.*
5 *Executio sententiæ quando differenda sit.*
6 *Damnatus ad mortem est concedenda Eucharistia.*

QVÆSTIO XLII

*Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo per censuras contra iudicem secularem, ut remittat reum ad Ecclesiam, qui confugit ad Corpus Christi.*

Confugiens † ad Corpus Christi, gaudet immunitate Ecclesiæ, ita tenet Archidiaconus, *in capit. quæstionum.* 13. *quæstione. secund.* & hanc partem tenet Hostiensis, *in capit. sanè, columm. secund. de celebrat. Missarum §. in quantum, numer. duodec.* & eandem latè tenet Marianus Socinus, *in tractatu, de citatione, argum.* 7. *numer.* 45. & ex Theologis idem tenet Angelus, *verb immunitas, quæstione* 28. Sylvester, *in eodem verbo, tert. quæstione, prim.* & Montalvus, *in libr. sept. titul. quint. libr. prim. fori. & in, l.* 15. *titu.* 20. *libr. tert.* & Gom. Arias, *in libr. secund. Tauri, num.* 68. Rodericus Suarez, *allegat.* 25. Segura, *in l. quemadmodum, numer.* 70. *D. de acquirend. possess.* Et est communis opinio secundum Corsetum, *in singulari, verbo, Cardinalis*, & secundum additionem ad Romanum, *singulari*, 335. & secundum Gomezium, *in §. pœnales, nume.* 50. *instit. de actioni.* Covarruvias, *libr. secund. variar. capit.* 20. *num.* 6. & tenet Faber. *in §.* 1. *numer.* 3. *institut. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris*, Gomezius, 1. *tomo, variarum. cap.* 10. *numer.* 1. Placa, *de delictis, libr.* 1. *capit.* 34. *numer.* 16. Menchaca, *lib.* 3. *de testam*, §. 22, *numer.* 55. & Paz, *in sua praxi*, 5. *partis*, 1. *tomo. cap.* 3. §. 3. *numer.* 36. ubi limitat, quando detentus in carcere confugeret ad Corpus Christi, & Eucharistiam, quæ ad eum ducitur, in quo omnes consentiunt, secundum opinionem glossæ, *in ca. quæsitum*, 13. *q.* 2.

Sed contrariam opinionem tenet glos. *in dict. cap. quæsitum*, ut à quibusdam allegatur, & præcedens opinio reputatur dubia, à Covarruvia, *supr, nu.* 6. & hanc secundam opinionem asserit cõmunem Hostiensis, *in dicto cap. sane* & Bonifacius *in col.* 1. *numer.* 39. *de pœnitentijs, & remisionibus*, qui tamen sequitur primam; quæ est communior, verior, & tenenda, quam tenent Fuscus, *singul.* 156. *litera. E.* Peckius, *de iure sistendi, cap* 6. *nume.* 3. Didacus Perez, *in l.* 1. *tit.* 1. *libr. ordin. pagin.* 17. Thomas Cerdan. **en la visita de carcel,* capit.* 11. §. 4. *pagin.* 161. Belluga, *in Speculo Principum, rubric.* 11, §. *sed quia numer.* 29. & sequitur Alexand. *in rubric. numer.* 10. *D. de novi operis nunciatione.* Et pro hac sententia facit textus, *in authentica, multo magis, C. de sacrosanctis Eccles.* quia si immunitas conceditur Ecclesiis propter Deum, multo magis erit securus reus confugiens ad ipsum Deum. Facit etiam, quia † confugientes ad statuam Principis sunt securi: prout asserit esse communem opinionem Remigius, *in tractatu, de immunitate Ecclesiarum colum.* 8 Ergò à fortiori, illud procedit in confugiente ad Corpus Christi. Secundò facit etiam, quia confugiens ad personam Principis, est tutus, secundum eundem, qui dicit communẽ opinionẽm, & tenet Chassan.

in con-

in consuetudinibus Burgundiæ, *rub.1.§.5.versic.*
*fisnagrace, numer.* 119. ubi ipse hoc argumento
tenet, fugientem ad Corpus Christi, hac immu-
nitate gaudere, tenet etiam Sylva Nuptialis, *lib.1.*
*numero 62.* Facit etiam & tertiò pro hac senten-
tia, quia † si Cardinalis fit obvius reo, qui ad sup-
plicium ducitur, non potest in eo pœna executio-
ni mandari, iuxta consuetudinem, quam refert
Baldus, *in l.addictos, C.de appellat.* Et Corsetus,
*verb.Cardinalis*, Hippolytus, *in rubr.numer.13.D.*
*ad legem Corneliam de falsis, & in singul.273.co-*
*lum.fin.* Guillermus Benedictus, *in capit. Raynu-*
*tius, verb.mortuo itaque testatore, el.1.numer.182.*
*& 269.* & Sylva Nuptialis, *ubi sup.* Gomez Arias,
*in l.2.Tauri*, Duennas, *reg.81.* ubi posuit remissi-
vè sex limitationes. Idem tenent & alii relati per
Remigium, *supr. colum.84.* Est tamen verum,
quod hoc de Cardinali non placet Gomezio, ne-
que aliis per eum relatis, *in dict.§.pœnales, nu-*
*mero 50.*

Quartò facit pro hac opinione & sententia
4 principali, quod † Ecclesia dicitur Corpus Chri-
sti, ut in *cap. Ecclesia.1.quæst.1. & in cap.sed & il-*
*lud.26.quæst.2. & in cap.ubi sana.24.quæstione 1.*
& traditur per glos. singularem, *in capit.fin.ne*
*Prælati vices suas*, & per gloss. magnam, *in prin-*
*cipio, in capit.si quem de sentent.excommun.* Ex
quibus hæc pars verior videtur, neque obstat gloss.
*in dict. capit. quæsitum*: quoniam non loquitur
in hoc nostro casu, sed in casu, quo delinquens
sumeret Corpus Christi, quo casu videtur vera:
& in hoc salvat eam, post Archidiaconum, Segu-
ra, *in dict.l.Quemadmodum, num.70.* Et Gomez
Arias, *in dict.l.2.Tauri, num.78.* & tenet Bonifa-
cius, *in dict.Clementina 1.num.35.* post Hostien-
5 sem, *in locis supra citatis* secundũ quem † in hoc
casu est dilatanda & differenda executio senten-
tiæ, in tres vel quatuor dies: quod sequitur Hip-
polytus, *in pract.criminali, §.opportunè, nume-*
*ro 50.* Et licet hoc sit honestius, contrarium ta-
men fieri poterit, secundum Bonifacium, *ubi sup.*
*num.27.* ubi refert, contrariam in quibusdam par-
tibus esse cõsuetudinem: & sanè est credendum,
quod propter illud dictum Hostiensis non practi-
catur opinio celebris glossæ, *dicta Clementina.1.*
6 *de pœnitent. & remissionibus*, quæ † vult damna-
tis ad mortem concedendam esse Eucharistiam.
Quam sententiam probat text. *in l. Archigeron-*
*tes, C.de Episcopali audientia, l.7.tit.13.part.1.*
licet nunquam sit practicata, ut testatur Boteus,
de Synodo, *3.part.art.1.numer.169.* Et novissimè
hanc opinionem defendit Cenedo, *in suis quæstio-*
*nibus, quæst.42.*

## SVMMARIVM.

1 *Delictum enorme quod dicatur?*
2 *Crimen sodomiæ dicitur delictum enorme.*
3 *Sodomita est degradandus, & Curiæ sæculari tradendus.*
4 Doctor Navarrus *increpatur circa intellectum* motus proprii Pii Quinti.
5 Salcedi, *opinio reprobatur à fratre* Manuel Rodriguez.
6 *Casus de facto de clerico alienigena refertur.*
7 *Nefandum crimen quare dicatur Sodomia.*
8 *Diabolus fugit, quando nefandum hoc crimen committitur.*
9 *Sodomitæ mortui fuerunt ea nocte, qua natus est Christus.*
10 *Virgilius fuit Sodomita, & Plato, & Solon.*
11 *Inventor Sodomiæ fuit Orpheus, qui fuit Princeps Thraciæ, secundum aliquos, alii dicunt ortum habuisse à mulieribus.*
12 *Hispani abhorrent crimen Sodomiæ.*

## QVÆSTIO. XLIII.

*Utrum judex ecclesiasticus faciat vim, tradendo clericum Curiæ sæculari pro delicto enormi, non data incorrigibilitate.*

CLericus pro delicto enormi, etiam non data
incorrigibilitate, potest tradi Curiæ sæculari,
ut est communis opinio, secundum Guillermum
Benedictum, *in quæstione de homicidio, columna*
*penultima*, & tradit Bernardus Diaz, *in sua practi-*
*ca, capit.139.* & refert duas communes, Didacus
Perez, *in l.3.tit.4.libr.4.ordinamenti.fol.90.co-*
*lumn.4.* Et istam opinionem sequitur Abbas, *in*
*capit.at si clerici, numer.39.de iudiciis, & in capit.*
*1.de parentibus, qui filios suos distraxerunt, & in*
*capit.tuæ, de pœnis, & in capit.cum non ab homine,*
*de iudiciis*, Felinus. *in cap.1.de cõstitut.nu.49.* Gui-
do Papæ, *quæstione.121.* Ancharanus, *consil.158.* &
Menchaca, *de successionum creatione, libr.3.§.22.*
*numer.52.* ubi refert duas communes contrarias.
Et pro hac sententia adducitur textus, *in capit.*
*inter alia, de immunitate Ecclesiarum, capit.1.de*
*homicidio, & dict.capit.cum non ab homine, capit.*
*sunt quædam.23.quæstione.5.capit.si quis laicus, 22.*
*quæstione.quinta*, in quibus iuribus, pro delictis
qualificatis, † veluti in parricidio, in adulterio, 1
in incesto, in homicidio perpetrato, per insidias,
& in aliis gravissimis delictis, quos congessit Ber-
nardus Diaz, *supr.nume.138.* clericus, non data in-
corrigibilitate, traditur Curiæ sæculari; quod
† quidem etiam procedit in crimine nefando, & 2
detestabili, & horrendo sodomiæ, ut tradit Ber-
nardus Diaz, *super.capit.86.* ubi doctissimus Sal-
cedo, qui plura tradit, contra illius criminis ne-
quitiam, referens *motum proprium* Pii V. qui
† statuit, sodomitam degradandum esse, & Cu- 3
riæ sæculari tradendum, quod fuit publicatum,
*anno*, 1568. quem † declarat Navarrus, *in ma-* 4
*nuali, capit.27.numer.249.* qui tenet, illam con-
stitutionem non comprehendere quemcunque
clericum sodomitam & quod unus lapsus in illo
crimine non sufficiat, nisi detur continuatio.
Quod increpat (& benè) Salcedo, *ubi supra*, quia
illud, quod differt secundũ plus & minus, non dif-
fert substantiã *l.fin.D.de fundo instructo, instrumẽ-*
*toq; legato.* Quã opinionem contra Navarr. (post
hæc scripta) tenet Dominus don Ioan. Vela, *de pu-*
*nitione delictorum, capit.33. versiculo, hodie tamen*
*Navarr.* contra † Salcedo, sequitur frater Manuel 5
Rodriguez, *in sua summa, verb.luxuria, capit.208.*
*numer.2.* sed contra eũ tenet Marta, *de iurisdictio-*

*ne 2. parte, cap. 16. numero 4.* & dicam in hoc tractatu per viam violentiæ, *quæstione 87.* Unde nimirum, si propter atrocitatem tanti sceleris, clericus ipso iure amittat privilegium clericale, ita ut absque degradatione tradatur Curiæ sæculari, ut tenet glos. *in c. ex parte, de privilegiis.* Quam opinionem communem esse fatetur Aufrerius, *in Clementina, 1. de offic. ordin. regul. 1. fallent. 19.* & Covarruv. *practic. quæstione, cap. 32. numero 2.* Chassaneus, *in consuetudinibus, Burgundiæ, rubr. 1. §. 5.* Capicius, *decis. 161.* Iulius Clarus, *in pract. criminali, §. fin. qu. 36.* qui affirmat communem, & ab ea non esse recedendum in iudicando & cōsulendo, & Boerius, *decis. 60. num. 16.* & alios refert Salcedo, *supra litera B.*

Sed contrariam opinionem dicit communem, ultra Menchacam, & Didacum Perez, *supra* Aretinus, *in dict. capit. cum non ab homine, col. 9.* & Arnaldus, *in capit. quoniam, colum. 22. de hæreticis, in 6.* & dicit communem Covarruvias, *libro 2. variar. capite vigesimo, numero septimo*, Albertinus, *in capite primo, de hæreticis, in quæstione 11. numero 55.* & fatetur communem Rolandus, *consil. 4. num. 31. lib. 1.* & istam opinionem sequitur contra alios Salcedo, *supra*, quæ vera est & tenenda, & secundum eam articulus violentiæ
6 est terminandus. Et nuper † vidimus in facti contingentia, in quodam clerico alienigena, qui in Mantua Carpentana, diabolica suasus persuasione, non solum committebat, tanquam agens & patiens, illud nefandum sodomiæ crimen, sed etiam cōtrahebat matrimonia inter masculos, mutato ordine naturæ, ut optimè dixit textus, *in l. cum vir. C. de adulteriis*, ibi: * *Ubi sexus mutat formam, ubi amor quæritur, & non reperitur.* Et licet illud delictum fuisset gravissimum, & nunquam auditum, clericus ille post degradationē fuit traditus Curiæ sæculari, & tot complices quotidie illius delicti perpetratores manifestat, ut adhuc non sit ultimo supplicio traditus, donec veritas elucescat, & omnes æqua lance iustum suppliciū reportent, maximè, vivente nostro Philippo, III. qui non admittit acceptionem personarum, ut probatur expressè, *in l. 1. tit. 21. lib. 4. recopil.* ibi: * *De qualquier estado, condicion, preeminencia; ò dignidad que sean.* * Et ibi illud notat, & ponderat Azevedo, *num. 53.* & Gregor. *in l. 4. tit. 30. part. 7. verbo*, * *Cavallero*, * ubi assignat rationem.
7 Et dicitur † illud crimen nefandum, quia offendit aures honestas, & fas non est de illo loqui: &
8 in tantum hoc verum est, quod † diabolus fugit, quando tale nefandum crimen committitur, ut scribit Matthæus de Afflictis, *in constit. Neapolit. lib. 3. Rubr. 42. num. 11.* & † memorabile est illud,
9 quod scribit D. Hieronymus, super Esaiam, & Iob, quod in illa nocte, qua Christus Redemptor noster natus est ex Virgine Maria, omnes sodomitæ mortui sunt, & † cum illis Virgilius, celeberrimus Poeta, qui illo morbo laborabat, ut
10 refert Bermondus, *de publicis concubinariis, q. 40. fol. 127* & Hippolitus Bonacossa, *in suis quæstionibus criminalibus, verbo, sodomia*, & Salcedo, *supra*, & novissimè Azevedo, *in l. 1. num. 12. titul. 21. lib. 8. recopilat.* Et Guillermus Benedictus, *in capit. Raynutius, verbo, cuidam Petro num. 52. de testam.* & idem refert, de Platone, & Solone, Menochius, *de arbitr. casu. 286. num. 24.* Et si † ali- 11
quis cupiat scire, quis fuerit primus inventor huius sceleris, legat Cœlium Rodiginum, *in lectionum antiquarum lib. 8. part. 10.* qui dicit fuisse Orpheum, Principem Thraciæ, sed Augustinus, *in sermone de Sodomitis, & Gomorreis*, dicit ortum habuisse à mulieribus, & homines postea ipsæ docuere, prout eum refert Bossius, *in practica criminali, tit. de stupro detestabili inter masculos, num. 4.* & Bursatus, *consil. 66 num. 28 in f.* & plura tradit Chassaneus, *in consuet. Burg. pag. 234. n. 4.* & dicit Salcedo, *ubi supra*, quod † quan- 12
to Hispania purior est ab hæresibus, plusquam aliæ nationes, tanto magis hoc nefandum crimen odit, & severissimè punit, eisdem nempè pœnis, quibus hæreticos pertinaces. Hæcque sufficiant de hoc horrendo crimine, ut omnes illud abhorreat, cum iis temporibus ex hoc delicto summopere Respublica Christiana sit in conflictu, & scandalizata, ex illo successu noviter contingenti, in Curia Matriti.

## SUMMARIUM

1 *Habitus honestus qualis dicatur.*
2 Cap. 6. sess. 23. Concilii Trident. *declaratur.*
3 *Clericus habens beneficium Ecclesiasticum, gaudet fori privilegio, etiamsi non deferat habitum, & tonsuram.*
4 Lex, 1. tit. 4. lib. 1. recopilat. *declaratur.*
5 *Clericus effectus post delictum commissum, gaudet fori privilegio.*
6 *Ordo ecclesiasticus liberat à iurisdictione iudicis sæcularis.*
7 *Fraus præsumitur in clerico cessare, quādo iam sex menses ante diem commissi delicti, tonsura & vestibus clericalibus usus est.*

## QUÆSTIO XLIV.

*Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, qui procedit contra clericum primæ tonsuræ, repertum sine habitu clericali.*

Clericus primæ tonsuræ, incedens sine habitu & tonsura, non gaudet privilegio fori, textus est *in capit. cum non ab homine, de iudi.* Est tamen advertendum, quod † dicitur habitus honestus, quando est clericus conveniens, cum in iure non sit determinatum, ut glos. *verb. sæcularis, in fin. in Clementina, 1. de elect.* idemque tenet Alexand. *consil. 8. in fin. volum. 1. & consil. 149. volum. 6.* & Rolandus, *consil. 4. numero 2. volum. 1.* & probatur *in capite 6. sess. 10. 14.* Concil. Trident. ibi: * *Vestes congruentes ordini semper deferre.* * Et ita est inteligendus textus, *in capit 17. in fin. sess 23.* Concil. Trident. & declarat Iulius Clarus, *receptarum sentent. § fin. quæst. 36. numero 4.* ubi resolvit, quod cognitio huius

causæ

causæ pertinet ad iudicem Ecclesiasticũ, & quod ita fuit iudicatum. Hodiè verò *ex constitutione, 38.* Sixti V. habitus ad obtinendam pensionem debet clerico, convenire, quod declarat Nicolaus Garcia, *de beneficiis, 7. part. cap. 1. à num. 15. & 21. & 23.* * *adonde dize, que ha de ser habito largo, sin lechugilla, que se llaman vestes talares.* * Et tradit Sanchez, *de matrimonio, libro septimo, disputatione 46. numero 6.* Dubium tamen est, si post perpetratum delictum reassumat habitum & tonsuram, an gaudeat prædicto privilegio? & non gaudere tenet Capella Tololana, *decisione 144.* dicens, sic fuisse pronunciatum, & *colum. 2.* asserit, quòd ita tenent omnes legistæ communiter.

Sed contrariam opinionem (imò, quod in tali casu gaudeat privilegio fori) dixit communem Alexand. *consil. 140. volum. 6 num. 7.* & eandem dixit communem Hippolytus, *singul. 480.* Quam quæstionem explicat Covarruvias, *practicar. quæstione, capite 32. num. fin.* ubi plures Doctores antiquos refert, & Anton. Gomez, *3. tomo, variar. cap. 10. num. 50.* Didacus Perez, *lib. 3. ordin. columna 744.* Avendannus, *in capit. Prætorum, lib. 1. cap. 12. num. 11.* & Iulius Clarus, *receptarum sent. § fin. quæstione 36. numero decimo sexto*, ubi dicit communem opinionem, & sic tenere legistas, & fuisse pro hac sententia iudicatum, cessante fraude. Quæ opinio verissima est, & apud omnes ita
2 practicatur. Hodiè verò † *ex capit. 6. sess. 23.* Concil. Trid. ut clericus gaudeat fori privilegio, requiritur, quòd habeat beneficium ecclesiasticum, aut deferat habitum clericalem & tonsurã, inserviens de mandato Episcopi alicui Ecclesiæ.
3 Et sic ex illo capite colligitur, quòd † licet clericus non deferat habitum, nec tonsuram, si tamen habeat beneficium ecclesiasticum, gaudebit fori privilegio, cum alternativè loquatur textus ille,
4 & in hunc sensum est intelligenda, † *l. 1. tit. 4. lib. 1. recopilat.* in cuius interpretatione sic notat Gutierrez, *pract. quæst. lib. 1. quæst. 7.* & Salcedo, *in practica ad Bernard. Diaz, capit. 62.* & Avendan. *in capite practis, 1. parte, capite 22. numero 11.* Ex
5 quibus infero, quòd † si aliquis post delictum cõmissum ordinem ecclesiasticum susceperit, ut se eximeret à iurisdictione sæculari, liberatur ab ea, & non potest à iudice laico puniri, quod est de mente Baldi, *in l. affinitatis, C. communia de successionibus*, quem sequitur Hippolytus, *sup. dict. singul. 480. in fin.* quod dicit esse menti tenendum, cum millies contingat de facto: quod non censetur exclusum ex determinatione sacri Concilii Trident. *in dict. capite sexto.* Et ratio est,
6 quia † ecclesiasticus ordo omnino liberat à iurisdictione iudicis sæcularis, *argument. text. in l. hos accusare, §. hoc beneficio, in versic. item magistratum, D. de accusationibus*, ubi Angelus & Albericus, *in l. qui cum uno, §. reus, D. de re militari.* Ita Oldradus, *consil. 4.* Et hæc est communis opinio secundum Aufrerium, *in Clement. 1. de officio ordin. regul. fallent. 11.* & Avendannus, *libr. 1. de exequen. mandatis, cap. 22. num. 12.* Placa, *de delictis, lib. 1. capite 35. numero quinto*, Iulius Clarus, *§. fin. quæstione trigesima sexta*, quod tamen est intelligendum, *secundum motum proprium*, Alexandri, *6. anno, 1492.* quem refert Gutierrez, *practicar. quæstion. libr. 1. quæstione 5.* cessante † 7
fraude, quæ censetur cessare, quando tempore commissi criminis, & sex proximis ante mensibus, clerici tonsura, & vestibus clericalibus usi fuerint. Et vide Gomezium, *3. tomo, variar. cap. 10. num. 5.* de eo qui post delictum cepit primam tonsuram.

## QVÆSTIO XLV.

*Utrum iudex ecclesiasticus, faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat contra clericum, qui tenetur de evictione in foro emptoris.*

DVbium esse solet, an clericus, qui tenetur de evictione, sortiatur forum emptoris laici, quem tenetur defendere? Et non sortiri tenet gloss. *in cap. clericus nullus, el. 2. 11. quæstione 1.* quã commendat Firmianus, *de evictione verbo, venditor, versicul. 9.* ubi citat plures, & illam sequuntur Angelus, & Paulus, *in l. venditor, num. 3. D. de iudic.* quam opinionem dicit communem idem Firmianus, *verbo, evictio, versiculo, 13.* & vide Fachineum, *controvers. iuris 3.* qui disputat istam quæstionem, *libro secundo, capite 37. versic. illud etiam.*

Sed contrariam opinionem (imò, quod clericus sortiatur forum emptoris laici) tenent Abbas, *num. 8.* Barbatia, *num. 16.* & Ant. Burgensis, *num. 15. & 20. in capit. fin. de empt. & vendit.* & hanc dicit communem Florianus, *in l. fin. num. 4. D. de noxalibus actionibus.* Dixit etiam communem Socin. *cons. 1. col. 8. & 9. vol. 4.* dixit etiam cõmunẽ Lancellotus Decius, *in dict. l. venditor, colum. penultima*, Antonius Capicius, *decis. 97. numero 7.* Et pro hac sententia est hodie textus, de iure Regio, *in l. 57. in fin. tit. 6. part. 1.* ibi: * *Esso mesmo seria quando algun clerigo vendiesse alguna cosa à lego, mueble, o raiz, ca si otro alguno le mouisse pleyto sobre ella, ante aquel iuzgador seglar, se deve responder, e redrar, e sanar aquella cosa, ante quien face la demanda el lego.* * Et ibi notat Gregor. *verbo, ante*, & Covarruvias, *practic. quæstione, cap. 8. in princip.* & vide Abb. *num. 28.* & Marian. *numer. 127. in capit. quoniam frequenter. § in aliis, ut lite non contestata*, qui tradunt concordiam de iure communi in illa Doctorum varietate, & pro hac ultima opinione vidi iudicatum, per Vicarium Generalem Toleti, contra, dict. canonicum, D. Petro Ocon.

## SVMMARIVM.

1 *Tertius annus, qui datur ei, qui intra biennium non prosequitur appellationem iusto impedimento, venit per viam restitutionis.*

2 *Impedimentum secundi anni, non impedit trãsitum in rem iudicatam, licet impedito succurratur per in integrum restitutionem.*

3 *Per lapsum dierum fatalium, non dicitur causa deserta, dato impedimento iusto & legitimo.*
4 *Appellans, si dolo & facto tertij non fuit prosequutus appellationem intra primum fatale, si tertius non est solvendo, debet restitui ad tempus impedimenti duntaxat.*
5 *Tertium fatale datur per viam restitutionis in casibus, in quibus secundum fatale datur per viam etiam restitutionis.*
6 *Anni duo si lapsi fuerunt à die appellationis usque ad diem impetrationis rescripti, necessaria est restitutio Papa, vel delegati, & traditur ratio dictorum, & n.7.*
8 *Refertur aliorum opinio dicentium, non dari tertium annum, sed tantum restitui, quantum fuit impeditus.*
9 *Fatale secundum an detur ipso iure, vel ope restitutionis.*
10 *Fatale secundum si detur ipso iure, ex quo Papa dat facultatem in rescripto restituendi adversus fatale, intelligitur etiam sine impedimento, & traditur ratio, & num.11.*
12 *Impedimento dato in duobus fatalibus, & concessa restitutione, incipiunt currere duo fatalia à tempore commissionis.*
13 *Applicantur supradicta casui istius decisionis.*
14 *Traditur differentia inter secundum, & tertiũ fatale.*
15 *Traditur limitatio in duobus fatalibus, qui dantur ipso iure.*
16 *Delegatus quando possit adversus lapsum fatalis restituere, si Papa facultatem restituendi non dedit.*
17 *Expressio eorum, quæ tacitè insunt.*
18 *Verba*, prout iuris fuerit, *conditionem important.*
19 *Delegatus non potest amplius restituere, quam de iure potest.*
20 *Restitutio si detur adversus fatale cũ hac clausula*, prout de iure, *debet adhiberi causa cognitio.*
21 *Causa debet esse impedimenti.*
22 *Restitutio ad quos dies restituat.*
23 *Restitutio, non datur in plus temporis, quam durauit impedimentum.*
24 *Differentia quæ sit inter restitutionem datam à iure, & inter datam ab homine.*
25 *Traditur decisio, & rationes in casu huius decisionis.*
26 *Iudices supremi non curant de fatalibus, sed iudicant inspecta veritate.*

## QVÆSTIO XLVI.

*Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo suam sententiam appellatione remota, contra lapsum fatalium, spreta restitutione in integrum.*

1 Resolutio est communis, quod † tempus, vel tertius annus, qui datur illi, qui iusto impedimento nõ potuit prosequi in primis duobus annis, seu fatalibus, suam appellationem, veniat per viam restitutionis in integrũ, non obstante, quòd adfuit impedimentum: quia † impedimentum secundi anni, non impedit transitum in rem iudicatam, licet impedito succurratur per beneficium restitutionis in integrum, text. *in cap. ex ratione, 2. de appellationibus*, & dixi in libro *3. communium contra communes, quæstione, 837.* & latè prosequitur hanc materiam Sforcia, *de restit. 2. part. ex quæstione 69. & 70. per plures articulos*, ita Maranta, *de ordine iudiciorum, 6. pars. tit. de Appellat. num. 217.* ubi dicit, quod illud tempus, quod datur post secundum fatale impedito, datur solum per viam restitutionis in integrũm, & non ipso iure, ita Abbas, *in capit. ex ratione, numer. 9. de appellatio*, agens de his, dicit, quod licet in secundo fatali adsit impedimentum, ob quod non fuerit prosequuta appellatio intra duos annos, non ob id dici poterit, tempus non cucurrisse, & quod sententia non transeat in rem iudicatam, & per consequens, non requiratur restitutio in integrum, imò expressè dicit, quod requiratur restitutio adversus lapsum fatalium. Idem tenet Innocentius, *in dict. cap. ex ratione*, ubi etiam gloss. idem tenet; & alii relati per Abbat. *per l. fin. & authent. ei qui, C. de temporibus appellationum.* Idem Abbas, *ubi supra numer. 3.* ponderando verbum, * *volumus*, * de quo in eo text. gloss. *in dict. authent. ei qui*, ubi Bart. & Angel. eandem tenent, dicentes, quod † per lapsum fatalium non est causa deserta, dato impedimento legitimo & iusto in iis, qui decipiuntur, ut colliges *ex decis.* Moadani, *36. numero 1.* nec obstat, quod adducitur ex Lancelloto, *secunda parte, capite 12. de attentat. appellat. pendente, in præfat. num. 45. & 46.* quia debet intelligi, per viam restitutionis in integrum, saltem in casibus, in quibus secundum fatale datur per viam restitutionis, veluti quando † appellans, dolo & facto tertii, non fuit prosequutus intra primum fatale appellationem: nam tunc, si ille tertius non est solvendo, debet restitui appellans ad tempus impedimenti duntaxat, quia primum fatale currit, & appellatio fuit deserta, & sic requiritur restitutio, textus, & gloss. *in l. arbitro, §. dolo D. de dolo, l. fin. D. de eo per quem factum erit*, gloss. *in dict. capit. ex ratione*, ubi Franchus, *colum. 8. in 4. impedimento*, Abbas, *ibi numero 78. in fin.* & hoc colligitur ex Lancelloto, ex quo allegat Franchum, Butrium, Imolam, qui dicunt, quod † tertium fatale datur per viam restitutionis, sicut fatale, de quo supra: & sic Lancellotus loquitur in uno ex his duobus modis.

Ex quo infertur, quod, licet concedatur, quod à die appellationis, usque ad diem impetrationis rescripti, essent lapsi duo anni, in quibus non fuisset prosequuta appellatio, ob aliquod iustissimum impedimentum, adhuc in tali casu foret necessaria restitutio Papæ, vel delegati, per superiora: quod sequitur communis opinio, paucis exceptis, qui etiam id concedunt, quando licet impedimentum tertii: ergò in casu præsenti mala esset hæc consequentia; Papa mandat restitui adversus fatalia, prout iuris sit: atqui in hoc casu dato

dato impedimento, non est necessaria restitutio:
ergò nō debet intelligi hæc commissio, dato im
7 pedimento: Ratio † est, quia præsupponit, non
esse necessariam restitutionem in tertio fatali, cō-
tra id, quòd est de iure, saltem in casu recitato, &
possibile est, quod appellatio non fuerit prose-
quuta ob istud impedimentum, & in dubio, non
debet magis præsumi de alio, quam isto, & sic in
hoc casu, in quo est necessaria restitutio, rescri-
ptum non operaretur effectum contrarium his:
imò haberet eandem naturam, quam de iure ha-
bet talis restitutio, quæ est, ut adsit impedimen-
8 tum; præcipuè, quia † in tertio fatali solum fit
restitutio, ad tempus impedimenti tantum, Ma-
ranta, *ubi sup.* Abbas, *num. 9. in fin.* Franchus, *col.*
16. ubi allegat alios dicentes, quod non datur ter-
tius annus, sed tantum restituitur, quantum fuit
impeditus.

Contraria opinio haberet fortè locum in con-
cessione secundi fatalis, præcedente impedimen-
9 to in primo: quia † tunc secundum fatale datur
ipso iure, non beneficio restitutionis in integrū,
Maranta, *ubi sup.* Abbas, *ubi supra nu. 4. cum se-
quentibus.* Franchus, *ubi sup. col. 4. circa medium,*
& sic cum detur ipso iure, non beneficio restitu-
10 tionis, videtur, quòd, † ex quo Papa dat in rescri-
pto facultatem restituendi adversus fatale, quod
debet intelligi, etiam sine impedimento: quia a-
liàs non erat necessaria restitutio, attento, hoc
quod appellans respectu primi fatalis servatur il-
læsus ipso iure, hoc modo, quòd in aliquibus im-
pedimentis non currit ei tempus, in aliis sic, & i-
deò habet ipso iure alium annum, qui est secun-
11 dum fatale. Et cum † hic appellans habuerit re-
cursum ad Papam ante lapsum duorum fatalium,
quia non fuerat lapsum, nisi primum fatale, & ex
secundo parum plus duorum mensium, & adhuc
supererant ex secundo fatali decem menses, &
ad prosequendum in his decem mensibus non e-
rat necessaria clausula restitutionis, ex quo ipso
iure habebat appellans dictum tempus, debemus
fateri necessario, quòd debet operari illa clausula
amplius, quam habebat antea, & sic absque pro-
12 batione impedimenti debeat fieri restitutio. Et †
sicut dato impedimento in duobus fatalibus, &
concessa deinde restitutione, incipiunt currere
duo fatalia, à tempore commissionis, iuxta casum
13 Lancelloti. Ita † eodem modo, cum hic fuerit ob-
tentum rescriptum quatuor mēsibus post appel-
lationem, quibus est restitutus, sine impedimen-
to, debemus dicere, quod à tempore commissio-
nis curret ei fatalia, & quod sic potest adhuc pro-
sequi, ex quo à tempore concessionis rescripti,
usque huc, non fuerunt lapsi, nisi decem menses,
qui non faciunt unum fatale: & à quo tempore
currant fatalia, & an sit necessaria declaratoria
sententia, tradit copiosè Gratian. *disceptat. 1. fo-
rens. 1. p. cap. 61.*

14 Nam est advertendum, quòd † in fatalibus de-
tur hæc differentia, quia tertium datur ope resti-
tutionis, & duo priora ipso iure, sive quia nō cur-
rit tempus illud tertium ipso iure, accipitur autē
secundum fatale ipso iure, sine restitutione: sed
in omnibus est necessarium impedimentum, ut
per supradictos Doctores & Franchum adducen-
tem sex impedimenta. Verum † in his duobus 15
fatalibus, quæ dantur ipso iure, est etiam limita-
tio aliquorum, quæ dantur ope restitutionis, qua-
le est supradictum, veluti, quando facto tertii, nō
fuit in primo fatali prosequuta appellatio: quia
tunc currit primum fatale, & secundum concedi-
tur ope restitutionis: ergò iam respectu huius
potuit verificari, & potuit multum operari clau-
sula restitutionis. Et hoc sufficit ad id, ut non di-
catur, quod sine restitutione haberet secūdū fa-
tale locum: ergo si potuit in hoc operari, non
procedet consideratio, de qua suprà.

Deinde licet † Papa non dedisset facultatem 16
restituendi, potuisset delegatus restituere adver-
sus lapsum fatalis suo casu, ut per Philippum Frā-
chum, *in d. c. ex ratione, col. 1. in fin.* eo modo, quo
potest cognoscere de causa desertionis, Franc. *co-
lum.* 17. ergo non debet operari dicta clausula, aut
saltem non operabitur amplius, quàm de iure o-
peraretur: quia † expressio eorum, &c. *cap. signi- 17
ficasti,* & ibi DD. & Abb. *de elect. §. 3. cum ibi no-
tatis, D. de legat. 1. l. rectè C. de fideiuss.* quia, quod
illa verba, *prout iuris fuerit* tollunt ambiguitatē,
quia ultra, quod non possunt aliter intelligi, iam
de iure per Doctores est declarata, clausula † hæc 18
ita ut importet cōditionem, id est, si de iure fue-
rit, ita Bartolus *super constitutione ad reprimen-
dam, verbo, prout,* ubi pulchra additio, ubi ita in
facto se vidisse dicit, quia in rescriptis ponuntur
conditionaliter, ut latè tenet Felinus, *in cap. 2. de
rescriptis.* Et sic delegatus † non potest amplius 19
restituere, quam de iure possit; tandem adest de-
cisio Rotæ; in qua habetur, quod † quando datur 20
similis restitutio adversus fatale, cum hac clausu-
la, *prout de iure* debet tunc adhiberi causæ cogni-
tio, ad iustificandam causam restitutionis. Et hæc
† causa debet esse impedimenti: nam aliàs super- 21
flua esset causæ cognitio: hanc decisionem alle-
gat Lancellotus, *2. part. c. 18. de attent. restit. in in-
teg. pend. nu. 22.* Ergò non debet concedi restitu-
tio absolutè: & hæc est veritas. Concludendo di-
co, quod facultas restituendi fuit obtenta lapso
primo fatali, & duobus mensibus secundi. Modo
† quæro, si victus vult in vim clausulæ restitui, so- 22
lum ad decem menses computandos à die com-
missionis qui decem menses adhuc supererant
de secundo fatali: & tunc iam est causa de novo
deserta: ex quo nec in primo fatali, nec in duo-
bus mensibus secundi, nec intra reliquum tem-
pus secundi fatalis in vim restitutionis concessi,
est prosequuta, nec finita causa appellationis.
*Clement. sicut, de appellat.* aut vult restitui ad a-
lios duos annos, & hoc non potest prætendi, quia
† restitutio non datur nec dari potest, in plus tē- 23
poris, quàm duravit impedimentum, Maranta,
*ubi supr. num. 228.* Abbas *ubi sup. numer. 9. in fin.*
Franc. *colum. 16. in principio* dicens; quod † 24
hæc est differentia inter restitutionem datam à
iure, qualis est primi, & secundi fatalis, & resti-
tutionem datam ab homine, qualis est ob impe-
dimentum, tertii: quia illa datur in totum tem-
pus, taliter, quòd si quis fuit impeditus in primo
fatali minori tempore anni, habebit secundum
annum

annum integrum, secus in secundo casu, quia restituitur solum ad tempus impedimenti, declarat Panormitan. *in dict. cap. ex ratione, numero* 12. & etiam Innocentius *ibi*. Et sic etiam probato impedimento, non potest dari restitutio, nisi ad tempus impedimenti, eo autem non probato, nullo modo.

25 In † vim istorum obtinuit quidam Vicarius *Vallis de Bastan, provinciæ Cantabriæ*, cuius adversarius, post quatuordecim méses à lata sententia, obtinuit rescriptum à Papa, cum clausula restituendi in integrum, & petebat se restitui, nõ probando impedimentum ad tempus effluxum & decursum. Vicarius totum impugnavit, ut scilicet non probando impedimentum, non restitueretur, imò licet probaretur, solum debebat restitui ad tempus impedimentitatum, *circa annum*, 1588. Et sic non fuit restitutus per officialem Cæsaraugustanum delegatum causæ. Quam quæstionem & decisionem refert Sese, *in decisio. Regni Arag. decisio.* 132. *per totam in secund. part.* & vide per me tradita circa practicã Regalis Audientiæ, *lib.* 3. *pract. quæst.* 1. *num.* 24. ubi tradimus,

26 quod † supremi iudices non curant de fatalibus appellationum, neque de appellationis desertione, si constiterit de iniquitate sententiæ, & ita fuit iudicatum per viam violentiæ in Regali Cancellaria Pinciana, ut diximus, *dict. lib.* 3. *pp. quæstione* 337. *num.* 9. Idemque observatur, in Rota Rom. ut tradit Gutierrez, *libro practicar.* 1. *quæstione* 10. *num.* 4. Et sic tam in foro sæculari, quàm in ecclesiastico, non est curandum de fatalibus, sed inspiciẽda est iustitia causæ principalis, ut nemo cum iactura aliena locupletetur, *cõtra l. nam hoc natura, D. de condict. indeb.*

## SVMMARIVM

1 L. 1. §. 1. D. qui & à quo, appell. *declaratur.*
2 L. 1. C. qui pro sua Iurisdict. *refertur.*
3 *Bartoli distinctio inter delegatum Principis & alterius Inferioris traditur.*
4 *Probatur in quæstione proposita sententia eorum, qui distinguunt inter ius civile, & ius canonicum.*

## QVÆSTIO XLVII.

*Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, non admittendo appellationem ad superiorem delegantis, sed delegati.*

ISTam quæstionem videtur resolvere Iuriscon-

1 sult. † *in l.* 1. *§.* 1. *D. qui, & à quo appellet*, ibi: * *Ab eo, cui quis mandavit iurisdictionem, non ipse provocabitur*, * hoc est, à delegato non appellatur ad delegantem, *quia generaliter erit provocandus ab eo, cui mandata est iurisdictio, qui provocatur ab eo, qui mandavit iurisdictionem.* Et sic à delegato appellandum est ad superiorem ipsius delegãtis. Et vide pro confirmatione huius quæstionis tradita per Amatis, *decisione* 47 *per totam.*

2 Sed pro contraria opinione facit text. † *in l.* 1. *C. qui pro sua iurisdictione*, ibi: * *Hæc teneant, nisi iudices à nobis specialiter delegantibus dati, aliis causas delegaverint iudicandas, nam his delegantibus, nullo personarum causarumve habito tractatu, appellationem ad eos iure iudicia remeabunt.* * Et sic à delegati iudicibus, ad delegatum non ad Pontificem, vel Principem, qui eum delegavit, appellabitur. In qua re † Bartolus, *in dict. l.* 1. *§.* 1. 3
distinguit inter delegatũ Principis, & alterius inferioris, & resolvit, quod si Principis, & alterius inferioris delegatus aliis vices suas cõmiserit, ad ipsũ delegantẽ appellandũ erit, ut *in dict. l.* 1. *C. qui pro sua iurisdictione.* Si verò alius inferior id fecerit, non ad delegatum appellandũ est, sed ad superiorem delegantis, ut *in dict. l.* 1. *§.* 1. *D. qui, & à quibus.*
Alii † verò existimant, illud procedere de iure ci- 4
vili, secus de iure canonico. In quo servanda est dispositio textus, *in c. cap. super quæstionum, §. porrò, de officio delegati.* Videlicet, quod si delegatus totam causam subdeleget, nihil sibi reservando, tunc ad superiorem ipsius subdelegantis appelletur: Si verò aliquid sibi reservavit, ad ipsum subdelegantem appellandum sit, ut *in cap. si delegatus, de officio delegati, libr.* 6. Ita declarat *in dicto cap. super quæstionum, §. porrò*, Abbas, & Imola, Franchus, *in capite, dilecti, el* 3. *numer.* 50. *de appellationibus.* Longovallus, *in l. imperium*, 2. *part. numer.* 9. *de iurisdictione omnium iudicum.* Fachineus, *lib.* [illegible] *controversiarum, iuris, capit.* 78. *litera* E. Et sic in foro civili, servanda est dispositio civilis: & similiter de iure canonico, dispositio iuris canonici, ut *in cap. si delegatus*, & *in d. §. porrò*, * Pontifex Maximus ait: *cum delegatus à nobis iurisdictionem suam in alium transfert totam, si fuerit appellandum, non ad eum, sed ad nos appellari debebit: cum autem sibi aliquid de iurisdictione reservat, si causa sit ei appellatione remota commissa, non ad nos, sed ad eum poterit de iure appellari.* * Et sic secundum decisionem illius textus, considerari debet vis, in his cognitionibus per viam violentiæ.

## SVMMARIVM.

1 Cap. 2. de consuetudine, lib. 6. *declaratur.*
2 *Appellatio non valet de eodem ad eundem.*
3 *Appellatio est, de minori ad maiorem iudicem provocatio.*
4 *Episcopo, & eius Vicario est idem tribunal, & eadem persona.*
5 Lex, fin. C. ubi, & apud quem *ponderatur.*
6 *A Vicario Domini ad ipsum dominum, non appellatur.*
7 *Appellatio non est valida à iudice ordinario, ad ipsum dominum, qui eum constituit iudicem.*
8 *Iudices consilij gubernationis domini Archiepiscopi Toletani, cognoscunt in gradu appellationis, à sententia lata à Vicario ipsius, & traditur ratio.*
9 *Primates Hispaniæ habent iudices appellationis ratione Primatiæ.*
10 *Primates Hispaniæ habent ius deputandi iudices appellationis.*
11 *Primates dant iudices appellationis, licet non sint Archiepiscopi.*

12 *Archie-*

12 *Archiepiscopus Toletanus habet primatiam Hispaniæ, & quare.*
13 *Plura sunt privilegia primati Hispaniæ concessa.*
14 *Appellatio ad Pontificem, omisso medio, est valida, & similiter ad Patriarcham.*
15 *Primates sunt iudices ordinarij omnium ordinariorum.*
16 *A sententiis omnium suffraganeorum appellatur ad Primates.*
17 *Sententia consiliariorum domini Archiepiscopi Toletani, facit secundam instantiam, quando confirmat sententiam ordinarij.*
18 *Iudex appellationis non facit vim, exequendo tres sententias conformes, quarum una est sententia consiliariorum Archiepiscopi.*
19 *Possessio cognoscendi in gradu appellationis per dictos consiliarios est sufficiens: ut fuit indicatum in Rota* apud Moed. decisione 135.
20 *Opinio Nicolai Garciæ reprobatur, dum tenet, non esse appellandum, de Vicario Archiepiscopi, ad eius consiliarios in hac civitate Toletana.*
21 *Vicarius Toletanus dicitur generalis, ut & Complutensis.*
22 *Bullæ Apostolicæ, quæ diriguntur officiali Toletano, verificantur, in Vicario generali.*
23 *Tribunal Archiepiscopi facit instantiam.*
24 *Lata sententia consiliariorum Archiepiscopi, non licet tertio provocare, si sunt tres conformes.*

## QVÆSTIO XLVIII.

*Vtrum iudex ecclesiasticus ab Episcopo nominatus, faciat vim, admittendo appellationem ad eum, à sententia Vicarij ipsius Episcopi, & quid de sententia consilij Archiepiscopi Toletani.*

PRo parte affirmativa huius quæstionis, est
1 text. de iure canonico, † *in cap. non putamus, el. 2. de consuetudine lib. 6.* ibi: * *Non putamus illam consuetudinem, quantocunque tempore de facto servatam, consonam rationi, quòd ab officiali Episcopi, ad eundem Episcopum valeat appel-*
2 *lari, neque † ab eodem ad se ipsum, (cum sit idem auditorium utriusque) appellatio interposita videtur.* * Et sic neque ad Episcopum, neque ad delegatum Episcopi, admittenda erit appellatio, sed ad superiorem Episcopi: & si aliter fiat, potest per viam violentiæ reformari: ita intelligit Barbosa, *de iudiciis, in l. cum Prætor, §. 1. numer. 226.*
3 quia † appellatio est, de minori ad maiorem iudicem facta provocatio, text. de iure Regio, *in l.*
4 *2. tit. 13. partit. 3.* Et quòd † Episcopus, & eius Vicarius, sit una eademq; persona, est bonus tex.
5 † *in l. fin. C. ubi & apud quem*, ibi: * *Vt videatur ipse, qui iudicem destinaverit, tempore pro tribunali cognoscens, in integrum dare restitutionem.* * Quam legem ad hoc ponderat Angelus, ibi, quòd
† à Vicario domini, ad ipsum dominum, nō pos- 6
sit appellari, ita tenet Oldradus, *consil. 161.* Brunus, *consil. 102.* Burgos de Paz, *in l. 3. Tauri, primæ partis, conclusione 3. num. 439.* ubi ex hoc infert,
*num. 441.* ad † iudices appellationis dominorū, 7
ad quos, neque ad ipsum dominum, non posse appellari à sententia iudicis ordinarii, ut docet Bartol. *in l. 1. ad fin. D. quis, à quo appell.* Curtius Iunior, *consil. 2.* Covar. *pract. cap. 4. num. 6.* Avend. *de exequendis mandatis, cap. 5.* & in terminis idem tenet Farinacius, *decis. 555. num. 1.* ubi loquitur de consilio domini Archiepiscopi Toletani in quadam causa decimali oppidi de Brunete, & Salcedon. Vnum tamen non omittam, quia, licet conclusio *cap. 2. de consuetudine, in 6.* vera sit in
omnibus tribunalibus Episcoporum, fallit † in 8
hoc tribunali domini Archiepiscopi Toletani,
qui † tanquam primas Hispaniarum, habet iudi- 9
ces appellationis ad quos appellatur, in civilibus & criminalibus, in rebus ecclesiasticis & temporalibus, à sententiis ordinariorum, qui non cognoscunt in gradu appellationis, tanquam iudices appellationis Archiepiscopi, prout est Archie-
piscopus, sed tanquam primas Hispaniarū, qui † 10
habet illud ius cognoscēdi, & deputandi iudices appellationis: & sic erunt duæ sententiæ, Vicarii, & consiliariorum, qui nominantur Gubernatores Archiepiscopatus, ita Antonius Augusti-
nus, *tit. 15. cap. 1. & 2. & tit. 18. cap. 1.* & quod † 11
primates dent iudices, & quod appelletur ad Patriarchas, & Primates, est text. *in cap. 4. 11. quæst. 1. cap. 2. 16. q. 6. cap. 3. de foro competenti.* Quod est
peculiare in Archiepiscopo Toletano, qui † ha- 12
bet primatiam Hispaniæ, ut tradit vir ille doctissimus, alter Seneca, Pater Mariana *in sua historia Latina, rerum Hispaniæ, lib. 9. cap. 19. num. 30.* ubi dicit, quòd fides Christiana fuit prius accepta à civibus Toletanis, & primum Episcopum habuerunt, & sic primas fuit dictus, & illud colligitur, ex Concilio Toletano, 12. *cap. 6.* de quo fit mentio *in cap. cum longe, 63. distinct.* & docet Specul. *tit. de dispensat. 1. p. §. sunt quoque, nonnullæ, nu. 2.* Lancellotus Conradus, *in templo omnium iudicum lib. cap. 3. num. 4.* Pet. Greg. *in Syntagma. iuris lib. 5. cap. 6.* Anasta. Germonius, *de sacrorum immunitate, lib. 3. cap. 7. num. 2. & 7.* Cardinalis Iacobancius, *de concilio lib. 1. art. 1. num. 260.* Lælius Cæcus, *in Republica ecclesiast. de statu reverend. Patriarcharum, num. 5.* Greg. Lop. *in l. 9. titul. 3. part. 1.* Azot, *lib. 3. instit. moralium, cap. 35. vers. fin.* Garcia de Loysa, *in collectione concilio-*
*rum, fol. 263.* & sic cum † ratione huius tituli 13
Primatiæ, habeat plura privilegia, nimirum, si illud, quòd denegatur *in dict. cap. 2.* tanquam ordinario, Archiepiscopo, concedatur tanquam primati Hispaniæ: quia ipsi, non recognoscentibus superiorem, æquiparantur, ut docet Baldus, *in l. 1. §. His cunabulis, num. 3. de offic. præfecti prætorio*, Barbatia, *in tractatu, de Primatia Cardinalis, q. 9. num. 43.* Iacobus, *de Concilio, lib. 1. num. 137.* Chassaneus, *in Catalogo gloriæ mundi, consideratione 9.* & Guillermus Durandus, *in rationali divinorum, in proœmio, libro secundo, numero 15. vers. Primates*, Sebastian. Medices, *in tractatu de legibus,*

*bus, 1.p.q.12.n.9.* Lancellotus Conradus, *ubi sup. lib.2.cap.3.n.21.* Ganbarus, *de potestate legati, in principio, num.15.* & est bonus text. *in cap. reno-*
14 *vante, 22.distinct.* & sic † sicut appellatur ad Pontificem, omisso medio, *cap. omnu, capit. si quis, 2. quaest.6.* similiter etiam ad Patriarcham, & Primatem. Petr. Greg. & Lancel. *ubi supra,* Ganbarus, *de potestate legati, lib.2. cap.1. de variis or-*
15 *dinibus, num.25.* Maximè, quia † Primates sunt ordinarii iudices omnium ordinariorum, ut habetur *in cap. in illis, 80. distinctione, cap. si clericus 11. quaest.1.* ibi: * *Contra ipsius Provinciae Metropolitanum Episcopum, ad ipsius dioecesis Primatem,* * *c.1.20.distin. c. de persona, 65. distin. ca. provinciae, 99. distinctione, l.10 tit.5. part.5.* ubi Gregorius, Hugonius, *in tractatu de praestantia Patriarcharum, colum. 24. versicul. ita quandoque,* Redoanus, *de Simonia, 1.p.cap.16.num.10.* Azor, *ubi supra, lib.5. in principio.* Et diximus *in quaest. 15. num.10.* & Doctor Ioan. Narbona, *in tractatu de appellat. Vicarij ad consilium Archiepiscop. 2. part.* ubi doctè & eleganter illud declarat.

16 Ex qua ratione procedit, ut † à sententiis omnium suffraganeorum, omnium Archiepiscoporum, ad primates, tanquam ad superiores iudices, appellatio deferatur, *cap. provinciae, 99. distinct. cap. si quis, 2. quaest. 6. ca. antiquam, de privileg.* ibi: * *Ad eos, cum necesse fuerit, provocetur,* * *cap. duo simul, de officio ordinarij, cap. conquestus, 9. quaest.3* ubi glos. *verbo, provocaverit, lex.11.tit.1. part.1.* ubi Gregorius, *gloss. 2.* Sebastianus de Medicis, *ubi supra, 1. part. quaestione.12. num.8.* Polydorus, Verg. *lib.4. rerum invent. capit.12.* Et haec est ratio potissima, in qua fundatur tribunal iudicum appellationis nostri Archiepiscopi Toletani, ad quos appellatur à sententia
17 Vicariorum generalium, cuius † sententia facit secundam instantiam, & est cum sententia Nun-
18 cii tertia: & † si sint conformes, mandantur executioni, & non licet tertiò provocare; & si per viam violentiae causa deferatur ad tribunalia Regia, declaratur, quòd non fit vis in executione: ut novissimè post haec scripta tradit Narbona, *in suo tractatu de appellatione Vicarij ad consilium Archiepiscopi. 2. part. fundamento 5. à numer. 16.* quod est menti tenendum in his cognitionibus per viam violentiae, quia saepè de facto contingit:
19 & licet † non haberet hoc privilegium, sufficeret possessio, in qua versatur, ut tradit Moedanus, *decis.133.*

20 Ex quibus venit reiicienda opinio † Nicolai Garciae, *de beneficiis, 1. tom. 5. part. cap.8. num. 36.* dum resolvit, de Vicariis nostri Archiepiscopi, ad eius consilium, in hac civitate appellari posse: quia Vicarius Toletanus, & Complutensis gene-
21 rales non sunt: quod † quidem verum non est: quia si Vicarius Toletanus non est generalis, ubi & quo loco residet Vicarius generalis huius Ar-
22 chiepiscopatus: & † qualiter ipsi expediuntur Bullae Apostolicae dispensationis, quae diriguntur ad officialem Toletanum: & haec sufficiunt, ut dicatur Vicarius generalis Archiepiscopi, & non foraneus, ut tradit Maranta, *de ordine iudiciorum, 4. parte, distinctione. quinta princip. num.8.* Antonius Cucchus, *lib.2. instit. tit.8. num.131.* Sbrocius, *lib. de Vicario Episcopi, quaestione 28. num.7.* Thomas Sanchez, *de matrimonio, disputatione 29. quaest.1. numero undecimo.* Et sic ex supradictis, non erit articulus violentiae, appellationem interponere à sententia Vicarii, ad consilium Archiepiscopi: quia non appellatur ad ipsum Archiepiscopum, prout est ordinarius Toletanus,
sed prout est primas Hispaniarum; quia † ex hac 23
ratione obtinet illud tribunal, in quo datur instantia, sicut in sententia ipsius Vicarii: & si † 24
fuerunt tres conformes, non licebit tertiò provocare: imò finis litibus erit impositus: ut iam non semel vidi iudicatum, ut testatur Narbona, *ubi supra.*

## SVMMARIVM.

1 *Iudex facit vim, non admittendo appellationẽ ab interlocutoria, quae habet vim definitivae.*
2 Cap.20.sess.24.Concilii Trident. *declaratur.*
3 *A sententia interlocutoria de iure canonico admittitur appellatio.*
4 *Iudex à quo, qui admittit appellationem ab interlocutoria, non potest amplius procedere in causa.*
5 *Iurisdictio continuatur, non obstante appellatione ab interlocutoria, donec detur inhibitio.*
6 Cap. ut debitus de appellat. *declaratur.*
7 *Causa legitima est exprimenda, in appellatione ab interlocutoria.*
8 C. cordi. de appell. lib.6. *declaratur.*
9 *Appellatio ex causa legitima est admittenda, aliàs secùs.*
10 Cap. Romana. §. quod si obiiciatur, de appellationibus, lib.6. *declaratur.*
11 *Appellationibus frivolis non est deferendum.*
12 *Prima opinio defenditur* contra Fachineum.
13 *Appellatio etiam ab interlocutoria, quae non habet gravamen irreparabile, habet effectum devolutivum.*
14 *Inhibitio ad Iudicem à quo non stringit, si appellatum fuerit ab interlocutoria, quae non habet gravamen irreparabile.*
15 *Appellans tenetur se iustè appellasse probare.*
16 Lex, hi qui ad civilia, C. de appellat. *declaratur.*
17 Authentica de iis, qui ingrediuntur ad appellandum, §. illud, *declaratur.*
18 *Bartoli distinctio traditur in quaestione proposita.*
19 *Probandi onus pertinet in appellationis instantia ad eum, ad quem pertinet in causa principali,* iuxt. Bart.
20 *Resolutio authoris traditur, contra Bartolum, & alios.*
21 *Appellatio admittitur, quando iudex declarat se competentem, vel procedit ad ulteriora,*

QVAE-

## QVÆSTIO XLIX.

*Vtrum judex ecclesiasticus faciat vim, non admittendo appellationem ab omni sententia interlocutoria.*

IN *glossa 6. huius primæ partis, à num. 144.* aliqua prænotavimus circa declarationem illius
1 glossæ, quando † iudex faciat vim, non admittendo appellationem à sententia interlocutoria; maximè, quando habet vim definitivæ. Nunc verò agendum est absolutè de omni sententia interlocutoria, quæ legitimè fuit interposita in foro ecclesiastico, licet eius damnum potuerit per definitivam reparari. Quod profecto est maximi effectus in his cognitionibus, per viam violentiæ:
2 maximè extante decisione † Concilii Tridentini, *capite 20. sessione 24.* ubi non admittitur appellatio ab omni sententia interlocutoria, sed ab ea solum, quæ habet vim definitivæ, ibi: * *Nisi à definitiva, vel definitivæ vim habente; & cuius gravamen per appellationē à definitiva reparari ne-*
3 *queat.** Et pro iudice facit; quia † de iure canonico ab interlocutoria admittitur appellatio, ut docet glossa, & Franchus, *in capite de priore, de appellationibus*, Angelus, *in l. quoniam iudices, C. eodem tit.* Idemque hodie probatur, ex verbis sancti Concilii *supra*. Et sic iudex non facit vim, nō deferendo appellationi ab ea interlocutoria, quæ
4 non habet vim definitivæ. Et ratio est, quia † si admitteretur appellatio, non posset iudex ulteriùs de causa cognoscere, *cap. cum appellationibus, de appellationibus, lib. 6.* & sic privaretur sua iurisdictione, qua uti potest, non obstante appellatione ab interlocutoria, ut in *cap. Romana, §. si verò,*
5 *& §. non solum de appellationibus*, quia † donec datur inhibitio à iudice ad quem, nunquam est suspensa iurisdictio iudicis à quo: & si ipsè ab omni interlocutoria admitteret appellationem, esset privatus, & quasi spoliatus sua iurisdictione & potestate: & sic ad obviandum huic damno, consequens est dicere, non facere vim, non admittēdo appellationem, maximè, post novam legem sancti Concilii Tridentini.

Sed his non obstantibus, contraria opinio
6 probatur ex textu † *in capite, ut debitus honor. 59. de appellationibus*, ubi summus Pontifex monet appellantem, ut causam probabilem appellationis exponat, quæ si fuerit probata, deberet legitima reputari, & tunc superior de appellatione cognoscit: & si minus ratiocinabiliter eū appellasse constiterit, Iudex ad quem illum ad inferiorem remittat. Ex quibus verbis manifestè con-
7 stat & deducitur, appellationem † esse admittendam, si appellans causam probabilem adferat, aliàs secus. Secundò comprobatur hæc sententia,
8 † *ex cap. cordi, de appellationibus, lib. 6.* ibi: * *Sancimus igitur, ut si quis in iudicio, vel extra, super interlocutoria, vel gravamine aliquo ad nos duxerit appellandum, causam appellationis in scriptis assignare deproperet, petat apostolos, quos ei præcipimus exhiberi, in quibus appellationis causam iudex exprimat, & an appellatio non sit admissa, vel si appellationi forsan, ex superioris reverentia sit delatum.** Ex quibus verbis Pontifex manifestè
declarat, appellationem † esse admittendam, si 9
iustam causam appellans allegaverit, & sic magis inspicienda est iusta vel iniusta causa appellationis, quam gravaminis irreparabilis, vel non. Rur-
sus comprobatur ista opinio & sententia, † *ex ca-* 10
*pite, Romana, §. quod si obiiciatur, de appellationibus, libro sexto*, ibi: * *Quod si obiiciatur, ex iniusta causa, seu minus legitima, ante sententiam appellationem interpositam extitisse, & ex eo non esse appellationem huiusmodi admittendam, nequeunt prædicti, &c.** Ex quibus verbis colligitur, appellationem non esse admittendam, quoties ex causa legitima non est interposita: ergò si fuerit legitima, admittenda est. Vltimò pro
appellante, & contra iudicem facit: quia † appel- 11
lationibus frivolis, non est deferendum, *capite, cum appellationibus, de appellationibus, libro sexto*, ergò cum ab interlocutoria de iure canonico liceat appellare, sequitur, quod iudex faciet vim, non admittendo appellationem, quando appellatio est legitima, & non frivola, & sic ex causa minus probabili interposita. Quam sententiam, post Concilium, tenet, & defendit Fachineus, *lib. 1. controversiarum iuris, cap. 80.* qui allegat Decium, *in dict. cap. de priore, & in consil. 501.*

Sed his non obstantibus, prima † opinio pro 12
iudice, non deferente appellationi, est tenenda, ex decreto Concilii Tridentini. Fundamenta verò secundæ opinionis procedent, quo ad effe-
ctum devolutivum. Et sic † de iure canonico li- 13
cita est appellatio ab omni interlocutoria, licet non habeat gravamen irreparabile, quo ad effectum devolutivum, secùs, quo ad suspensivum.
Et sic, † si dentur inhibitoriæ contra iudicem à 14
quo, non sunt obediendæ; ut *in dict. capite vigesimo, sessione vigesimaquarta*, ibi: * *Aut inhibitio fiat, nisi à definitiva, vel definitivæ vim habente.**

Sed in terminis prioris opinionis, quando causa legitima requirebatur in appellatione ab
interlocutoria, dubitationis erat, an † appellans 15
teneatur probare, se iustè appellasse, & perperam fuisse iudicatum: an verò appellatus, iustè pronunciatum, & perperam appellatum. Et quòd ille, qui appellavit, teneatur probare iustè appel-
lasse, probat textus, † *in l. hi qui ad civilia, C. de* 16
*appellationibus*, ibi: * *Cum igitur ad munus vocatus appellaveris, apud præsidem provinciæ iuste te appellasse ostende.** Quod procedit ex ratione text. *in l. 2. D. de appellationibus.* Sed contrariam
opinionem probat text. † *in authentica, de his* 17
*qui ingrediuntur ad appellandum, §. illud*, ibi: * *Ita potiantur victores sententiis, si eas rectè habere*
*monstraverint.** In qua re † Bartolus, *in dict. l.* 18
*hi qui ad*, motus hac difficultate distinguit tres casus, an dubitetur, an legitimo tempore fuerit appellatum, & tunc appellanti incumbit onus probandi: secundus, cum quæritur, an iustè fuerit appellatum: & tunc appellans ex negatione habet fundatam suam intentionem, & sufficit se dicere iniustè condemnatum, & acta exhibere: si verò ex testibus, vel instrumentis pendeat pro-
batio, tunc † probandi onus ad eum pertinet in 19

causa appellationis, ad quem pertinet in causa principali, *l. per hanc, C. de temp. appellat. l. eos, §. 1. C. de appellationibus.* Tertius casus est; quando unus ex litigatoribus prosequitur appellationẽ, altero absente; & tunc is probare debet, qui prosequitur, & ita procedat textus, *in dict. §. illud in authentica, de his qui i. gredi: ad appelland.* Et hanc Bartoli, distinctionem sequitur *decisio* capellæ Tolosanæ, *341* Sed adversus primum membrum distinctionis tenet Franchus, *in capit. 1. numero undecimo, de appellationibus, & in cap. bona, versic. 8. eodem tit.* Distinctionem vero Bartoli, defendit Fachineus, *libr. 1. controversiarum*

20 *iuris, cap. 81. versic. Quod verò.* Ego † verò, sine aliqua distinctione teneo, quòd ille, qui appellat, sicut tenetur causam iustam appellationis proponere, ita & eodem modo tenebitur iustam causam probare; tum, quia est actor; tùm, quia se fundat in gravamine sententiæ, tùm; quia præsumptio est pro sententia, *l. ingenuum, D. de statu hominum.* Vltimo, quia quemadmodum actor in prima instantia tenetur probare fundamenta suæ intentionis, ut in *l. qui accusare, C. de edendo,* ita & in causa appellationis tenebitur idem probare, ut tradit Menochius, *de præsumptionibus, lib. 2. cap. 95.* & ita communiter practicatur. Si

21 verò † appelletur ab interlocutoria, per quam iudex se declarat competentem, vel procedit ad ulteriora, neglecta declinatoria fori, tunc licita est appellatio, ita Baldus *in authent. num. 38. C. ne filius pro pat.* Natta, *consil. 172. nu. 1.* Beccius, *consil. 31.* Gracianus, *disception. forensium, 1. part. capite 76.*

## SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta ecclesiasticus non tenetur solvere collectam domino temporali secundum aliquos.*
2 *Emphyteuta fisci, non tenetur solvere collectas.*
3 *Qui possidet rem immunem, non tenetur ad collectas.*
4 *Bona Ecclesiarum sunt libera à collectis.*
5 *Solutio collectarum, non est pro fructibus, sed pro prædiis.*
6 *Vna eademque res, non debet diverso iure censeri.*
7 *Iudex Ecclesiasticus conservator, non facit vim, procedendo contra secularem per censuras, in casu proposito secundum trad. Cacher. & Tessaur.*
8 *Contraria opinio defenditur.*
9 *Mutatione personæ, mutatur qualitas rei, & bonorum.*
10 *Dominium rei, quod habet emphyteuta, est merè laicum, & subiectum legibus principis.*
11 *Præscriptio, licet non currat contra Ecclesiam, currit contra emphyteutam ipsius.*
12 *Ius retractus habet locum contra emphyteutam Ecclesiæ.*
13 *Decimam tenetur solvere Ecclesiæ, & monasterij emphyteuta.*
14 *Quando causa contributionis est publica, tenetur emphyteuta Ecclesiæ solvere tributum.*
15 *Emphyteuta debet vivere suis expensis, & de per se, ut teneatur solvere collectas.*
16 *Domestici, & familiares qui dicantur.*
17 L. 1. C. de Episcopis, & clericis, *declaratur.*
18 *Privilegium concessum Scholaribus, extenditur ad famulos eorum.*
19 *Famuli Episcopi gaudent privilegio Episcopi.*
20 *Famuli Ecclesiarum, si habitant in villa ipsius ecclesiæ, cuius iurisdictio temporalis ad ipsam ecclesiam pertinet, non possunt collectari.*
21 *Resolutio in quæstione principali traditur.*
22 *Casus de facto traditur,* en los Estados de Milan, en tiempo del Condestable, y lo que resolvio.
23 Carta del Rey, al Condestable.
24 Cargo que se hizo al Senado sobre el edicto de los arrozes.
25 Respuesta, y resolucion de su Santidad, a las quexas, auiendo oydo a entrambas partes, & num. *26.*
27 Los labradores que tienen tierras a tributo perpetuo de las Iglesias, estan obligados a las contribuciones de los Concejos.
28 Los labradores tienen obligacion a pagar los diezmos de las tierras.
29 Los labradores, y ecclesiasticos, que tienen tierras a docabo, estan obligados a pagar el diezmo, y docabo.
30 Los religiosos no pueden cobrar los diezmos de los bienes que dieron a tributo perpetuo; porque pertenece a las Iglesias adonde dezmauam los tales bienes.
31 Clementina, 1. de decimis, *declaratur.*
32 Los privilegios de los Teatinos, para lo tocante a diezmos, se declaran.
33 *Coloni Ecclesiæ, tenentur solvere decimas.*
34 *Coloni Religiosorum quando non teneantur solvere decimas.*
35 *Emphyteuta religiosorum, non habent privilegium de non solvendis decimis.*
36 *Forma privilegij societatis Iesu, circa solutionem decimarum.*
37 De los bienes donados, no deuen diezmos, los Teatinos, de las tierras que heredaron, pero de los comprados, deuen la veintena, conforme al nueuo privilegio, y concordia.
38 Limitacion, y declaracion del privilegio, en quanto a los diezmos de los huertos.

## QVÆSTIO L.

*Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat contra laicos Ecclesiæ emphyteutas, pro resolutione tributorum debitorum domino temporali.*

MVlti sunt præstantissimi Iurisconsulti, qui docuerunt emhpyteutam † Ecclesiæ, non teneri solvere collectas, & onera fiscalia, sicut neque ipsa Ecclesia tenetur. Ita Bartolus, *in l. privata, C. de excusatione munerum, libro decimo,* & sequitur Iason. *in l. 1. num. 31. C. de iure emphyteutico.* Et hanc opinionem dicit tutiorem Bossius,

titul. de Principe, & privileg. eius, numer. 128. Abbas, consil. 9. libr. 1. Gratus, consil. 130. libro 1. qui consuluit pro hac opinione, & Natta, consil. 409. Bursatus, consil. 25. num. 6. lib. 1. & sequitur Marcus Antonius Eugenius, consil. 96. num. 22. lib. 1. & Fachineus, lib. 1. controversiarum iuris, cap. 91. litera C. versicul. Ego puto, ubi dicit, quod est bona regula, quòd, si dominus non tenetur, non
2 teneatur emphyteuta, ex dict. l. privata, ubi † emphyteuta fisci non tenetur, quia fiscus non tenetur, & est immunis: ergò similiter Ecclesia nō tenetur ad collectas, ut in l. 2. C. de Episcopis, & clericis, cap. 1. de immunitate Ecclesiarum, libro 6.
3 secunda ratio est, quia † ubi aliquis possidet rem immunem à collectis & tributis, is non tenetur collectas solvere, ut in l. 1. C. de imponenda lucrat. descript. lib. 10. sed ecclesiæ † emphyteuta, possi-
4 det rem immunem, ex eo, quia bona sunt Ecclesiarum, ut in l. placet, C. de sacrosanct. Eccles. ibi: * Neque prædia usibus cœlestium secretorum dedicata, sordidorum munerum fece vexentur. * Textus etiam, in cap. non minus, de immunitate Ecclesiarum, cap. Ecclesiarum servos. 12. quæstione 2. capite generaliter. §. novarum, 16. quæstione prima. Ex quibus sequitur, quod non teneantur ad collectas, ne duplici onere graventur, Ecclesiæ pen-
5 sionem, & fisco tributum solvendo: quia † solutio collectarum, non est pro fructibus, sed pro prædiis, ut tradit Alexand. consil. 37. lib. 4. & consil. 4. lib. 5. Curtius Senior, consil. 36. Bellonus, cōsil. 27. numer. 8. & 10. Natta, consil. 409. numero 5. Olascus, decis. 83. ubi dicit, quod ita Senatus censuit: quia regulariter impositio collectarum solet fieri personis pro rebus, l. rescripto, §. fin. D. de
6 muneribus, & honoribus, & † una eademque res non debet diverso iure censeri, l. eum, qui ædes, D. de usucapionibus. Quam opinionem ex nostratibus sequendo Bartolum, tenet Felicianus de Solis, de censibus, in additionibus ad librum primum, numero secundo, ubi dicit ita fuisse iudicatum pro collegio divi Illefonsi, & sanctæ Claræ, & a-
7 liorum. Et sic † his rationibus consideratis, iudex ecclesiasticus conservator, non facit vim, procedendo contra iudicem sæcularem per censuras, ut colliges ex traditis, per Cacheranum, decis. 32. Tessaur. decis. 22. Et ita dicit fuisse iudicatum in Prætorio Pinciano, Felicianus, supra, numero 15. & Doctores pro hac opinione refert Menochius, lib. 2. de arbit. centuria, 6. casu. 562. numero 16.
8 Sed † his non obstantibus, pro iudice sæculari facit opinio Andreæ de Isernia, titul. quæ sint Regalia, verbo, plaustrorum, dicens, inspiciendam esse personam emphyteutæ, & non bona feudalia Ecclesiæ: quia, cum ipsa persona sit sæcularis, & obnoxia collectis, non est mirum, si teneatur eas solvere; etiam pro re emphyteutica Ec-
9 clesiæ: quia † mutatione personæ mutatur qualitas rei, l. fin. C. de imponenda lucrat. descript. lib. 10. l. fiscus, D. de iure fisci, pro qua opinione est lex Partita. 55. tit. 6. part. 16. * Mas si por auentura la Iglesia comprasse algunas heredades, ò se las diessen homes que fuessen pecheros, al Rey, tenudos son los clerigos de le facer aquellos pechos, è aquellos derechos, que auian de cumplir por ellos, aquellos de quien los huuieron. * Et quia rei emphyteuticæ augmentum, vel diminutio, pertinet ad personam emphyteutæ, & Ecclesiæ neque in proprietate, neque in redditibus solvendis præiudicatur; & sic nullo modo potest dici, illud fieri contra Ecclesiæ libertatem: quam sententiam contra Bartoli opinionem tenent Alexand. consil. 101. libro primo, Natta, consil. 114. numero decimo octavo, Boerius, decis. 215. num. 19. Rolandus, consil. 61. num. 14. & 15. libro 4. Pinellus, de bonis maternis, 2 p. num. 72. Carocius, de locato, quæstione vigesima quinta, num. 34. & 35. & 43. Ruinus Senior, consil. 747. libro quarto. Et hanc dicit communissimam sententiam additio ad Tessaurum, in decis. 116. ubi consideratis fundamentis pro utraque parte, ita Senatus pro hac opinione iudicavit, & sequitur novissimè Menochius, de arbitrariis, 1. centuria. 6. cas. 562. num. 36. ubi refert. 26. authores sequentes istam opinionem, & nos diximus in quæstione 726. in practicis, quæstion. commun. contra commun. Et hanc opinionem his non citatis tenet Ioannes Garcia, de expensis, capite duodecimo, num. 69. Avendaño, de exequendis mandatis, lib. 2. cap. 14. num. 33. ubi dicit, quòd ita observatur in practica, Lucas de Pena, in l. 1. colum. 2. versic. Unde si res, C. de impo-nend. lucrat. descript. lib. 10. Felinus, in cap. Ecclesiæ sanctæ Mariæ, num. 99. in principio, de constitutionibus. Duennas, regula 10. limit. 3. Federicus de Senis, consil. 111. Albertus Brunus, in tractatu, de statuto exclusivo fœminarum, quæstione, 22. num. 119. & alios refert, & sequitur Octavianus Vulpellus, in tractatu de libert. ecclesiastica, 3. part. numer. 22. Valascus, de iure emphyteutico, quæstione 17. numero undecimo, cum sequentibus. Ubi dicit, Bartoli opinionem esse communiter reprobatam, & quod adversus eum est practica & observantia, ut resolvit, illis non citatis, Marta, de iurisdictione, 4. part. centuria. 1. casu 13. numero quinto, versic. Nec obstat. Et ultra rationes in principio allegatas, facit; quia † dominium 10
utile, quod habet emphyteuta, in re sibi ab Ecclesia concessa, est merè laicum, & profanum: & ideo subiectum legibus principum; seu laicorum, generaliter loquentibus, ut tradit Ancharranus, consil. 443. num. 3. Barbatia, consil. 14. numero 5. volumine 1. Paulus de Castro, consil. 194. volumine 1. Cumanus, consil. 84. Alexand. consil. 9. volumine 5. Festasius, in tractatu de collectis, 2. part. capite quarto, numero 24. & 4. par. capite 1. numero 43. Et sic, cum persona, à qua sumit originem collecta, reperiatur subiecta Principi sæculari, & ipsa persona sit matriculata in æstimo, tenebitur ad onera; sicut omnes alii sæculares: quia mutatione personæ, mutatur qualitas bonorum, ut tradit Segura, in l. 3. §. fin. D. de libert. & post. Peralta, in l. cum patronus, D. de legatis. 2. Et ita sæpè iudicatum affirmat Ioannes Garcia, ubi supra, num. 69. in fin. ubi dicit, quòd hæc pars est verior, ex Clementina. 1. & fin. de decimis, ubi Doctores: quia non debet ista persona regulari à iuribus & privilegiis, quibus ipsa Ecclesia gaudet: & sic, licet † præscriptio nō cur- 11

rat contra Ecclesiam in proprietate rei, currit contra ipsos, ratione utilis dominii, sicut contra alios privatos, ita Bartolus, *in l. si Publicanus*, §. *in vectigalibus. D. de publicanis*, Baldus, *in tractatu de praescriptionibus, 1. part. 5. part. in principio, numero 19. & 20.*

12 Rursus confirmatur ista sententia, quia † ius retractus habet locum contra emphyteutam Ecclesiae, respectu utilis dominii, ut tradit Tiraquellus, *de retract. lib. 1. §. 1. gloss. 3. & §. 1. gloss. 13. numer. 8. & 9.* & tradit Valascus, *ubi supr. quaest. 17. num. 14.*

Praeterea emptores fructuum rerum ecclesiasticarum, pro illis tenentur solvere gabellas, ut tradit Archidiaconus, *in capite ultimo, de censibus, lib. 6.* Bertachinus, *de gabellis, 7. part. quaestione 7.* Ergò similiter tenebuntur coloni Ecclesiae pro rata fructuum tributum solvere, & etiam
13 † decimas pro fructibus emphyteusis quae antea Ecclesiis debebantur, ut *in Clementina 1. de decimis*, ibi: * *Seu de terris quae traduntur aliis excolenda, decimas solvi Ecclesiae.* * Maximè, quia privilegium immunitatis est stricti iuris, *cap. privilegia, & cap. Odia de regulis iuris, lib. 6.* & ideò strictè debet interpretari, ut concernat beneficium & utilitatem ecclesiasticorum, non autem laicorum colonorum: quia, si illi eximerentur, illorum esset principale commodum. Et haec o-
14 pinio est verior, maximè † si causa contributionis sit publica, quae concernat, tàm laicos, quam clericos. Et ita saepius iudicavit Senatus, ut tradit Osascus, *dicta decisione, 32.* Antonius Tessau-
15 rus, *dict. decis. 116.* Quae † opinio est intelligenda, quando emphyteuta stat in dominio suo, de per se, & non deseruit Ecclesiae, quia si esset famulus Ecclesiae, & esset in perpetuo servitio ipsius, & Ecclesia daret illi certam terram in emphyteusin, pro solutione servitiorum, ut saepè contingit, * *quando se les da a peguiar a los criados,* *
16 quia † istae personae dicuntur domesticae, & familiares, *l. praesenti, §. penultimo C. de his, qui ad Ecclesias confugiunt.* Ita Alexand. *consil. 114. num. 1. volum. 4.* Decius, *consil. 100. num. 8.* quia isti utuntur privilegiis concessis dominis. Paulus de Castro, *in l. 1. num. 8. C. de Episcopis, & clericis*, Ripa, *in tractatu, de peste, tit. de praeservatione, §. devenio nunc, num. 124.* Capicius, *decisione 12. in fin.*
17 & est textus, pro hac sententia † *in l. 1. circa medium, C. de Episcopis, & clericis*, ibi: * *Verum etiam hominibus eorundem,* * & ibi: * *Et eorū quoque ministeria.* * Et sic exemptâ personâ ab alicuius foro, videtur etiam exempta tota domus, & eius familia, *lex non aliter, de iudiciis, l. 1. C. si quacunq. praeditus potestate.* Et sic † privilegium con-
18 cessum Scholaribus, illorum nuntiis & famulis, concessum quoque intelligitur; Baldus, *in authentica habita, C. ne filius pro patre*, & pro hac opinione est bonus textus, *in capit. continua, 11. quaestione prima, cap. fin. de officio Archidiaconi*, gloss. *in capit. eos 32. distinct. & in cap. 1. & capit. clericum. 11. quaestione 1. cap. generaliter, §. novarum, 16. quaestione 1. cap. Ecclesiarum servos, 12. quaest. 2.* & sequitur Abbas, *consil. 53.* Grammati-
19 cus, *consil. 120. num. 15. & 16.* & † famuli Episcopi gaudent privilegio Episcoporum, ut tradit Bursatus, *consil. 25. num. 13. lib. 1.* & in Notario Episcopi tradit Gracianus, *discept. forens. lib. 2. cap. 340.* Capicius, *decis. 12. num. 1.* Et hoc est sine dubio, quando talis famulus habet generalem Ecclesiae administrationem, ut tradit Abbas, *in dict. capit. 2. num. 6. de foro competenti*, gloss. *in capit. iudicatum, 89. distinctione*: maximè si † isti famuli 20
habitarent in loco & villa ipsius Ecclesiae, cuius iurisdictio temporalis pertinet ad ipsam Ecclesiam. * *Como se pueden practicar en los criados, y emphyteotas de la villa de Axofrin, que es de la santa Iglesia de Toledo, y en otros lugares, que tienen las Iglesias, y otros que tienen tierras de ellas en emphyteosi.* * Quia isti non possunt collectari pro bonis Ecclesiae, ut tradit, Praepositus, *in dict. cap. 1. undecim. quaestione prima*, maximè, si non ipsa persona conveniatur, sed pro rebus ab Ecclesia possessis, ita Speculator, *ubi supra, dict. numero vigesimo septimo, in fine*, quem sequitur Antonius Tessaurus, *dicta decis. 22. in fin.* ubi posuit ad nostram principalem conclusionem, octo limitationes, & melius *in dict. decis. 116.* ubi Additionator Tessauri invehit, & meritò, contra quendam consulentem, qui sequutus fuit contrariam opinionem adversus dictam decisionem, dicens verba sequentia. * *Caeterum circa veritatem huius opinionis, an coloni Ecclesiae possint collectari, moderni quidam hodiè intendunt, & conati sunt impugnare scripta per dominum meum, quem satis imprudenter in fine consilij quidam redarguit, quòd hac decisione magis inserviret causae, quam veritati: cuius rei magis redarguendus est ipse, qui praemio allectus causam suorum clientum defendit, quam qui decisiones conscribit, uti iudex suam iuxta suae conscientiae dictamen sententiam profert.* * Et certè magis credendum est semper Doctoribus in lecturis, quam in consiliis, ut ego dixi, *libro 1. commun. in praefatione*, & magis in decisionibus: quia ibi omnia vident, & cuncta rimantur, & eos prece, vel precio flectere nemo valet.

Ex quibus † resolvendum est ad nostrum 21
propositum, iudicem ecclesiasticum vim facere, si procedat contra saecularem, ut se inhibeat a cognitione causae, ut non exigat tributum contra Ecclesiae emphyteutam, quando tributum non est impositum personis, ratione bonorum, sed ratione fructuum, ut consuluit Decianus, *dict. consil. 51. numero decimo quarto, volumine tertio.* Anguisola, *consil. 52. numero 100. volumine tertio.* Riminaldus Iunior, *consilio 353. numer. 178. volumine quarto*, & ita est tenendum, & iudicandum, *ut in dict. l. 55. tit. 5. part. 1.* ibi: * *Mas si por aventura.* *

§ Aduiertase, † que el caso desta question su- 22
cedio en los Estados de Milan, siendo Virrey el Condestable de Castilla, Iuan Fernandez de Velasco, sobre lo qual huuo grandes revoluciones en aquellos Estados, siendo Presidente el Doctor Menochio, que tanto ha ilustrado nuestra facultad. Y para mejor resolucion desta question, ponderare lo que refiere el coronista maior Antonio de Herrera, en el libro que

Sucessos de los Estados de Milan, sobre lo contenido en nuestra question

hizo

hizo ſobre las competencias de la iuriſdicion en aquellos Eſtados, entre la iuriſdició eccleſiaſtica, y ſeglar, y lo que el Pontifice determinò deſpues de auer oido las partes, y enterando ſe de la verdad del caſo, y de lo que hizo el Condeſtable, y lo que reſpondio ſu Mageſtad, aprouando ſu reſolucion. De lo qual conſtara, que ſe pudo muy bien echar tributo a los emphyteotas de las Igleſias, ſin quebrantar en eſto la libertad eccleſiaſtica, ni ſu iuriſdicion: lo qual ſe verà en el capite decimo octauo, que es del tenor ſiguiente la carta del Rey. Fecha en el Campillo, a 12. de Nouiembre, de 1596.

23 Que deſpues † de lo que ſe auia eſcrito en las materias de iuriſdicion, ſe auia entendido, que continuando en las nouedades que auian intentado, particularmente el Cardenal, auia hecho un edito, en materia de armas, y deſcomulgado al Preſidente Menoquio, y a otros oficiales Reales, por auer querido, que ſe procedieſſe a execucion de la pena del vando de lo ſembrado de los arrozes, contra algunos labradores legos, de bienes eccleſiaſticos, y que auian contrauenido, penſando con eſte exemplo a te morizar a otros, para que no ſe atreuieſſen a defender la iuriſdicion Real. Y que auiendo ſe reſuelto el Condeſtable con parecer del Conſeio ſecreto, y del Senado, de hazer otro vando contra los que la perturbaſſen, trataua de deſcomulgar al gran Chanciller, y Preſidente del Senado, y penſaua hazer lo miſmo con el Condeſtable, quæ lo uno, y lo otro auia parecido exceſſo demaſiadamente, y digno de gran remedio. Y aunque ſu Mageſtad eſtaua bien cierto, y confiado del valor, y conſtancia con que por ſu parte ſe aurian reſiſtido, y reſiſtirian eſtos impetus, como tan iniuſtos, y mal fundados. Todauia por las malas conſequencias, que para lo de adelante ſe podian cauſar deſtas nouedades, ſi el Cardenal ſalieſſe con ellas, y con ſu intencion, aduertia, y encargaua de nueuo al Condeſtable, que pues de la iuſticia de ſu Mageſſe tenia tanta ſatisfacion, y era conocida la ſin razon con que ſe pretendia perturbar, uſaſe de todos los medios, y remedios que le parecieſſen neceſſarios, y conuenientes para defenderla, y ſuſtentarla, ſin afloxar punto eſto, por temor de ninguna fuerça ò ſin iuſticia, que ſe quiſieſſe hazer, ò intentar, pues en tales caſos ſeria ſiempre iuſta la defenſa, y quo lo miſmo ordenaſſe a todos los miniſtros, y officiales de aquel Eſtado, para que cada uno acudieſſe a lo que le tocaua a cumplir, y tenia obligacion. Y luego refiere la ſegunda carta, que contiene la miſma ſuſtancia, y annade, aunque ſea contra los feudales, no haziendolos en eſte caſo de peor condicion, el ſer maſarios de bienes eccleſiaſticos, que ſi lo fueſſen de ſeglares. Dando a entender, que el repartimiento ſea ygual, y con iuſtificacion, y ſu fecha de la carta es en Madrid, a 12. de Henero, de 1599. con acuerdo del ſacro Conſeio ſupremo de Italia, ſiendo Preſidente el Conde de Miranda.

arta del Rey, l Con-ſtable e Ca-illa.

Y deſpues en el capite vigeſimo primo, ſe refieren las aduertencias que publico el Vicario Seneca, ſobre quebrantar la iuriſdicion ecleſiaſtica, y lo que a ellas reſpondio el Preſidente Menoquio. Y el ſegundo capitulo que ſe opone, y reſponde, es tocante a nueſtra queſtion, que habla de los Inquilinos de las Igleſias, que ſiembran arrozes en las tierras de las proprias Igleſias, y el cargo de los vandos, y reſpueſta, es del tenor ſiguiente.

*Cargo ſecundo.*

¶ Y que † lo referido ſea verdad, ſe conoce, 24
de que aunque es coſa notoria, que los bienes de la Igleſia, como patrimonio de Chriſto, no eſtan ſugetos al dominio temporal, y que es vana qualquiera diſpoſicion hecha tocante a ellos por legos, porque no pueden determinar nada, ni en ellos, ni dependiente dellos, por defecto de poder, por tener los eccleſiaſticos diuidada la iuriſdicion de los legos. Con todo eſſo el dicho magiſtrado, eſtos annos paſſados ſin tener atencion a eſto, ha hecho prender, y moleſtar a los labradores, y arrendadores, por cauſa de ſembrar arrozes en las tierras de las Igleſias, ſocolor del vando publicado por ſu Excelencia del Excelentiſſimo ſennor Gouernador.

*RESPVESTA.*

¶ Los terminos † ſon diferentes, y no ſe de- 25
ve paſſar de las tierras, y bienes eccleſiaſticos, a las perſonas de los labradores, y arrẽdadores legos que en todo ſon ſugetos a la iuriſdicion ſeglar: y por tanto, ni podia, ni deuia ſer reprehendido el Magiſtrado, porque ha procedido conforme a derecho.

*RESPVESTA II.*

¶ La ley del Principe ſeglar eſtablecida con euidente razon, para la publica utilidad, obliga, no ſolamente a los bienes de los eccleſiaſticos exemptos por privilegio de Principes (porq̃ cõcediendo generalmente tal eſſencion, no ſe preſume, que los dichos Principes penſaſſen derogar el caſo de neceſſidad, ò de la utilidad publica, y euidente) ſino tambien a las perſonas de los dichos eccleſiaſticos, que ſon ciudadanos de la miſma ciudad, y gozan tambien del beneficio de la ley, como los miſmos legos.

¶ Y deſpues † en el capitulo, trigeſimo ſe- 26
cundo, refiere todos los articulos, y puntos de las quexas, que dio el Cardenal Borromeo a ſu Santidad, repreſentando le los agrauios, que padecia la iuriſdicion eccleſiaſtica. Y en el capitulo, trigeſimo ſecundo, ſe refiere, la forma como ſe ſatisfizo a ſu Santidad, por parte del Senado, contra las quexas del Carnal. Y en el capitulo final ſe pone la reſolucion de ſu Santidad ſobre todas las diferencias: y en particular dize, que ſu Santidad reſpondio, que ſe ordenaria a los miniſtros eccleſiaſticos, que no ſe entremetiſſen mas en las ſementeras de los arrozes contra los labradores, y arrendadores de las tierras de las Igleſias, y que en lo demas ſe tomaria algun

bien despidiente. De suerte, que en quanto a lã resolución de nuestra principal question, ya consta por las cartas de su Mageftad, que tienen fuerça de ley, pues confirmò por ellas los vandos, que no se yua contra la iurisdicion ecclesiastica, ni contra su libertad, en proceder contra los Inquilinos de las Iglesias, para la cobrança de los derechos devidos a su Mageftad, ò a la Republica, por ser los bienes, respecto del util dominio temporales, y los posseedores legos, y sugetos a las leyes temporales de los Principes, y por ser este negocio tan llano, lo confirmò su Santidad, y mandò que se guardasse. Et in hoc casu idem resolvit Menochius, *consil.*1000. *numero decimo, volum. decimo,* qui de hoc casu fuit consultus, & Hieronymus Gabriel, *consil.37.numero tertio & quarto, libro secundo,* & Octavianus Vulpellus, *in tractatu de libertate ecclesiastica, tertia parte, numero quinquagesimo octavo*, licet contrarium resolvat Surdus, *consil 361.394. libro tertio, in 3. dubio, numero 69.* quem sequitur Petrus de Zevallos, *in suis resolutionibus criminalibus, casu, duodecimo, numero quarto*, ubi favore Ecclesiæ sequitur opinionem contra Menochium: sed salva pace mei cognominis, à Menochii opinione recedendum non est. * De suerte, que aya esta question no tiene difficultad, ni controversia, por estar resuelta por entrambas potestades, y ser esta la mas comun, y recibida opinion en terminos del derecho comun, como va prouado.

27 ¶ De lo qual infiero, que † todos los labradores que tienen tierras a censo perpetuo de la santa Iglesia de Toledo, y de la dignidad Arcobispal, estan obligados a pagar el repartimiento que se les haze, como pecheros, respecto de sus haziendas, por los Conseios en que se considera la renta que gozan, y aprovechamientos que tienen, y no la propriedad.

28 ¶ Lo segundo, que † estan tambien obligados sus diezmos de las tales tierras à las Iglesias, salvo si fueren horras de diezmos, como ay algunas que lo son: y assi lo he visto, y iuzgado, siendo assessor de la dignidad Arcobispal en las causas decimales.

29 ¶ Lo tercero, que † los labradores, que tienen tierras de la ciudad, y de sennores a quien pagan el docavo, que no se escusan de pagar el diezmo a sus parrochias, porque estas prestaciones tienen diferentes fines, porque el docavo se paga al sennor del directo dominio, como por reconocimiento, y tributo perpetuo del sennorio, con cuya carga dio las tierras, y el diezmo se deve a Dios, por razon de sembrar los prædios, como le deviera, y pagara el sennor del directo dominio, si las sembrara, ni tienen en esto mas los clerigos, que los legos, porque todos deuen el diezmo, y el docabo, cada cosa a su sennor. Y aunque se han querido subtraer algunos clerigos de los lugares de los montes, han sido condenados.

30 ¶ Lo quarto, que † a los religiosos no estan obligados sus emphiteotas a pagar sus diezmos, sino a las Iglesias de las tierras que eran dezmeras, antes que los religiosos entrassen en ellas, como las ayan dado a labradores legos a tributo perpetuo, porque estos tales labradores han de pagar sus diezmos a las Iglesias, y no al sennor del directo dominio: porque sus privilegios de no pagar diezmos, son sembrando ellos por si, ò por sus criados las tierras, y lleuando el provecho, ò danno de los sembrados, ò arrendando las, porque el arrendamiento no muda dominio, ut in *l. non solet, D. locati.* Pero no siendo por cuenta de los labradores emphiteotas, el danno, ò provecho, como lo refiere el Papa Clemente Quinto, *en la Clementina primera de decimis, en*

*Diezmo se paga a las Igle-*

*el.§. seu qui de terris*, ibi: * *Seu qui de terris, quas tradunt aliis excolendas, decimas solvi Ecclesiis, non permiserint, aut prohibuerint*, ubi glossa, *verbo, excolendas*, & Doctores ibi doent. * Y auiendose offrecido duda sobre este caso; sobre si los labradores de casas buenas, que tienen a tributo tierras, y vinnas del Collegio de la Compannia Iesus, que fueron de don Pedro de Castilla fui consultado deste negocio, por el doctissimo, y religiosissimo padre Bernardino de Vega Rector del Collegio desta santa casa, pretendiendo, que ellos auian de cobrar los diezmos de sus emphyteotas, y no la Iglesia a quien siempre se auian pagado, y queriendome mouer a esta opinion, como assessor de la dignidad Arcobispal, me represento dos fundamentos. El uno, la doctrina de Bartol. *in l. privata, C. de excusatione munirum, libro decimo*, y lo que sobre ella trae Feliciano de Solis, *en el 2. tomo, de censibus, en las adiciones al libro primo, capite primo, numero tertio.* adonde haze mencion que se librò executoria por el Collegio de san Ilefonso. Y que los privilegios de los religiosos, se estienden, ad bona emphyteota, ut tradit Bellamera, *in Clement. 1. religiosi, ce decimis, num 739.* porque respondo, que demas de que la opinion de Bart. es communmente reprouada, y que la practica comun està contra ella, como va latissimamente comprouado. Quando estuvieramos en los proprios terminos, no habla en materia de diezmos, sino de otras prestationes temporales: y teniendo en materia de diezmos el texto llano de derecho canonico, por el se ha de iuzgar la causa, mientras los religiosos no tuuieren especial privilegio del Pontifice, que les aplique los diezmos de los emphyteotas que labran sus tierras, y se los quiten a las Iglesias adonde se acostumbran pagar, lo qual no dispone su privilegio, y para su comprobacion me entrego un translado del, y no hallo, que ponga este caso, antes le dexa en los terminos del derecho comun. Porque haziendose distincion de los bienes heredados, y de los comprados, dize, que de los heredados no paguen diezmo, sino la vigesima, y de los comprobados le paguen, como se pagaua de las tierras antes que entrassen el dominio de la Compannia, ibi: † * *Integram decimam Ecclesiis, quibus, & prout; ante quam ipsi religiosi eam tenerent, debebantur, pariter soluere teneantur, & obligati existant.* * 32

*fias, y a los sennores los tributos perpetuos, adonde se declara su privilegio de los religiosos*

*Declarase la opinion del Don Feliciano de Solis; en que se fundan los religiosos de la Compannia*

Y tra-

Y tratando de los colonos de la religion, quiere el Potifice que sean los que en su nombre labrã las tierras, y no dispone de los emphyteotas, ibi: * *Ex largitionibus, donationibus, legatis, testamentis, codicillis, seu ultimis voluntatibus, duntaxat acquirent, & non solum eorum, quæ locare, & arrendare solent, sed etiam eorum, quæ per proprios colonos, ac propriis quoque manibus excolunt, loco decimæ, vigesima scilicet ex singulis viginti, unum eorum fructuum cuiuscunque generis, & speciei, quos in illis colligunt, necnon pecorum, & aliorum animalium, quæ in illis enutrient, piscationum, avium, aliarumque, rerum, & specierum, de quibus de iure, vel consuetudine decimari solent.* *. De suerte, que la exempcion, ò limitacion, ò moderacion de pagar diezmos, procede con los proprios colonos, y no de los emphyteotas, suorum bonorum: quia † isti tenentur solvere decimas suæ parochiæ, ubi solvebantur, antequam bona intrarent in dominio religiosorum: qui retinent prædictum privilegium, quando ipsi colunt terras per se, vel per † proprios colonos, ut in terminis alterius privilegij, concessi dictis religiosis, tradit Gutierrez, *consil. quint.* & est textus, *in capit. penult. de decimis*, & tradit Oldrad. *consil. 268.* Gregor. *in libr. quart. titul. quint. part. 5. in verbo otrosi. in fin.* & disputat Gutierrez, *libr. secund. canon. capit 21. ex numer. 135. & 136.* ubi etiam loquitur de dictis religiosis societatis Iesus. Et est ratio, qui privilegium, non se extendit, ubi non fit specialis mentio, *capit. secund. de decimis, libr. sext.* & de terris datis in feudum à religiosis, ut decimas non recipiant, probat text. *in dict. capit. secund § sanè*, ibi: * *De manibus laicorum ipsorum acquirere, vel recipere.* * Idemque est dicendum, quando † bona fuerunt alienata in emphyteusin: quia tunc nec religiosi, nec emphyteutæ, nec feudatarij habent privilegium de non solvendis decimis Ecclesiæ parochiali, vel de solvendis decimis dictis religiosis: imò totum cõtrarium est dispositum de iure, *ex dict. Clementin. 1. de decimis, cap. licèt. eodem tit. cap. 2 §. sanè extra eodem libr. 6.* qui est text. expressus Rebuffus, *de decimis, quæst. 14. nu. 47.* & in propriis terminis idem tenet Imola, *in dict. Clementina, 1.* Et Franciscus Vivius, *decis. 4. n. 19. lib. 1.* & dicam *in quæstione. 55. numer. 55.* ubi alios referam, & Ioannes Garcia, meritissimus quondam fisci patronus, *in tractatu de expensis & meliorationibus, capit. 12. numer. 71. in fin.* dum allegat *dictam Clementinam: primam de decimis*, quia privilegium de non solvendis decimis, intelligitur de prædiis, in quibus suis manibus, vel propriis sumptibus, labotant. Vt tradit Rebuffus, *dict. quæstione, decima quarta numer. 44.* quod secus est, quando terræ & vineæ dantur in emphyteusin, vel feudum: quia iam est translatum dominium utile, & ipsi religiosi solum retinent pensionem annuam, sine damno, an colligantur fructus, vel non: & sic damnum, & utilitas pertinet ad colonos, & non ad dictos religiosos. Nec tale privilegium debet extendi, nec illud intelligitur in præiudicium Ecclesiæ, ut tradit Oldradus, *consilio, 268.* Rebuffus, *suprà quæstione, 13 numer. 114.* Et ita videmus, quòd communiter practicatur; quod est menti tenendum, circa casus occurrentes in cognitionibus per viam violentiæ. Et ut omnibus constet, ad formandos articulos violentiæ, de contentis in privilegio super decimis solvendis, concesso religiosis Societatis Iesu, decrevi eius seriem referre, ut tam advocati sciant, quid debeant hodiè defendere, & iudices iudicare in prima instantia, coram ordinariis locorum, & per viam recursus in regali Senatu.

33 (left margin, beside "rum bonorum: quia † isti tenentur...")
34 (left margin, beside "lunt terras per se, vel per † proprios colonos")
35 (left margin, beside "dicendum, quando † bona fuerunt alienata in")

Leo † Papa Undecimus, ad perpetuam rei memoriam. Impositi nobis Apostolici muneris debitum exposcit, ut in his nostræ authoritatis partes libenter interponamus, per quæ, differentiis & controversiis, inter ecclesiasticas personas vigentibus, è medio sublatis, earum quieti opportunè consulamus. Cum itaque aliàs felic. record. *Paulus Papa Tertius*, prædecessor noster, Societati Iesu ab ipso institutæ, & approbatæ, eiusquè sociis, inter alia concesserit: ut de ijs, quæ in ornamentis, aut pro eis, aut libris, fabrica, luminaribus, seu pro victu, & indumentis eorum, nec non pro annuis censibus redimendis, ad quorum solutionem aliquæ domius Societatis prædictæ obligatæ forsan existebant, ac de domibus, & Collegiis, & eorum prædiis, hortis, aliisquè locis eisdem locis haberi concessis, aut de his, quæ sibi pro huiusmodi rebus, domibus, collegiis, locis, & hortis emendis, per quascunque personas, quocunquè tempore legari, ac relinqui contigisset, & aliis bonis quibuscunque per dictam Societatem, & ipsius Collegia possessis, & obtentis, aliquam decimam etiam Papalem solvere, seu canonicam portionem exhibere, seu ad præstationem procurationum legatorum prædictæ sedis, vel Nunciorum ipsius, aut ordinariorum locorum, & exactionem collectarum, seu subsidiorum, vel provisionum quarumcunq; minimè teneretur; nec ad id per literas eiusdem sedis, aut legatorum, vel Nunciorum, seu diœcesarum prædictorum, cuiuscunque tenoris forent, ullo unquam tempore compelli possent, nisi ipsæ literæ Apostolicæ, plenam & expressam, ac de verbo ad verbũ de indulto & cõcessione huiusmodi, ac de eorum ordine mentionem fecissent. Et si fortè per ipsum *Paulum* prædecessorem, vel dictam sedem, de piis legatis, dispositis, & relictis in genere, vel specie, decima, vel alia portio, seu quarta alteri piæ, vel non piæ causæ quomodolibet eatenus concessæ fuissent, vel illam inposterum concedi, seu solvi, aut dari, mandari contigisset, Socios dictæ Societatis, ac illorum domos, & bona quæcunque, & eis legata, & relicta, aut aliàs in eorum favorem disposita, concessionibus, & mandatis huiusmodi minimè comprehendi decreverit, & voluerit: nisi de ipsis, ac prædicto decreto, & voluntate, non per clausulas generales idem importantes, sed vera, & expressa, atque specifica metio fieret in eisdem, & aliàs, prout in literis Apostolicis eiusdem Pauli prædecessoris, sub dato anno incarnationis Dominicæ, 1549. decimo quinto Kalendas Novembris, Pontificatus sui anno decimoquinto expeditis. Cumquè deinde pi. me. *Pro Papa Tertio*, pro

36 Forma privilegij Societatis Iesu super solutione decimarum.

parte Præpositi generalis, & universæ Societatis prædictæ exposito, quòd quamvis dictus *Paulus prædecessor* eandem Societatem, eiusquè personas à decimarum, & aliarum quarumcunque impositionum solutione exemisset: quia tamen id disertis verbis non videbatur explicatum, nec non in exemptione illis concessa huiusmodi de domibus probationis, & Collegiis eiusdem Societatis, non tamen professorum domibus, quæ iuxta regularis illius instituta, bona stabilia habent, aut habere possunt, specialis mentio facta fuerat, molestiam ipsis inferri, ac domos probationis, & Collegia ipsius Societatis, super exemptione huiusmodi perturbari posse, tempore procedente timebant: Idcircò supplicationibus Præpositi generalis, & Societatis prædictorum inclinatus, privilegia, & exemptionem, & cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis, literas Pauli prædecessoris prædictas, & illarum vigore domos, & Collegia eiusdem Societatis ubilibet constituta, & inde sequuta quæcunque, juxta tenorem literarum earundem, Apostolica auctoritate ex certa scientia confirmaverit, & approbaverit, ac etiam plenariè innovaverit, & de novo, quatenus opus esset, concesserit, nec non illis perpetuæ & inviolabilis firmitatis robur adjecerit, omnesquè & singulos iuris & facti defectus, si qui forsan intervenissent in eisdem, suppleverit. Et nihilominus pro potiori cautela universam Societatem, omniaque & singula illius, domos probationis, & Collegia, ubilibet existentia, præsentia & futura, eorumque personas, fructus, reditus, proventus, etiam bonorum ecclesiasticorum, sæcularium, & regularium: & regularium quorumcunque, illis pro tempore unitorum, aliasque res, & bona quæcunque, à quibusvis decimis, etiam Papalibus, prædialibus, personalibus, quartis, medietatibus, & aliis ordinariis oneribus, etiam pro expeditione contra infideles, defensione patriæ, & aliàs quomodolibet, etiam ad Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum instantiam, pro tempore impositis, etiam si in illorum impositione caveretur, quòd nulla prorsus exemptio cuique adversus illa suffragetur; ita, quòd Societas eiusque domus, collegia, fructus, res, & bona prædicta, semper ab illis, absque declaratione desuper facienda, exempta essent, & esse censerentur, perpetuò deliberaverit, & exemerit, & alia fecerit, prout in eiusdem *Pij prædecessoris* in forma brevis, sub dato, die decimo nono Augusti, 1561. Pontificatus sui anno secundo. Et cum demum piæ me. *Gregorio Papa Decimotertio*, & jam prædecessori nostro, pro parte tunc existentis Præpositi Generalis eiusdem Societatis Iesu pariter exposito, quòd licèt prædictus *Paulus Tertius*, *prædecessor* volens dictam Societatem, per eum Apostolica auctoritate institutam, & approbatam, illiusque socios, favore prosequi gratiæ specialis, inter alia eidem Societati, & socij supra memoratam exemptionem à decimis concessisset, & indulgisset: & successivè *Pius IIII.* literas, ipsius *Pauli*, *III.* ut supra dictum est, confirmasset & approbasset, & alia concessisset, prout in singulis supradictis *Pauli*, *& Pij prædecessorum* literis plenius continebatur: nihilominus, quia in illis nulla de constitutione re. me. *Innocentij Papa Tertij*, similitèr prædecessoris nostri, in Concilio generali super decimis edita, quæ incipit: *Nuper*, expressa & specifica mentio facta, nec ei specialitèr & expresse derogatum fuerat: idem Præpositus dubitabat, singulas literas prædictas, de subreptionis, seù nullitatis vitio notari, & Societati, illiusque domibus, Collegijs, & personis prædictis: minùs utiles reddi, aut illa super exemptione huiusmodi molestari, vel perturbari posse, tempore, procedente: Idem *Gregorius*, *prædecessor*, quantumcunque litium & causarum, super præmissis jam forsan motarum, statum & merita, ac nomina & cognomina iudicum, & collitigantium, ac titulos, & iura eorum pro expressis habens, & ipsius Præpositi generalis supplicationibus eâ in parte inclinatus voluerit, ac Societati, illiusque domibus etiam probationum, collegiis, & personis prædicta auctoritate Apostolica concesserit, quòd singulæ literæ prædictæ cum exemptionibus, cæterisque omnibus & singulis in eis contentis clausulis, & decretis, processusque habiti per eosdem, & inde secuta quæcunquè valerent, plenamque roboris firmitatem obtinerent, ac eis, quia concessa existebant, perpetuo suffragarentur in omnibus, & per omnia; perindè ac si in illis de cōstitutione *Innocentij prædecessoris*, seù concilij generalis huiusmodi, specifica & expressa mentio facta, eique specialiter & expresse derogatum fuisset: prout idem *Gregorius prædecessor* dictæ constitutioni ad effectum præmissum, specialitèr & expresse derogavit, decernens, ita in quibuscunquè, causis pendentibus & futuris, per quoscunque iudices & commissarios, quavis authoritate fungentes, judicari & definiri debere; irritum quoque, & inane, quidquid secùs super his à quoquam, quavis auctoritate, scientèr vel ignorantèr, contigerit attentari, & aliàs, prout eiusdem quoque *Gregorij prædecessoris* in forma brevis, subdato die prima Ianuarij. 1578. Pontificatus sui anno sexto, expeditis literis pleniùs continetur. * Cumque sicut accepimus ex eo, quod occasione prædictorum privilegiorum Religiosi dictæ Societatis, se, eorumque domos, etiam probationum, collegia, & loca, ac prædia, res, & bona quæcunque, à solutione etiam decimarum, quæ parochialibus, & aliis Ecclesijs de iure, vel consuetudine, seù quovis alio titulo, vel causa debentur, exemptos esse: * Contra verò Metropolitanarum, & cathedralium, ac aliarum Ecclesiarum Archiepiscopi, & Episcopi, & alij Præsules venerabiles fratres, & capitula, & parochialium Ecclesiarum Rectores Regnorum Castellæ, & legionis, dilecti filij, ipsos Religiosos Societatis Iesu tali exemptione in maximum illorum præiudicium abuti prætendunt, inter illos dudum super hoc diversæ lites, seu controversiæ ortæ, & in causa, seù causis huiusmodi, ad

aliquos

aliquos actus deventum fuerit. Et licèt demum de ineunda inter ipsas partes aliqua concordia tractatum, & in congregatione generali capitulorum & totius clerici dictorum Regnorum Vallisoletana, anno. 1602. habita, diversæ propositiones hinc indè inter ipsas partes ad effectum huiusmodi concordiam ineundi, factæ fuissent, nihilominus aliquid conclusum non extiterit: sed utraque pars negotium ad Romanum Pontificem remiserit. Nos, qui inter ecclesiasticas personas, pacem & quietem perpetuò vigere & conservari syncero desideramus affectu, remissionem huiusmodi acceptantes, negotium huiusmodi iussu feli. record. *Clementis Papæ Octavi* prædecessoris nostri, maturè discussum & examinatum, pro æquitate terminare, ac communem ulterioris controversiæ & discordiæ inter dictas partes occasionem præcidere statuimus. Idcircò singularum *Pauli, Pij & Gregorij prædecessorum*, & aliarum quarumcunque, in favorem prædictæ Societatis, semper huiusmodi exemptione, expeditarum literarum, veriores ac totos tenores, & datas præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes: Nec non quascunque lites & causas, præmissorum occasione hactenus inter venerabiles fratres Archiepiscopos, Episcopos, & alios præsules, fratres nostros & quasvis Metropolitanas, Cathedrales, Collegiatas, Parochiales, & alias Ecclesias, earumque capitula, Collegia, rectores, & alias ecclesiasticas personas dictorum Regnorum, ex una, & dictam Societatem, & quasvis illius domos, etiam professorum, necnon Collegia, domos probationis, & alia loca quæcunque, ex altera, partibus, coràm quibuscunque iudicibus, etiam nostri sacri Palatij Apostolici Rotæ Auditoribus, ac etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & in quacunque instantia, tàm coniunctim, quàm divisim pendentes, quorum status, & merita, ac nomina, & cognomina iudicum, & collitigantium, præsentibus similitèr pro expressis haberi volumus, in eisdem statu & terminis, in quibus reperiuntur ad nos harum serie avocantes, illas penitùs extinguentes, ac quascunque sententias, literas executoriales, ad favorem Societatis, seu illius domorum, seu Collegiorum, aut alicuius illorum quomodolibet latas, & relaxatas, & etiam forsan executas, & alias quascunquè provisiones, quomodolibet, & quandocunque ad eorum favorem expeditas, revocantes, & ad præsentium præscriptum reducentes, ac perpetuum partibus ipsis, super præmissis omnibus & singulis, silentium imponentes: salvis tamen quibuscunque concordiis seu transactionibus, inter partes initis, quas in suo robore remanere volumus, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione, nostris, dequè Apostolicæ potestatis plenitudine, harum serie perpetuò statuimus, de-

37 cernimus & ordinamus, ut † ex nunc deinceps perpetuis temporibus, prædicta Societas, & illius domus, etiam probationum, atquè Collegia, & loca quæcunque, ubivis locorum in prædictis Regnis Castellæ, & Legionis existentia, ratione prædiorum, possessionum, vinearum, olivetorum, terrarum, hortorum, & bonorum quorumcunque quæ nunc possident, quomodocumque ad eos perventa, aut per eos acquisita fuerint, & etiam eorum, quæ inposterum perpetuis futuris temporibus, ex novis domorum seu collegiorum fundationibus, aut aliis largitionibus, donationibus, legatis, testamentis, codicillis, seù ultimis voluntatibus duntaxat acquirent, & non solum eorum, quæ locare & arrendare solent; sed etiam eorum, quæ per proprios colonos, ac propriis quoque manibus excolunt, loco decimæ, vigesima, scilicet ex singulis viginti, unum eorum fructuum, cuiuscunque generis, & speciei, quos in illis colligunt: necnon pecorum, & aliorum animalium, quæ in illis enutrient, piscationum, avium, aliarumque rerum, & specierum, de quibus de iure, vel consuetudine, decimari solet, Ecclesiis, quibus alioquin, circumscriptis dictis privilegiis, decima persolvi deberet, persolvere teneantur, & obligati existant. Et quia evenire poterit, ut Religiosi dictæ Societatis, alia prædia, possessiones, terras, & bona, emptionis titulo, inposterum acquirant, aut prædia, terras, & bona extraneorum excolant, vel per eorum colonos excoli faciant; Nos, ne super bonis inposterum acquirendis aut excolendis huiusmodi, & aliis supra deductis, nova controversia deinceps oriatur, * declaramus, & paritèr statuimus, & ordinamus, quod ratione eorum prædiorum, possessionum, terrarum, & bonorum, quæ emptionis titulo acquirent, aut quæ titulo locationis ab aliis conduxerint, ipsi colent, aut coli facient, non vigesimam, sed integram decimam, iis Ecclesiis, quibus, & prout, antequam ipsi religiosi illa tenerent, debebatur, paritèr solvere teneantur, & obligati existant. * Ab † huiusmodi autem 38 vigesimæ, seu decimæ solutione, hortos, seu viridaria, quæ apud eorum domos, seu collegia, intra civitates & oppida habuerint, necnon etiam unum tantum prædiolum in agro pro unaquaque domo, seu Collegio (quòd tamen muris circundatum sit, & quatuor fanegarum illarum partium mensuram non excedat) exempta esse volumus, & ordinamus; Decernentes, ipsos Societatis Iesu religiosos, ad mediæ, decimæ, seu vigesimæ, & integræ decimæ huiusmodi respectivè solutionem faciendam, de cætero omninò teneri, & ad id censuris & pœnis ecclesiasticis, aliisquè opportunis iuris & facti remediis, æquè ac non exemptos, cogi & compelli posse: neque ab huiusmodi mediæ, decimæ, seu vigesimæ, vel integræ decimæ solutione, prædictarum *Pauli Pij, & Gregorij*, aut aliorum Pontificum prædecessorum, causa literarum, aut alio quovis prætextu, vel occasione, resilire vel deficere ullatenus posse. Ipsos verò Archiepiscopos, Episcopos, ac presbyteros, & capitula, & Rectores Ecclesiarum prædictarum, & alias personas ecclesiasticas, quibus huius-

Decisio & resolutio.

huiusmodi mediæ, & integræ, respectivè debebuntur, earum solutione, prout à nobis, ut perfertur, statutum est, contentos esse debere. Præsentes quoque literas, ex eo, quòd partes ipsæ præmissis non concesserint, aut alio quovis prætextu, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quocunque defectu impugnari, notari, redargui, aut infringi, suspendi, limitari, retractari, revocari, aut in ius vel controversiam, vocari, seu ad terminos iuris reduci, aut adversus illas quodcunque gratiæ, vel iustitiæ, remedium impetrari, nullatenus posse: sed semper ac perpetuò validas ac efficaces existere, ac fore, ac illis omnibus & singulis, quos concernunt, plenissimè suffragari, ac ab illis respectivè observari debere. Sicquè, & non aliter, per quoscunque iudices, ordinarios & delegatos, & iam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & iam de latere legatos, ac sedis Apostolicæ Nuncios: sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & definiri debere: ac irritum & inane, quidquid secùs super his à quoquam, quavis authoritate, scienter vel ignoranter, contigerit, attentari. Quocirca venerabili fratri Archiepiscopo Toletano, ac dilectis filiis, causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori, ac nostro & Apostolicæ sedis in Regnis Hispaniarum Nuncio per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte, tàm societatis, quàm capitulorum, & aliorum prædictorum, seù alicuius eorum, fuerint requisiti solemnitèr, publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate nostra illos, & eorum singulos, eorundem præmissorum effectu pacificè frui & gaudere: Non permittentes illos, aut aliquos eorum, desuper à quoquam quavis authoritate indebitè molestari: Contradictores quoscunque, ac præmissis non parentes, eiusquè auxilium, consilium, vel favorem, publicè vel occultè, directè seu indirectè, quomodolibet præstantes, per censuras & pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia, appellatione post posita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis: Non obstantibus prædictis *Pauli*, *Pij*, *Gregorij*, & aliorum Pontificum prædecessorum literis, ac simi lis memor. *Bonifacij Papæ Octavi*, etiam prædecessoris nostri, de una, & in consilio generali edita de duabus diætis, dummodo ultra tres diætas aliquis authoritate præsentium ad iudicium non trahatur, aliique Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusquè, & Synodalibus Conciliis, editis generalibus vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac regulis Cancellariæ nostræ, & præsertim de iure quæsito non tollendo, nec non tàm ipsius Societatis, quàm quarumcunquè Ecclesiarum Metropolitanarum Cathedralium, Collegiatarũ, & parochialium, & aliarum etiam, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis, quoque, indultis, & literis Apostolicis, illis, eorumque superioribus, & personis, in genere, vel in specie, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam in forma brevis, tàm per nos, quàm prædecessores nostros, ac etiam dictæ sedis legatos & iam ad quorumvis Imperatorum, Regum, Ducum instantiam, aut etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut consistorialitèr, etiam per viam generalis legis, & statuti perpetui, quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis etiam mari magno, Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis. Quibus omnibus & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumquè totis tenoribus, specialis, specifica, expressa & individua, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc servanda esset; tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbũ insereretur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat, specialiter & expressè derogamus, contrariis quibuscunque, seù si aliquibus, communiter, vel divisim, ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Marcum, sub annulo piscatoris, die 23 Aprilis, 1605. Pontificatus nostri anno, 1. M. Vestrius Barbianus.

QVÆ-

## QVÆSTIO LI.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat in causa super nullitate excommunicationis prolatæ de facto contra laicum.*

ISTam quæstionem latè explicuimus, *in 1. part. huius operis, glos. 6. numer. 235.* ubi per plures numeros aliqua retulimus pro enucleatione huius quæstionis, cuius explicatio & resolutio est valde necessaria, in hac materia cognitionis per viam violentiæ, cum supremus Senatus, & Cancellariæ, Pinciana & Granatensis quando tollunt vim in causis ecclesiasticis, & in omnibus aliis, quæ deferuntur ad dicta tribunalia, per viam violentiæ, * *dizen, que otorgue; y reponga, y rogamos, que alcen las censuras,* * Et sic videntur cognoscere de nullitate censurarum: quando aliquis iniustè & de facto fuit excommunicatus: Vide per me ibi tradita, ubi reperies resolutionem.

### SVMMAIRVM.

1 *Coloni ecclesiarum dicuntur personæ domesticæ & familiares.*

2 Capit. cum sit generale, de foro competenti *ponderatur.*

3 Lex. prim. C. de Episcopis, & clericis *ponderatur.*

4 *Privilegium fori, transit ad familiares.*

5 *Exemptâ personâ ab alicuius foro, censetur exempta tota domus & familia.*

6 *Ecclesiastici qua ratione fuerunt exempti à foro sæculari.*

7 *Concubina clerici, gaudet fori privilegio.*

8 *Familia clerici gaudet fori privilegio.*

9 *Contraria opinio defenditur.*

10 *Coloni Ecclesiæ sortiuntur forum laicale.*

11 *Coloni Monachorum, & Ecclesiarum, non sunt immunes à collectis.*

12 *Privilegium Pontificis, non liberat laicos à solutione tributorum.*

13 *Privilegium* Leonis, II. *traditur.*

14 *Conservatoria Pontificis, non eximunt laicos à iurisdictione Regis.*

15 *Iurisdictiones ecclesiastica & seculares sunt distinctæ & separatæ.*

16 *Privilegium Pontificis, circa temporalia, ultra terras Ecclesiæ, non valet.*

17 *Practica procedendi refertur per viam violentiæ, in quæstione proposita.*

18 *Conservatoria Vniversitatis Toletanæ, non procedit contra laicos.*

## QVÆSTIO LII.

*Utrum judex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari per censuras, ut non procedat in causis civilibus, vel criminalibus, contra colonum Ecclesiæ.*

QVæstio præsens venit explicanda, pro ampliatione eorum, quæ diximus *in quæstione, 50.* & pro iudice ecclesiastico multi tenuerunt,
quòd † ipsi coloni dicantur personæ domesti- 1
cæ & familiares, *lex. præsenti, §. penultimo, C. de iis qui ad Ecclesias confugiunt, capit.* † *cum sit* 2
*generale, de foro competenti*, ibi: * *Nisi essent servi, mancipia, & famuli perpetui.* * Et sic sunt comprehensi sub privilegiis ecclesiasticis concessis, ut vidimus, & legimus in pluribus bullis Apostolicis, & concessionibus Pontificum. Et sic nimirum debent conveniri coram suis iudicibus ecclesiasticis, seu conservatoribus, argumento text.
† *in l. 1. circa medium, C. de Episcopis, & clericis,* 3
ibi: * *Verum etiam hominibus eorundem,*
* & ibi: * *Eorumque ministerio.* * Et quòd † hoc 4
privilegium fori transeat ad familiares, tradit *in l. 1. num. 8. C. de Episcopis, & clericis,* Ripa, *in tractatu de peste, tit. de præservat. remedio, 5. num. 124.* & pro hac opinione consulvit Surdus, *cons. 301. & 304. volum. 3.* & alij quos refero, *in quæstione, 50. numer. 26.* Capicius, *decis. in fin.* Marta. *de iurisdictione, 4. part. centuria, 2. casu. 102. & casu 102.* ubi disputat istum articulum.

Secundò pro iudice ecclesiastico, ut non faciat
vim, facit, quia † exemptâ personâ ab alicuius 5
foro, videtur exempta tota domus, & eius familia, *l. non aliter. D. de iudiciis, libr. prim. C. si quacunque præditus potestate:* quia sicut iudex præ-
sumitur infestus domino, ita etiam familiæ, & † 6
ob hanc causam dicit Ias. *in l. cum quædam puella, de iurisdictione omnium iudicum,* quòd ecclesiastici fuerunt exempti à foro sæculari, & ob hanc rationem illud tenet Felinus, *in capit. cum sit generale de foro competenti.* Pro qua sententia est text. *in capit. continua, 11. quæstione, 1. capit. fin. de officio Archidiaconi,* glos. *in capit. eos. 32. distinctione, capit. prim. & cap. clericum, 11. quæstione. 1. capit. generaliter, §. novarum. 16. quæstione, prim. capit. Ecclesiarum servos. 12. quæst. 2.* & istam opinionem sequitur Archidiaconus, *in dict. capit. clericum, 11. quæstione, 1.* quem sequitur Abbas, sibi contrarius, *consil. 53. lib. 1.* Albericus, & Paulus, *in l. si quis, C. ubi causæ fiscal.* Geminianus, *in dict. cap. eos, 32. distinctione* Romanus, & Ias. *in dict. l.*
*cum quædam puella,* qui dicit, idem † procedere 7
in concubina clerici, Marianus, *in cap. 1. de foro competenti,* Cagnolus, *in dict. l. cum quædam puel-*
*la,* ubi tenet, quòd † familia clerici gaudet pri- 8
vilegio fori, maximè si conveniantur pro rebus, quas ab Ecclesia tenent, ut dicunt Doctores *supra.* Et sic iudex ecclesiasticus videtur fundatam habere suam intentionem, procedendo contra iudicem sæcularem, ut non procedat contra colonum Ecclesiæ,

*rubrica, verborum, num.21.* Capicius, *decis. 164. num.2.* vbi dicit, quòd ita consuluerunt de facto, Marianus Socinus, & Tome Decius.

SVMMARIVM.

1 *Reconventio non habet locum in via executiva.*
2 *Azeuedi opinio reprobatur, qui admittit reconventionem in via executiva.*
3 *Distinctio Paz, circa reconventionem reprobatur*
4 *Reconventio non habet locum in criminalibus.*
5 *Reconventio debet esse eiusdem naturæ.*
6 *Confusio iurisdictionis non est facienda.*
7 *Ratio propter quam videri possit Reconventionem non admittendam esse contra clericum in foro sæculari refertur.*
8 *Contraria opinio proponitur.*
9 *Reconventio clerici debet esse ratione eiusdem negotij, ut in foro sæculari servetur.*
10 *Practica procedendi refertur per viam violentiæ & quid fuerit iudicatum.*
11 *Executio est facienda per requisitoriam per iudicem sæcularem, contra clericum reconventum.*
12 *Clericus pro quo fideiussit laicus, potest in foro sæculari conveniri, facta solutione pro eo.*
13 *Clerico Minori Iudex Laicus potest dare curatorem ad litem quando coram eo pro interesse suo comparet.*

## QVÆSTIO LIV.

### *Vtrum iudex ecclesiasticus faciat viam, procedendo per censuras contra laicum, qui coram iudice sæculari reconvenit clericum, non obstante declinatoria fori.*

PRo declaratione huius quæstionis, animad-
1 vertendum est, quod non loquimur de † reconventione in via executiva, quia tunc sive à laico in foro sæculari fuerit opposita, sive in ecclesiastico, non est admittenda, ut docet Baldus, *in authentica, & consequenter, C. de sentent. & interloc.* Decius *consil.682.* Menochius *de adipiscenda possessione, remedio, 4. numer. 649.* quos sequitur Parladorius, *lib. 2. rerum quotidianarum capit. fin. 5. part. §.11. numer.31.* Auendannus *in capit. practicar. 2.p. capit. 30. num. 6.* Et ultra eum, istam opinionem sequitur Marta, *de iurisdictione, 4. part. centuria, 1. casu.61. num. 11.* ubi dicit, quòd reconventio non habet locum in executivis, quòd verum est, & ita practicatur, quid-
2 quid contrarium defendat † Azeuedo, *in l. 1. tit. 5. lib. 4. recopilationis à num. 67. & 71. in fin,* vbi dicit, quòd ista sua opinio est verior, licèt iudicibus difficilis, & illud sufficit, ut non sit tenenda, cum non sit obtinenda apud iudices. Nec pla-
3 cet distinctio † Paz, *in sua praxi 4. part. 1. tomo, c.3. n.7.* qui distinguit, an sit liquida, vel non liquida, quia si est reconventio liquida: erit compensatio, & non reconventio, quæ semper requirit altiorem indaginem ut diximus *in quæst. 1. nu.20.*
4 Secundò supponendum est, quòd † reconventio non habet locum in causis criminalibus, ut notat Marta, *ubi supra, nu.9.* maximè contra clericum, *cap. at si clerici, §. si diligenti de foro competenti.*

Tertiò animadvertendum est, quòd † reconventio debet esse eiusdem naturæ, & non rei separatæ, quia tunc causæ sunt separandæ, ut quælibet agitetur coràm suo iudice: quia si clericus peteret à laico centum ratione mutui, non potest clericus reconveniri ratione commodati: & si peteret quantitatem, non posset reconventionem proponere alicuius speciei *l.3. C. de compensationibus*, ubi Doctores: quia † tunc causaretur confusio causarum, & iurisdictionis, ut docet Baldus, *in l. ordinarij, C. de iudicijs.*: quia unio causarum tunc demum est facienda, quando habent aliquam connexitatem, ut tradit Purpuratus, *in l. edita, numer. 101. C. de edendo.* Guido Papæ, *quæstione. 103. num. 4.* Cravetta, *consil. 120. numer. 5.* & sequitur novissimè Tessaurus, *quæstionum forensium, q.68. n.4.* 5 6

Quibus sic suppositis, dubium est, si reconventio sit eiusdem naturæ, & habeat connexitatem, an sæcularis iudex sit competens ad admittendam dictam recõventionem, vel an sit remittenda ad iudicem ecclesiasticũ? Et † pro iudice ecclesiastico facit, quia reconventio licèt sit admittenda, ut *in capit. 1. de mutuis petitionibus authentica. Et consequenter, C. de sentent. & interl.* illud intelligitur inter personas eiusdem fori, & cùm partes, tàm actor, quàm reus, sunt vel fori sæcularis, vel ecclesiastici, non verò, quando unus est unius fori, alter est alterius. Et istam opinionem sequitur Marianus Socinus, *in capit. ex literis, in 5. artic. numer.24. & 32. de mutuis petitionibus*, ubi dicit, quòd quælibet opinio est satis defensibilis, sed hæc, quæ facit pro iudice ecclesiastico, est magis æqua, pro cuius confirmatione plurima ipse adducit, *in capit. 1. fallentia. 6. nu.21. & 27. & 28. & 42. de foro competenti.* Morla, *in emporio iuris, tit. 2. de iurisdictione, quæst. 13. per totam.* 7

Sed † pro iudice sæculari est communis & recepta opinio, qui iustè potest admittere reconventionem contra clericum, quando est eiusdem generis, & facta probatione eliderετur intentio actoris: & sic non obstante exceptione declinatoria fori, potest iudex sæcularis procedere: & si inhibeatur per iudicem ecclesiasticum, interponat appellationem, protestando auxilium Regale: & sic per viam violentiæ omnia reponentur. Et hâc opinionem tenet. gloss. *in cap. fin. de exceptionibus libr. 6.* Bartol. *in d. authentica, & consequenter, quæstione penult.* ubi dicit Albericus, quod de æquitate, & secundum communem, opinio ista observatur, & de communi attestatur Decius, *in capit. at si clerici, numer. 25. de iudiciis, versicul. communis tamen opinio*, post Baldum, & Ancharranum, qui dicit, quòd ab hac opinione non est recedendum, Aufrerius, *in Clementina, 1. regul. 2. fallentia. 3. de officio ordinarij*, Decius, *in l. est receptum. D. de iurisdictione omnium iudicum.* Marianus Socinus, qui latè prosequitur istam opinionem *in capit. ex literis, art. 5. numer. 24. & 32.* 8

*de mutuis petitionibus*, ubi dicit, quòd quælibet opinio est defensibilis, tamen, quòd hæc sit verior. Idem tenet Socinus, *in dict. capit. at si clerici de iudiciis*, Alexander, *in additionibus ad Bart. in dict. authent. & consequenter*, dicens communem & sequitur Maranta *de ordine iudicior. 4. p. distinctione 6. num. 45. & in repetitione legis si actor, num. 43. de procuratoribus*, ubi dicit, hoc esse introductum ratione æquitatis, de qua *in dict. authentic. & consequenter & in l. cum Papinianus in fin. C. ne sent. & interl.* ibi: * *Cuius in agendo quis servat arbitrium, eundem habere iudicem contra se non dedignetur* * *l. 1. & per totum D. quod quisque iuris in alterum statuit, eo iure ipse utatur*, & ita observatur, ut tradit Afflictis, *decis. 173.* & de practica & observantia Senatus tradit Gaspar Tessaurus, filius Antonii Tessauri, Senator Sabaudiæ, *quæstionum forensium, in quæst. 98. num. 3.*
9 & ita esse tenendum, quando † agitur de re mere profana, & reconventio est ratione eiusdem negotii, vel pro rebus, quarum causa est connexa iuxta Baldi opinionem, *in authentic. habita, versicul. Quintò quæritur C. Ne filius pro patre.* Et ita dicit iudicatum, & resolutum per patrem suum, *anno 1591. Maii 14.* Et sequitur Franciscus Vivius
10 *lib. 1. decis. 49.* Et † in nostra Hispania ita video sine controversia observatum, in omnibus tribunalibus, & sic iudex ecclesiasticus faciet vim, si impediat per censuras, ut iudex sæcularis non procedat in dicta reconventione, ex eo, quod clericus opposuit declinatoriam fori.

11 Si † verò iudex laicus in reconventione condemnet clericum, non potest adversus eum procedere exequendo suam sententiam, sed debet per requisitoriam agere, ut tradit Afflictis, *decis. 173. numer. 2.* Et ita dicit observari Franciscus Vi-
12 vius, *lib. 1. decis. 49. numer. 6.* Et quid † si laicus fideiussor solvat pro clerico, vide *ibi, num. 7.* vbi dicit, quòd coràm iudice sæculari est convenien-
13 dus. Vltimò advertendum est, quòd † in tantũ iudex sæcularis est iudex competens, quando clericus comparet pro suo interesse coràm eo, quòd si contingat clericum esse minorem, 25. annorum potest illi dare curatorẽ ad litem, ne acta processus sint illusoria. Ita Oldradus, *cons. 59.* Aufrerius, *in tractatu de potestate sæculari super ecclesiasticis personis, regul. 2. numer. 29. versi. 20. fallit in clerico minore.* Rota Romana, *decis. 204. clericus minor*, & tenet Franciscus Vivius, *decis. 387. num. fin. libr. 2.* Et licet talis clericus opponat fori declinatoriam, non est audiendus: quia tunc non agitur contra eum, neque exercetur iurisdictio sæcularis contra eius personam, sed solum legitimatur eius persona, ne iudicium reddatur illusorium, ex regula text. *in l. 2. D. de iurisdictione omnium iudicum*, vbi traditur, quòd ille, cui iurisdictio est concessa, conceduntur omnia, sine quibus iurisdictio exerceri non potest: quod contingit in nostro casu. Vt dicam latius, *quæstione sexagesima octava*, vbi aliis fundamentis exornatur hæc quæstio.

SVMMARIVM.

1 *Sententia prima, non exequitur de iure canonico, in causis ordinariis.*

2 Capit. tua, el. 2. de decimis, *declaratur.*

3 *Appellatio in causa decimarum, non habet effectum suspensivum.*

4 *Causa decimarum est summaria contra debitorem.*

5 *Distinctio refertur pro declaratione quæstionis.*

6 *Practica refertur huius Archiepiscopatus in litibus decimarum.*

7 *Iudex ecclesiasticus non est competens contra debitorem decimarum ex locatione.*

8 *Decimæ sunt in domino Ecclesiæ, & gaudent privilegio fori.*

9 *Successor in fructibus, an teneatur ad solutionem decimarum.*

10 *Decima est ius reale, & transit cum prædio.*

11 *Decima præfertur tributo Regis, & gabellario, & locatoribus,* * de la octava parte del vino, y azeyte.

12 *Casus de facto circa solutionem decimarum refertur.*

13 *Decimæ debentur Ecclesiæ, vbi Sacramenta administrantur.*

14 Lex. 7. tit. 20. practica 1. *declaratur.*

15. *Ibi tenetur quis decimas solvere, vbi prædia sita sunt.*

16 *Decimæ debentur ex semine furtivo.*

17 *Persona non debet considerari in solutione decimæ, sed fundus.*

18 *Decimæ animalium debentur, vbi animalia pascuntur.*

19 *Decima dividitur, si pascua dividantur.*

20 Lex, 20. tit. 9. part, 1. *declaratur.*

21 Cap. cum sint homines, de decimis *declaratur.*

22 Cap. cum contingat, de decimis, *declaratur.*

23 Capit. fin. de parochiis, *declaratur.*

24 Lex 6. & 7 tit. 20. partit. 1. *declaratur.*

25 *Parochus Ecclesiæ prædialis habet fundatam suam intentionem, etiam contra Episcopum.*

26 *Decimæ prædiales si poßideantur ab alio, quàm à suo parocho vbi prædia sita sunt, iniustè poßideri creduntur.*

27 Capit. ad decimas, de restitutione spoliatorum, lib. 6. *declaratur.*

28 *Decimæ sunt realißimæ præstationes.*

29 *Decimandi ius est reale, & sequitur rem, & non personam.*

30 *Probatio per visum oculorum, est probatio probata.*

31 *Testes vbi prædia sita sunt, præsumuntur scire rei qualitatem.*

32 Ciruelos es lugar abadengo, y no realengo en sus principios.

33 *Loca quæ sunt de abadengo considerantur in solutione decimarum.*

34 *Constitutio decimalis ponderatur.*

24 Abadengo, tirá a realengo.

36 *Consuetudo immemorialis est quasi alterum ius naturale.*

37. In

37 *Immemorialis est potentior privilegio.*
38 *Immemorialis difficilius tollitur, quam privilegium.*
39 *Immemorialis supponit tempus infinitum.*
40 *Si ab infinito finitum demas, quòd remanet, erit infinitum.*
41 *Immemorialis nunquam censetur exclusa.*
42 *Immemorialis habet vim legis.*
43 *Mutatione personæ, non mutatur qualitas rei.*
44 *Ius percipiendi decimas, non mutatur mutatione personæ.*
45 *Possessio non præsumitur mutata.*
46 *Possessio continuatur, licèt persona mutetur.*
47 *Solutio tributi, non alteratur mutatione personæ.*
48 *Pensionis solutio, non alteratur mutatione personæ.*
49 *Mutatione fructuum, non mutatur qualitas possessionis in re subrogatâ.*
50 *Fructuum species licet mutetur non mutatur possessio.*
51 *Vna eademq́; res, non debet diverso iure censeri.*
52 Docabo se deue al sennor, *mutatione personæ, & mutatione fructuum.*
53 cap. commissum de decimis *declaratur.*
54 *Qui ab antiquo possidet, semper præsumitur possidere.*
55 *Terra quæ Decimalis erat, licet transeat in personam privilegiatam, retinet primævam naturam.*
56 *Religiosi exempti tenentur solvere decimas. sicut sui prædecessores solvebant.*
57 *Possidens iniustè, cui obstat exceptio proprietatis, peccat retinendo possessionem.*
58 *Possessio titulata præfertur.*
59 *Possessio percipiendi decimas contra ius commune, debet esse quadragenalis cum titulo, vel immemorialis, etiã contra Episcopum.*
60 Capit. de præscriptionibus, lib. 6. *declaratur.*
61 *Ecclesia contra Ecclesiam præscribens decimas, debet probare possessionem 40. annorum.*
62 Cap. cum de beneficio de præbendis lib. 6. *declaratur.*
63 *Immemorialis præscriptio qualiter probetur.*

## QVÆSTIO LV.

### *Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo suam sententiam in causa decimarum, appellatione remota.*

1 DE † iure canonico, ut sæpius diximus, non exequitur prima sententia, imò admittenda est, appellatio, ut *in Clementina, 1. de re iudicata, cap. non solum. de appellationibus, libro. 6.* Et sic videtur dicendum, iudicem ecclesiasticum vim facere, exequendo suam sententiam in causa decimali, appellatione remota: quia in dubio appellatio admittenda est.

Sed contra debitorem decimarum & pro iu-
2 dice ecclesiastico, est text. † *in capit. tua el. 2. de decimis in fin.* ibi: * *Appellatione remota compellas.* Et pro hac opinione consuluit Federicus de Senis, *consil. 81.* & sequitur Rebuffus, *in tractatu de sent. provis. & in tractatu de sent. execut. & in tractatu de decimis, quæstione 15. numer. 21.*
ubi dicit, quod † appellatio in causa decimarũ, 3
non habet effectum suspensivum, sed devolutivũ: & sic sequitur, quòd iudex ecclesiasticus non faciat vim exequendo suã sentẽtiam, appellatione remotâ. Quam opinionem sequitur Franciscus Vivius, *lib. 1. decis. 73.* Vbi dicit, quòd ita iudicavit Regia Audientia Apuleiæ, *anno 1583.* præstita cautione de restituendo in casu retractationis: quia † causa est summaria contra debito-
res decimarum. Et sic in simili casu iudicatum 4
fuit per viam violentiæ, in Regali Cancellaria Pinciana, ut tradit Gomez. de Leon. *decis. 20. & in decis. 22.* resolvit, quòd omnia innovata post appellationem sunt revocanda.

Sed resolutio hæc in nostra quæstione non
est absolutè vera: quia † est distinguendum, 5
nam aut decimæ petuntur contra ipsum debitorem, aut est controversia inter duas personas, vel Ecclesias super ius decimandi: & tunc, si loquimur contra ipsum debitorem sententia exequenda est, appellatione remota: ut supradictum est, & docet Gracianus *decis. 100. numer. 5. & decis. 53.* Vivius *decis. 73.* & novissimè Sigismundus Scaccia, *in tractatu de appell. quæstion. 17. limitat. 18. numer. 5.* Si verò sententia feratur favore vnius ex litigantibus, qui uterque intendit, decimas ad se pertinere; tunc illa sententia non est exequenda, sed appellatio est admittenda. Vt resolvit Gracianus, *ubi supra, decis. 100. numer. 5.* ubi *num. fin.* dicit ita fuisse iudicatum, idem tenet Ioannes Aloisi, *collect. 192.* vbi benè explicat materiam decimarum, & an sint solven-
dæ, * *del açuçar en canna, ò fabricado. Y la † prac-* 6
*ticoa deste Arcobisbado, que guarda el Contador mayor de rentas decimales, es, que se arrienden indiferente, y los diezmos se pongan en secresto; sin perjuyzio de las partes en possession, y en propiedad: y si huviere sententiá condemnatoria, se executa contra el dezmero principal, y en quanto a los demas interesados a los diezmos, se otorga la apelacion, y los diezmos estan secrestados, y en esta forma lo he sentenciado yo, como Assessor de la dignidad Arcobispal. en las causas decimales.* * Et sic secundum hanc distinctionem est exequenda, vel non, sententia decimarum, quod est menti tenendum.

Solet etiam controverti, an † iudex ecclesia- 7
sticus sit competens, contra laicum conductorẽ decimarum, ad procedendum contra eum per censuras, ut solvat precium conventum pro locatione In qua re noster Covarruvias *practic. quæst. capit. 35. numer. 2. versic.* Quartò tenet talem conductorem conveniendum esse coràm iudice sæculari, nisi se submiserit iurisdictioni ecclesiasticæ. Idem tenet Gutierrez, *l. 1. canonicarum, cap. 34. numero 49.* & Azeued *in l. 10. tit. 10. nu. 59. lib. 4. recopilationis.* Et egò dixi *libr. 3. commun. quæstion. 822. numero, 76.* quia † de- 8
cimæ, dũ sunt in dominio Ecclesiæ, gaudent privi-

**Laicus conductor decimarum corã quo iudice conveniatur.**

legio fori *l.56. tit. 6. part.1.* ſecus poſtquam ſunt
alienatæ, & translatæ alio titulo in laicum: quia
tunc iſti laici coram iudice laico ſunt convenien-
di, ut hodie eſt diſpoſitum in conſtitutione Sy-
nodali, *1. titul. de foro competenti*, facta à
domino Cardinali, D. Bernhardo de Roxas y
Sandoval. Et ſi conveniantur coram iudice ec-
cleſiaſtico, erit notorius articulus violentiæ, ut
colliges ex traditis per Gomez de Leon, *49. per
totã* & explicat Gracianus, *diſcept. forenſiũ, c.238.*

Et hæc noſtra principalis opinio, non ſolum
procedit, & habet locum contra debitorem
9 decimarum, ſed † etiam adverſus eum, qui ſuc-
ceſſit in fructibus iam maturis, vel collectis:
10 quia † decima eſt ius reale, & tranſit cum præ-
dio, & cum onere ut *in cap. dilecti filii, capit. cum
ſint homines, capit. de terris, de decimis*, & in ter-
minis docet Sanctus Thomas, *ſecund. ſecundæ,
quæſtione. 33. artic. 2. ad 4.* & pro hac ſententia
conſuluit Socinus Senior, *conſil. 268. num.1. vo-
lumine. 2.* Et Franciſcus Vivius, *lib.1. deciſ. 4 nu-
11 mer. 3. & 4.* quòd † ampliat, *numer. 5.* etiam
adverſus Regis tributum, quia decima præfertur,
ut tradit Soto *de iuſtitia, & iure, lib. 9. quæſtio. 4.
art. 2. ad arg.* quod eſt notandum.* *para la paga
de la octava parte del vino, y azeyte, que nueva-
mente ſe paga de millones a ſu Mageſtad, y para las
alcavalas, y tributos*, * Quia decima præfertur
his præſtationibus, ut ipſe reſolvit: quia eſt onus
Reale, & eſt affixum rei, & fructibus, ſicut lepra
leproſo.

12 Ex † qua reſolutione referam caſum mihi
de facto contingentem, inter parochos huius ci-
vitatis, parochum Eccleſiæ de Ciruelos, qui præ-
tendit, ad eum pertinere decimam omnium fru-
ctuum vicinorum huius civitatis, ex fructibus
collectis in decimatorio dictæ parochiæ: quia de-
cima ſequitur rem, & non poſſeſſorem; & ſic, ſi-
vè bona poſſideantur à vicinis Toleti, ſivè de Ci-
ruelos, adhuc decima eſt ſolvenda parocho, in cu-
ius territorio bona ſunt ſita, conſiderato prædio,
& non perſona, ut *in capit. fin. de parochis.* Et quia
caſus iſte fuit valdè controverſus, in quo obtinui
duas ſententias pro parocho de Ciruelos, referã
fundamenta meæ allegationis, in quibus nititur
iuſtitia parochi & cappellanorum novorum Re-
gum huius civitatis, ad quos pertinet novenum
in dictis fructibus, * por las tercias de ſu Mage-
ſtad, de que tiennen merced.

Caſus de facto ſuper decimis refertur.

13 Et primò confirmatur hæc ſententia, quia †
decimæ Eccleſiis, & parochiis dantur, in quibus
divina officia audiuntur, & Sacramenta Eccleſiæ
percipiuntur, *cap. ad Apoſtolicæ, de decimis*, ibi:
* *Illi Eccleſiæ reddantur in qua Eccleſiaſtica per-
cipiuntur Sacramenta.* * Vbi notat gloſ. Abb. &
Hoſtienſis Idem probatur *in capit. decimis, 16.
quæſtione, 1. cap. quæſiſti, eodem tit.* ibi: * *Plebibus
tantum ubi ſacro ſancta Baptiſmata dantur, debe-
ri* * & ibi * *Vbi eorum infantes baptizantur,* * &
ibi: * *Et per totum anni circulum Miſſam audiant.*
14 * Et † *in l. 7. tit. 20. partit, 1.* ibi: * *Deven ſer da-
dos a las Igleſias parrochiales, a los clerigos que
las ſirven.* * Et in terminis tradit & reſolvit Go-
mez de Leon, *centuria, 77.* Et ſi hoc procedit
propter ſolam adminiſtrationẽ Sacramentorum,
quanto magis, ubi non ſolum adminiſtrantur Sa-
cramenta, ſed † decimæ ſunt prædiales, quæ per- 15
cipiuntur ex fundo ſito in territorio illius Eccle-
ſiæ, ut *in cap. fin. de parochiis, cap. de terris, de de-
cimis.* Quo decimæ dandæ ſunt non ſolum à iuſto
poſſeſſore rei, ſed etiam à prædone, & violento
poſſeſſore, etiam Iudæo, Sarraceno, & hæretico,
& † etiam ſi ſeminet ex ſemine furtivo: quia 16
iſtæ decimæ prædiales, non dantur ratione per-
ſonæ, ſed ratione prædii, ut *in dicto cap. de terris*
& tenet Marta *de iuriſdictione 2. part. cap. 73. nu.
35.* & ſic † in noſtro caſu, non debet conſiderari
perſona, an ſit civis huius civitatis, vel alienigena 17
ſed fundus ſitus in decimatorio parochiæ. Quæ
ſententia non ſolum vera eſt in decimis prædiali-
bus ratione rei, ſed etiam in decima animalium,
& † ſic debet conſiderari terra, ſub cuius paro-
chia animalia paſcuntur, & ibi debent ſolvi. Et 18
ſi † per medietatem anni paſcuntur in una pa-
rochia, & per aliam medietatem in alia, decimæ 19
dividendæ ſunt inter eaſdem parochias, ut *in ca-
pit. fin. quæſt. 3.* argumento textus, *in c. relatum,
in fin. de teſtamentis*, & eſt ſingularis † *lex par- 20
tita 29. tit. 9. partit. 1.* ibi: * *Pero ſi ac aeciere,
que el ganado pazca la metad del anno en el Obiſ-
pado donde ſon ſus ſennores, e la otro metad en otro,
partanſe los diezmos por medio en eſtos dos Obiſpa-
dos.* * Et tradit Rebuffus *in tractatu de decimis,
q. 8. n. 11. & 13.* Quod quidem procedit ratione
fundi, & terræ, & rei ſitæ, ſine aliqua conſidera-
tione perſonæ. Et licèt antiquitùs fuiſſet ingens
quæſtio & contentio, ſuper ſolutione decimarũ,
& cui Eccleſiæ deberentur, an ubi parochianus
audit divina officia, vel ubi prædia ſita ſunt, ut ca-
vetur † *in capit. cum ſint homines 18. de decimis*, 21
ibi: * *Non eſt facilè nobis ſuper hoc certum dare re-
ſponſum, cum auctoritates Sanctorum Patrum etiã
ſint diverſa.* * Vt tradit Puteus, *deciſ. 1 6. num. 6.
volum. 3.* Sed hodiè illa ingens pugna eſt iure cer-
to deciſa, ut decimæ prædiales pertineant ad Ec-
cleſiam, & rectorem, in cuius parochia, & deci-
matorio, prædium eſt ſitum text. *in cap. 1. cap. A-
poſtolicæ, cap. pervenit cap.* † *cum contingat, de 22
decimis*, ibi: * *Cum perceptio decimarum ad paro-
chiales Eccleſias pertineat.* * Vbi illud notat gloſs.
*verbo de iure communi.* Et eſt text. elegans, † *in 23
dict. cap. fin. de parochiis*, ibi: * *Itaq; quod ſi agris in
eorum parochia conſtitutis fructus percipiũtur, ra-
tione prædiorum decima ſolvantur.* * Vbi illud et-
iam notat gl. *verbo, prædiorum*, dicens, quòd deci-
mæ prædiales, debent dari Eccleſiæ in cuius pa-
rochia prædia ſita ſunt, text. *in cap. quoniam. 13. eo-
dem tit.* ibi: * *Reſpondemus, quòd ſi terræ, quæ ara-
biles ſunt, intra certam alicuius Eccleſiæ parochiã
fuerint, decimas earum eidem Eccleſiæ facias aſſi-
gnari.* * Quæ concluſio & reſolutio probatur de
iure noſtro Regio, † *in l. 6. & 7. tit. 20. partit. 1.* 24
ibi: * *Prædiales diezmos pertenecen a las Igleſias
parochiales, y a los clerigos que las ſirven.* * Vbi
Greg. *verbo,* * *à las Igleſias,* * tenet noſtrã conclu-
ſionẽ, quod decimæ prædiales debeantur de iure
Eccleſiis, in cuius parochia ſitum eſt prædium. Idem
docet Rebuffus, *in tractatu de decimis*, [illegible]

Mie-

Mieres, de maioratu, 1. part. quæſt. 58. n. 15. Gutierr.
ſecun. part. Canonicarum quæſt. c. 21. num. 54. ubi
hanc dicit communem opinionem, quam ego ſe-
cutus ſum, lib. 2 pract. communium, quæſt. 458. nu.
25 25. & 34. quæ † concluſio procedit etiam con-
tra proprium Epiſcopum: quia adverſus eum pa-
rochus in prædiis in ſua parochia ſitis, habet de
iure communi fundatam intentionem, ut docet
Rebuffus, ſupr. quæſt. 7. nu. 4. & ita fuit deciſum,
anno 1581. contra noſtrum Archiepiſcopum To-
letanum, in quadam cauſa decimali oppidi de Ye-
pes, ut tradit deciſio Rotæ Romanæ, 2. parte, deci-
ſione. 163. num. 1. quam ſententiam probat textus,
ſi bene eius ſenſus perpendatur, in cap. 1. de præ-
ſcriptionibus, libr. 6. & in c. fin. de verborum ſignifi-
catione, quæ iura loquuntur contra Epiſcopum.

Quæ concluſio in tantum eſt vera, & proce-
26 dit, quòd † ſi alius, quàm proprius parochus, ubi
prædia ſita ſunt, poſſideat decimas, iniuſtè, & abs-
què iure eas occupaſſe præſumitur, tex. in c. fin. de
27 parochiis, c. † ad decimas de reſtitutione ſpolia-
torum, ibi: * Quia eas occupaſſe iniuſtè veriſimili-
ter præſumitur, cum proveniant ex prædiis intra
alienam parochiam conſtitutis, ſitq; manifeſtum,
eas de iure communi ad eandem Eccleſiam pertine-
re. * Et eſt ratio ſecūdum Baldum, conſ. 419. vol. 1.
28 quia † decimæ prædiales ſunt realiſſimæ præ-
ſtationes, & ſic ſequuntur ius prædiale, & eius pa-
rochum, ſicut lepra leproſum, & hominem um-
bra, arg. tex. in l. 1. & fin. C. ſine cenſu, vel reliquis,
& tradit Aymon. Crauett. conſ. 206. n. 8. & 9. vol. 1.
29 ubi dicit, quòd † decimandi, eſt ius Reale, & ſic
debet ſemper conſiderari Eccleſia, ſub cuius ter-
ritorio prædium eſt ſitum, non verò perſona, ita
Sfortia Odd. conſil. 21. num. 5. ubi dicit, quòd non
conſideratur perſona, à qua terræ laborantur in
ſolutione decimarum, ſed prædium ſub cuius pa-
rochia ſitum eſt. Ex quibus comprobatur, dictū
parochum oppidi de Ziruelos, habere fundatam
ſuam intentionem, contra omnes vicinos huius
civitatis Toleti, qui percipiunt fructus in terris,
& decimatorio illius beneficii, prout ſunt poſſeſ-
ſiones, ſuper quibus decimæ petuntur: ut clarè
manifeſtatum fuit per inſpectionem oculorum,
30 quæ † dicitur probatio probata, & magis con-
cludens, quàm probatio auditus, l. ſi irruptione, §.
ad officium. D. finium regund. maximè, quia teſtes
examinati ſunt in colle dicti oppidi de Ziruelos,
31 ubi prædia ſita ſunt, qui † facilius præſumuntur
ſcire illud, quòd atteſtantur, l. 1. §. 2. de fluminibus,
Zaſius, conſil. 16. Mod. de finibus, c. 51. n. 2. Baldus,
conſil. 355. libr. 3. Sfortia Odd. conſ. 21. n. 9. cum ſe-
quentibus. Maximè, quia dicta dezmeria eſt de
Abadengo, ut tradit Pater Mariana, Societatis
IESV, libr. 11 de la hiſtoria de Eſpanna, c. 6. n. 20.
32 colum. 3. * adonde dize, † que el lugar de Zirue-
los fue lugar de la Orden de Calatraua, y que alli
fue muerto, y ſepultado el Abbad Raymundo: y que
el Convento que primero fue en Calatrava ſe paſſò
33 a Ziruelos. * Et quando † loca ſunt de Abaden-
go, eſt conſuetudo immemorialis huius Archi-
epiſcopatus, ut decimæ debeantur parocho, in
34 cuius parochia prædia ſita ſunt, † *. porque lo
35 Abadengo, tira a lo realengo, * ut cavetur † in
conſtitutione decimali huius Archiepiſcopa-
tus, ibi: * No ſiendo tierra de Abadengo, porque es
caſo, y coſtumbre general en eſta ciudad, de tiempo
inmemorial a eſta parte, ſin contradicion ninguna,
y aßi ſe ha vſado, y executado, y ſententiado en las
Audiencias de los Vicarios, è Contador del reve-
rendißimo Arcobiſpo de Toledo, como de otros jue-
zes Apoſtolicos. * Et † hæc conſuetudo imme- 36
morialis, eſt quaſi alterum ius naturale, quod im-
mutari nō poteſt, ut docet eleganter Baldus, con-
ſil. 439. in fin. num. 8. & 9. Molina, de Hiſpanorum
primogeniis, libr. 2. c. 2. nu. 21. ubi dicit, quòd non
ſolum habet vim privilegii conſuetudo imme-
morialis, ſed quòd † eſt potentior privilegio, & 37
quòd † difficilius tollitur, quàm privilegium. 38
Idem tenet Petrus Bimius, conſ. 33. nu. 20. & conſ.
37. n. 3. lib. 1. Ergò ſi neque mutari, neq; tolli po-
teſt, & eſt potentior privilegio, quomodo elidi
vel mutari poſſit per venditionem fundorum, &
per mutationem perſonarū, quod eſt quid tem-
porale: & † immemorialis conſuetudo ſuppo- 39
nit tempus infinitum, & ſic ultra mille annos, ut
reſoluit Velazquez de Avendanno, in l. 41. Tauri,
gloſ. 1. n. 31. Menochius, de arbit. libr. 2. centuria,
1. caſu. 3. n. 7. Covarruvias, in regula poſſeſ. 2. part.
§. 3. nu. 6. Menchaca. libr. 2. controverſiarum illu-
ſtrium, c. 89. n. 6. & 7. Molina, ſup. c. 6. nu. 46. Ol-
dradus, conſ. 254. n. 18. ubi dicit, quòd † ſi ab in- 40
finito finitum demas, quòd tempus, quod re-
manſerit, erit etiam infinitum. Et ſic, cum paro-
chi de Ciruelos habeant immemorialem pro ſe,
& ius commune, in prædiis ſitis in ſuo territorio,
ſequitur, quòd ad eos, & non ad parochos huius
civitatis, decimæ pertineant, ita contra Archiepi-
ſcopum Toletanum fuit iudicatum, pro parocho
de Ocanna, ut tradit Seraphinus. 1. p. deciſ. Rota
in deciſ. 801. & deciſ. 899. maximè, quia imme-
morialis conſuetudo ſemper viget, & † nunquā 41
cenſetur excluſa, quando eſt legitimè cauſata, ita
Baldus, in l. unica, C. de annali exceptione Ange-
lus, in l. omnes, C. de præſcriptione triginta vel
quadraginta annorū. Mieres, de maioratu, 4. part.
quæſt. 20. n. 51 Covarruvias, libr. 3. var. c. 13. nu. 15.
Becius, deciſ. 39. n. 2. Maſcardus, de probationibus,
vol. 3. concluſ. 1215 n. 55. Gutierrez, libr. 3. pract. q.
76. n. 24. Otalora, de nobilitate, 3. part. c. 7. num. 11.
Velazquez de Avendanno, ubi ſup. gl. 1. nu. 6. Ro-
landus à Valle, conſil. 21. n. 33. lib. 2. Mandellus,
conſil. 69. n. 93. libr. 1. Burſatus, conſil 23. n. 21. lib. 1.
Ergò cum † immemorialis conſuetudo habeat 42
vim legis, & privilegii, & ſit imutabilis, ſicut ius
naturale, ſequitur, quòd nō ſit ſublata ex eo, quòd
per decē annos parochi huius civitatis percipiant
decimam horum vicinorum Toleti, quas colle-
gerunt in dicto oppido de Ciruelos: quia † in 43
iuribus Realibus mutatione perſonæ, non muta-
tur qualitas rei, l. 2. §. ex his igitur, D. de verborum.
Et † ius percipiendi decimas non mutatur pro- 44
pter mutationem perſonæ, cum prædium conſi-
deretur, quod non mutatur. Vnde, † qui ſe- 45
mel fuit in poſſeſſione, ſemper præſumitur eſſe,
etiamſi perſona vel res poſſeſſionis mutetur &
varietur. Ita Hoſtienſis, in c. cum adſedem, de re-
ſtitutione ſpoliatorum, lege 3. §. quòd ſi ſervus, verſi-

*culo. nam constat poßidere, D. de acquirenda posses-*
*sione.* Ita singulariter Guido Papæ, *decisione 629.*
*numer. 3. & 8. titul. de poßeßione, folio mihi 952.*
46 ubi dicit, quòd † possessio, quæ fuit in aliqua
re quæsita, respectu unius personæ continuatur
respectu alterius; quia mutatione personæ non
47 mutatur qualitas rei, ut dicimus † de possessore
rei tributariæ, cuius possessio & solutio tribu-
ti non mutatur mutatione personæ, *l. 1. & fin. C.*
48 *sine censu, vel reliquis.* Et sic † successor in be-
neficio, super quo est pensio imposita, tenetur ad
solutionem pensionis. Ita Gigas *de pensionibus,*
*quæstione 39. & quæstione 44. numer. 5. & consil.*
138, Tiberius Decianus, *consil. 37. volumine, 2.*
Ioannes, Garcia, *de expensis, capit. 11. numer. 51.*
& similiter in casu converso, neque mutatione
rei mutatur possessio percipiendi decimam quia
49 † si aliquis habeat possessionem percipiendi tri-
ticum ex aliqua terra, si postea redigatur ad aliã
speciem fructuum, potest allegari possessio in re,
quæ nunquam fuit decimata, cum procedat ex
illo fundo, ex quo decimæ percipiebãtur, ita ele-
ganter Covarr. *practicar. quæst. cap. 37. numer. 5.*
50 vbi dicit, quòd † possessio in una specie fructuũ,
quæ procedit ab una radice, prodest ad alias fru-
ctuum species: & licèt noviter fructus ad cultu-
ram redigantur, non potest adversus eam allega-
ri, quòd non sit in possessione, ex eo, quia muta-
ta est fructuum species. Quæ sententia est singu-
laris, prout ipse refert, in iudicio possessionis, &
illam opinionem sequitur Cephalus *consil. 408.*
*volumine 3. numer. 53. & 54.* & est decisio Rotæ
Romanæ, 2. *part. decisione.* 17. *numer. 10. & fin,*
ubi dicitur: ita fuisse iudicatum. Pro qua senten-
tia est textus singularis, *in capit. cum in tua. 30. de*
51 *decimis,* ubi textus assignat rationem: quia † u-
na eademque res non potest diverso iure censeri.
*l. eum qui ædes, D. de usucapionibus.* Et ita nuper
consului domino Marchioni de Montemayor,
52 quia † deducebat docabum ex fructibus vinea-
rum, quæ fuerunt abscissæ, & reductæ ad alios
fructus panis, hordei, oliveti, de quibus fructi-
bus debet deducere docabũ iudicio possessionis.
Pro qua sententiá est optimum consilium Bur-
gos de Paz, *fin. num. 8.* qui loquitur de Comite
de Monterey, & vide Gutierrez, *libr. 2. canoni-*
*carum, capite 21. numer. 80.* Mieres, *de maiorati-*
*bus 2. part. quæstione 10. numer. 30.* Azeved, *in l.*
*2. titulo 5. numer. 4. & 9. libr. 1. recopilationis.*
53 Et est bonus textus † *in capit. commissum, de*
*decimis,* ibi: * *Et sicut etiam de pascuis olim deci-*
*mæ persolvebantur, ita & de eisdem ad frugum fer-*
*tilitatem translatis, decimas volumus sine dimi-*
*nutione persolui.* * Et sic nec mutatione perso-
næ, neque mutatione rei, variatur ius deciman-
54 di: & qui † ab antiquo possidet, semper dicitur
possidere, etiãsi fructus varientur. Idem resolvit
Azevedo, *in l. 3. numer. 13. libr 1. recopilationis,*
55 vbi dicit quòd † terra, quæ decimalis erat, licèt
transeat in clericum, vel aliam personam privi-
legiatam, debet decima solvi, ubi antea solve-
batur: quia: cum sit ius Reale, transit cũm onere,
*capite pastoralis,* ubi glossa, *de decimis,* & ius
Reale sequitur fundi possessorem etiam privile-
giatum, ut diximus *supra quæstione, 50. numero*
24. ita Rebuffus, *de decimis, quæstione 5. numer.*
20. Vbi dicit, quòd † religiosi exempti tenen- 56
tur solvere decimã de possessionibus ab eis quæ-
sitis quibus antea erant decimales: quod proce-
dit ex ratione, de quia supra: quia in iuribus Rea-
libus, mutatione personæ non mutatur qualitas
rei. Et ita novissimè fuit iudicatum in Rota, apud
Prosperum Farinacium, *decisione, 190. per totam.*

Nec huic resolutioni aliquid obstat probatio
possessionis perceptionis decimarum per quin-
que annos; quia ipsa non est sufficiens ad indu-
cendam veram possessionem, neque ad excluden-
dum ius proprietatis decimandi: quia nihil com-
mune habet possessio cum proprietate, ut *in lege*
*naturaliter, §. nihil commune, D. de acquirenda*
*poßeßione* Menochius, *de recuperanda possessione*
*remedio 1. nu. 364. & 366.* ubi dicit, quòd probans
proprietatem in decimis, excludit probantem
possessionem: & quod magis est, non † potest 57
quis, sine animæ periculo, agere remedio pos-
sessorio, quando in iudicio proprietatis, res, de
qua controversia est, ad eum non pertinet. Sar-
mient. *lib. 2. selectarum, cap. 13. num. 5.* Gutier-
rez, *consil. 6. numer. 12.* maximè, quia illa non est
propriè possessio, sed intrusio & detentio, ex tra-
ditis per Gomezium, *in l. 45. num. 6.* ubi dicit,
*num. 11.* quòd detentori non dantur remedia po-
sessoria. Quæ sententia verissima est, maximè,
quando possessio adversarij est titulata, quia ut
dicit Baldus, *in l. qui accusare, in fin. C. edendo,*
semper † possessio titulata præfertur, tanquam
magis iustificata, & quæ cohæret titulo, idem
Baldus *in l. data opera, in fin. C. qui accusare, non*
*pos.* vbi dicit, quod tanto iustior est possessio,
quanto magis à proprietate causatur: & in eo,
qui habet titulum præsumitur antiquior ut tra-
dit Ripa, *in repetitione l. naturaliter §. nihil com-*
*mune, numer. 10.* vbi Rebuffus *in 3. resolutione* di-
cit, quòd agens interdicto recuperãdæ possessio-
nis, nõ tenetur probare se possedisse eo momen-
to, quo fuit spoliatus, sed sufficit, quod probet
se aliquando possedisse, pro qua sententia addu-
cit textum *in c. olim, el 3. de restitutione spoliato-*
*rum,* quia possessio antiqua præsumitur conti-
nuatá, & iunior præsumitur vitiosá, & clandesti-
na, & furtivè obtentá.

Nec superiori resolutioni obstat præscriptio-
nis exceptio, in qua fundantur parochi huius ci-
vitatis: quia ipsa non est specialis in dicto loco de
Ciruelos, ubi prædia sita sunt, sed generalis in
hoc Archiepiscopatu, & cum † ius resistat, re- 59
quiritur quadragenaria cum titulo, vel imme-
morialis, ut probat tex. † *in c. 1. de præscrip. lib. 6.* 60
ibi: * *Vbi tamen est ei ius commune contrarium,*
*vel habetur præsumptio contra ipsum, bona fides*
*non sufficit sed est necessarius titulus, qui possessori*
*causam tribuat præscribendi, nisi tanti temporis*
*allegetur præscriptio, cuius cõtrarium memoria*
*non existat.* * Ecce ibi Bonifacius Octavus resol-
vit, Episcopo præscribenti decimas non prodesse
bonam fidem, si ius commune ei resistat, nisi ti-
tulus cum quadragenaria præscriptione concur-
rat, vel immemorialis sine titulo subsistat, ex

parte

parte ipsius, vbi illud notat, glos. *verbo legitimè* quæ interpretatur quadraginta annorum: ut *in capti. de quarta de præscriptionibus*, & sic ex illo text. notat ibi Gemminianus *n.3. & 4.* quòd præscribens decimas contra ius commune, debet habere titulum, & bonam fidem, & possessionem quadragenariam vel immemorialem, ex quo tex. illud etiam notat Rebuffus *de decimis q. 13. nu. 80.*
61 ubi dicit, quod † Ecclesia præscribens decimas, tenetur probare possessionem quadragenariam cum titulo & bona fide, & quod sic debent intelligi iura loquentia de præscriptione decimarum, quando ius resistit: ita explicat & intelligit illum textum, Covar. *lib. 1. variarum. c.17. num.7. & in 5. part. 2. num. 2.* Cacheranus, *decisione 116. numer. 11.* ubi dicit, quòd debet allegari & probari titulus, ubi ius commune resistit, vel tempus, cuius contrarii non existat memoria, ita Padilla, *in l. 2. numer. 19. & 21. C. de servitutibus, & aqua.* Et hanc opinionem defendit Iosephus Ludovicus *decisione 72. num. 21. & 23. part. 2.* quia immemorialis habet vim tituli, & præsumitur bona fides, ut tradit Rolandus, *consil. 89. numer. 11. & 13. volumine 2.* Capicius *decis. 4. numer. 12.* ubi dicit in tantum esse verum, quod non sufficiet cẽtenaria præscriptio, quando præscribens habet contra se ius commune: quæ omnia deficiunt in nostro casu: & sic iudicandũ est favore illius, qui habet ius cõmune, & iuris præsumptionẽ pro se.

Rursus comprobatur hæc nostra sententia; quia, licèt adversari haberent quadragenalem possessionem, seu præscriptionem cum titulo, adhuc erant excludendi à dicto iure percipiendi decimas, quia textus, *in d. c. 1. de præscriptionibus*, solum procedit, quando resistit ius commune, & non est alia prohibitio consuetudinis immemorialis, prout habent omnes terræ quæ dicuntur **de Abadengo,** quia tunc non sufficeret quadra-
62 genaria, sed † requiritur alia immemorialis cõtraria; quia quælibet res ex eisdem causis tollitur ex quibus fuit orta; *ut in capit. cum Ecclesia Sutrina, de causa poss. & proprietatis*, ubi contra ius causatum & perfectum non admittitur minus tempus, quàm quo ius illud præscribi potuit ibi: **Ius eligendi propter brevitatem temporis, usque ad præscriptionem legitimam non producti sibi acquirere potuerunt.* *Quam opinionem tenet Felinus, *in cap. cum accessissent, numer. 21. de constitutionibus*, ubi dicit, quòd possessio non præscripta legitimo modo & tempore, nõ tollit præcedentem præscriptam: quia quælibet res, per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvitur ut tanto tẽpore, quanto perficitur præscriptio vel consuetudo, pro qua sententia est text. sin-
63 gularis † *in capit. cum de beneficio. de præbendis, libr. 6.* ibi: *Quod tanto tempore ab uno, vel pluribus sæcularibus clericis, institutis in eo rectoribus, extitit continuò ac pacificè gubernatum, ut præscriptio legitima sit completa.* * Vbi glossa. *verbo ab uno*, illud notat, & novissimè sic intelligit illa iura doctissimus Ioannes Garsia, *in tractatu de nobilitate, glossa. 6. in principio numer. 58. & 61.* ubi annectit pulchra verba, ibi: * *Quia novus superveniens status, habet contra se ius illud causatum & perfectum, consopita iam illa veteri præscriptione, qua præsumebatur sæculare, fit profectò, ut contraria præscriptio contra hoc secundum ius non possit perfici; nisi alteris quadraginta annis, quia hæc præscriptio est contra ius causatum.* * Et vltra eum confirmat suam opinionem, & nostrã sententiam, decisio Rotæ, *2. tit. de præbendis, nu. 3. fol. 221. in novis*, ubi resolvitur, quòd præscriptio quadragenaria iam causata, tollitur per secundã quadragenariam præscriptionem, ut *in dict. c. de beneficio, & in c. accedentibus, in fin. de excessibus Prælatorum.* Quam sententiam hodiè confirmat, *lex 1. tit. 21. libr. 9. recopil.* ibi: * *Mostrando su derecho, por præscripcion inmemorial.* * Quòd † debet 64
probari intervenientibus pluribus requisitis. Primò, quòd testes habeant 54. ann. & deponant formaliter, quòd illud semper audierunt, & viderũt, & quòd ita est, & fuit semper publica vox, & fama, & opinio, & quòd non extat memoria in cõtrarium. Ita Bursatus, *consil. 160. n. 24. vol. 2.* Velazquez de Avendanno, *in l. 41. Tauri, gl. 12. n. 2.* Matienço, *in l. 1. tit. 7. gl. 9. n. fin. lib. 5. recop. decis.* Pedemontana 101. *n. 16.* ubi ponitur forma, & *in l. si arbiter, D. de probationibus*, ubi gl. & *in c. 1. de præscriptionibus, lib. 6. & in l. 15. tit. 31. parti. 3.* & tradit Otalora, *de nobilitate, 3. part. c. 7. n. 4.* Molin. *de Hispan. primogeniis, lib. 2. quæst. 20.* qui tradit formam probãdi immemorialem. Idem Velazquez, *ubi suprà gloss. 8. num. 2.* ubi resoluit, quòd etiam requiritur frequentia actuum, & quòd testes circa ipsum actum sint contestes in tantum, quòd non sufficiet, quòd sint singulares, ut docet Alex. *consil. 104. n. 7. vol. 3.* Decius, *consil. 275. nu. 11.* Aymon. *cons. 134. n. 10.* Corneus, *consil. 89. libr. 1.* Avendanno, *in suo dictionario, verbo,* * *costũbre.* * Et visis his fundamentis, ita pro hac iuris allegatione, in prima & secunda instantia, iudicatum fuit & cũ ad Romanam Curiã causa in gradu appellationis fuisset reducta, fœderi cõcordia finita fuit.

SVMMARIVM.

1 *Quando Reus confitetur debitum Decimale, negat verò integram decimam deberi, quæstio est plerumq; magis facti, quam Iuris.*

2 *Quæstio quantitatis Decimarum est temporalis.*

3 *Iudex Ecclesiasticus non cognoscit, quando lis vertitur tantùm super quantitate Decimarum? iuxt. tradita plurium.*

4 *Iudex Secularis potest cognoscere de quæstione facti rei ecclesiasticæ.*

5 *Consuetudo Laicorum in hoc valet, ut Iudex Secularis cognoscat de decimis quo ad quæstionem facti.*

## QVÆSTIO LVI.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat in causa decimarum super quantitate, an debeantur decem, vel minus ratione consuetudinis vel facti*

Solet † multoties lis agitari, inter locatores deci- 1
marum cũ debitoribus ipsarum, coràm iudice ecclesiastico, super solutione quantitatis decimæ,

in quibus de iure potest procedere, nam sic faciet vim, quia prius debet procedere per captionem pignorum, & viâ executivâ, & in subsidium, per censuras: ut in dicto decreto est sanctè dispositum.

## SVMMARIVM.

1 *Episcopi familia gaudet privilegio fori, secundum plures.*
2 Cap. fin. de officio Archidiac. *ponderatur.*
3 *Doctores pro prima opinione referuntur.*
4 *Vicarij familia gaudet privilegio fori.*
5 *Familia Episcopi conducta salarie, non gaudet fori privilegio.*
6 *Commensalis Episcopi nullus præsumitur.*
7 *Commensalitas semper præsumitur durare, licet commensalis non semper comedat.*
8 Lex 51. tit. 6. part. 1. *declaratur.*
9 *Clericorum privilegia extenduntur ad eorum famulos.*
10 *Contraria opinio defenditur*, ex capit. 6. sess. 23. Concil. Trident.
11 *Qualitates Concilij sunt necessaria, ut aliquis gaudeat fori privilegio.*
12 Lex 1. tit. 4. lib. 1. recop. *ponderatur.*
13 *Qualitates Concilii Tridentini sufficiunt alternativè.*
14 *Practica refertur, & quid servandum.*
15 Franciscus Suarez *religiosus Societatis Iesu, laudetur.*
16 *Consuetudo dat iurisdictionem.*
17 *Consuetudo consistit in facto, & facta non præsumuntur.*
18 *Iuri scripto standum est.*
19 Lex Partitæ, 51. tit. 6. p. 1. *non loquitur de privilegio fori, sed de aliis.*

## QVÆSTIO LVIII.

*Utrum judex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat contra Laicum commensalem Episcopi, vel ejus Vicarij.*

1 EPiscopi † familia fori privilegio gaudet, absq; aliquo dubio, tàm in civilibus, quàm, in criminalibus, quæ non potest conveniri coràm
2 iudice sæculari, text. † *in cap. fin. de officio Archidiaconi. Lex 36. Codicis Theodosiani, tit. de Episcopis, & clericis*, ibi: * *Quos gradus clericatus, & quod non minus est, sanctior vita defendit.* * *Et in authent. de sanctiss. Episcopis volum. 9. novella, 123.*
3 Alia iura tradit † Franciscus Suarez, *in defensione fidei, libr. 4. de immunitate, capit. 29. numer. 3.* & Archidiaconus, Ioannes Andreas, Abbas, & Felinus, *in capit. 2. de foro competenti*, ubi Abb. dicit esse communem opinionem, Antonius de Nigris, qui plures refert, *in extravaganti Clementis Septimi, de vita, & honestate clericorum,*
4 *num. 11.* ubi ampliat, illud † procedere etiam in familia ipsius Vicarii Episcopi: quia semper clerici familia est privilegiata, sicut ipse; & per consequens, debet gaudere fori privilegio, gloss. *in capite clericum, 11. quæstione. 1.* Baldus, *in l. 2. C. de Episcopis, & clericis.* Maranta, *de ordine iudiciorum, 4. part. distinctione. 1. numer. 4.* quod declarat Archidiaconus, *in capit. Ecclesiarum servos 12. quæstione 11.* ut non procedat, quando † 5
pro aliquo salario vel stipendio familia est conducta. Et ita dicit, quòd vidit declarari in variis causis Franciscus Vivius, *lib. 1. decis. 116. num. 2.* ubi *numer. 3.* dicit, quòd † in dubio nullus 6
præsumitur commensalis Episcopi, nisi probetur ut servat Rota Romana, teste Gomezio, *in regul. Cancellariæ, de impetrantibus beneficia vacantia, per obitum familiaris Cardinalium, quæstione 13. col. 4.* sed † semel probata commensalitate, sem- 7
per præsumitur durare, licet commensalis non semper comedat, ut tradit Cretensis, *decis. 16. aliàs 224. de rescriptis numer. 2.* Vltimò pro hac sententia est † text. de iure Regio *in l. 51. tit. 6.* 8
*part. 1.* ibi; * *Esta misma franqueza, que han ellos han sus homes è aquellos que moran con ellos en sus casas, è los siruen.* * Et sic † privilegia cleri- 9
cis concessa, extenduntur ad suos famulos: quam opinionem sequitur Grammaticus *voto 33. num. 10. & 11.* Doctores pro hac opinione refert Menoch. *centuria 6. casu 562. num. 7.*

Ex quibus constat, iudicem ecclesiasticum vim non facere, procedendo per censuras contra iudicem sæcularem, ut se inhibeat à causæ cognitione, contra commensalem Episcopi, vel eius servitorem, & famulum. Sed † pro iudi- 10
ce sæculari, est opinio Federici de Senis, *consil. 3. num. 9.* & Abb. Felinus, & Aretinus, *in capit. de foro compet.* Capicius, *decis. 12.* ubi hanc dicit magis communem, & pro ea iudicavit Senatus Pedemontanus, ut tradit Tessaurus, *decis. 22.* & Vivius, *decis. 11.* & Alexand Trentacinq. *lib. 2. resol. in resol. 1 de foro competenti, numer. 2.* pro qua facit decretum Concilij Tridentini, *cap. 6. sess. 23.* vbi † ad hoc, ut aliquis gaudeat fori pri- 11
vilegio, debet esse prima tonsura initiatus, & obtinere beneficium ecclesiasticum, aut clericalem habitum & tonsuram deferens, vel alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inseruiat, ut hodiè cavetur, † *in l. 1. tit. 4. lib. 1. recopilationis* Aven- 12
danno *in capit. prima. 1. prætor. capit. 22. num. 11.* Salcedo, *ad Bernardum Diaz, cap. 62.* Gutierr. *practicar. quæstion. capit. 26. numer. 33. & libr. 1. pract. quæstio 7.* fray Manuel Rodriguez, *de regularibus, 1. tomo. quæstione. 18. artic. 6.* Et sic, cum sit qualitas Concilij Tridentini, quòd debeat Ecclesiæ deservire de mandato Episcopi, non sufficiet, ut deserviat Episcopo, vel eius Vicario nisi habeat qualitates Concilii, vel † sal- 13
tem vnam, quod erit sufficiens, cum Concilium loquatur alternativè, & non copulativè, ut declarat Gutierrez, *suprà dict. quæstione. 7.* Ex † qui- 14
bus colliges, iudicem ecclesiasticum vim facere inhibendo iudici sæculari per censuras, si Episcopi commensalis non sit ordinatus nec habeat aliquam qualitatem Concilii, quia non sufficiet quòd sit commensalis, & serviat gratis, si sit merè laicus: & ita video practicari in servitoribus & commensalibus nostri Archiepiscopi Toletani, qui in civilibus & criminalibus conveniuntur coràm iudice sæculari.

Nec tex. *in c. fin. de officio Archidiaconi* probat, illud ad quod allegatur, ut cōstat ex verbis illius; & post hæc scripta illud advertit † Franciscus 15

Suarez

Suarez, religiosus Societatis Iesu, vir doctus & in omnibus satis versatus, religione & eruditione plenus, *in libro defension. fidei Catholicæ, lib. 4. de immunitate ecclesiastica, capit. 29. numer. 9. versi. Vltimò verò*, vbi movet nostram quæstioné, & ex decreto Concilij Tridentini resolvit, has personas non gaudere privilegio fori, nisi concurrant qualitates Concilii: quod limitat, quan-
16 do † esset consuetudo cognoscendi, ut observatur in familiaribus Cardinalium, ut tradit Iulius Clarus *receptarum sententiarum*, §. *vltimo*,
17 *quæstione. 35. num. 27.* Sed cum † consuetudo consistat in facto, & sint necessariæ aliquæ qualitates, ut in glos. *legis. 2. C. quæ sit longa consuetudo*, priùs videnda est talis consuetudo, quàm iudicanda; maximè, quia Concilium Tridentinum
18 nihil loquitur de consuetudine, & sic † iuri scripto standum est. Et ita sunt intelligenda est & temperanda tradita per Bobadillam, *in sua Politica, 2. part. cap. 17. n. 97.* Farinacium, *tit. de inquisi-*
19 *tione, q. 8. c. 46.* Quibus † non obstat *lex partita de qua suprà*, quia non loquitur de privilegio fori, sed de aliis privilegiis & exemptionibus clericis concessis, ut in exemplis dictæ legis Partitæ facilè demonstratur, vbi Gregorius *verbo, * que moran con ellos, ** illud notat, & tenet Covarruvias, *practicar. cap. 35. numer. 2. & 17.* Doctores refert & sequitur pro hac opinione Menochius, *vbi supr. num. 4.* Tessaurus, *decis. 22.* ubi dicit ita fuisse iudicatum, sequitur Nata, *consil. 576. à numer. 3.*

## SVMMARIVM.

1 *Clericus est persona publica Deo consecrata.*
2 *Defensio clericorum ab iniuriis est causa publica.*
3 *Clerici habent privilegium miserabilium personarum.*
4 *Casus de facto, & resolutio quæstionis traditur.*
5 *Sacrilegium dupliciter potest considerari.*
6 *Sacrilegij pœna contra laicum, coram iudice ecclesiastico est tractanda; pœna verò delicti, coram iudice sæculari.*
7 *Sacrilegij pœna est mixti fori.*
8 *Iudex laicus est competens ratione delicti ad pœnam corporalem, ecclesiasticus, ad pœnã ecclesiasticam sacrilegij.*
9 *Opinio authoris in quæstione proposita traditur.*
10 *Præventio habet locum in pœna sacrilegij.*
11 *Si causa sacrilegij non excedit 1200. maravedas, de stylo Curiæ Toletanæ pertinet ad Ordinarium.*
12 *Fiscalis potest querelari contra laicum, qui commisit delictum sacrilegij contra clericum.*
13 *Sacrilegij pœna de iure Regio traditur.*
14 Lex 7. tit. 18. part. 1. *declaratur.*
15 Sueldos como se entienden para el sacrilegio.
16 *Solidi. 96. faciunt libram.*
17 *Sacrilegium de quo hic sermo est reale non verbale.*
18 *Laicus non potest puniri coram iudice ecclesiastico, pro sacrilegio verbali, id est, pro iniuria verbali facta clerico.*
19 *Excommunicatio de qua in c. si quis suadente diabolo, non procedit in injuria verbali clerico facta.*
20 *Factum requiritur id est manus iniectio, ut procedat dispositio capituli, si quis suadente Diabolo.*
21 *Decisio Senatus refertur.*

## QVÆSTIO LIX.

### *Vtrum judex ecclesiasticus faciat vim, procedendo contra laicum injuriantem clericum, & ad quem pertineat punitio delicti, & sacrilegij.*

Clericus † est persona publica, Deo consecrata, cuius iniuriam quilibet potest vindi- 1
care, tex. *in l. si quis in hoc genus, § sitque, C. de sacrosanctis Ecclesiis, * sitque cunctis laudabile, factas Sacerdotibus aut ministris iniurias, veluti crimen publicum, prosequi. ** Ex quibus verbis ponderavimus, *lib. 4. commun quæst. 1. nu. 1036.* clericos † defendere ab iniuriis & violentiis illis il- 2
latis, esse causam publicam, & ad Regem, suosque integerrimos Senatores pertinere illorum defensionem & protectionem; maximè † cum ha- 3
beant privilegium personarum miserabilium, de quibus *in l. 1. C. quando imperator*, ut tradit Afflictis, *decis. 257.* ubi additionator Franciscus Vivius, *decis. 27. n. 1. lib. 1.* dicit illud procedere agendo civiliter, aut criminaliter; & sic nimirum, clericus habet electionem, ut possit convenire laicum in foro sæculari, vel ecclesiastico, ut tradit Ioannes Vincentius de Anania, *allegatione, 146. lib. 2.* & quòd sit locus præventioni tradit Guido Papæ, *decis. 562. nu. 3.* & quòd uterque iudex possit procedere, sive delictum sacrilegii sit commissum, in Ecclesia, vel contra clericum, tradit Amat. *de Synodo, nu. 171.* Iulius Clarus *receptarum sententiarum, § fin. quæst. 36. versi. Sed quæro quid.* Salcedo, *in practica canonica ad Bernardum Diaz, cap. 87. vers. alii verò*, & quòd † ita fuit iudica- 4
tum in Regia Audientia Apuleiæ, *anno* 1584. tradit Franciscus Vivius, *lib. 1. decis. 27. nu. 3.* & post hæc scripta, idem tenet Petrus Zevallos, *in suis resolutionibus criminalibus, casu. 194.* ubi latè & doctè prosequitur hanc quæstionem: Et quòd oppositâ declinatoriâ fori, fuit causa retenta in dicta Regali Audientia, *anno* 1590. quia nunquam remissio causæ fit per Regios iudices, ut tradit Ioannes Besanius, *in consuetudine Albaniæ, cõsuetudine. 3. art. 9.* Alii verò distingunt quòd, † aut 5
sacrilegium opponitur per viam actionis & querelæ, & tunc debet proponi coram iudice sæculari; vel per viam exceptionis, ad cõdemnationem sacrilegii, & tunc coram iudice ecclesiastico, ut tradit Cardinalis, *in Clementina. 1. § civitas de pœnis*, ubi dicit, quòd † clericus iniuriatus à laicos 6
debet agere coràm iudice ecclesiastico ad pœnam interesse iniuriarum, per modum actionis, agere debet coram iudice sæculari.

Alii verò generaliter tenent, quòd † cum 7
pœna sacrilegii sit mixti fori, causa terminanda sit coram iudice sæculari, qui est iudex delicti, & sacrilegii. Ita Igneus, *in l. necessarios. § non alias. in ver-*

*in verbo, sed cum plerique, numer.* 31. *D. de SCto Sylaniano.* Et docet Socinus, *in cap. cum sit generale, de foro competenti, numer.* 16. Rolandus a Valle, *consil.* 24. *num.* 13. *volum.* 2. Salcedo, *sup. versic: sunt tamen.*

In qua re Marta, *de iurisdictione 2. part. cap.* 34.
8 *n.* 2. *& c.* 17. *n.* 16. resolvit, quòd † quando agitur ad pœnam corporalem ratione delicti, tunc iudex laicus est verus iudex. Si verò agatur respectu pœnæ spiritualis, **para dar penitēcia saludable,** tūc ecclesiasticus debet cognoscere, ut *in capit. quisquis 17. quæstione.* 4. & tandem resolvit, quòd est crimen mixti fori, & est locus præventioni, ut *in c. proposuisti, de foro competenti.* ut tradit Martā, *supr. iurisdictione, 2. part. c.* 11. ubi plura congessit.
9 Ego † verò in hac varietate opinionum ita iudicarem, quòd quando sacrilegium committitur inter laicos, & tunc iudex sæcularis cognoscat, ut tradit Abbas & Doctores, *in dict. cap. cum sit generale, de foro competenti, per illum textum, Clementina.* 1. *de pœnis*, & hanc dicit communem opinionem Mantua. *consil.* 266. Iulius Clarus *li.* 5. *receptarum sent. §. fin. quæst.* 37. *versic. Vlterius*, & ita observatur in Regno Franciæ, quòd iudex laicus cognoscit de crimine sacrilegii, ut traditur *in practica Milati, num.* 17. vbi refert, se fecisse suspendi quendam, qui ab Ecclesia abstulerat uas Sacræ Eucharistiæ, quem refert Salcedo, *suprà in principio*, vbi *in versic: Apud*, dicit, quòd apud Hispanos, iudices ecclesiastici cognoscunt de punitione huius criminis: ad quod ponderat *legem.* 10. *tit.* 18. *par.* 1. ubi ponitur pœna adversus sacrilegos.

Quando verò sacrilegium committitur per laicum contra clericū, tunc est subdistinguendū, quòd aut iudex ecclesiasticus agit de punitione
10 sacrilegii, & est iudex competens, si † prævenit in causa, ut docent Covarruv. & Azeu. quos refert & sequitur Gutierrez, *lib.* 3. *pract. quæst.* 10. *nu.* 14. aut agit de punitione delicti ad instantiam & querelam clerici, & tunc causa est remittenda ad iudicem sæcularem, ut docet Marta, *sup.* 2. *part. cap.* 27. *num. fin.* vel est retinenda in Curia Regis, quando causa remittitur per viam violentiæ, ex traditis *in dict. decis.* 17. Francisci Marci. Quod quidem idem observatur in hac Curia ecclesia-
11 stica, ubi † causa sacrilegii, quæ non excedit 1200. maravedis, agitatur coram ordinario: causa verò criminis ad vindictam contra laicum, tractatur coram iudice sæculari. Et ita pluries vidi iudicatum, per 29. annos, per quos in hac Curia Toletana, exercui officium advocationis, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei. Quam resolutionem novissimè tradit Petrus Zevallos, *supr. casu.* 194. *ex num.* 5. & Gutierrez, *lib.* 3. *pp. quæstione.* 1. *num.* 15.
12 Si † verò clericus iniuriatus personaliter, noluerit suam prosequi iniuriam; tunc ad instantiā fiscalis potest iudex ecclesiasticus ad punitionem sacrilegii procedere: quia Ecclesia offenditur ex iniuria clerico illata, ut *in cap.* 2. ubi gloss. *de foro competenti*, ut tradit Salcedo, *ut suprà, versic. ex hac sane, capit. si is qui.* 23. *quæst.* 4. *c. Salonitanæ,* 63. *distinctione*, Doctores, *in cap. fin. de maledicis.*

Franciscus Vivius, *dict. decis.* 27. *numer.* 6. *vers. Et hinc est.*

Pœna † verò sacrilegii de iure civili traditur, † *in l.* 7. *tit* 8. *partit.* 1. quæ singularis est, ibi: * *Tuerto, ò danno faciendo à algun clerigo en su persona, deuenle fazer la enmienda, segun dize en la tercera ley antes desta. Mas si alguno lo matare deue auer otra pena, ca si matasse clerigo de Missa, deua pechar por el sacrilegio seis cientos sueldos: è si matasse clerigo de Euangelio, quatro cientos sueldos: è si fuere de Epistola trezientos, è si matasse monja, ò otro homo de Religion, quatro cientos sueldos: è si matasse Obispo, noue cientos: y † estos sueldos se entiendan por marauedis.* * Vbi Greg. dicit, quòd marapetinus sit aureus, & quòd aureus, & solidus, idem est, quòd † 96. & faciunt libram auri. Et quòd sit idem aureus. & solidus, tenet gloss. *in l. fin. D. de in ius vocando, verbo, aureos.* Pœna verò sacrilegii in foro ecclesiastico, est pro modo & cōsuetudine regionis, ut docet ipse Salcedo, *verbo, pœna verò.* 13.14 15 16

Quæ omnia sunt intelligenda, quando † sacrilegium est reale, secùs verò si verbale, quia per verba iniuriosa non committitur sacrilegium: neque † laicus est puniendus, neq; conveniendus coram iudice ecclesiastico, ut tradit Sylvester, *verbo, sacrilegium, in fin.* Covarruvias, *lib.* 1. *variarum, cap.* 11. *num.* 5. imò † nec locum habet censura, *cap. si quis suadente Diabolo*, ut notat Covarruvias, & Salcedo, *supr.* quia † requiritur factum, ibi. * *Manus iniecerit.* * Et secundum hanc distinctionem per me traditam, potest iudicari casus violentiæ per viam recursus. Et † nuper ita fuit iudicatum in Regali Cancellaria Pinciana, 24. *Ianuarij, anno* 1615. cum fiscali ecclesiastico huius Archiepiscopatus, in causa D. Ioan. Fernandez de las Barcenas; & forma decreti Regalis Audientiæ talis est. 17 18 19 20 21

AVTO DE LA REAL AVDIENcia de Valladolid.

§ *Entre don Ioan Fernandez de las Barcenas, vezino de la villa de Torayos. Y Bartolome Rodriguez su procurador de la vna parte, y el fiscal ecclesiastico de la Audiencia Arcobispal de Toledo, de la otra.*

*Visto este processo, y autos del, por los sennores, Presidente, è Oidores desta Real Audiencia en Valladolid a veyte y quatro de Enero, de mil y seyscientos y quinze annos: dixeron, que el Vicario general de la ciudad, y Arcobispado de Toledo, que deste pleyto conocio en conocer, è proceder en el contra el dicho don Iuan Fernandez de las Barcenas, hizo fuerca: la qual alcando, y quitando, dauan, y dieron por ninguno, y de ningun valor, y efeto, todo lo en este pleyto fecho, y procedido por el dicho Vicario, y mandaron dar provision del Rey nuestro sennor, a la parte del dicho Iuan Fernandez de las Barcenas, para que el dicho Vicario no conozca mas de la dicha causa, y absuelua a las personas que sobre ello vuiere descomulgadas, y alcas las censuras, y entredicho que huuiere dado, è puesto libremente, y sin costa alguna, y remetieron este dicho pleyto, y causa*

*causa a la iusticia seglar, que del pueda, y deva conocer, para que llamadas, y oydas las partes, haga iusticia. Y en quanto al dicho Vicario mando, que el dicho don Iuan Fernandez de las Barcenas pareciesse ante el, personalmente, para darle penitencia saludable, no hizo fuerca, y se lo remitieron. El qual dicho auto original, cuyo traslado es este, està sennalado de las rubricas, y sennales de las firmas de los sennores don Gregorio de Tovar. Don Andres de las Infantas. Velenguer Doayz. Don Antonio de Castro y Andrada, Oidores de la dicha Audiencia. Y en sello, yo Pedro de Carandona clerigo escrivano de Camara della, lo firmo.*

Conforme a este auto consta, que el iuez ecclesiastico no pudo conocer de la dicha causa, y que la descomunion fue dada por iuez incompetente. Dudose, si el dicho don Iuan Fernandez tuuo necessidad de nueua absolucion, auiendo se remitido la causa al iuez seglar, dentro de los ochenta dias, por los quales fue absuelto a reincidencia, y el Fiscal pretende, que reincidiò, passados los ochen ta dias. Y esto parece que tiene Bobadilla *in sua Politica, lib. 2. capit. 19. num. 46.* adonde dize: que aunque de rigor no es necessaria absolucion segunda, despues del auto de la Real Audiencia: pero, que se deue absoluer (satisfacta parte) aunque la descommunion sea, à iure, vel ab homine. Lo qual no pareze iuridico, porque el descomulgado ya fue absuelto por los ochenta dias: y dentro dellos se determino la causa, y se remitio al seglar, y no huuo nueua causa de inobedientia, ni contumacia, la qual se purgò con la inhibicion, y absolucion, y cessò el pecado, sin el qual no puede caer de scomunion, y la absolucion à reincidencia es respeto de los ochenta dias, para que passados incurra, lo qual supone, ò porque dentro dellos no se lleuò el processo, ò porque se declarò, que el iuez ecclesiastico no hazia fuerca, que es el caso que puso Bobadilla, porque en estos casos reincide: Pero auiendose determinado la causa dentro de los ochenta dias, y antes de la reincidencia, remitiendo la determinacion al iuez seglar, no queda materia en que pueda caer excommunion, y esto me parece mas juridico. Salva correctione sanctæ Matris Ecclesiæ, cui omnia subiicimus.

### SVMMARIVM

1 *Actio iniuriarum praescribitur de iure civili transacto anno, adeò ut ne quidem ipsa obligatiò amplius supersit.*
2 *Actio iniuriarum etiam de iure Canonico per lapsum anni tollitur.*
3 *Casus de facto refertur, & quid fuerit indicatum.*
4 *Nec Clericus contra Laicum, nec Laicus contra Clericum, transacto anno, actionem iniuriarum intentare potest.*
5 *Si Iudex Ecclesiasticus procedat, actione iniuriarum post lapsum anni institutâ, facit Vim, & implorato Regis auxilio, omnia reponentur.*

## QVÆSTIO LX.

### *Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo contra laicum, ad querelam clerici, transacto anno à die sacrilegij vel iniuria.*

Actio † iniuriarum de iure civili præscribitur transacto anno, *l. si non convicij, C. de iniuriis. lex 22. tit. 9. part. 7.* vbi Greg. Et ego dixi, *l. 2. pp. quæst. 679.* & tradit Prosperus Farinacius, *tit. de inquisitione, quæst. 106. ampliatione. 21.* Placa, *de delictis, l. 1. quæst. 24. n. 7.* Antonius Gom. *l. 3. Variarum, tit. de iniuriis, n. 15.* Iulius Clarus *receptarum sententiarum, §. iniuria, vers. Tollitur.* Quas decisiones † procedere etiam de iure Canonico traditur in decis. Rotæ Romanæ, *decis. 2. aliàs 204. tit. de iniuriis, in novis.* Vbi concluditur, quòd per lapsum anni, non solum tollitur actio iniuriarum, sed omnis obligatio, naturalis & civilis, quam opinionem tenet Cæpolla, *consil. 7. caus. crim. numer. 2.* Corrad. *tit. de iniuriis. n. 29.* Et ita fuit iudicatum per decisionem Alexandri Ambrosij 1. *part. decis. Perusina, 21. n. 16.* quæ dicuntur decisiones fori Episcopalis. Et † cum iste casus nuper de facto mihi contigisset, pro quodam clerico oppidi de Valdemorillo, qui transacto anno accusabatur à quodam laico, & alter clericus, transacto anno, intentabat actionem iniuriarum contra laicum; ita iudicavit Dominus Licentiatus Ioañes Delgado y Aguero, Vicarius Generalis huius Archiepiscopatus, literis, virtute, & nobilitate præclarus: qui, visâ dicta decisione Rotæ, noluit amplius procedere in dicta causa. Et sic † si clericus accuset laicũ trãsacto año, non est audiendus, & similiter, si laicus accuset clericum. Et † si aliter iudex ecclesiasticus procedat, faciet vim, & omnia reponentur, tàm ad petionem laici, quàm clerici, qui etiam potest implorare Regis auxilium, ut de facto pro clerico resolvit Franciscus Marcus, *decis. 30. nu. 5. lib. 1.* ubi dicit, quòd ita observatur in sacro consilio, teste Afflictis, *decis. 24.* Vincentius de Franchis, *decis. 163. prim. part. n. 2. & 19.* quod tene menti, pro cõfirmatione similis practicæ nostræ Hispaniæ, in dictis cognitionibus per viam violentiæ. Idem tenet Franciscus Vivius, *lib. 1. decis. 55. n. 5.* ubi allegat alia fundamenta pro nostra opinione.

### SVMMARIVM.

1 *Tertiarii videntur assimilari religiosis.*
2 *Votum castitatis est principale in Monachatu.*
3 *Monachus esse non potest aliquis, sine voto castitatis.*
4 *Sine castitate omnia opera sunt imperfecta.*
5 *Votum castitatis perpetuum, omnes alios actus monasticos complet.*
6 *Voto castitatis accedit votum obedientiæ, in Tertiariis.*
7 *Obedientia virtus est.*
8 *Melior est obedientia, quàm victima.*
9 *Qui se eximit à vitâ mundana, debet uti Ecclesiasticorum privilegiis.*

10 Fra-

10 *Fratres tertij ordinis sancti Francisci, utuntur privilegio clericorum.*
11 Nicolai Quarti, *privilegium ponderatur pro hac opinione.*
12 *Duo sunt hominum genera.*
13 *Alius, alia, aliud, repetit similia.*
14 *Fratres tertij Ordinis, non debent vexari per iudices laicos.*
15 *Contraria opinio in quæstione proposita defenditur.*
16 *Fratres tertij Ordinis, non profitentur religionis vota solemnia.*
17 *Fratres tertij Ordinis habent particularem modum vivendi.*
18 *Practica, & Senatus sententia refertur.*
19 *Tertiarij neque sunt verè religiosi, neq; personæ ecclesiasticæ.*
20 *Tria vota sunt necessaria in religione, quæ deficiunt in istis fratribus.*
21 *Fratres tertij Ordinis sunt sine Rege, sicut locustæ.*
22 *Fratres solum habent quandam apparentiam religionis, sed non essentiam veritatis.*
23 *Fratres tertiarij deberent secretè habitum portare.*
24 *Privilegium exemptionis fori, solum clericis est concessum.*
25 *Bulla* Leonis decimi, *confirmat nostram opinionem.*
26 Cap. 6. sess. 23. & cap. 12. sess. 24. Concilij Tridentini *ponderatur pro hac opinione.*
27 *Tertiarij neq; habent beneficium ecclesiasticũ, neq; tonsuram.*
28 *Doctores pro hac secunda opinione referuntur.*
29 *Tertiarij sunt conveniendi coram iudice sæculari.*
30 *Practica antiqua procedendi contra istos refertur.*
31 Nicolai *privilegium, fuit revocatum per Bullã* Leonis Decimi.
32 Bologneti *consilium reprobatur.*
33 *Quæ differunt secundum plus & minus, non differunt substãtia.*
34 Bobadillæ *opinio defenditur.*
35 *Tertiarij tenentur ad onera publica, sicut laici.*
36 *Tertiarij tenentur Regi solvere tributa realia & personalia.*
37 *Resolutio in quæstione proposita refertur.*

## QVÆSTIO LXI.

### *Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat in causa contra profitentes tertium Ordinis sancti Francisci, vel beatas:*

HOdiè in nostra Hispania, multum viget hoc genus Beatarum, & illorũm, qui tertium Ordinem sancti Francisci profitentur, qui deferunt habitum longiorem illius religionis, & faciunt certo modo votum obedientiæ, & castitatis, etiam cum propria uxore, certis diebus, & se abstinent à carnibus, & faciunt alia similia: & sic † videntur assimilari personis ecclesiasticis, & religiosis. Vndè meritò dubitatur apud Doctores, an istæ personæ, tàm civiliter quàm criminalitèr, sint conveniendi, & puniendi per iudicem sæcularem: an verò illorum causæ sint tractandæ coram iudice ecclesiastico? Et pro iudice ecclesiastico facit, quia † votum castitatis est principale in Monachatu, & † sine ea in æternum nullus potest esse Monachus. Et cum castitatis votum sit tã excellens, hominem à vita mundana eximit, & facit eum effici de portione Dei, ut amplius laicus dici non possit, *c. cui portio. 11. quæstione. 1* undè divus Hieronymus, *33. quæstione. 5. cap. hoc solum,* dicit, quòd † sine virginitate, seu castitate, omnia opera sunt imperfecta. Et † meritò votum castitatis perpetuum, omnes alios actus monasticos complet: & omnibus præfertur, & eximit à vita mundana & laicali. Secundo, quia † voto castitatis accedit etiam votum obedientiæ: quod etiam est valde potens, ad eximendum aliquem à vita laici, quia † obedientia virtus est, ut dicit sanctus Thomas, *secunda, secundæ, cap. 3. ad 3. C. in sunt. 93. distinctione,* & sic dicitur, quod † melior est obedientia, quàm victima, *c. sciendum. §. obedientia. 8. quæstione. prim. capit. illud, de maioritate, & obedientia.* Et sic, cum † isti se eximant à vita mundana debent uti ecclesiasticorũ privilegiis, & coram iudice ecclesiastico conveniri debent, & non coram sæculari. Ita Felinus, *in capit. 2. de foro competenti, nu. 9. versicul. secundò limita,* ubi Antonius de Butrio, & *in cap. 1. de obligat. ad ratiocinia.* Cardinalis, *cons. 18.* Ioannes de Capistrano, *in tractatu defensorio tertij Ordinis.* Petrus Vbaldis, infra citandus, dicens, hoc esse decisum, per quandam extravagantem Sixti Papæ, incipientem. *In sacrosancta Romana Ecclesia.* Et hanc sequitur Bolognetus, *cons. 12. per totum,* ubi *numer. 32.* dicit, se non vidisse dictam extravagantem. Eandem opinionem tenet Ioannes de Castro, *in tractatu, de excommunicatione, casu. 14. in to. 14 tractatuum anno, 1584.* Et pro hac opinione consuluit Beatus Ioannes de Capistrano, ut refert Franciscus Vivius, *libr. prim. decisione. 49. numer. fin. versic. in contrariũ verò.* Marcus Antonius Ergenius, *cons. 26. numer. sexagesimo quarto,* licèt dicat, quòd nunquam ullo tempore vidit hoc receptum. Et hanc opinionem, quòd † isti fratres tertij Ordinis sancti Francisci, utantur privilegio clericorum, tenet Baldus, *in l. semper, §. quibusdam, de iure immunitatis,* Bart. *in l. 2. §. fin. de pœnis.* Zabarella, & Lapus, *in Clementina. cum ex eo, de sententia excommunicationis.* Vbi sequitur hanc opinionem. Idẽ Zabarella, *in cap. si diligenti, de foro competenti.* Antonius de Butrio, *in capit. 2. eod. tit.* Caval. *in sua summa verb. excommunicato* Aufrerius, *de potestate sæculari, regul. 2. numer. 39.* Petrus Vbald. *de Cano. Episcop. & parochiali, quæstione. 17. num. 12. & 20.* & ultra dictas rationes fulcitur hæc opinio † ex quodam privilegio *Nicolai,* 4. in quo disponitur, ut nullus post illius fraternitatis ingressum, eandem valeat egredi: quasi apertè sentiat Pontifex, quòd ingredientes illum ordinem, egrediuntur sæculum, & per consequens, desinũt

esse personæ sæculares, *capit. cum seclusum, de iure patronatus*, & sic debent dici personæ, ecclesia-
11 sticæ, cum † sunt duo tantùm hominum genera,
*capit. duo. 12. quæstione, 1.* Maximè, quia in dicto
privilegio *Nicolai Papæ*, clarè videtur hoc, tercetos
esse religiosis assimilandos, dum dicit, eos posse habere transitum ad aliam religionem appro-
13 batam; quia † dictio, *alia*, ostendit illam quoque esse religionem. *c. sedes*, ubi glos. *de rescriptis*.
Doctores, *in l. 3. C. de servis fugitivis*. Vbi illa dictio, est repetitiua similium. Et Rursus in eo pri-
14 vilegio cavetur, quod † si fratres vel sorores tertij Ordinis, vexentur per potestates, & Rectores
locorū, ubi habent domicilia, quod eorum ministri adeant Episcopos locorum. Ex quibus verbis
videtur Pontifex eos eximere à sæculari iurisdictione, & eos reponere sub Ecclesia.
15 Sed † his & aliis non obstantibus, contraria
opinio vera est, & tenenda, & ita practicatur, quia
isti tertiarii, non dicuntur propriè religiosi, neq;
16 regulares, cum † non profiteantur tria vota substantialia cuiuslibet religionis approbatæ; paupertatem, castitatem, & obedientiam. Et licèt aliqua promittant, non dicuntur propriè habere re-
17 gulam, sed † potiùs quendam modum vivendi
(licèt modus sit approbatus à Papa, ut tradit Lælius de Zanchis, *in tractatu de privileg. ecclesiasticis, privilegio. 121. nume. 4.*) Et ideò nihil valet eorum habitus, quia est potius quædam apparentia
in habitu, quam existentia, ut dicit Sebastianus de
Neapolitanis, *in additionibus ad Ioannem Andream de Nigris, in cap. Regni. 200. nume. 7.* quem refert, & sequitur Franciscus Marcus, *libr. 1. decis.*
18 *49. numer. fin.* & dicit, † *num. 10.* ita fuisse iudicatum, *23. Martij, anno. 1589.* contra Vicentiam
Moscam, tertiariam Ordinis sancti Francisci, quæ
allegabat declinatoriam fori. Quia, licèt isti dicantur habere quendam vivendi modum, à sancta sede Apostolica approbatum, ille tamen non
19 est propriè regula, sed vivendi modus; & sic † nec
sunt verè religiosi, neque ecclesiasticæ personæ.
Ita docet Federicus de Senis, *cons. 150.* Calderinus,
*cons. 7. tit. de foro competenti*. Socinus Senior, *cons.
245.* ubi dicit, quòd, si status ipsorum consideretur, non videtur accedere ad vitā ecclesiasticam:
20 ad quam † sunt necessaria illa tria vota religionis;
& illi non observant paupertatem, cum habeant
proprium in particulari; neque castitatem, cum
habeant uxores, eisque utantur ad libitum: neq;
obedientiam, cum non habeant superiorem: sed
21 † sunt sine Rege, sicut locustæ, ut in simili notatur *in cap. si veteres, 16. quæstione. 1.* imò nec possunt omnino servare obedientiam: quia, cum habeant uxores, non habent omnimodam potestatem sui corporis, *cap. non debet, de consanguinit. & affinitate*. Et ob hanc causam dixit Baldus, *in l.
officiales, in fin. C. de episc. & cler.* habitum istorum habere accidentia sine subiecto, & sic nihil
22 valere, cum † sit potiùs quædam apparentia in
habitu, quam essentia, & realitas in effectu. Vndè
meritò, nec personæ ecclesiasticæ, neque religio-
23 sæ propriè appellari possunt; & † profectò meliùs
esset, ut dictum habitum secretè portarent, & non
publicè, quia efficiuntur inhabiles & incapaces
officiorum publicorum, & sic nec tempore belli,
nec pacis proficiunt Reipublicæ temporali, &
multotiès degenerant, & apostatantur, ut quotidie videmus.
Rursus confirmatur nostra sententia; quia † 24
privilegium exemptionis fori, solum reperitur
concessum clericis tantum, vel de iure positivo, *in
c. 2. de maioritate, & obedientia*. Alciatus, *in c. cum
non ab homine, de iudiciis*. Medina, *in tractatu, de
restitutio. q. 25. disputat. 2.* Covarr. *c. 31. practicarū.
sub nume. 1.* Palacios, *in 4. distinctione. 25. disputat.
3. circa finem*. Hostiensis, *in sua summa, libr. tert.
tit. de immunitate Ecclesiæ. §. sed neque alia, in fin.*
vel de iure divino, secundum glossam, *in capit. si
Imperator, 96. distinctione* Rota, *decis. 440. in antiquis. Et in decis. 2. de consuetudine, in antiquioribus* Felinus, *in dict. capit. 2. de maioritate, & obedientia*. Sed sic est, quod isti fratres, seu tertiarij,
non sunt clerici, neque religiosi, ergo non debent habere privilegium, & exemptionem fori.
Quod hodiè clarè cōfirmatur † *ex bulla* Leonis. 25
10. *in Concilio Lateranensi, numer 11.* quæ incipit,
*dum inter mentis arcana*, ubi clare statuitur, quòd
huiusmodi fratres tertij Ordinis, habitantes in
propriis domibus, possunt conveniri coram iudicibus laicis, non obstantibus privilegiis illis, concessis collegialiter viventibus. Et sic non est amplius de hoc dubitandum, cum causa sit iudicio
Ecclesiæ decisa.
Pro qua sententia potest ponderari † decretum 26
sancti Concilii Tridentini, *c. 6. s. s. 23. & c. 12. sessione. 24.* ubi apertè resolvitur, quòd clerici in minoribus constituti, privilegio fori gaudere non
possint, nisi obtineant aliquod beneficium, vel de
mandato Episcopi alicui Ecclesiæ inserviant. Ergò si clerici primæ tonsuræ, non gaudent fori privilegio, multo minus debent gaudere isti, qui † 27
nec sunt clerici, nec habent tonsuram ex sua institutione, neq; beneficium ecclesiasticum detinent. Et † in propriis terminis istam opinionem 28
tenet Doctores antiqui, quos citat Pert. de Vbald.
*d. q. 17. n 4.* idem de canonica parochiali, *c. 9 nū. 4.*
glos. *in Clement. 1. verb. obedientia, de religiosis domibus*, quam sequitur Baldus, *in l. placet, n. 5. vers.
quod de sororibus, C. de sacrosanct. Eccles. l. officiales,
C. de Episcopis, & clericis*: Et pro hac opinione consuluit ipse Baldus ut refert Corneus, *cons. 205. vol.
1.* ubi tenet istos † conveniri posse coram iudice 29
laico, & ab eo puniri ratione delicti. Idem voluit
Federic. de Sen. *cons. 150.* ubi dicit, hoc, non esse
personas ecclesiasticas, nec subesse Episcopo. Et
Calderin. *cons. 7. de foro competenti*, ubi dicit hanc
esse veriorem opinionem, quam tenuit Abb. *in c.
causā quæ n. 2. de iudiciis, & in c. 2. n. 11. de foro cōpetenti*, Angel. *cons. 218.* & Bartholomeus, Socinus,
*consil. 245. libr. 2.* & Staphylæus, *de literis gratiæ &
iustitiæ, tit. de rescriptis, in form. breu. numer 93 &
95.* Marian. Socin. Senior, *in capit secund. de foro
competenti*. & tenet Gracianus, *discept. foren. 1. p.
capit. 236. numer. 34.* Et hanc dicit magis communem opinionem, sivè in numero, sivè in pondere,
Marcus Antonius Eugenius, *lib. 1. 26. c. n. 18. & 27.*
ubi dicit, quod † ita observatur in civitate Perusina 30
ætate Bartoli, & quod quotidie servare videmus,
huius

huiuſmodi fratres tertij ordinis, coram iudicibus laicis eſſe conventos, in civilibus & in criminali-
31 bus. Et † *numer.*40. reſpondit privilegio Nicolai, & dicit.*n.*49.ſublatum fuiſſe per bullam Leo-
32 nis Decimi, in Concilio Lateranenſi. Vbi † etiam reprobat *conſilium* Ioannis Bologneti,*22*.qui *nu.* *6*. reſtringit ſuam opinionem, quando creſceret multitudo iſtorum, & magnam partem civitatis occuparent, argumento textus,*in c.ſuggeſtum de decimis*. Quæ reſtrictio non eſt vera, quia, ſi ipſi eſſent verè religioſi, licèt occuparent maiorem
33 partem civitatis, gauderent privilegio fori, quia † ea quæ differunt ſecundum plus, vel minus, non differunt ſubſtantia, *l.fin.D. de fundo inſtructo*. Et ſic cum retineant bona, & in negotiis ſecularibus, & mercantiis ſe immiſceant; exercendo omnia officia, etiam mechanica, non debent uti fori privilegio. Et ſic merito per Senatum iudicatum fuit, ut habetur *in dicta deciſione* Franciſci Marci, *49. n.*10.*lib.*1.*anno*.1589.

34 Ex quibus † venit approbanda opinio Bobadillæ, *in ſua Polit.lib.*2.*c.*18.*numer.*202.quia, licèt ſuo tempore non viguiſſent in hac noſtra Hiſpania iſti profeſſores tertij Ordinis ſancti Franciſci, reſolvit, eſſe conveniendos coram iudice ſæculari,
35 & † teneri ad onera publica, & tributa. Idem tradit *ſup.n.*288.*fallentia.*14.ubi refert Thom. Doccium, *conſ.*197.*n.*3.& Curia Philippica,3.*p.*§.1.*n.* 14. Covar.*pp.c.*34 *n.*4.Idem tenet Duennas,*reg.*100.*limit.fin*.Didacus Perez,*in.l.*1.*tit.*3.*lib.*1.*ordin. col.*
36 93.*& in.l.*19.*tit.*4.*lib.*4.*ordin*, & quòd † iſti teneantur ſolvere Regi tributa Realia & perſonalia, traditur *in,l.*1.*tit*,14.*lib.*6.*recopilationis*, ubi Azevedo, Greg.*in l.*1.*gloſ.magna,tit.*7.*p.*1. Decianus, *tom,*1.*criminalium,lib.*4.*c.*9.*n.* 34. & ita vidi iudicatum, & obſervatum.

37 Ex quibus † conſtat, iudicem eccleſiaſticum vim facere, procedendo per cenſuras contra iudicem ſæcularem, ut ſe inhibeat à cauſâ criminali, vel civili, contra iſtos tertij Ordinis ſancti Franciſci profeſſores ex rationibus, de quibus ſuprà, quorum ſtatus, dum exercent officia publica, indiget reformatione, ut iſti habitū ſecretè deferant

## SVMMARIVM.

1 *Penſio dicitur beneficium eccleſiaſticum, & venit nomine beneficij, ſecundum aliquos.*
2 *Penſio deducitur ex fructibus beneficij.*
3 *AEtas, quæ requiritur ad obtinendum beneficium, requiritur ad penſionem.*
4 Cap.6.ſeſ.23.Concilij Tridentini *declaratur, & ampliatur.*
5 *Laicus coniugatus non poteſt ſine auctoritate Pontificis obtinere penſionem.*
6 *Laicus non eſt capax penſionis.*
7 *Penſionarius tenetur recitare officium beatæ Mariæ.*
8 *Penſio datur ob officium, & datur titulo eccleſiaſtico.*
9 *Penſionarius gaudet privilegio fori ſecundum plures.*
10 *Penſio redimi non poteſt propria auctoritate.*
11 *Penſio requirit clericatum.*
12 *Penſionarius tenetur portare habitum, & tonſuram, aliàs non gaudet fori privilegio.*
13 *Contraria opinio refertur, & defenditur pro iudice ſæculari, cum declaratione Cardinalium.*
14 *Beneficij definitio traditur, quæ non convenit penſioni.*
15 *Concilium ſolum dat privilegium fori beneficiato, & non penſionario.*
16 *Penſio non venit appellatione beneficij eccleſiaſtici.*
17 *Confidentia non committitur in penſione, ſed ſolum in beneficio*
18 *Penſionarius non tenetur ad reſidentiam.*
19 *Concordia opinionum refertur.*
20 *Declaratio Cardinalium refertur, ubi datur forma; qualiter penſionarius poſſit fori privilegio gaudere.*
21 *Penſio ſola non ſufficit, ut quis gaudeat privilegio fori, niſi habeat habitum, & tonſuram.*
22 *Suarez in hac quæſtione remanet, ſine reſolutione.*
23 *Diſtinctio in quæſtione propoſita refertur, & declaratur.*
24 *Penſio, quæ datur in titulum, dicitur beneficiū.*
25 *Penſio ad tempus, non dicitur beneficium, etiam ſi aſſignetur pro congrua, & auctoritate ſuperioris.*
26 *Fructus beneficij ſapiunt temporalitatem.*
27 *Penſionarius poteſt diſponere de fructibus beneficij, reſervatis loco penſionis.*
28 *Hæres penſionarij poteſt exigere penſiones præteritas.*
29 *Decretum* Concilij.capit.2.ſeſ.21.*declaratur.*
30 *Clerici ſæculares, non poſſunt ad titulum penſionis ordinari.*
31 *Opinio autoris refertur contra omnes.*
32 *Habens capellaniam ad nutum amobilem, non debet gaudere fori privilegio.*
33 *Titulus ordinis debet eſſe perpetuus.*
34 *Capellanus ad nutum, non poteſt removeri ſine cauſa, ubi latè defenditur contra plures.*
35 *Opinio* Nicolai Garciæ,*reprobatur, & autor defendit ſuam opinionem.*
36 *Caſus de facto refertur, favore capellani excluſi ſine cauſa à patrono.*
37 *Facultas arbitrandi, intelligitur de iuſto arbitrio boni viri, & referuntur plura iura.*
38 *Iudex dicitur bonus vir.*
39 Lex.ſi fideicommiſſum, §. ſi ſic fideicommiſſum, de legat.3 *declaratur.*
40 *Diſpoſitio, quæ denotat liberum arbitrium, reſtringitur ad arbitrium boni viri.*
41 *Tabellio ſemel creatus, revocari non poteſt.*
42 *Plura iura de iure Canonico expenduntur pro hac opinione.*
43 *Practica Regis Conſilij, refertur in caſu propoſito.*
44 *Vicarius Epiſcopi, non poteſt removeri ſine cauſa.*
45 *Princeps, ſine cauſa non poteſt feudo privare.*
46 Lex.2.tit.10.p.2.*declaratur.*
47 *Officium datum ad beneplacitum concedentis, dicitur perpetuum.*

48 *Decisio Rotæ refertur.*

49 *Rector parochialis nominatus ad nutum patroni, non potest removeri.*

50 *Patronus malitiosè cum animo se vindicandi, non potest removere præsentatum.*

51 *Opinio* Nicolai Garciæ *reprobatur, & auctor defendit suam opinionem.*

52 *Beneficium ad nutum amobile, non potest sine causa removeri.*

53 *Voluntas testatoris est servanda, quando non est contra pietatem.*

54 *Ordinari nemo potest ad titulum capellaniæ amobilis.*

55 *Capellanus, qui habet capellaniam ad nutum non gaudet privilegio fori.*

56 Lex. secund, tit. 4. libr. prim, recopil. *declaratur.*

57 *Clerici in minoribus qui non habent beneficium Ecclesiasticum, tenentur solvere gabellam, & contribuere, sicut laici.*

58 *Capellania, quæ non fuit assignata pro titulo perpetuo, dicitur beneficium ecclesiasticum, neque potest quis ordinari ad eius titulum.*

59 *Clericus habens pensionem, non gaudet privilegio fori, & tenetur solvere gabellam.*

60 *Distinctio Doctorum, quando pensio datur in titulum, sivè non, reprobatur.*

61 *Filius illegitimus est capax pensionis, si est dispẽsatus ad ordines.*

62 *Quod quidam ita intelligunt, si pensio detur pro stipẽdijs, non, si detur in titulũ beneficij.*

63 *Illegitimi non sunt incapaces pensionis de iure, secus de stylo Curiæ.*

64 *Stylus Curiæ modo albus, modo niger.*

65 *Illegitimi habent de iure fundatam suam intentionem, ad obtinendam pensionem.*

66 *Declaratio Cardinalium*, ad c. 7. ses. 24. de reformatione *traditur.*

67 *Homicida, qui est incapax beneficij, non est incapax pensionis.*

68 *Homicida voluntarius, non est incapax pensionis.*

69 *Filius illegitimus dispensatus ad beneficium, potest obtinere pensionem.*

70 *Illegitimus qui acceptavit pensionem, non potest obtinere beneficium.*

71 *Episcopus potest dispensare cum illegitimo, ad obtinendum unum beneficium.*

72 *Episcopus potest dispensare cum illegitimo, ad obtinendam pensionem.*

73 *Pensio non potest constitui à patre filio illegitimo.*

74 Cap. 15. ses. 25. de reform. Conc. Trident. *ponderatur.*

75 *Pensio imponitur super fructibus beneficij.*

76 *Pensionarius tenetur pro rata pensionis solvere subsidium & excusatum.*

77 *Rector si soluat integram pensionem pro rata, compensare & retinere potest.*

78 *Pensio constituta cum clausula,* * ut sit libera à solutione subsidij, * *solum operatur, donec labatur quinquennium.*

79 *Valor beneficii est attendendus, in solutione pensionis.*

80 *Pensionarius semper solvit pro rata subsidium & excusatum, secundum concordiam inter Regem, & statum ecclesiasticum.*

81 *Pensio est solvenda, appellatione remota.*

## QVÆSTIO LXII.

*Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari per censuras, ut non procedat contra clericum primæ tonsuræ, qui habet pensionem, super fructibus alicuius beneficij.*

VTilissima & in praxi valdè necessaria est huius quæstionis resolutio, & explicatio: quia sæpè controvertitur inter iudicem ecclesiasticum & secularem, ad quem pertineat cognitio causæ, contra clericum pensionarium; qui neque habet beneficium ecclesiasticum, neque sacrum ordinem, sed solum primam tonsuram, cum certa designatione pensionis super fructibus alicuius beneficij; & quilibet iudex intendit in causa occurrenti, civilitèr & criminaliter procedere; prout sæpius de facto in praxi mihi contingit; quæ controversia solet sæpè dirimi, implorato Regis auxilio, per viam violentiæ. Et pro iudice ecclesiastico ut debeat cognoscere in simili causa, sunt plura fundamenta. Primò: quia † pensio dicitur beneficium ecclesiasticum, & beneficij nomine intelligitur, ut docet Barbatia, *in c. ad audientiam, c. 2. de rescriptis.* Vbi tenet, pensionem esse beneficium, cum † ex fructibus beneficij deducatur; quam opinionem sequitur Paulus Romanus, *in tractatu, de pensionibus, c. 6. nu. 34. & c. 7. n. 16.* Gambarus, *de potestate legati, lib. 6. a n. 309.* & Maior, *in 4. q. 5. c. 25.* Et sic † ætas Concilij Tridentini, requisita ad obtinendum beneficium, requiritur ad obtinendam pensionem, & ita est intelligendus textus, † *in c. 6. ses. 23.* ubi sic respondit congregatio Cardinalium, ut refert Nicolaus Garcia, *de benef. 1. part. c. 5. n. 129.* quam opinionem tenuit Sa, *in sua summa, verbo, beneficium, n. 30.* & sic, cum eadem sit ratio, eadem debet adaptari iuris dispositio, *l. fin. ff. de calumniatoribus.*

Secundò comprobatur ista sententia; quia idem iuris est de toto, quoad totũ, quod de parte quo ad partem, *l. quæ de tota, D. de rei vindicat. l. etiã partem. D. de legat. 1.* Et sic, quemadmodum, qui possidet totum beneficium, utitur foro ecclesiastico; sic qui possidet partem beneficij: quia ea, quæ differunt secundum plus & minus, non differunt substantia, *l. fin. D. de fundo instructo, instrumentoque legato.*

Tertiò, laicus † coniugatus, non potest sine auctoritate Pontificis pensionem obtinere, ut docet Rebuffus, *de pacificis possessoribus, n. 153. alias. 136.* Navar. *cons. 34. de prebendis.* Flaminius Parisius, *de resignatione beneficiorum, lib. 4. q. 2. nu. 7.* Vaga, *in sua summa. 2. part. c. 60. casu. 1.* Navarr. *in manuali. c. 25. n. 128.* Fray Manuel Rodrig, *in sua summa, 2. to. c. 21. n. 12* Ergò, si † laicus non est capax pensionis, sequitur, quòd pensio non est res profana, sed beneficiũ ecclesiasticum, vel illi annexum. Et per consequens, pẽsionarius debet uti fori privilegio.

Quartò

Quartò pro hac sententia facit *constitutio* Pij V. 138. quam refert Nicolaus Garcia, *de beneficiis,*
7 *2.part.c.1.n.5.* Quæ † obligat pensionarios ad horas & officium Beatæ Mariæ: ex qua ratione pensio potest dici quid spirituale, vel spirituali annexum. Idemq; resolvit Marta, *de iurisdictione, 2. par.c.32.n.45.* ubi dicit, quòd habens pensionem beneficii ecclesiastici, gaudet privilegio fori, & est remittendus ad iudicem ecclesiasticum, ubi dicit, sic pluries fuisse Neapoli iudicatum: maxi-
8 mè, quia † iam pensio datur ob officium, sicut beneficium, ut tradit Navarr. *de restitutione, lib. 2. c.2.n.200.* & Enriquez, *in summa, lib.13.c.13.§.2.* ubi dicit, quod pensio datur titulo ecclesiastico, & auctoritate ecclesiastica: & sic, cum assignetur loco beneficii, ut commodiùs quis sustentari valeat,
9 nimirum † & pensionarius debet fori ecclesiastici beneficio gaudere. Ita Navar. *cons.63. & 59. & 61. & 65. de Simonia, & in manuali, c.23.n.111.* Mandosius, *regula.19.q.11.n.11.* Hieronymus Gabriel, *cons.191.n.8.lib.2.* qui dicit, pensionem non esse merè temporalem, cum dependeat à beneficio, & clerico assignata sit, & reservata pro alimentis. Ita Reduanus, *de spoliis clericorum, §. ex his, nu.6.* Flores, *q.21.n.199.* Celsus, *c.11.n.9 vers. pensio,* ubi expressè dicit, quòd pensio non est res profana, sed annexa spiritualibus. Vega, *in sua summa, de casib. conscientia, casu.37.* ubi dicit, pensiones cõcessas sæcularibus, esse quid spirituali annexum. Et idem tenet Rota, prout refert Flaminius Parisius, de resignatione benef. *lib.6.quæst.4.num.54.* quem refert Garcia, *de beneficiis, 1.p.cap.5.nu.19. & 21.*

10 Quintò comprobatur ista sententia, quia † si pensio esset res temporalis, sequeretur, quod posset quis propria auctoritate pecunia redimere pensionē; quod est, tanquam Simoniacum, prohibitum, ut docet Navar. *cons. 11. tit. de rebus Ecclesiæ, & consil.60. & 62. & 66. de Simonia.* Fuscus, *de visitatione, lib.2.c.26.n.40.* Salcedo, *ad Bernardum Diaz, c.41.lit.D.vers.7.* Flaminius, *de resignatione benef. lib. 6.quæst.2. à num.124. & 128. & in tractatu, de confidentia benef quæst.23.num.45. & 47.* Zerola, *in praxi Episcop.2. part. verbo, pensio, §.8. & verbo, pensionarius, §.1.* Adrianus, *Colibet. ad 5. Cordoba, lib.quæst.21.punct.1.* & alios refert, & sequitur Nicolaus Garcia, *de benef. prima par. cap.5.num.20. & 21.* contra Gigantem, *de pensionibus, quæst.89. & 99.* Bursat. *consil.126. num.90. ad fin.lib.2.* Duarenus, Reduanus, Caietanus, & Medina, & Guerrero, quos citat Garcia, *sup. numero 24.* Idem Bursatus, *cons 1.n.91.* Ergò cum pensio dicatur quid spirituale, sequitur, quòd pẽsionarius sit civiliter & criminaliter conveniendus coram iudice ecclesiastico, & non coram sæculari.

11 Sextò fulcitur hæc sententia, quia † pensio requirit clericatum, secundum stylum Curiæ, ut tradit Reduanus, *d.cap.14.nu.13. & de spoliis, §. ex his, n.6.* Navar. *cons.66.tit.de Simonia.* Marchesanus, *de commissionibus, 2.p.ca.4. de commissione appell.n.60. & 61.* Cucchus, *cap.11.num.70.* Rota,
12 *decis.139.lib.3. diversorum,* & sic † talis pensionarius debet portare habitum clericalem, & tonsuram, alioquin sunt ipso iure pensione privati, ut resolvit Garcia, *ubi sup.num.11.* & sic talis pensio ad instar beneficii debet regulari, per dependentiam. Hæc sunt, quæ faciunt pro iudice ecclesiastico, ut non faciat vim.

Sed † pro iudice sæculari sunt etiam plura fun- 13
damenta, imò quod sit pensionarius conveniendus coram eo, & quod ecclesiasticus vim faciat procedendo per censuras, ut se inhibeat à causæ cognitione. Et ratio fundamentalis est, quia † 14
pensio non venit sub nomine beneficii, nec ei cõpetit eius definitio: quia beneficium est ius percipiendi fructus, ex bonis Deo dedicatis, clerico propter divinum officium competens. Ita tradit Corrasius, *1. par. cap.2.n.1.* Peckius, *in regula, beneficium, num.2. de regul.iur.lib.6.* Cardinalis Toletanus, *in sua summa, lib.5.cap.76.* & tradit Hugolinus, *de censuris, tab 4. de suspensione, cap.8. in principio, numero primo.* Quintana Duennas, *in suo ecclesiastic.lib.1.cap.3.* Oieda, *de incompatibilitate beneficior. in præfatione, num.2.* Gonçalez, *in regul.8. Cancellar. gloss.5. in principio, à numero secundo.* Quam definitionem declarat Nicolaus Garcia, *ubi supra, 1.par.cap.2. num.4. cum sequentibus.*

Vnde cum pensionario, clerico in minoribus, non competat eius definitio, sequitur, non gaudere fori exemptione, cum † Concilium Triden- 15
tinum loquatur de clerico, qui obtinet beneficiũ ecclesiasticum, ut *in cap.6. sessione 23.* & non de eo, qui habet pensionem, quia si voluisset, expressisset, *cap.ad Audientiam, de decim.*

Secundò comprobatur ista sententia; quia † 16
pensio non est beneficium ecclesiasticum, neque appellatione beneficii continetur, ut tradunt Doctores, Dominicus Franchus, *in cap. quamvis, de præbend.lib.6.* Staphileus, *de literis gratiæ, & iustitiæ, in 9. forma spectativarum, n.27.* Selua, *de beneficiis, 1.p.q.3.n.11.* Caccia Supus, *de pensionibus, q.12. & fin.* Gigas, *de pensionibus, q.28.* ubi latè hoc declarat, *& in cons.30. aliàs, 139.* Nicolaus Delphinis, *de iure patronatus, lib.1.n.74.* Duaren. *de benef lib.2.c.4. & lib.6.c.4.* Palæot. *de nothis, & spuriis, c.58.n.4.* Mandos. *in reg.19. Cancellariæ, q 11. n.11. & cons.55.n.18. & consil.139.* Covar. *pp. ca.36. num.10.vers.4.* Guerrero. *in suo Thesauro, cap.61.* ubi dicit, quod pensio non est beneficium, quamvis uirtualiter videatur beneficium: Et istam opinionem sequitur Navarr. *cons.11. de constitutionibus, n.8. & cons.8. de iure patronatus, num.9. & consil.66. de Simonia, n.30.* & hanc dicit communem opinionem, Oieda, *de incompatibilit. beneficiorum, in præfatione, num.30 & in 2.p. quæst.7.* Azevedo, *in l.1.tit.4.lib.1.recopilat.n.5.* Lasarte, *de gabellis, c.19.n.24.* Quintana Duennas, *ubi supr. lib.1.c.3.n.13.* Parisius, *de resignatione beneficiorum, lib.1.q.10.n.69. & lib.2.q.5.num.11. & lib.11. q.4.num.31.* Suarez, *de censuris, 5.tom disput.13. sect.1.n.7.* & Hieronymus Gonçalez, *ad regulam, 8. Cancellariæ. gloss.5 §.5.* Et ita dicit esse tenendum, Nicolaus Garcia, *ubi supra, 1.part.cap.2.numero 5.*

Tertiò pro hac sententia facit textus, *in capit. quamvis, el.primi.de præbendis, lib.6.* textus, *in ca-*

*pit. ad Audientiam*, *el secund. de rescriptis*, ibi: * *Pensiones, seu beneficia.* * Et sic pensio, & beneficium sunt diversa. Et ob hanc causam, constitutio-
17 nes † *Pij V.* loquentes, de confidentijs beneficiorum, non habent locum in pensionibus, ut docet Navarr. *cons. 2. num. 6. de constitutionibus, & cons. 16. de Simonia.* Parisius, *de resignatione benef. lib. 6. quaest. 4. num. 51. & in tractatu, de confidentiis, q. 23.* & ita fuit resolutum in Rota, ut tradit *Gonca-*
18 *lez. glos. 5. § 5.* Et ob hanc causam † pensionarius non tenetur ad residentiam, ut tradit Capicius, *decision. 200. num. 3.*

19 In qua † varietate opinionum & rationum ad invicem contrariarum, talis distinctio adhibenda est: Quòd aut pensio est talis, quae possit obtineri per laicum; & tunc certum est, non sufficere primam tonsuram, cum pensione: quia tunc talis pensio non est insigne neque demonstratio clericatus, neque ad statum clericalem, vel officium divinum recitandum obligat: neque in hoc casu beneficio ecclesiastio aequiparari potest. Si verò pensio sit clericalis, & aequiparetur beneficio ecclesiastico, debet sub illa voce, in favorabilib⁹, cōprehendi. Et possumus exemplum constituere, in dict. decreto Concilij Tridentini: quia in principio statuit, ut ante decimum quartū annum nullus possit beneficium obtinere, & congregatio Cardinalium censuit ibi, sub beneficio pensionē comprehendi: ergò eadem ratione, cum inferius dicitur, clericum minorem, si habeat beneficium, privilegio fori gaudere; similiter etiam ad pensionem, verbum, * *beneficium,* * est extendēdum, ex mente sancti Concilij, iuxta eius declarationem illustrissimorum Cardinalium.

20 Sed † huic resolutioni adversari videtur alia responsio Cardinalium, (de qua *suprà*) qua cavetur, quod is, cui reservata fuit pensio, si non incedat in habitu, & tonsura, non gaudeat privilegio fori, ut refert Hieronym. Goncalet. *d. glos. 5. § 5. n. 6.* cuius verba sunt, * *Cui reservata fuit pensio, ut clerico, si non incidit in habitu, & tonsura, non gaudet privilegio fori.* * Ergò pensio non venit sub nomine beneficij: quia, si idem esset, sequeretur, quòd, licèt clericus non deferat habitum, dum tamen habeat beneficium, gaudeat fori privilegio, prout gaudet quilibet clericus beneficiatus. Et è contrario, si talis clericus pensionem habens non gaudet fori privilegio, quando non defert habitū & tonsuram (ut habetur in responsione Cardina-
21 lium) non † sufficeret sola pensio, sine aliis requisitis, ac proinde sub beneficio non comprehenditur; idem tenet Cened. *q. 36.* ubi refert decisionem Cardinalium, & resolvit, clericum pensionarium cōveniendum esse coram iudice saeculari, nisi deferat habitum clericalem.

Nec obstabit dicere, restringendum esse nomē beneficij propter favorem religionis, ne is, cui pēsio, tanquam clerico, & ministro Ecclesiae, reservatur, facilè habitum & tonsuram deferat, si absquè illis posset fori privilegio gaudere: quae ratio non
22 satis facit † Suarez, *de immunitate ecclesiastica, lib. 4. c. 27. nu. 11.* ubi iudicium in hoc puncto aliis remittit, nihil resolvens propter varias Doctorum sententias. Et plures casus refert Ioannes Aloisi Ricci, *in collectan. decis. collectan. 425.* ubi pensio sumitur pro beneficio.

In qua † quaestione, quia magis est necessaria 23
resolutio propter difficultatem ipsius, quàm in aliis, & quia assiduè cōtingit in praxi, & quia aequalis est militum numerus, resolutivè dicendum puto, quòd † aut pensio datur in titulum beneficij, ut 24
*in capit. conquerente, de clericis non residentibus,* ubi Abb. *n. 5.* tunc talis pensio est propriè beneficium, & appellatione beneficij venit: & parum interest, quòd appelletur pensio: quia est quaestio de nomine, cuiusvis non consistit in eo ita Cardinal. *in Clementina. 1. §. eadem, n. 4. de supplenda negligentia praelatorum* Caccialupus, *sup. q. 12.* Gigas, *q. 1. n. 1. & q. 18 n. 20. & q. 99. n 22.* Duarenus, *d. lib. 6. c. 4.* Redoan. & Covar. *sup.* Navar. *cons. 31. de cōstitutionib. in fin. & cons. 66. n. 30.* Cucch. *in inst. mai. l. 5. tit. 7. n. 17.* Lasarte, & Suarez. *sup.* & Hieronym. Goncal. *n. 43.* Si † verò loquamur de pensione, quae 25
simpliciter cōstituitur ad tempus super fructibus alicuius beneficij, & alicui assignatur authoritate superioris, de hac absolutè dicēdū est, non esse beneficiū, neq; beneficij nomine venire: quia talis pēsio nullā spiritualitatē habet, sed est quid merè tēporale, cuius laicus capax est, ut tradit Rebuf. *de pacificis possess. à n. 150. & 152.* Alba, *de concil. 2. p. c. 21.* & consuluit Bursat. *cons. 178 n. 28. li. 2.* ubi dicit, quod talis pensio, quae non datur in titulum non habet essentialia beneficij; quia † fructus bene- 26
ficij ab illo separati, sapiunt temporalitatem, ut diximus de decimis, *in quaestione, 55.* & sic, aliud est, possidere beneficium, aliud, fructus beneficij, *cap. si gratiosè,* iuxta glossam, *verbo, beneficia, capit. si propter, versiculo. fructus, de rescriptis, lib. 6.* Et sic † 27
pensionarius potest disponere, sine licentia Pontificis, de huiusmodi fructibus, reservatis loco pensionis, sicut de rebus patrimonialibus: & † 28
haeredi pensionarij competit ius exigendi pensiones praeteritas, & non solutas, ut docet Gigas, *cons. 36. nume. 7. & in tractatu de pensionibus, quaestione. 52. numer. 2.* Iulius Clarus, *receptarum sentent. §. testamentum, quaestione. 27. in fin.* Albanus, *consil. 25.* quos refert, & sequitur Bursatus, *ubi super. numer. 29. & 30. & 37. versicul. concluditur ergò.* Quā distinctionem sequitur Nicolaus Garcia, *1. part. de beneficiis, capit. 5. numer. 5.* & Lasarte, *de gabellis, cap. 19. numer. 24 & 25.* ubi sic intelligit † decre- 29
tum Concilij Tridentini, *capit. 2. ses. 21.* ubi dicit, clericos † saeculares obtinentes Pensiones, ad sa- 30
cros ordines non esse admittendos; quod est intelligendum, nisi pensio habeat naturam beneficij ecclesiastici: quia tunc ad titulum pensionis possunt ordinari, servata necessitate Consilij Tridentini, *cap. 2 ses. 21.*

Sed † his non obstantibus, verius existimo, pen- 31
sionarium non gaudere privilegio fori, sive pensio detur in titulum, sive non, nisi servetur forma declarationis Cardinalium, quia cum his qualitatibus gaudebit, aliàs non, ut tradit Hieronymus Goncalez, *ubi supr. nume. 6.* qui hoc bene fundat, & defendit, tanquam magnus practicus, & advocatus Curiae Romanae. Et Flaminius, *de resignatione, lib. 1. quaestione. 11. numer. 70. & liber. 2. quaestione. 15. numer. 15.* Azeved. *in l. 1. tit. 4. liber. 1. num. 5. recopi-*

*recopilationis*, & ita casus violentiæ terminandus est.

32 Si † verò aliquis obtineat capellaniam ad nutum amobilem, etiam si collativa de facto fiat, nō debet gaudere fori privilegio, cum non sit titulus perpetuus, ut tradit Maiolus, *de irregularitate, lib. 4. cap. 15. num* 4. Salcedo, *in pract. ad Bernardum Diaz, cap. 18. nu. 8.* Et hanc dicit communem opinionem Flaminius, *de resignatione beneficiorum, lib. 2. quæst. 6. num. 2. & 3.* & alios refert, & sequitur Nicolaus Garcia, *1. part. cap. 2. numer.* 83. & 84. ubi dicit, quòd † titulus, ad quem quis sacris ordinibus ordinatur, debet esse perpetuus, tàm ex parte dantis, quàm ex parte recipientis, ut *in cap. 2. sessio. 21.* Concilii Tridentini. Et licet collatio inducat titulum perpetuum, facultas amovendi capellanum, inducit titulum temporalem.

34 Ex quibus infero, quod † si capellania fuerit amobilis ad nutum patroni (prout sæpè contingit) quod licet clericus in minoribus non possit ordinari ad titulum ipsius, si de facto ordinetur sine causa non potest removeri, maximè accedente malitia patroni, ut tradit Cardinalis, *in Clemētina, 1. §. permissa, num. 4. de supplenda negligentia Prælatorum.* Decius, *in cap. ad nostram, num. 23. de confirmat. utili, vel inutili*, Navarr. *commentario. 2. de regularibus, numero* 65. Manuel Rodriguez, *1. tomo. quæstio. regul. quæstione* 34. *articulo nono.* Et ita vidi iudicatum, prout refero,

35 *lib. 1. commun. quæstione 425. in fin.* Et licet † hanc nostram opinionem impugnet Nicolaus Garcia, *de beneficiis, 1. part. cap. 2. num. 90.* quia capellania ad nutum, sine causa possit amoveri, ut tradit Lambertinus, *de iure patronatus, 1. part. lib. 1. quæstione 9. artic. 1. numero* 71. Gutierrez, *libr. 1. practicarum quæstione undecima*, adhuc tamen insistimus in hac nostra opinione, propter eius pra-

36 cticam, & observantiam. Quod † nuper mihi cōtigit de facto in lite valde controversa, inter patronos capellaniarum Ferdinandi Ortiz, & suos capellanos, qui ex simili clausula, * *ut capellanus sit ad nutum patroni amobilis*, * fuerunt exclusi, & alii nominati, ex eo, quia petebant, ut integrè solveretur eis pensio designata à testatore, quæ à patrono fuit diminuta certis de causis, quia decreverunt facultates: & nervosè defendi, dictos capellanos manutenendos esse in sua possessione: quia malitiosè & sine causa fuerunt exclusi. Et sic fuit iudicatum in hoc consilio domini Archiepiscopi Toletani, per suos gravissimos & integerrimos iudices suæ gubernationis. Et fundamenta huius opinionis referre libuit, cum sæpè casus de facto contingat, & ad formandos articulos per viam violentiæ, sit maximi ponderis & momenti.

Et in primis confirmatur nostra opinio, ex auctoritate Pontificis Honorii, 3. *in cap. exposita, de*

37 *arbitris*, ubi † quotiescunque aliquid committitur arbitrio alicuius, debet intelligi de arbitrio iusto & honesto, secundum rationem, & non de arbitrio, & voluntate absoluta. Quam sententiā confirmat Marcellus Iureconsultus, *in l. si libertus ita iuraverit. 30. D. de operis libertorum*, ibi: * *Non aliter ratum est arbitrium patroni, quam si æquum arbitratus sit, & ferè ea mens est personarū arbitrio substituentium, ut, quia sperent, eum rectè arbitraturum, id faciant, non quia vel immodicè obligari velint. Lex* 24. *tit.* 4. *part.* 3. *in fin.* ibi: * *E si cosa desmesurada mandasse, deuese enderecar por aluedrio de bomes buenos.** Bonus † vir *in dict. lege*, idem est, quod iudex, *Lex, vir bonus, D. iudicatum solvi*, & sic, si patronus malè arbitratus sit, debet iudex causæ suum arbitrium moderari: quia illa facultas movendi & removendi, intelligitur prudentialiter, & non iniuriosè & dolosè, prout faciunt plurimi patroni in contemptum capellanorum. Pro qua sententia est etiam bonus textus, † *in l. si fideicommissum, § si sic fideicōmissum, D. de legatis, 3.* ibi: * *Non enim plenum arbitrium voluntatis hæredi dedit, sed quasi viro bono commissum relictum*, * & est etiam textus pro hac opinione, *in l. si in lege locationis, D. locati*, ibi: * *Si in lege locationis comprehensum est, ut arbitratu domini opus approbetur, perinde habetur, ac si boni viri arbitrio comprehensum est*, * *Lex Thais ancilla, §. sorore, D. de fideicom. libertatibus*, ibi: * *Nō spectandum, quod hæredibus displicet, sed id, quod viro bono potest placere.** Et alia iura congessit in proposito Aymon Cravetta, *consi. 190. num. 5. lib. 1.* Afflictis, *decis. 91. num. 9.* ubi † omnis dispositio, 40 quæ denotat liberum arbitrium, debet restringi ad arbitrium boni viri, id est, secundum rationē & prudentiam, & non dolosè & iniuriosè, & sine causa, ut colliges ex traditis per Pelaez de Mieres, *de maioritatibus, 1. part. lib. 3. quæstione 1. numero* 37. Pro qua sententia potest etiam expendi text. *in capite, veniens, & in cap. sanè, de renunciatione*, & est gloss. finalis, *in l. penultima, D. de receptis arbitris*, & plura similia tradit Pinellus, *in rubrica, de rescindenda, vendit. 1. part. num. 30. ad finem*, Burgos, de Paz, *consil. 21.* qui loquitur in officio tabellionatus, quia † semel nominatus, nō 41 potest sine causa removeri. Mieres, *ubi supra, 4. part. quæstione 10. num. 6.* & ego plures refero, *libr. 1. communium, quæstione 425. à numero 24.* Goncalez, *gloss. 5. §. 6. num. 41.* & don Ludovicus Peguera, *decis. 227. num. 12.* & plures refert Bobadilla, *in sua Politica, lib. 1. cap. 16 numero 2.* Pro hac † etiam opinione expendi potest, textus, *in* 42 *cap. 1. de officio custodis, cap. ad hæc, de officio custodis, capit. ad hæc, de officio Vicarii, capite primo de capellis monachorum, capit. in Lateranensi, 31. de præbendis.* Et ob hanc rationem, quoties † re- 43 curritur ad supremum Regis consilium, sive in causis temporalibus, seu ecclesiasticis, defenduntur, qui de facto sunt eiecti à sua possessione, vel detentione, donec per causas legitimas constiterit de revocatione officii, vel beneficii, vel servitii: quia facultas ad nutum amovendi, non excedit metam rationis, imò reducitur ad arbitriū boni viri, ut sæpiùs vidi iudicatum, ut tradit Rebuffus, *de pacificis possessoribus, numero 275.* & huius rei exemplum habemus, *in cap. si sacerdos, de officio ordinarii. Canon, dilectissimi, 8. q. 2.* ubi gloss. *verbo, iudicari, l. iurisperitus, D. de excusat. tutorū, l. quisquis, D. si certū petatur, l. solet, §. sicut autē, D. de offic. procōsulis.* Et plura refert Gutier.

44 de iuram.confirmat.1.part.ca.59 num.19. qui †
loquitur de Vicario Episcopi. Et Molina, de pri-
mogeniis, lib.1.cap.25.num.17. Menochius, de ar-
bitrariis, casu 69. Gamma, decisione. 146. pro qua
sententia potest etiam ponderari, text. in cap.1.
45 de natura feudi, ubi licet † Princeps possit à prin-
cipio feudo investire non potest sine causa feudo
privare, ibi: * Si Princeps investierit de aliquo
feudo, non potest eos de vestire, sine culpa, * & to-
46 tus titulus de feudo. sine culpa, non amittendo, †
l.2.tit.10.part.2. ibi: * Poniendo à cada uno en su
lugar qual le convinie re, y otro si mantenerle en el,
no faciendo porque lo deviesse perder.* Et ob hanc
causam dicit Mieres, ubi supra, 4.part. quæst.10.
47 num 5. quod † officium datum ad beneplacitum
concedentis, est perpetuum. Et hanc dicit com-
munem opinionem Padilla, in l. cum quis, num.
34 C.de iuris & facti ignorantia. Aviles, in capite
Prætorum, capite 1.num.4. Barbosa, in l. quia ta-
le, num.89. D soluto matrimonio, pro qua senten-
tia est bona lex Partitæ, 32. tit.7.part.1. ubi Gre-
gorius.

Vltimò pro confirmatione huius sententiæ,
48 est † optima decisio Rotæ, quam citat Hierony-
mus Goncalez, in regula Cancellariæ, gloss.5.§.6.
49 num.60. ubi dicit, quod † Rector parochialis
Ecclesiæ, nominatus ad nutum patroni, non po-
test removeri, etiam si probetur, quod patro-
nus est in possessione removendi. Et ita fuit iudi-
catum in una Toletana iuris nominandi. 29. No-
vembris, anno 1592. ut refert ipse Hieronymus
Goncalez, ubi supra num.91. & verba decisionis
sunt sequentia, * semel rector deputatus, non po-
terit ad nutum amoveri à patronis, etiam quod al-
legarent esse in possessione ita faciendi, & etiamsi
ius patronatus esset alicuius communitatis, sed per-
50 petuo Ecclesiæ remanebit.* Quod † absque dif-
ficultate procedit, si aliquo modo constet de ma-
litia patroni, cum animo se vindicandi, ut tradit
Rota, tit. de restitutione spoliatorum, decis.1.in an-
tiquis, num.1. quem refert, & sequitur Nicolaus
Garcia, de beneficiis, gloss.5 §.6.num.48. idem te-
net Navarr. in cap.non dicatis, num.66. 12. quæst.
1.versic.addo octavo. Pro qua sententia est alia de-
cisio Rotæ. 788. in prima parte diversorum, nume-
ro secundo.

51 Nec † superiori resolutioni obstat opinio
Nicolai Garciæ, de beneficiis, 1.part.cap.2.num.85.
ubi dicit, quod capellanus ad nutum nominatus
potest removeri, etiam sine causa, reprobans no-
stram opinionem contrariam, (de qua in quæst.
325.num.fin.) quia, ut superius probatum est,
semper Rota iudicavit pro mea opinione, & pro
ea vidi sæpiùs iudicatum in hoc consilio domini
Archiepiscopi Toletani, & ipse Nicolaus Garcia,
proprio ore convincitur, ut ipse tradit, num.80.
52 & 90. ubi dicit, quòd † beneficium ad nutum
à mobile, potest sine causa removeri, cessante ma-
litia & dolo patroni. Ergò cum quælibet remo-
tio sine causa, censeatur dolosa, benè sequitur,
quòd nostra opinio sit vera. & tenenda: de qua
iam non est dubitandum, propter auctoritatem
Rotæ.

53 Nec prædictis obstat dicere, quòd † voluntas
testatoris est servanda, in forma specifica. l. Mæ-
vius, lex qui hæredi, D. de conditionibus & demon-
strationibus. Authentica de nuptiis, §.disponar, col-
lat.4. & sic, cum testator disposuisset, capellanũ
cum causa, & sine causa, ad nutum patroni posse
removeri, illud est servandum pro lege; quia re-
spondeo, quod iudex magis utilitatem rei, quam
voluntatem testatoris sequi debet, l. nemo potest,
D. de legat.1. & tradit Sarmient. lib.1. cap.11. nu-
mer.12.& 13. ubi refert exempla, & verba seque-
tia, * omnia enim facta ad pietatem pertinentia
Episcopo interesse oportet, quamvis testatoris, vel
donatoris verba, cõtraria voluntatis expresserint.*
Idemque docet, in cap.8. num.21.

Si † verò agatur de ordine suspiciendo ad 54
titulum capellaniæ, licet amoveri non possit sine
causa, ut supra probatum est, non erit titulus suf-
ficiens, ut quis possit ordinari ad titulum similis
capellaniæ, cum saltem cum causa possit capella-
nus removeri, ut contingit, quando non sunt ob-
servatæ qualitates & conditiones fundationis,
quia tunc non dicitur habere titulũm perpetuũ,
cum possit deficere conditio per casus impoten-
tiæ, vel noluntatis, ut in l. Pater Severianam, D.
de conditionibus, & demonstrationibus, cum possit
contingere, quod remaneat ordinatus, & postea
privatus dictâ capellaniâ, & sic non potest ordina-
ri de iure ad titulum similis capellaniæ, & † si or- 55
dinetur, benè sequitur, quòd talis capellanus nõ
gaudebit privilegio fori, cum non habeat bene-
ficium, neque capellaniam, titulo perpetuo col-
lationis, quod est necessarium, ut ex dict. decreto
Concilii Tridentini, & supra probatum est.

Ex quibus venit intelligenda decisio textus,
† in l.2.tit.4.lib.1.recopilationis, ibi: * Los cle- 56
rigos de corona, y menores ordenes, que confor-
me al decreto del santo Concilio, pueden gozar
del privilegio del fuero, sea, y se entienda tan so-
lamente, quanto al privilegio del fuero en las
causas criminales. Pero † en todas las demas, 57
assi en el pechar, como en el pagar al cavala, y en
todas las otras cosas, no seam exemptos, ni gozen
del privilegio, y paguen, y contribuyan, como
los legos, y en esto, y en todo lo demas sean avi-
dos por tales, salvo los que actual mente tuvierẽ
beneficio ecclesiastico.* Quæ lex procedit, &
debet practicari, etiam si aliquis habeat capella-
niam ad nutum, quia † non facta collatione, non 58
dicitur beneficium ecclesiasticum, ut tradit Aze-
vedo, ubi supra, num.7. in l. tit.4. lib.1. recopilatio-
nis, Gutierrez, de gabellis, lib.7. quæst.91. num.23.
ubi dicit, quod est necessarium, quod detur ca-
pellania in titulum perpetuum à Papa, vel Ordi-
nario, quam opinionem sequitur Cenedo, quæ-
stio.4.num.37. ubi hoc declarat, ultra Gutierr.
qui ampliat. licet capellanus solvat subsidium, &
excusatum, & subiaceat visitationi Episcopi: quia
nihilominus talis clericus in minoribus consti-
tutus, non gaudebit privilegiis immunitatis tri-
butorum & gabellarum. Quam legem novissi-
mè declarat Gutierrez, dict. lib.7.quæst.91 num.5.
& num.10. ampliat, etiam si † talis clericus primæ 59
tonsuræ, habeat pensionem ecclesiasticam: quia
non ex eo erit immunis à gabellis, nisi talis pen-

sio

ſio ſit conſtituta in titulum beneficii, ut tradit A-
zevedo, *in l.1.tit.4.lib.1.recopilationis*, *numero 5.*
*& 7.* Flaminius, *de reſignatione beneficiorum*, *li-
bro 1. quæſtione 10. num. 68. & lib.2. quæſtione 15.
numero undecimo*, ubi hanc dicit communem o-
pinionem. Quam in propriis terminis ſolutionis
gabellæ, tenuit Laſarte, *de decima venditionis*, *c.
19.num.24.* Oieda, *de beneficiis, 2. part.capite 7.
numero 4.* & ita reſolvit congregatio Cardina-
lium, ut tradit Flaminius, *ſupra, num.fin.& in li-
bro 2. quæſt.15.*

60 Sed † hæc opinio, licet ſit receptiſſima, ut
ſupra traditum eſt, non reperio rationem diffe-
rentiæ, quando penſio detur in titulum, ſive non:
quia in utroque caſu, ſi penſio conſiſtit in tempo-
ralitate, & non eſt beneficium eccleſiaſticum,
quo iure talis penſionarius non tenebitur ſolve-
re gabellam, cum noſtra lex non de penſionario,
ſed de beneficiato loquatur. Et quemadmodum
non gaudet privilegio fori penſionarius, ut ſupra
reſolvimus, cum Goncalez, *gloſ.5 §.5. num.6.* ſi-
militer etiam non gaudebit privilegio non ſol-
vendi gabellam, cum reputetur, ut ſæcularis. Si
verò deferat penſionarius habitum & tonſuram;
tunc ſecundum declarationem illuſtriſſimorum
Cardinalium, ſicut gaudebit ipſe privilegio fori,
gaudebit etiam privilegio immunitatis gabellæ:
ſed non ex eo, quia penſio fuit data in titulum,
ſed quia defert habitum & tonſuram, prout re-
quiritur in dicta declaratione. Et ſecundum hanc
diſtinctionem eſt terminandus articulus violen-
tiæ, cum caſus de facto contingat.

61 Ex quibus infero, cum † penſio non ſit be-
neficium eccleſiaſticum, etiam ſi detur in titu-
lum, poſſe filios illegitimos, qui ad ordines ſunt
diſpenſati, obtinere penſionem, ſine alia diſpen-
ſatione, ut tradit Cardinalis Palæotus, *de nothis,
& ſpuriis, cap.58. à numero quarto.* Zerola, *in pra-
xi Epiſcop. prim.part. verbo, ordo, §. 4. circa fin.*
Hieronymus Goncalez, *dict.gloſ.5. §.5. à numero
vigeſimo quarto*, dicens, quòd ita obſervat Rota,
quæ, cum illegitimus ſit diſpenſatus ſuper cleri-
catu, non indiget alia diſpenſatione, ad obtinen-
dam penſionem. Pro qua ſententia refert plures
deciſiones Rotæ, Nicolaus Garcia, *de beneficiis,*
62 *prim.part cap.5. num.117.* ubi † *num. 119.* illud
declarat, ut procedat in penſione, quæ datur pro
ſtipendiis, non tamen in penſione, quę datur in ti-
tulo beneficii, ut tradit Navarr. *conſil. 5. de filiis
presbyterorum, & conſil.61.numero tertio*, ubi di-
cit, quòd de ſtylo Curiæ, requiritur quod ſit le-
gitimus. Et Zechus, *de beneficiis, & penſionibus,
capite undecimo, numero ſeptimo.* Sed quidquid
63 ipſi Doctores referant, non † video de iure, ille-
gitimos eſſe incapaces penſionis, cum ſit quid tē-
porale, ſive detur in titulum, ſive pro ſtipendio,
64 & congrua ſuſtentatione. Et † ſtylus Curiæ mo-
do eſt albus, modo niger, & ſit mutabilis, ad mu-
tationem novi Papæ, ut in *cap. quam gravi, de cri-
65 mine falſi*, & illegitimus † habet fundatam ſuam
intentionem, & capacitatem, & qui voluerit cō-
trarium, non debet audiri: quia ſtylus non eſt in
corpore iuris; & iudex ordinarius debet ſecundū
ius ſcriptum ſententiam proferre, & non ſecun-
dum quod Doctores de ſtylo Curiæ ſcribunt, pro
qua ſententia pondero † declarationem Cardina- 66
lium, *ad dict. cap.7. ſeſſ.24. de reformat.* Vbi in una
cremonenſis cenſuit, quod † incapacitas homi- 67
cidæ ad beneficium, non extenditur ad penſionē.
Cuius literam refert Nicolaus Garcia, *de benefic.
ubi ſup.num.136.* Et ſic dicit Sa. *in ſua ſumma, ver-
bo, homicidia, num.21.* quod † homicida volun- 68
tarius, non eſt incapax penſionis, ex congrega-
tione Concilii. Et ſequitur Suarez, *tom.5. diſput.
44.ſect.4.n.39.* ubi dicit, illud à fortiori procede-
re in quacunque irregularitate. Ergò ſi incapax
beneficii, eſt capax penſionis; quare illegitimus,
qui habet penſionem, (licet in titulum,) non poſ-
ſit eam obtinere, cum de iure nulla ſubſiſtat in-
capacitas.

Et ſic † filius illegitimus, qui eſt diſpenſatus 69
ad beneficium, poterit obtinere penſionem, ut
docet Gigas, *de penſionibus, quæſt.19.in fin.* ubi di-
cit, quod, ſi eſſet iudex, ſemper iudicaret; illegi-
timum diſpenſatum, quo ad ordines & beneficia,
eſſe capacem eccleſiaſticæ penſionis. Idem tenet
Rebuffus, *titulo, de diſpenſatione ſuper defectu
natalium, num. 82.* Quæ ſententia placet Nico-
laò Garcia, *ubi ſupra, numero 150.* ſed † ſi acce- 70
ptet penſionem, non poteſt poſteà obtinere be-
neficium: quia diſpenſatio eſt ſtricti iuris, & in-
telligitur de primo actu, ut tradit Mandoſius,
*conſil.2.num.3.* Navar. *conſil 9. de præbendis.* Nec
diſpenſatio ad penſionem eſt neceſſaria, ut obti-
neatur à Pontifice per illegitimum: quia † Epi- 71
ſcopus ſicut poteſt diſpenſare ad beneficium ſim-
plex, ut in *cap. 1. de filiis presbyterorum lib.6.* po-
teſt † etiam diſpenſare ad obtinendam penſio- 72
nem, dum † penſio non conſtituatur à patre: 73
quia obſtaret decretum † Concilii Tridentini, 74
de quo *in cap.15. ſeſſ. 25. de reformatione*, quam
ſententiam, contra Gigantem, tenet Nicolaus
Garcia, *ubi ſup.num.159.*

Ex quibus infero, quòd † cum penſio impo- 75
natur ſuper fructibus beneficii, quòd † pro rata 76
penſionis tenebitur penſionarius ſubſidium &
excuſatum ſolvere, & alia onera, quæ concer-
nunt fructus, ut tradit Gigas, *de penſionibus, quæ-
ſtione 38. & 59. & 66. & 90. & in conſil.117.* Gam-
barus, *de officio legati, lib.6. quæſtione 5. à numero
20.* Navarrus, *conſil.1. de eccleſ. ædificand.* Vala-
ſcus, *de iure emphyt. quæſtione 17. numero 9.* Ioan-
nes Garſias, *de expenſis, cap.11.num.58.* Moeda-
nus, *deciſ.4. alias, 234. de locato.* Puteus, *deciſio.
386. libro 2.* & † ſi rector ſolvat integrām penſio- 77
nem, poteſt retinere pro rata, ut tradit Decius,
*conſil.156.* Cacciaſupus, *quæſtione 17.* & ita iudi-
cavit Rota, *deciſ.298.num.3.in 1.part. diverſorum*,
quam deciſionē refert ad literam Nicolaus Gar-
cia, *de beneficiis, 1.part, cap.5 num.174.* ubi † il- 78
lud procedit, non obſtante clauſula penſionis,
* *quòd ſit libera ab omni onere*: * Quia talis ex-
emptio fuit ſublata, *per conſtitutionem* Gregorii
31. in una Toletana excuſati; in qua re † debet 79
attendi verus valor beneficii, & eius qualitas, &
onera. Et ſic vidimus † penſionarium, ſemper 80
ſolvere ſubſidium & excuſatum pro rata, licet
contrarium contineatur in bulla penſionis, ſe-
cundum

cundum concordiam factam inter Regem nostrum, & statum ecclesiasticum, quia exemptio illa solum durat pro quinquennio, & non ultra, ut tradit ipse Nicolaus Garcia, *ubi supra, num.* 173. Si verò clericus sit impeditus, non tenetur ad solutionem pensionis, ita Rota, apud Seraphinum,
81 *volum.* 2. *decis.* 1351. & quòd † pensio sit solvenda appellatione remota, tradit Garcia, *de benef.* 1. *par. cap.* 5. *num.* 57.

## SUMMARIUM.

1 *Clericus debet puniri in eo loco, ubi delictum perpetravit.*
2 *Appellari potest, quando iudex procedit ad ulteriora, non obstante declinatoria fori.*
3 *Quoties opponitur exceptio declinatoria, ea prius est terminanda, quàm ad ulteriora procedatur.*
4 *Iudex non debet esse dubius de sua iurisdictione.*
5 *Exceptio declinatoria examinanda est ante litis contestationem.*
6 *Qualitas, quæ tribuit iurisdictionem, examinanda est, antequam procedatur in causa.*
7 *Iudex, de cuius iurisdictione dubitatur, an sit iudex in propria causa.*
8 *Concordia in dubio proposito refertur.*
9 *Fundamenta pro prima opinione referuntur.*
10 *Extra territorium ius dicenti, non paretur impune.*
11 *Inquisitio sine accusatore, non procedit.*
12 *Iurisdictio iudicis originis, non offenditur, propter delictum alibi commissum.*
13 *Punitio est facienda in loco delicti.*
14 *Inclusio unius casus, est exclusio alterius.*
15 *Contraria opinio, in quæstione proposita defenditur.*
16 Lex. 1. C. ubi de crimine agi oporteat, *declaratur.*
17 *Reipublicæ interest, ne delicta maneant impunita.*
18 *Doctores pro hac opinione referuntur.*
19 *Iudex potest procedere contra subditum, pro iniuria sibi ab eo facta, neque potest iudex in causa propria.*
20 *Practica circa resolutionem quæstionis refertur, & iudicatum.*

## QUÆSTIO LXIII.

*Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, cognoscendo contra clericum, pro delicto commisso in alio territorio.*

CLericus huius civitatis Toleti vicinus, & domiciliarius illius, commisit delictum in civitate Burgensi: Vicarius Toletanus procedit contra eum: ipse declinat iurisdictionem, di-
1 cens, quod ille non est iudex competens: quia † in eo loco debet quis puniri, in quo delinquit. Vicarius verò, non obstante exceptione declinatoria fori, & reiecta appellatione, ad ulteriora procedit. Ipse verò interposuit appellationem ex eo solum, quòd iudex ad ulteriora processit, ex traditis per Franciscum Beccium, *cons.* 31. Baldus, *cons.* 277. *lib.* 1. *num.* 3. Ruinus, *cons.* 117. *num.* 18. *lib.* 5. qui tenent, quod † potest appellatio inter- 2
poni ex eo solùm, quòd iudex, non obstante declinatoria fori, ad ulteriora procedit. Dubium vertitur, an dictus Vicarius faciat vim, tàm in procedendo, quàm in exequendo. Et antea quæ ista quæstio resolvatur, animadvertendum est, quod † quotiescunque opponitur exceptio de- 3
clinatoria, priùs terminanda est dicta exceptio, saltem summariè, quam ad ulteriora procedatur; & ratio est, quia † oportet, ut iudex sciat se iudi- 4
cem, antequam iurisdictionem exerceat: & sibi debet aliquid constare, non sufficit sola allegatio, ut docet Bart. *in l. præscriptione, num.* 8. *C. si contra ius, vel utilitatem publicam*, dum † vult huius- 5
modi exceptionem esse examinandam ante litis contestationem. Idem repetit *in l. C. ultima*, §. *sed cum scimus, C. de temp. appellat.* Paulus de Castro. & Ias. *in l. cum quidam*, §. *quoties, numer.* 3. *D. de iurisdictione omnium iudicum*, & docet Felinus, & Abb. *in cap. si clericus laicum, num.* 3. *de foro competenti.* Neque † sufficit, quòd qualitas, 6
quæ tribuit iurisdictionem, probetur in prosecutione causæ, ut tradit Ioannes Petrus Bemius, *consil.* 66. *num.* 16. ubi etiam dubitat, an iudex, † 7
de cuius iurisdictione dubitatur, sit iudex in causa propria, & an iurisdictio sit sua, quod disputat Ias. *in l.* 2. *à num.* 16. *& 23. D. si quis in ius vocatus, non ierit*, Abb. *in cap. cæterum, de iudiciis*, gloss. *verbo, copia, in cap. statutum*, §. 1. *de rescriptis lib.* 6. Corsetus, *singulari*, 149. *verbo, iurisdictio.* In † qua- 8
re ita resolvenda est controversia. Quia aut dubium est super persona iudicis, an debeat esse ecclesiasticus, vel sæcularis; & tunc aut est appellatum à declinatoria iurisdictionis, vel non; tunc si appellatio interponatur, non potest iudex ad ulteriora procedere: quia facit vim, cum sit dubius de sua iurisdictione: Si verò non fuerit appellatum, rectè procedit: Aut contentio est super re & lite, de qua agitur, & non dubitatur de iurisdictione iudicis: tunc rectè potest ad ulteriora procedere, non obstante declinatoria. Si verò declaretur iudex, & appellatio interponatur, non potest amplius procedere in causa, quia per viam violentiæ omnia reponentur, ut tradit Bemius, *supr. num. fin. consil.* 31.

Quibus † sic positis, pro faciliori intelligen- 9
tia huius quæstionis, pro clerico, qui extra territorium delictum commisit, facit regula textus, *in l. fin. D. de iurisdictione omnium iudicum, cap.* 2. *de constitutionibus, lib.* 6. ubi † extra territorium 10
ius dicenti, sive civiliter, sive criminaliter procedat, non paretur, ubi illud notant Doctores, & aliàs officium iudicis ordinarii extenderetur ultra territorium: & sicut non extenditur iurisdictio, sic neque eius officium, ut arguit Bonifacius de Vitalinis, *in tractatu, maleficiorum, tit. de Inquisitione, num.* 54.

Secundò facit, quia † inquisitio sine accusa- 11
tore, est contra regulas iuris, *lex, rescripto*, §. *si quis accusatorem, D. de muneribus, & honoribus.* Et

Et cum inquisitio tendat ad publicam vindictam,
11 ex † delictis factis extra territorium, non potest dici iniuria facta Reipublicæ, cui ipse iudex præest, neq; eius iurisdictio offenditur, cum iniuria facta sit principaliter reipublicæ iudicis illius territorii, in quo delictum commissum fuit: & sic ad ipsum spectat punitio, & non ad iudicem originis.

13 Tertiò, quia † in eo loco debet quis puniri in quo delinquit, *l. si cui, §. ult. de accusationibus, authentic. qua in provincia, C. ubi de crimine agi oporteat.* Ergò non potest ab alio iudice puniri:
14 quia † inclusio unius est exclusio alterius. *l. cum Prætor, D. de iudiciis, l. Maritus, C. de procuratoribus.* Quam opinionem, pluribus citatis, diximus esse communiorem *in lib. 2. practicarum quæstione* 678. quam opinionem dicit communiorem contra plures, & eam sequitur Franciscus Beccius *consil. 93.* ubi refert sex fundamenta, & reprobat Bursatum, *consil. 77. vol. 1.*

15 16 Sed † pro iudice domicilii, facit text. *in † l. unica, C. ubi de crimine agi oporteat*, ibi: *Vbi commissa, vel inchoata, vel ubi reus criminis reperitur.* Et sic, cum reus criminis reperiatur in suo domicilio, & constet de delicto ab eo perpetrato iudici domicilii, sequitur, quòd possit adversus eum
17 procedere, quia † expedit Reipublicæ, ne delicta maneant impunita, *l. congruit D. de officio præsidis.*
18 Quam † opinionem ultra Doctores, quos congessimus, *ubi supra, in nostra quæstione, 678.* tenet Iulius Clarus, *lib. 5. receptarum sententiarum, §. ultimo, quæst. 34.* Et Franciscus Marcus, *decis. 184.* Prosperus Farinacius, *tit. de inquisitione, quæstione 7. num. 19.* Rolandus à Valle, *consil. 19. volum. 2.* & in hac quæstione refert duas communes opiniones Bursatus, *consil. 77. num. 2. volum. 1.* qui sequitur istam opinionem, quam latè confirmamus *in dict. quæstion. 678. à num. 9.* ubi legem Regni ponderamus. Et ultra ibi tradita, disputat nostram quæstionem ad partes, Andreas Fachineus, *libr. 8. controversiarum iuris, cap. 20.* ubi hanc sequitur opinionem, & respondit fundamentis contrariæ sententiæ. Idem novissimè tenet, *consil. 59. lib. 2. consiliorum à num. 10* ubi dicit, quòd hæc est communior & recepta sententia, ex Covarruvia, *practic. quæst. cap. 2. post numerum 6.* Et illud ampliat Fachineus, *dict. cons. 59. num. 9.*
19 Etiam si † iniuria facta fuerit ipsi iudici: quia nihilominus potest procedere contra subditum. Ita Oldradus, *cons. 7.* Alexand. *cons. 13. num. 10. libro 6.* Rolandus, *cons. 48. lib. 2. & cons. 19. num. 19. eodem volumine.*

20 Ex quibus † in quæstione proposita resolutivè tenendum est, iudicem ecclesiasticum domicilii, vim non facere, procedendo contra clericum delinquentem extra territorium, ex rationibus de quibus supra: nisi fuerit iam punitus à iudice territorii, ubi delictum perpetratum fuit, quia tunc non debet amplius procedere ad delicti punitionem, neque per inquisitionem, argumento textus, *in cap. de his, de accusationibus.* Et si non obstante sententia, iterum velit iudex originis procedere, interposita appellatione, & implorato auxilio Regali, omnia reponentur, declarando, iudicem domicilii vim facere, iterum de causa iam iudicata cognoscendo: quia, licet uterque iudex habeat iurisdictionem, ut ponderant Doctores, *ex dict. l. 1. C. ubi de crimine agi oporteat*, cum causa sit ab uno præuenta & iudicata, alter non debet amplius procedere, cum iam delictum nõ remaneat impunitum, quod semper lex desiderat, *l. si ita vulneratum, D. ad legem Aquiliam, cap. non est crudelis, 23. quæstione 5. cap. ut fama, de sententia excommunicationis.*

## SVMMARIVM.

1 *Delictum clerici, non debet præiudicare iurisdictioni ecclesiasticæ.*
2 *Gabella, quæ debetur à clerico, petenda est coram iudice ecclesiastico, secundum plures.*
3 *Clericus negotiator tenetur gabellam solvere.*
4 *Iudex sæcularis non debet iudicare personas ecclesiasticas.*
5 *Libertas ecclesiastica non potest tolli per legem, vel statutum.*
6 *Doctores pro parte negativa referuntur.*
7 *Contraria opinio defenditur, quod iudex sæcularis sit competens, ad solutionem gabellæ clerici.*
8 *Clericus negotiator perdit privilegium fori.*
9 *Resolutio Senatus refertur in quæstione proposita per viam violentiæ.*
10 L. 1. tit. 2. lib. 9. recopilationis, *declaratur.*
11 Auto del Consejo Real se refiere, sobre la determinacion de la question.
12 *Clerici ratione officij sæcularis conveniuntur coram iudice sæculari.*
13 *Clericus negotiator convenitur ratione bonorum coram iudice sæculari: & illi ponitur schedula regalis: & quid fuit iudicatum.*
14 *Clericus medicus, vel advocatus, qui delinquit in suo officio, convenitur realiter coram iudice sæculari.*
15 *Clericus Consiliarius Regis, convenitur delinquens in suo officio, coram iudice sæculari.*
16 *Episcopus potest punire suos officiales laicos, qui in suo officio deliquerunt.*
17 *Arma prohibita, tolli possunt clericis per Curiã sæcularem.*
18 L. 9. tit. 3. lib. 1. recopilationis, *declaratur.*
19 L. 5. tit. 4. lib. 1. recopil. *declaratur.*
20 *Clerici, & personæ ecclesiasticæ, possunt conveniri coram iudice laico, pro contributione locusta.*
21 *Clericus negotiator, quis dicatur, & quæ requirantur.*
22 *Clericus debet ter moneri, ut dicatur negotiator, de iure canonico.*

## QVÆSTIO LXIV.

*Utrum judex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat contra clericum negotiatorem, pro solutione gabellarum.*

SI clerici de iure divino, seu de iure positivo, sunt exempti à iurisdictione iudicis sæcularis,

laris, ut diximus *in præfatione ad hoc opus, cap. 5.* videtur dicendum, iudicem ecclesiasticum non facere vim, procedendo per censuras contra sæcularem;
1 quia † delictum clerici, qui se immiscet negotiis sæcularibus, non debet præiudicare iurisdictioni ecclesiasticæ, argumento text. *in ca. si diligenti, de foro competenti*: & per consequēs,
2 licet † debeatur Gabella ex tali negotiatione, petenda est coram iudice ecclesiastico, & non sæculari. Quam opinionem tenet Cardinalis, *in clementina præsenti, 6. quæstion. per illum textum, de censibus.* Baldus, *in l. de his, C. de Episcopis, & clericis,* Abb. *in c. qualiter, in fin. de iudiciis.* Marianus Socinus, *in c. sanè declarat. 9. de foro competenti.* Gregor. *in l. 49. tit. 6. partit. 1. verbo,* * *las franquezas,* * Bertachinus, *de Gabellis, 7. part. quæstio. 7. versiculo, præterea,* Rolandus, *cons. 71. num. 25. volum. 4.*
3 Quia † sufficit, quòd clericus teneatur solvere Gabellam ratione negotiationis, à qua cæteri clerici sunt immunes, ut *in cap. quanquam de censibus, lib. 6. Clementina, Præsenti, eodem text. lex. 6. & 7. tit. 8. lib. 9. ordin.* Non tamen ex hoc, quod dixit, astrictus esse solvere Gabellam, ratione negotiationis prohibitæ, inducitur, quòd sit petenda coram iudice sæculari: cum iudex ecclesiasticus possit eum compellere ad dictam solutionem, ut *in cap. 1. de foro competenti, cap. nullus, capit. significatis, cap. fin. de foro*
4 *competenti*: ubi † iudex sæcularis non debet iudicare personas ecclesiasticas, & delictum non trahit clericum ad Curiam Regalem; neq; sortitur forum alterius iurisdictionis. Quam opinionem tenet Aviles, *in cc. pp. capit. 53. gloss. verbo,* * *castiguen,* * *& in cap. 27 gloss.* * *entreguen,* * *numero 21.* & est textus, *in l. 5. tit. 3. lib. 1. recopilationis.*

5 Rursus facit pro hac sententia, quia † libertas ecclesiastica non potest tolli per legem, aut consuetudinem sæcularem, *c. novit, de sententia excommunicationis, cap. fin. de immunitate ecclesiæ, lib. 6.* Duennas, † *Reg. 143.* Parisius, *cons. 27. vol. 2.*
6 Didacus Perez, *in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordina.* Bernardus Diaz, *Regula 140.* & in terminis, quod iudex sæcularis non sit competens, tenet Salcedo, *in pract. ad Bernard. Diaz, c. 55. vers. erit tamen hac Gabella, fol. 175.* ubi dicit, quod hæc opinio est verior, & quòd ab ea non est recedendum in Hispania ullo tempore. Ex quibus fundamentis videtur dicendum, iudicem ecclesiasticum vim non facere, procedendo per censuras contra iudicem sæcularem, inhibendo illi à cognitione causæ.

Sed † his non obstantibus, contraria opinio
7 pro iudice sæculari vera est, & tenenda in iudicādo & consulendo, dum iudex Gabellarius procedat contra bona clerici, & non contra eius personam. Quam opinionem tenet Guillermus de Cuneo, *in l. de his, & in authent. iubemus, C. de sacrosanctis Ecclesiis.* Tiraquellus, *lib. 1 de retractu. ca. 32 gloss. 1. n. 81.* ubi dicit, quòd ita in Parisiensi Senatu fuit iudicatum. Idem tenet Guillermus Benedictus, *in repetitione, c. Raimutius, verbo, & uxorem nomine Adelasiam, num. 322. de testamentis.* Et hanc videtur sequi Gregor. *in l. 5. tit. 7. par. 5. verbo clerigo,* & Mexia, *ad pragmaticam Regiam, conclus. 5. nu 32.* & Xironda, *de Gabellis, 7. part. in principio, à num 25.* ubi dicit, quod hæc est verior, & tenenda opinio, dum tamē sæcularis procedat contra clericum, capiendo pignora, Bobadilla, *in sua politica, 2. parte, cap. 18. num 125.* Acevedo, *in l. 11. tit. 13. lib. 1. recop.* & Lasarte, *de alcavalas, cap. 19. num. 84.* Ahumada, *ad Gregor. in l. 49. tit. 6. partita 1. gloss. verbo,* * *las franquezas.* *
Quia † Clericus negotiator perdit privilegium 8
fori, & potest conveniri coram iudice sæculari, ut tradit Speculator, *titul. de reo, vers. Scholaris, & tit. de clericis coniugatis, vers. 7.* Socin. *Reg. 80. limit.* Parlad. *lib. 1. rerum quotidianarum, c. 3. §. 1. n. 12. vers. si verò*, ubi tenet contra Gregorium. Et est text. *in c fin. de vita & honestate clericorum*, ut tradit ipse Xironda, *ubi supra, num. 29.* ubi dicit, esse in praxi receptum, & quod † ita in Granaten- 9
si prætorio fuit iudicatum, & declaratum, per viam violentiæ ibi: * Pro iudice sæculari fuit pronunciatum, & semel atque iterum in dicto Granatensi prætorio declaratum fuit, iudicem ecclesiasticum, qui censuris contra sæcularem procedebat, vim inferre, lisque fuit inter Regios auditores & Consiliarios maturo cōsilio animadversa, & tandem Gabellarius obtinuit, & causa ad sæcularem iudicem fuit remissa, eiq; competere fuit declaratum. * Bobadilla, *in sua politica, lib. 2. cap. 18. num. 23. & 171.* * Resuelue, que sobre la cobrança de las alcavales, y rentas Reales, se despachan en el Consejo de Contaduria mayor, cedulas reales, para que los juezes ecclesiasticos, no conozcan de las causas, ni embaracen la cobrança: pero ellos no pueden conocer por via de fuerça, sino el Consejo Real, o Chancillerias. * Et hanc opinionem tenet Flores de Mena, *lib. 2. variarum, 1. part. quæstione 21. num. 22. ad fin.* pro qua sententia hodie habemus legem expressam *
† *in l. 1. titulo, 2. libro 9.* * *recopilationis.* Et novis- 10
simè istam nostram opinionem sequitur Ioannes Gutierrez (qui nihil intactum relinquit) *de Gabellis, libro 7. quæstione 94.* ubi *numero decimo*
*quarto*, refert decretum † supremi Senatus Re- 11
gis nostri, ubi eleganter confirmatur nostra opinio, & dubium dirimitur, cuius verba sunt. * Dixeron que se despache cedula de su Magestad, para que los Administradores, y recaudadores de las alcaualas, y rentas reales, de la dicha ciudad de Xerez de la Frontera, no lleuen alcauala a los clerigos; de los vinos, caldos, o mostos, que vendieren de su cosecha, labrança, o criança; procedientes de hazienda suya propria, o de sus beneficios ecclesiasticos. Y para el despacho de ellas les den las cedulas, o albalaes de guia necessarios, con solo cedula que los dichos clerigos den, en que testifiquen con iuramento, ser de la dicha su cosecha, labrança, y criança. Empero de los vinos, caldos, o mostos que procedieren de las viñas, que constare auer arrendado, con frutos, o sin ellos, paguen el alcauala a los dichos arrendadores, o recaudadores, quando los vendieren, y lo mismo de otras qualesquier ventas que hagan procedientes de mercaderias, negociacion, trato, o grangeria. Y si assi no lo hizieren, y pagaren, las iusticias seglares les compelan a ello, detiniendo,

tiniendo, o executando los dichos bienes, o otros qualesquier bienes, y frutos que ayan vendido, o contratado, y los de mas bienes q tuvieren proprios, o de sus beneficios, dexando reservadas sus personas. * Et ibi: * *E no consientan que los juezes ecclesiasticos, de qualquier calidad que sean, conozcan, traten, ni pongan en cosa alguna de lo suso dicho, impedimento, ni estorvo alguno, y por este auto, assi lo proveyeron, y mandaron. En la villa de Madrid, a veynte y siete dias del mes de Henero, de mil y quinientos y noventa y ocho. El Licenciado Rodrigo Vazquez de Arze, Presidente de el Consejo. El Licenciado Paulo de Laguna Presidente del Consejo de Indias. Don Francisco de Roias, Presidente del Consejo de Hazienda Doctor don Alonso de Agreda. El Doctor Valladares Sarmiento, de el Consejo, y Camara de su Magestad.* *

12 Este † auto es muy importante, para la determinacion, y resolucion de muchos articulos de fuerca por competencia entre los iuezes seglares, y ecclesiasticos, sobre conocer contra clerigos, non ratione suæ personæ, sed ratione officii. De lo qual pondre algunos exemplos, para mayor intelligencia: que aunque fueron controversos entre los Doctores; pero ya con la decission tan docta de conseieros tan graues, està determinada la causa, no solo en el caso que se decidio por ellos, sino tambien en los semeiantes: quæ respiciunt officium clericorum, & eius bona; non verò personæ immunitatem; quia respectu ipsius, iudex sæcularis, est incapax cognitionis, ut latè resolutum est.

13 El † primero caso, sea el que contiene el dicho auto, que habla en el clerigo negociador, el qual ratione officii, & bonorum, est conveniendus coram iudice sæculari, ut supra probatum est, & tradit pluribus citatis, Bobadilla, 2. *parte, cap.* 18. *num.* 123. * *Y si descomulgare el iuez ecclesiastico, puede apelar el juez seglar, y llevarlo por via de fuerca, y se le remitir à la causa, conforme a la dicha resolucion.* * Quæ quotidiè practicatur, & est usu recepta apud Hispanos; contra Salcedo, *ubi supra.* Et his diebus ita fuit iudicatum contra Vicarium generalem huius Archiepiscopatus, qui procedebat per censuras contra Administratorem Gabellarum, ut se inhiberet à cognitione causæ.

*Forma de la cedula Real del Consejo de Hazienda, en articulo de fuerca.*

EL REY.

*Licenciado don Francisco de Melgosa, Canonigo de la santa Iglesia de Auila, Inquisidor y Vicario general en la cindad de Toledo, Iuez ecclesiastico que os dezis ser del negocio y causa que de yuso se hara mencion. Y otro qualquier Iuez ecclesiastico que dello aya conocido, y conozca. Y a sabeys, que auiendose me hecho relacion por parte del Licenciado Ioan Velazquez mi Administrador de las alcaualas de la dicha ciudad de Toledo, que por auer sido Ioan de Vibar fiador de Miguel de Gamieta, de los derechos de puertos, por una sentencia de remate contra ellos dio, los condenò à que pagassen quatrocientos y cinquenta mil maravedis que devian a mi real hazienda, y estando los suso dichos presos en la carcel de la dicha ciudad, por una muerte que se les imputaua, les embargò el dicho Administrador por la dicha deuda, y por parte del dicho Ioan de Vibar se acudio ante vos, diziendo, que lo auian sacado de la yglesia, y deuia gozar de la inmunidad della, y pidio que procediessedes contra el mi Corregidor de la dicha ciudad, que fue quien le sacò, y contra el dicho Administrador, por tenelle embargado, y declararse deuer gozar de la inmunidad, no lo pudiendo hazer, por ser deuda perteneciente a mi real hazienda, y por no auer alcado el dicho embargo, procediades contra el, con censuras, y le teniades declarado por excomulgado: y suplicandome mandasse proueer de remedio, prouey cedula de nueue de Iunio passado deste anno, os mandè no impidießedes al dicho Administrador la cobranca de la dicha deuda: y si pretendießedes que el conocimiento de la causa os tocaua, embiassedes los autos que en ella huuießedes hecho, al mi Consejo de Hazienda, para que vistos en el, se proueyesse justicia.*

Y en el entretanto que se determinaua os rogue, y encargue, que por ochenta dias absoluiessedes el dicho Administrador, y a las demas personas que por ello tuuiessedes excomulgados, como mas particularmente en la dicha cedula se declara, la qual se os notificò, y la obedecistes como deviades, y en cumplimiento absoluistes por el nuestro termino los excomulgados, y embiastes los dichos autos. Los quales vistos en el dicho mi Consejo de hazienda, y lo pedido sobre ello por el Licenciado Francisco de Alcaron mi Fiscal del, he tenido por bien de dar la presente. Por la qual os mando, no impidais al dicho Licenciado Ioan Velazquez, la cobranca de los dichos quatrocientos y cinquenta mil marauedis, que deue el dicho Ioan de Vibar, como tal fiador: y os ruego, y encargo, que haziendo se por el dicho Licenciado Ioan Velazquez caucion iuratoria, de que no procedera contra el dicho Ioan de Vibar a pena criminal, ni corporal, le absolvais, in totum, y a todas las de mas personas que por la dicha razon huuieredes ex comulgado, de las sentencias, y excomuniones que contra ellos huuieredes dicernido, o dicernieredes. Fecha en Fuentiduenna a treinta de Setiembre, de mil y seiscientos y diez y siete annos. Y o el Rey. Por mandado de el Rey nuestro sennor.

Y aduiertase demas desto, a la disposicion desta cedula Real, porque es caso nueuo, sobre auer embargado en la carcel el Licenciado Ioan Velazquez, Administrador de las alcabalas reales desta ciudad, a un deudor de las rentas reales, que auia sido sacado de la Iglesia por la iusticia real, la qual le boluia a la Iglesia por los mandatos, con censuras del Vicario general: el qual tambien descomulgava al dicho Administrador,

porque no restituya a la Iglesia al preso, y auiendo apelado, por via de fuerca, sacò cedula Rèal, y sobrecarta para que fuesse absuelto, y que dando caucion iuratoria, y de no ofender, no se procediesse mas contra el dicho Administrador. Y lo mismo se pratica quando un lego dexa a su alma por heredera, porque si se deue, o no, el alcabala toca al iuez seglar, y no al ecclesiastico: porque de otra suerte no se cobrarian las rentas reales, y los deudores, y sus fiadores se irian a las Iglesias. Lo qual se remedio por esta via, mediante la solicitud, y prudencia, y letras del dicho Administrador, como cuydadoso de la defensa de la iurisdicion Real.

14 El segundo † casso es, quando algun ecclesiastico delinquiere en el oficio que tomò: como si es Medico, Boticario, o Abogado, o tutor, o curador de algun menor, o tiene oficio de su Magestad, Presidente de hazienda, o Conseiero, y delinque en el, o vende el clerigo con medidas falsas su mercaduria: y en otros casos semeiantes. Porque entonces ratione officii, potest puniri in bonis, & iudex sæcularis est competens, como se contiene en el auto del Conseio, y yo referi algunos casos de derecho comun, *libro quarto, comm: quæstione prima. a numero 603.* Et istam opinionem tenet Baldus, *in additionibus ad Speculatorem, titul. de reo, in principio, versiculo Scholaris, & titul. de clerico coniugato, versiculo si autem clericus.* Felinus, *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitutionibus, numero 68.* Hipp. de Marsiliis, *singulari, 694. numero 2.* Idem Baldus, *in l. unica, C. in quibus causis militant. fori præscriptione uti non possunt.* Bertachinus, *in tractatu, de Episcopis, libro quarto, in 5. parte, num. 97.* Aufrerius, *in tractatu, de potestate sæculari, in ecclesiasticos, Reg. 1. fallentia, 16. & 17.* Chassaneus, *in consuetudinibus Burgundiæ, Rubrica, 1. §. 5. num. 71.* Guillermus Benedictus, *in cap. Rainutius, verbo, & uxorem, num. 155.* Bobadilla, *in sua politica, lib. 2. cap. 18. num. 90.* ubi plures refert, *litera, D. & nu-*
15 *mero 99.* qui † loquitur in Consiliario Regis, qui delinquit in suo officio & *numero 119.* loquitur contra, * *clericos, que caçan en tiempo vedado, y resuelue, que les pueden tomar los reclamos, y redes, y armadixos; y condenarlo por perdido; y que assi se pratica. Y lo mismo si el clerigo truxere trajes contra las prematicas,** ut ipse tradit, *numero 121. & 129. & num. 130. & 138.* Pro qua sententia est bonus text. *in l. in criminali, C. de iurisdictione omnium iudicum.* Et de iure canonico est tex. *in cap. Sacerdotibus, ne clerici vel Monachi.* Vbi iudex laicus potest contra clericum procedere, ratione administrationis; quia in eo casu videtur nudari privilegio clericali, ut tradit Guillermus, *supra,* ubi dicit, quòd ita observatur in Regno Franciæ. Quæ sententia vera est, contra Martam, *ubi supra. casu 127. num. 5.* dummodo persona clerici sit intacta, & solum procedatur contra bona clerici, ut late ego resolvi, *ubi supra dicto num. 610.* Idem tenet Mexia, *ad pragmaticam Regiam, conclus. 5. numer. 29.* Cuius opinio- dicit esse ratione destitutam, Salcedo, *ad Bernardum Diaz, c. 55. vers. Si tamen clericus, fol. 167.* Quod falsum est, ut ex superiori resolutione, facilè manifestatur. Quæ sententia ex eo etiam cõ-
probatur, quia † Episcopus potest punire suos of- 16
ficiales laicos, ratione officii, ut tradit Tiberius Decianus, *in tractatu crimin. 1. to. lib. 4. c. 16. nu. 3. vers. 7.* & est text. *in l. 2. C. de officio Magistri militum,* & tradit Bobadilla *ubi sup. cap. 17. num. 48.*

El tercero † caso se puede resoluer sobre las 17
armas que traen los clerigos de noche à las horas prohibidas, las quales les pueden tomar los iuezes seglares, * como lo trae Ioan Redini, *de maiestate Principis, verbo, non armis solum, 2. parte, numero 166.* Vbi dicit, utrumque, pœnam & pecuniariam, & armorum privationem, coram iudice sæculari esse petendam, & plures pro hac sententia refert, Salcedo, *ubi supra, versic. quamvis.* Quæ sententia servatur apud Gallos, ubi iudices sæculares puniunt clericos, arma vetita, vel tempore prohibito, deferentes, ut tradit ipse Salcedo, *versic. apud Gallos,* ubi ipse tenet contrarium: cuius sententia intelligi potest respectu personæ clerici: nostra vero respectu bonorum, & armorum, quod est diversum, ut tradit Iulius Clarus, *receptarum sententiarum, §. final. quæstione 63. versiculo ulterius.* Et in Senatu Mediolanensi ita servari, tradit Chassaneus, *in consuetudinibus Burgundiæ, numero 79.* ubi dicit, dum esset Vicarius iustitiæ Mediolani, captum fuisse quendam clericum de nocte cum armis; qui fuit punitus pœna pecuniaria, & evasit corporalem. Quam materiam latè prosequitur Marta, *de iurisdictione, 4. parte centuria, 1. casu, 7.* ubi *numero 12.* tenet contra iudices Regios Galliæ, qui usurpant iurisdictionem puniendi clericos armatos. Et dicit iudices sæculares incurrere in censuram Bullæ *in Cœna Domini, in capite decimo quinto.* Et tradit Navar. *in manuali, capite 27. numero 71. & consilio 74. titulo de sententia excommunicat.* quæ doctrina intelligenda est, quando tempore permisso tolluntur arma clericis secus, in tempore prohibito pro pace & quiete reipublicæ. Ex
qua resolutione potest intelligi, dispositio † *legis,* 18
*9. titul. 3. lib. 1. recopilationis,* circa clericos & religiosos arma portantes. * *Despues de la campana*
*de la queda,** & † *lex 5. tit. 4. lib. 1.* adonde se di- 19
spone, *que los clerigos que resumieren corona, no pueduen traer armas, so pena de perderlas, y de seis mil maravedis; camara, iuez, y denunciador,** quæ leges procedunt, contra bona clericorum, & non contra personas illorum, ut tradit Bobadilla, *in sua politica, 2. part. cap. 18. num. 66.* * donde dize, que esta costumbre de poderlos quitar las armas, es santissima, y utilissima a la republica, y lo mismo tiene, en los pistoletes, y arcabuzes vedados contra prematicas. Et vide Sarmiento, *lib. 7. selectarum, cap. 13.*

El quarto † exemplo se puede poner, quando 20
se procede por los iuezes de Mesta contra los ecclesiasticos, assi por auer rompido dehesas, contra la ley de el Reyno, como por cobrãcas de repartimiẽto de langosta, y otros casos semeiantes, en los quales haze fuerca el iuez ecclesiastico, inhibiendo

do a los dichos iuezes, que no procedan en la cobranca, como lo trae Xironda, *de Gabellis, en la 7. part. in principio, num. 29. in fin.* & ita observatur & practicatur.

21 Quibus † sic præmissis, pro faciliori intelligentia huius quæstionis, aliqua requisita referre libui, quæ sunt necessaria, ut clericus dicatur negotiator, & ad hoc, quod iudex Gabellarius possit adversus illorum bona procedere. Et tunc dicitur clericus negotiator, qui emit rem, ut eam integram causa lucri vendat, non autem ementes rem, ut eam reducant ad aliquam formam, ut tradit Navar. *in Manuali, c. 25. n. 110.* & sequitur Marta, *de iurisdict. 4. par. cent. 1. casu 1. n. 10.* Pro qua sententia, est bonus textus, *in c. quanquam, de censibus.* Et † quando debeat ter moneri, tradimus *lib. 3. comm. quæst. 809. à n. 6.* ubi tota hæc materia declaratur, cum intellectu text. *in c. finali de vita, & honestate clericorum.*

22

## SVMMARIVM.

1 *Causa spolij ecclesiastici, solet coram iudice sæculari tractari.*
2 *Actor tenetur sequi forum rei.*
3 *Possessorium ecclesiasticum coram iudice ecclesiastico est tractandum, secundum plures.*
4 *Titulus saltem coloratus est ostendendus, in possessorio rei ecclesiasticæ.*
5 *Doctores pro prima opinione referuntur.*
6 *Clericus licet vellet, non potest consentire in iurisdictionem laici iudicis.*
7 *Contraria opinio refertur.*
8 *Possessoria remedia procedunt in quolibet interdicto.*
9 *Regna plurima cognoscunt de possessorio rei ecclesiasticæ.*
10 Bobadillæ *opinio reprobatur.*
11 Las Chancillerias conocen de los expolios clericorum.
12 Ley de Portugal se refiere, y sus palabras, en confirmacion desta segunda opinion.
13 El iuez seglar de oficio no puede conocer destos expolios, en las causas ecclesiasticas.
14 *Possessoria sunt temporalia.*
15 Resolucion del caso por el sennor Nuncio.
16 Resolucion del autor en la question propuesta.
17 Solo el Consejo, y Chancillerias coonocen del despojo, en las causas ecclesiasticas.
18 Si el despoio no es claro, sino que requiere conocimiento de causas, no conoce el iuez seglar.
19 En los despoios en causas matrimoniales, conocen los iuezes seglares, no tratando se de nulidad, o separacion del matrimonio.
20 La causa del despoio, que requiere conocimiento de causa, se à de remitir al iuez ecclesiastico.
21 Prevencion à lugar en las causas de despoio, entre el iuez ecclesiastico, y seglar.
22 Articulos de fuerca, se pueden determinar, conforme a la resolucion desta question.
23 *Contra uxorem maritum vindicantem, an obstet exceptio consanguinitatis.*
24 *Exceptio peremptoria an possit proponi ante litem contestatam.*
25 *Exceptio consanguinitatis quando sit proponenda.*
26 *Exceptiones iudiciales, quædam respiciunt merita causæ, quædam processum, quædam utrumque.*
27 *Iudex qui de principali cognoscit, tenetur necessario super illis pronunciare.*
28 *Pronunciatio tacita sufficit super quocunque incidenti.*
29 *Iudex de incidentibus cognoscens, potest super quocunque expresse & specialiter pronunciare.*
30 *Exceptio consanguinitatis, est præiudicialis ad causam matrimonij.*
31 *Intellectus ad tex.* in cap. tuam de ord. cognitionum.
32 *Legitimitatis quæstio coram iudice ecclesiastico tractanda est.*
33 *Iudex, qui de causa principaliter non potest cognoscere, incidenter potest. Item iudex causarum criminalium, potest cognoscere incidenter de civili, & è converso.*
34 *Iudex etiam delegatus potest incidenter cognoscere ultra suam commissionem.*
35 *Iudex ecclesiasticus etiam inter laicos potest definire negotiũ temporale, incidens in causa spirituali, coram eo mota, & potest cognoscere de causa dotis incidenter.*
36 *Clericus in causa civili coram sæculari reconveniri potest.*
37 *Causa natalium ad iudicem ecclesiasticum pertinet, cum agitur de viribus matrimonij, an sit legitimus.*
38 *Iudex sæcularis, an possit cognoscere de facto rei spiritualis.*
39 *Iudex sæcularis an possit cognoscere de quæstione facti, circa clericatum, ut & circa crimen hæresis.*
40 *Exceptio excõmunicationis, coram iudice sæculari proponi potest.*
41 *Iudex laicus potest cognoscere de re spirituali, incidente in causam civilem, si de illius iure constat ex actu sine disceptatione.*
42 *Iudex sæcularis, in quibus casibus est competens iudex circa exceptiones spirituales incidẽter propositas, non potest super illis principaliter pronunciare, sed per modum causæ.*
43 *Iudex sæcularis, coram quo proponitur exceptio spiritualis, potest excipienti terminũ præfigere, intra quem coram ecclesiastico comparere teneatur.*
44 *Iudicia, seu exceptiones præiudiciales, quæ sint.*
45 *Exceptione præiudiciali pendente, si super quæstione principali procedatur, processus est nullus.*
46 *Iudex potest reservare huiusmodi exceptiones præiudiciales in finem causæ, & tacitè super ea pronunciare censetur, per processum ad ulteriora.*
47 *Iudex ecclesiasticus sæculari inhibere potest, nõ*

48 *Decisio Rotæ refertur.*
49 *Rector parochialis nominatus ad nutum patroni, non potest removeri.*
50 *Patronus malitiosè cum animo se vindicandi, non potest removere præsentatum.*
51 *Opinio* Nicolai Garciæ *reprobatur, & auctor defendit suam opinionem.*
52 *Beneficium ad nutum amobile, non potest sine causa removeri.*
53 *Voluntas testatoris est servanda, quando non est contra pietatem.*
54 *Ordinari nemo potest ad titulum capellaniæ amobilis.*
55 *Capellanus, qui habet capellaniam ad nutum non gaudet privilegio fori.*
56 Lex. secund, tit. 4. libr. prim, recopil. *declaratur.*
57 *Clerici in minoribus qui non habent beneficium Ecclesiasticum, tenentur solvere gabellam, & contribuere, sicut laici.*
58 *Capellania, quæ non fuit assignata pro titulo perpetuo, dicitur beneficium ecclesiasticum, neque potest quis ordinari ad eius titulum.*
59 *Clericus habens pensionem, non gaudet privilegio fori, & tenetur solvere gabellam.*
60 *Distinctio Doctorum, quando pensio datur in titulum, sivè non, reprobatur.*
61 *Filius illegitimus est capax pensionis, si est dispẽsatus ad ordines.*
62 *Quod quidam ita intelligunt, si pensio detur pro stipẽdijs, non, si detur in titulũ beneficij.*
63 *Illegitimi non sunt incapaces pensionis de iure, secus de stylo Curiæ.*
64 *Stylus Curiæ modo albus, modo niger.*
65 *Illegitimi habent de iure fundatam suam intentionem, ad obtinendam pensionem.*
66 *Declaratio Cardinalium,* ad c. 7. sess. 24. de reformatione *traditur.*
67 *Homicida, qui est incapax beneficij, non est incapax pensionis.*
68 *Homicida voluntarius, non est incapax pensionis.*
69 *Filius illegitimus dispensatus ad beneficium, potest obtinere pensionem.*
70 *Illegitimus qui acceptavit pensionem, non potest obtinere beneficium.*
71 *Episcopus potest dispensare cum illegitimo, ad obtinendum unum beneficium.*
72 *Episcopus potest dispensare cum illegitimo, ad obtinendam pensionem.*
73 *Pensio non potest constitui à patre filio illegitimo.*
74 Cap. 15. sess. 25. de reform. Conc. Trident. *ponderatur.*
75 *Pensio imponitur super fructibus beneficij.*
76 *Pensionarius tenetur pro rata pensionis solvere subsidium & excusatum.*
77 *Rector si soluat integram pensionem pro rata, compensare & retinere potest.*
78 *Pensio constituta cum clausula,* * ut sit libera à solutione subsidij, * *solum operatur, donec labatur quinquennium.*
79 *Valor beneficii est attendendus, in solutione pensionis.*
80 *Pensionarius semper solvit pro rata subsidium & excusatum, secundum concordiam inter Regem, & statum ecclesiasticum.*
81 *Pensio est solvenda, appellatione remota.*

## QVÆSTIO LXII.

*Utrum judex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari per censuras, ut non procedat contra clericum primæ tonsuræ, qui habet pensionem, super fructibus alicuius beneficij.*

VTilissima & in praxi valdè necessaria est huius quæstionis resolutio, & explicatio: quia sæpè controvertitur inter iudicem ecclesiasticum, & secularem, ad quem pertineat cognitio causæ, contra clericum pensionarium, qui neque habet beneficium ecclesiasticum, neque sacrum ordinem, sed solum primam tonsuram, cum certa designatione pensionis super fructibus alicuius beneficij; & quilibet iudex intendit in causa occurrenti, civilitèr & criminaliter procedere, prout sæpius defacto in praxi mihi contingit; quæ controversia solet sæpè dirimi, implorato Regis auxilio, per viam violentiæ. Et pro iudice ecclesiastico ut debeat cognoscere in simili causa, sunt plura
fundamenta. Primò: quia † pensio dicitur bene- 1
ficium ecclesiasticum, & beneficij nomine intelligitur, ut docet Barbatia, *in c. ad audientiam, c. 2. de rescriptis.* Vbi tenet, pensionem esse beneficium
cum † ex fructibus beneficij deducatur; quam o- 2
pinionem sequitur Paulus Romanus, *in tractatu, de pensionibus, c. 6. nu. 34. & c. 7. n. 16.* Gambarus, *de potestate legati, lib. 6. a n. 309.* & Maior, *in 4. q. 5. c.*
*25.* Et sic † ætas Concilij Tridentini, requisita ad 3
obtinendum beneficium, requiritur ad obtinendam pensionem, & ita est intelligendus textus, † 4
*in c. 6. sess. 23.* ubi sic respondit congregatio Cardinalium, ut refert Nicolaus Garcia, *de benef. 1. part. c. 5. n. 129.* quam opinionem tenuit Sa, *in sua summa, verbo, beneficium, n. 30.* & sic, cum eadem sit ratio, eadem debet adaptari iuris dispositio, *l. fin. ff. de calumniatoribus.*

Secundò comprobatur ista sententia, quia idem iuris est de toto, quoad totũ, quod de parte quo ad partem, *l. quæ de tota, D. de rei vindicat. l. etiã partem. D. de legat. 1.* Et sic, quemadmodum, qui possidet totum beneficium, utitur foro ecclesiastico; sic qui possidet partem beneficij: quia ea, quæ differunt secundum plus & minus, non differunt substantia, *l. fin. D. de fundo instructo, instrumentoque legato.*

Tertiò, laicus † coniugatus, non potest sine au- 5
ctoritate Pontificis pensionem obtinere, ut docet Rebuffus, *de pacificis possessoribus, n. 153. alias 136.* Navar. *cons. 34. de præbendis.* Flaminius Parisius, *de resignatione beneficiorum, lib. 4. q. 2. nu. 7.* Vaga, *in sua summa. 2. part. c. 60. casu. 1.* Navarr. *in manuali. c. 25. n. 128.* Fray Manuel Rodrig, *in sua summa, 2.*
*to. c. 21. n. 12.* Ergò, si † laicus non est capax pensio- 6
nis, sequitur, quòd pensio non est res profana, sed beneficiũ ecclesiasticum vel illi annexum. Et per consequens, pẽsionarius debet uti fori privilegio.

Quartò

Quartò pro hac sententia facit *constitutio* Pij
V. 138. quam refert Nicolaus Garcia, *de beneficiis*,
7 *2. part. c. 1. n. 5.* Quæ † obligat pensionarios ad ho-
ras & officium Beatæ Mariæ: ex qua ratione pen-
sio potest dici quid spirituale, vel spirituali anne-
xum. Idemq; resolvit Marta, *de iurudictione, 2.*
*par. c. 32. n. 45.* ubi dicit, quòd habens pensionem
beneficii ecclesiastici, gaudet privilegio fori, &
est remittendus ad iudicem ecclesiasticum, ubi
dicit, sic pluries fuisse Neapoli iudicatum: maxi-
8 mè, quia † iam pensio datur ob officium, sicut be-
neficium, ut tradit Navarr. *de restitutione, lib. 2.*
*c. 2. n. 200.* & Enriquez, *in summa, lib. 13. c. 13.* § 2.
ubi dicit, quod pensio datur titulo ecclesiastico, &
auctoritate ecclesiastica: & sic, cum assignetur lo-
co beneficii, ut commodiùs quis sustentari valeat,
9 nimirum † & pensionarius debet fori ecclesiasti-
ci beneficio gaudere. Ita Navar. *cons. 63. & 59. &*
*61. & 65. de Simonia, & in manuali, c. 23. n. 111.* Mã-
dosius, *regula. 19. q. 11. n. 11.* Hieronymus Gabriel,
*cons. 191. n. 8. lib. 1.* qui dicit, pensionem non esse
merè temporalem, cum dependeat à beneficio,
& clerico assignata sit, & reservata pro alimentis.
Ita Reduanus, *de spoliis clericorum, §. ex his, nu. 6.*
Flores, *q. 21. n. 199.* Celius, *c. 11. n. 9. vers. pensio*, ubi
expressè dicit, quòd pensio non est res profana,
sed annexa spiritualibus. Vega, *in sua summa, de*
*casib. conscientiæ, casu 37.* ubi dicit, pensiones cõ-
cessas sæcularibus, esse quid spirituali annexum.
Et idem tenet Rota, prout refert Flaminius Pari-
sius, de resignatione benef. *lib. 6. quæst. 4. num. 54.*
quem refert Garcia, *de beneficiis, 1. p. cap. 5. nu. 19.*
*& 21.*

10 Quintò comprobatur ista sententia, quia † si
pensio esset res temporalis, sequeretur, quod pos-
set quis propria auctoritate pecuniâ redimere
pensionẽ; quod est, tanquam Simoniacum, pro-
hibitum, ut docet Navar. *cons. 11. tit. de rebus Ec-*
*clesiæ, & consil. 60. & 62. & 66. de Simonia.* Fuscus,
*de visitatione, lib. 2. c. 26. n. 40.* Salcedo, *ad Bernar-*
*dum Diaz, c 41. lit. D. vers. 7.* Flaminius, *de resigna-*
*tione benef. lib. 6. quæst. 2. à num. 124. & 128. & in*
*tractatu, de confidentia benef quæst. 23. num. 45. &*
*47.* Zerola, *in praxi Episcop. 2. part. verbo, pensio,*
*§. 8. & verbo, pensionarius, §. 1.* Adrianus, *Colibet.*
*ad 5. Cordoba, lib. quæst. 21. punct. 1.* & alios refert,
& sequitur Nicolaus Garcia, *de benef. prima par.*
*cap. 5. num. 20. & 21.* contra Gigantem, *de pensio-*
*nibus, quæst. 89. & 99.* Bursat. *consil. 126. num. 90.*
*ad fin. lib. 2.* Duarenus, Reduanus, Caietanus, &
Medina, & Guerrero, quos citat Garcia, *sup. nu-*
*mero 24.* Idem Bursatus, *cons 1. n. 91.* Ergò cum
pensio dicatur quid spirituale, sequitur, quòd pẽ-
sionarius sit civiliter & criminaliter convenien-
dus coram iudice ecclesiastico, & non coram sæ-
culari.

11 Sextò fulcitur hæc sententia, quia † pensio re-
quirit clericatum, secundum stylum Curiæ, ut
tradit Reduanus, *d. cap. 14. nu. 13. & de spoliis, §. ex*
*his, n. 6.* Navar. *cons. 66. tit. de Simonia.* Marche-
sanus, *de commissionibus, 2. p. ca. 4. de commissione*
*appell. n. 60. & 61.* Cucchus, *cap. 11. num. 70.* Rota,
12 *decis. 139. lib. 3. diversorum*, & sic † talis pensio-
narius debet portare habitum clericalem, & ton-
suram, alioquin sunt ipso iure pensione privati,
ut resolvit Garcia, *ubi sup. num. 11.* & sic talis pen-
sio ad instar beneficii debet regulari, per depen-
dentiam. Hæc sunt, quæ faciunt pro iudice ec-
clesiastico, ut non faciat vim.

Sed † pro iudice sæculari sunt etiam plura fun- 13
damenta, imò quod sit pensionarius convenien-
dus coram eo, & quod ecclesiasticus vim faciat
procedendo per censuras, ut se inhibeat à causæ
cognitione. Et ratio fundamentalis est, quia † 14
pensio non venit sub nomine beneficii, nec ei cõ-
petit eius definitio: quia beneficium est ius per-
cipiendi fructus, ex bonis Deo dedicatis, clerico
propter divinum officium competens. Ita tradit
Corrasius, *1. par. cap. 2. n. 1.* Peckius, *in regula, be-*
*neficium, num. 2. de regul. iur. lib. 6.* Cardinalis To-
letanus, *in sua summa, lib. 5. cap. 76.* & tradit Hu-
golinus, *de censuris, tab 4. de suspensione, cap. 8. in*
*principio, numero primo.* Quintana Duennas, *in*
*suo ecclesiastic. lib. 1. cap. 3.* Oieda, *de incompatibi-*
*litate beneficior. in præfatione, num. 2.* Gonçalez,
*in regul. 8. Cancellar. gloss. 5. in principio, à nume-*
*ro secundo.* Quam definitionem declarat Nico-
laus Garcia, *ubi supra, 1. par. cap. 2. num. 4. cum se-*
*quentibus.*

Vnde cum pensionario, clerico in minoribus,
non competat eius definitio, sequitur, non gau-
dere fori exemptione, cum † Concilium Triden- 15
tinum loquatur de clerico, qui obtinet beneficiũ
ecclesiasticum, ut *in cap. 6. sessione 23.* & non de
eo, qui habet pensionem, quia si voluisset, expres-
sisset, *cap. ad Audientiam, de decim.*

Secundò comprobatur ista sententia; quia † 16
pensio non est beneficium ecclesiasticum, neque
appellatione beneficii continetur, ut tradunt Do-
ctores, Dominicus Franchus, *in cap. quamvis, de*
*præbend. lib. 6.* Staphileus, *de literis gratiæ, & iu-*
*stitiæ, in 9. forma spectativarum, n. 27.* Selua, *de be-*
*neficiis, 1. p. q. 3. n. 11.* Caccia Supus, *de pensionibus,*
*q. 12. & fin.* Gigas, *de pensionibus, q. 28.* ubi latè hoc
declarat, *& in cons. 30. aliàs, 139.* Nicolaus Delphi-
nis, *de iure patronatus, lib. 1. n. 74.* Duaren. *de be-*
*nef. lib. 2. c. 4. & lib. 6. c. 4.* Palæot. *de nothis, & spu-*
*riis, c. 58. n. 4.* Mandos. *in reg. 19. Cancellariæ, q 11.*
*n. 11. & cons. 55. n. 18. & consil. 139.* Covar. *pp. ca. 36.*
*num. 10. vers. 4.* Guerrero. *in suo Thesauro, cap. 61.*
ubi dicit, quod pensio non est beneficium, quam-
vis uirtualiter videatur beneficium: Et istam o-
pinionem sequitur Navarr. *cons. 11. de constitu-*
*tionibus, n. 8. & cons. 8. de iure patronatus, num. 9. &*
*consil. 66. de Simonia, n. 30.* & hanc dicit commu-
nem opinionem, Oieda, *de incompatibilit. bene-*
*ficiorum, in præfatione, num. 30 & in 2. p. quæst. 7.*
Azevedo, *in l. 1. tit. 4. lib. 1. recopilar. n. 5.* Lasarte,
*de gabellis, c. 19. n. 24.* Quintana Duennas, *ubi supr.*
*lib. 1. c. 3. n. 13.* Parisius, *de resignatione beneficio-*
*rum, lib. 1. q. 10. n. 69. & lib. 2. q. 5. num. 11. & lib. 11.*
*q. 4. num. 31.* Suarez, *de censuris, 5. tom disput. 15.*
*sect. 1. n. 7.* & Hieronymus Gonçalez, *ad regulam,*
*8, Cancellariæ. gloss. 5 § 5.* Et ita dicit esse tenen-
dum, Nicolaus Garcia, *ubi supra, 1. part. cap. 2. nu-*
*mero 5.*

Tertiò pro hac sententia facit textus, *in capit.*
*quamvis, el. primi. de præbendis, lib. 6.* textus, *in ca-*

*pit. ad Audientiam*, el *secund. de rescriptis*, ibi: * *Pensiones, seu beneficia.* * Et sic pensio, & beneficium sunt diversa. Et ob hanc causam, constitutio-
17 nes † *Pij V.* loquentes, de confidentijs beneficiorum, non habent locum in pensionibus, ut docet Navarr. *conf. 2. num. 6. de constitutionibus, & conf. 16. de Simonia.* Parisius, *de resignatione benef. lib. 6. quaest. 4. num. 51. & in tractatu, de confidentiis, q. 23.* & ita fuit resolutum in Rota, ut tradit *Gonca-*
18 *lez. glos. 5. § 5.* Et ob hanc causam † pensionarius non tenetur ad residentiam, ut tradit Capicius, *decision. 200. num. 3.*

19 In qua † varietate opinionum & rationum ad invicem contrariarum, talis distinctio adhibenda est: Quòd aut pensio est talis, quae possit obtineri per laicum; & tunc certum est, non sufficere primam tonsuram, cum pensione: quia tunc talis pensio non est insigne neque demonstratio clericatus, neque ad statum clericalem, vel officium divinum recitandum obligat: neque in hoc casu beneficio ecclesiastio aequiparari potest. Si verò pensio sit clericalis, & aequiparetur beneficio ecclesiastico, debet sub illa voce, in favorabilib⁹, cōprehendi. Et possumus exemplum constituere, in dict. decreto Concilij Tridentini: quia in principio statuit, ut ante decimum quartū annum nullus possit beneficium obtinere, & congregatio Cardinalium censuit ibi, sub beneficio pensionē comprehendi: ergò eadem ratione, cum inferius dicitur, clericum minorem, si habeat beneficium, privilegio fori gaudere; similiter etiam ad pensionem, verbum, * *beneficium*, * est extendēdum, ex mente sancti Concilij, iuxta eius declarationem illustrissimorum Cardinalium.

20 Sed † huic resolutioni adversari videtur alia responsio Cardinalium, (de qua *suprà*) qua cavetur, quod is, cui reservata fuit pensio, si non incedat in habitu, & tonsura, non gaudeat privilegio fori, ut refert Hieronym. Goncalet. *d. glos. 5. § 5. n. 6.* cuius verba sunt, * *Cui reservata fuit pensio, ut clerico, si non incidit in habitu, & tonsura, non gaudet privilegio fori.* * Ergò pensio non venit sub nomine beneficij: quia, si idem esset, sequeretur, quòd, licèt clericus non deferat habitum, dum tamen habeat beneficium, gaudeat fori privilegio, prout gaudet quilibet clericus beneficiatus. Et è contrario, si talis clericus pensionem habens non gaudet fori privilegio, quando non defert habitū & tonsuram (ut habetur in responsione Cardina-
21 lium) non † sufficeret sola pensio, sine aliis requisitis, ac proinde sub beneficio non comprehenditur; idem tenet Cened. *q. 36.* ubi refert decisionem Cardinalium, & resolvit, clericum pensionarium cōveniendum esse coram iudice saeculari, nisi deferat habitum clericalem.

Nec obstabit dicere, restringendum esse nomē beneficij propter favorem religionis, ne is, cui pēsio, tanquam clerico, & ministro Ecclesiae, reservatur, facilè habitum & tonsuram deferat, si absquè illis posset fori privilegio gaudere: quae ratio non
22 satis facit † Suarez, *de immunitate ecclesiastica, lib. 4. c. 27. nu. 11.* ubi iudicium in hoc puncto aliis remittit, nihil resolvens propter varias Doctorum sententias. Et plures casus refert Ioannes Aloisi Ricci, *in collectan. decis. collectan. 425.* ubi pensio sumitur pro beneficio.

In qua † quaestione, quia magis est necessaria 23
resolutio propter difficultatem ipsius, quàm in aliis, & quia assiduè cōtingit in praxi, & quia aequalis est militum numerus, resolutivè dicendum puto, quòd † aut pensio datur in titulum beneficij, ut 24
*in capit. conquerente, de clericis non residentibus*, ubi Abb. *n. 5.* tunc talis pensio est propriè beneficium, & appellatione beneficij venit: & parum interest, quòd appelletur pensio: quia est quaestio de nomine, cuiusvis non consistit in eo ita Cardinal. *in Clementina. 1. § eadem, n. 4. de supplenda negligentia praelatorum* Caccialupus, *sup. q. 12.* Gigas, *q. 1. n. 1. & q. 18 n. 20. & q. 99. n. 22.* Duarenus, *d. lib. 6. c. 4.* Redoan. & Covar. *sup.* Navar. *conf. 11. de cōstitutionib. in fin. & conf. 66. n. 30.* Cucch. *in inst. mai. l. 5. tit. 7. n. 17.* Lasarte, & Suarez. *sup.* & Hieronym. Goncal. *n. 43.* Si † verò loquamur de pensione, quę 25
simpliciter cōstituitur ad tempus super fructibus alicuius beneficij, & alicui assignatur autoritate superioris, de hac absolutè dicēdū est, non esse beneficiū, neq; beneficij nomine venire: quià talis pēsio nullā spiritualitatē habet, sed est quid merè tēporale, cuius laicus capax est, ut tradit Rebuf. *de pacificis possess. à n. 150. & 132.* Alba. *de concil. 2. p. c. 21.* & consulvit Bursat. *conf. 178 n. 28. li. 2.* ubi dicit, quod talis pensio, quae non datur in titulum non habet essentialia beneficij; quia † fructus bene- 26
ficij ab illo separati, sapiunt temporalitatem, ut diximus de decimis, *in quaestione, 55.* & sic, aliud est, possidere beneficium, aliud, fructus beneficij, *cap. si gratiosè*, iuxta glossam, *verbo, beneficia, capit. si propter, versiculo. fructus, de rescriptis, lib. 6.* Et sic † 27
pensionarius potest disponere, sine licentia Pontificis, de huiusmodi fructibus, reservatis loco pensionis, sicut de rebus patrimonialibus: & † 28
haeredi pensionarij competit ius exigendi pensiones praeteritas, & non solutas, ut docet Gigas, *conf. 36. nume. 7. & in tractatu de pensionibus, quaestione. 52. numer. 2.* Iulius Clarus, *receptarum sentent. § testamentum, quaestione. 27. in fin.* Albanus, *consil. 25.* quos refert, & sequitur Bursatus, *ubi super. numer. 29. & 30. & 37. versicul. concluditur ergò.* Quā distinctionem sequitur Nicolaus Garcia, *1. part. de beneficiis, capit. 5. numer. 5.* & Lasarte, *de gabellis, cap. 19. numer. 24 & 25.* ubi sic intelligit † decre- 29
tum Concilij Tridentini, *capit. 2. sess 21.* ubi dicit, clericos † saeculares obtinentes Pensiones, ad sa- 30
cros ordines non esse admittendos; quod est intelligendum, nisi pensio habeat naturam beneficij ecclesiastici: quia tunc ad titulum pensionis possunt ordinari, servata necessitate Consilij Tridentini, *cap. 2 sess. 21.*

Sed † his non obstantibus, verius existimo, pen- 31
sionarium non gaudere privilegio fori, sive pensio detur in titulum, sive non, nisi servetur forma declarationis Cardinalium, quia cum his qualitatibus gaudebit, aliàs non, ut tradit, Hieronymus Goncalez, *ubi supr. nume. 6.* qui hoc bene fundat, & defendit, tanquam magnus practicus, & advocatus Curiae Romanae. Et Flaminius, *de resignatione, lib. 1. quaestione. 11. numer. 70. & liber. 2. quaestione. 15. numer. 15.* Azeved. *in l. 1. tit. 4. liber. 1. num. 5.*

recopi-

*recopilationis*, & ita casus violentiæ terminandus est.

32 Si † verò aliquis obtineat capellaniam ad nutum amobilem, etiam si collativa de facto fiat, nõ debet gaudere fori privilegio, cum non sit titulus perpetuus, ut tradit Maiolus, *de irregularitate, lib. 4. cap. 15. num* 4. Salcedo, *in pract. ad Bernardum Diaz, cap. 18. nu. 8.* Et hanc dicit communem opinionem Flaminius, *de resignatione beneficiorum, lib. 2. quæst. 6. num. 2. & 3.* & alios refert, & sequitur Nicolaus Garcia, *1. part. cap. 2. numer.*

33 *83. & 84.* ubi dicit, quòd † titulus, ad quem quis sacris ordinibus ordinatur, debet esse perpetuus, tàm ex parte dantis, quàm ex parte recipientis, ut *in cap. 2. session. 21.* Concilii Tridentini. Et licet collatio inducat titulum perpetuum, facultas amovendi capellanum, inducit titulum temporalem.

34 Ex quibus infero, quod † si capellania fuerit amobilis ad nutum patroni (prout sæpè contingit) quod licet clericus in minoribus non possit ordinari ad titulum ipsius, si de facto ordinetur sine causa non potest removeri, maximè accedente malitia patroni, ut tradit Cardinalis, *in Clemẽtina, 1. §. permissa, num. 4. de supplenda negligentia Prælatorum.* Decius, *in cap. ad nostram, num. 23. de confirmat. utili, vel inutili*, Navarr. *commentario. 2. de regularibus, numero 65.* Manuel Rodriguez, *1. tomo. quæstio. regul. quæstione 34. articulo nono.* Et ita vidi iudicatum, prout refero,

35 *lib. 1. commun. quæstione 425. in fin.* Et licet † hanc nostram opinionem impugnet Nicolaus Garcia, *de beneficiis, 1. part. cap. 2. num. 90.* quia capellania ad nutum, sine causa possit amoveri, ut tradit Lambertinus, *de iure patronatus, 1. part. lib. 1. quæstione 9. artic. 1. numero 71.* Gutierrez, *libr. 1. practicarum quæstione undecima.* adhuc tamen insistimus in hac nostra opinione, propter eius pra-

36 cticam, & observantiam. Quod † nuper mihi cõtigit de facto in lite valde controversa, inter patronos capellaniarum Ferdinandi Ortiz, & suos capellanos, qui ex simili clausula, * *ut capellanus sit ad nutum patroni amobilis*, * fuerunt exclusi, & alii nominati, ex eo, quia petebant, ut integrè solveretur eis pensio designata à testatore, quæ à patrono fuit diminuta certis de causis, quia decreverunt facultates: & nervosè defendi, dictos capellanos manutenendos esse in sua possessione: quia malitiosè & sine causa fuerunt exclusi. Et sic fuit iudicatum in hoc consilio domini Archiepiscopi Toletani, per suos gravissimos & integerrimos iudices suæ gubernationis. Et fundamenta huius opinionis referre libuit, cum sæpè casus de facto contingat, & ad formandos articulos per viam violentiæ, sit maximi ponderis & momenti.

Et in primis confirmatur nostra opinio, ex auctoritate Pontificis Honorii, 3. *in cap. exposita, de*

37 *arbitris*, ubi † quotiescunque aliquid committitur arbitrio alicuius, debet intelligi de arbitrio iusto & honesto, secundum rationem, & non de arbitrio, & voluntate absoluta. Quam sententiã confirmat Marcellus Iureconsultus, *in l. si libertus ita iuraverit. 30. D. de operis libertorum*, ibi: * *Non aliter ratum est arbitrium patroni, quam si æquum arbitratus sit, & ferè ea mens est personarũ arbitrio substituentium, ut, quia sperent, eum rectè arbitraturum, id faciant, non quia vel immodicè obligari velint. Lex 24. tit. 4. part. 3. in fin.* ibi: * *E si cosa desmesurada mandasse, deuese enderecar por aluedrio de homes buenos.* * Bonus † vir *in dict. lege*, idem est, quod iudex, *Lex, vir bonus, D. iudicatum solvi*, & sic, si patronus malè arbitratus sit, debet iudex causæ suum arbitrium moderari: quia illa facultas movendi & removendi, intelligitur prudentialiter, & non iniuriosè & dolosè, prout faciunt plurimi patroni in contemptum capellanorum. Pro qua sententia est etiam bonus textus, † *in l. si fideicommissum, § si sic fideicõmissum, D. de legatis, 3.* ibi: * *Non enim plenum arbitrium voluntatis hæredi dedit, sed quasi viro bono commissum relictum*, * & est etiam textus pro hac opinione, *in l. si in lege locationis, D. locati*, ibi: * *Si in lege locationis comprehensum est, ut arbitratu domini opus approbetur, perinde habetur, ac si boni viri arbitrio comprehensum est*, * *Lex Thais ancilla, §. sorore, D. de fideicom. libertatibus*, ibi: * *Nõ spectandum, quod hæredibus displicet, sed id, quod viro bono potest placere.* * Et alia iura congessit in proposito Aymon Cravetta, *consil. 190. num. 5. lib. 1.* Afflictis, *decis. 91. num. 9.* ubi † omnis dispositio, quæ denotat liberum arbitrium, debet restringi ad arbitrium boni viri, id est, secundum rationẽ & prudentiam, & non dolosè & iniuriosè, & sine causa, ut colliges ex traditis per Pelaez de Mieres, *de maioritatibus, 1. part. lib. 3. quæstione 1. numero 37.* Pro qua sententia potest etiam expendi text. *in capite, veniens, & in cap. sanè, de renunciatione*, & est gloss. finalis, *in l. penultima, D. de receptis arbitris*, & plura similia tradit Pinellus, *in rubrica, de rescindenda, vendit. 1. part. num. 30. ad finem*, Burgos, de Paz, *consil. 21.* qui loquitur in officio tabellionatus, quia † semel nominatus, nõ potest sine causa removeri. Mieres, *ubi supra, 4. part. quæstione 10. num. 6.* & ego plures refero, *libr. 1. communium, quæstione 425. à numero 24.* Gonçalez, *gloss. 5. § 6. num. 41.* & don Ludovicus Peguera, *decis. 227. num. 12.* & plures refert Bobadilla, *in sua Politica, lib. 1. cap. 16 numero 2.* Pro hac † etiam opinione expendi potest, textus, *in cap. 1. de officio custodis, cap. ad hæc, de officio custodis, capit. ad hæc, de officio Vicarij, capite primo de capellis monachorum, capit. in Lateranensi, 31. de præbendis.* Et ob hanc rationem, quoties † recurritur ad supremum Regis consilium, sive in causis temporalibus, seu ecclesiasticis, defenduntur, qui de facto sunt eiecti à sua possessione, vel detentione, donec per causas legitimas constiterit de revocatione officii, vel beneficii, vel servitii: quia facultas ad nutum amovendi, non excedit metam rationis, imò reducitur ad arbitriũ boni viri, ut sæpiùs vidi iudicatum, ut tradit Rebuffus, *de pacificis possessoribus, numero 275.* & huius rei exemplum habemus, *in cap. si sacerdos, de officio ordinarij. Canon, dilectissimi, 8. q. 2.* ubi gloss. *verbo, iudicari, l. iurisperitus, D. de excusat. tutorũ, l. quisquis, D. si certũ petatur, l. solet, § sicut autẽ, D. de offic. procõsulis.* Et plura refert Gutier,

38
39
40
41
42
43

44 *de iuram.confirmat.1.part.ca.59 num.19.* qui † loquitur de Vicario Episcopi. Et Molina, *de primogeniis, lib.1.cap.25.num.17.* Menochius, *de arbitrariis, casu 69.* Gamma, *decisione. 146.* pro qua sententia potest etiam ponderari, text. *in cap.1.*
45 *de natura feudi,* ubi licet † Princeps possit à principio feudo investire non potest sine causa feudo privare, ibi: * *Si Princeps investierit de aliquo feudo, non potest eos de vestire, sine culpa,* * & *to-*
46 *tus titulus de feudo. sine culpa, non amittendo,* † *l.2.tit.10.part.2.* ibi: * *Poniendo à cada uno en su lugar qual le convinìere, y otro si mantenerle en el, no faciendo porque lo deuiesse perder.* * Et ob hanc causam dicit Mieres, *ubi supra, 4.part. quæst.10.*
47 *num 5.* quod † officium datum ad beneplacitum concedentis, est perpetuum. Et hanc dicit communem opinionem Padilla, *in l. cum quis, num. 34 C.de iuris & facti ignorantia.* Aviles, *in capite Prætorum, capite 1.num.4.* Barbosa, *in l. quia tale, num.89. D soluto matrimonio,* pro qua sententia est bona *lex Partita, 32. tit.7.part.1.* ubi Gregorius.

Vltimò pro confirmatione huius sententiæ,
48 est † optima decisio Rotæ, quam citat Hieronymus Goncalez, *in regula Cancellariæ, gloss.5. §.6.*
49 *num.60.* ubi dicit, quod † Rector parochialis Ecclesiæ, nominatus ad nutum patroni, non potest removeri, etiam si probetur, quod patronus est in possessione removendi. Et ita fuit iudicatum in una Toletana iuris nominandi. *29. Novembris, anno 1592.* ut refert ipse Hieronymus Goncalez, *ubi supra, num.91.* & verba decisionis sunt sequentia, * *semel rector deputatus, non poterit ad nutum amoveri à patronis, etiam quod allegarent esse in possessione ita faciendi, & etiamsi ius patronatus esset alicuius communitatis, sed per-*
50 *petuo Ecclesiæ remanebit.* * Quod † absque difficultate procedit, si aliquo modo constet de malitia patroni, cum animo se vindicandi, ut tradit Rota, *tit. de restitutione spoliatorum, decis.1. in antiquis, num.1.* quem refert, & sequitur Nicolaus Garcia, *de beneficiis, gloss.5 §.6. num.48.* idem tenet Navarr. *in cap. non dicatis, num.66. 12. quæst. 1. versic. addo octavo.* Pro qua sententia est alia *decisio* Rotæ. *788. in prima parte diversorum, numero secundo.*

51 Nec † superiori resolutioni obstat opinio Nicolai Garciæ, *de beneficiis, 1.part.cap.2.num.85.* ubi dicit, quod capellanus ad nutum nominatus potest removeri, etiam sine causa, reprobans nostram opinionem contrariam, (de qua *in quæst. 325.num.fin.*) quia, ut superius probatum est, semper Rota iudicavit pro mea opinione, & pro ea vidi sæpiùs iudicatum in hoc consilio domini Archiepiscopi Toletani, & ipse Nicolaus Garcia, proprio ore convincitur, ut ipse tradit, *num.80.*
52 *& 90.* ubi dicit, quòd † beneficium ad nutum à mobile potest sine causa removeri, cessante malitia & dolo patroni. Ergò cum quælibet remotio sine causa, censeatur dolosa, benè sequitur, quòd nostra opinio sit vera, & tenenda: de qua iam non est dubitandum, propter auctoritatem Rotæ.

53 Nec prædictis obstat dicere, quòd † voluntas testatoris est servanda, in forma specifica. *l. Mævius, lex qui hæredi, D. de conditionibus & demonstrationibus. Authentica de nuptiis, §. disponat, collat.4.* & sic, cum testator disposuisset, capellanũ, cum causa, & sine causa, ad nutum patroni posse removeri, illud est servandum pro lege; quia respondeo, quod iudex magis utilitatem rei, quam voluntatem testatoris sequi debet, *l. nemo potest, D. de legat.1.* & tradit Sarmient. *lib.1. cap.11. numer.12. & 13.* ubi refert exempla, & verba sequẽtia, * *omnia enim facta ad pietatem pertinentia Episcopo interesse oportet, quamvis testatoris, vel donatoris verba, cõtraria voluntatis expresserint.* * Idemque docet, *in cap.8. num.21.*

Si † verò agatur de ordine suspiciendo ad 54 titulum capellaniæ, licet amoveri non possit sine causa, ut supra probatum est, non erit titulus sufficiens, ut quis possit ordinari ad titulum similis capellaniæ, cum saltem cum causa possit capellanus removeri, ut contingit, quando non sunt observatæ qualitates & conditiones fundationis, quia tunc non dicitur habere titulum perpetuũ, cum possit deficere conditio per casus impotentiæ, vel noluntatis, ut *in l. Pater Severianam, D. de conditionibus, & demonstrationibus,* cum possit contingere, quod remaneat ordinatus, & postea privatus dictâ capellaniâ, & sic non potest ordinari de iure ad titulum similis capellaniæ, & † si or- 55 dinetur, benè sequitur, quòd talis capellanus nõ gaudebit privilegio fori, cum non habeat beneficium, neque capellaniam, titulo perpetuo collationis, quod est necessarium, ut ex dict. decreto Concilii Tridentini, & supra probatum est.

Ex quibus venit intelligenda decisio textus, † *in l.2.tit.4.lib.1.recopilationis,* ibi; * Los cle- 56 rigos de corona, y menores ordenes, que conforme al decreto del santo Concilio, pueden gozar del privilegio del fuero, sea, y se entienda tan solamente, quanto al privilegio del fuero en las causas criminales. Pero † en todas las demas, 57 assi en el pechar, como en el pagar al cauala, y en todas las otras cosas, no seam exemptos, ni gozen del privilegio, y paguen, y contribuyan, como los legos, y en esto, y en todo lo demas sean auidos por tales, saluo los que actual mente tuuierẽ beneficio ecclesiastico. * Quæ lex procedit, & debet practicari, etiam si aliquis habeat capellaniam ad nutum, quia † non facta collatione, non 58 dicitur beneficium ecclesiasticum, ut tradit Azevedo, *ubi supra, num.7. in l.tit.4. lib.1. recopilationis,* Gutierrez, *de gabellis, lib.7. quæst.91. num.23.* ubi dicit, quod est necessarium, quod detur capellania in titulum perpetuum à Papa, vel Ordinario, quam opinionem sequitur Cenedo, *quæstio. 4.num.37.* ubi hoc declarat, ultra Gutierr. qui ampliat, licet capellanus solvat subsidium, & excusatum, & subiaceat visitationi Episcopi: quia nihilominus talis clericus, in minoribus constitutus, non gaudebit privilegiis immunitatis tributorum & gabellarum. Quam legem novissimè declarat Gutierrez, *dict. lib.7. quæst.91. num.5. & num.10.* ampliat, etiam si † talis clericus primæ 59 tonsuræ, habeat pensionem ecclesiasticam: quia non ex eo erit immunis à gabellis, nisi talis pen-

sio

ſio ſit conſtituta in titulum beneficii, ut tradit A-
zevedo, *in l.1.tit.4.lib.1.recopilationis*, *numero 5. & 7.* Flaminius, *de reſignatione beneficiorum*, *libro 1. quæſtione 10. num. 68. & lib. 2. quæſtione 15. numero undecimo*, ubi hanc dicit communem opinionem, Quam in propriis terminis ſolutionis gabellæ, tenuit Laſarte, *de decima venditionis*, *c. 19. num. 24.* Oieda, *de beneficiis*, *2. part. capite 7. numero 4.* & ita reſolvit congregatio Cardinalium, ut tradit Flaminius, *ſupra, num. fin. & in libro 2. quæſt. 15.*

60 Sed † hæc opinio, licet ſit receptiſſima, ut
ſupra traditum eſt, non reperio rationem differentiæ, quando penſio detur in titulum, ſive non: quia in utroque caſu, ſi penſio conſiſtit in temporalitate, & non eſt beneficium eccleſiaſticum, quo iure talis penſionarius non tenebitur ſolvere gabellam, cum noſtra lex non de penſionario, ſed de beneficiato loquatur. Et quemadmodum non gaudet privilegio fori penſionarius, ut ſupra reſolvimus, cum Gonçalez, *gloſſ. 5. §. 5. num. 6.* ſimiliter etiam non gaudebit privilegio non ſolvendi gabellam, cum reputetur, ut ſæcularis. Si verò deferat penſionarius habitum & tonſuram; tunc ſecundum declarationem illuſtriſſimorum Cardinalium, ſicut gaudebit ipſe privilegio fori, gaudebit etiam privilegio immunitatis gabellæ: ſed non ex eo, quia penſio fuit data in titulum, ſed quia defert habitum & tonſuram, prout requiritur in dicta declaratione. Et ſecundum hanc diſtinctionem eſt terminandus articulus violentiæ, cum caſus de facto contingat.

Ex quibus infero, cum † penſio non ſit be-
61 neficium eccleſiaſticum, etiam ſi detur in titulum, poſſe filios illegitimos, qui ad ordines ſunt diſpenſati, obtinere penſionem, ſine alia diſpenſatione, ut tradit Cardinalis Palæotus, *de nothis, & ſpuriis, cap. 58. à numero quarto.* Zerola, *in praxi Epiſcop. prim. part. verbo, ordo, §. 4. circa fin.* Hieronymus Gonçalez, *dict. gloſſ. 5. §. 5. à numero vigeſimo quarto*, dicens, quòd ita obſervat Rota, quia, cum illegitimus ſit diſpenſatus ſuper clericatu, non indiget alia diſpenſatione, ad obtinendam penſionem. Pro qua ſententia refert plures deciſiones Rotæ, Nicolaus Garcia, *de beneficiis,*
62 *prim. part. cap. 5. num. 117.* ubi † *num. 119.* illud
declarat, ut procedat in penſione, quæ datur pro ſtipendiis, non tamen in penſione, quę datur in titulo beneficii, ut tradit Navarr. *conſil. 5. de filiis presbyterorum, & conſil. 61. numero tertio*, ubi dicit, quòd de ſtylo Curiæ, requiritur quod ſit legitimus. Et Zechus, *de beneficiis, & penſionibus, capite undecimo, numero ſeptimo.* Sed quidquid
63 ipſi Doctores referant, non † video de iure, ille-
gitimos eſſe incapaces penſionis, cum ſit quid tẽporale, ſive detur in titulum, ſive pro ſtipendio,
64 & congrua ſuſtentatione. Et † ſtylus Curiæ mo-
do eſt albus, modo niger, & ſit mutabilis, ad mutationem novi Papæ, ut in *cap. quam gravi, de cri-*
65 *mine falſi*, & illegitimus † habet fundatam ſuam
intentionem, & capacitatem; & qui voluerit cõtrarium, non debet audiri: quia ſtylus non eſt in corpore iuris: & iudex ordinarius debet ſecundũ ius ſcriptum ſententiam proferre, & non ſecundum quod Doctores de ſtylo Curiæ ſcribunt, pro
qua ſententia pondero † declarationem Cardina- 66
lium, *ad dict. cap. 7. ſeſſ. 24. de reformat.* Vbi in una
cremonenſis cenſuit, quod † incapacitas homi- 67
cidæ ad beneficium, non extenditur ad penſionẽ. Cuius literam refert Nicolaus Garcia, *de benefic. ubi ſup. num. 136.* Et ſic dicit Sa. *in ſua ſumma, ver-*
*bo, homicidia, num. 21.* quod † homicida volun- 68
tarius, non eſt incapax penſionis, ex congregatione Concilii. Et ſequitur Suarez, *tom. 5. diſput. 44. ſect. 4. n. 39.* ubi dicit, illud à fortiori procedere in quacunque irregularitate. Ergò ſi incapax beneficii, eſt capax penſionis; quare illegitimus, qui habet penſionem, (licet in titulum,) non poſſit eam obtinere, cum de iure nulla ſubſiſtat incapacitas.

Et ſic † filius illegitimus, qui eſt diſpenſatus 69
ad beneficium, poterit obtinere penſionem, ut docet Gigas, *de penſionibus, quæſt. 19. in fin.* ubi dicit, quod, ſi eſſet iudex, ſemper iudicaret, illegitimum diſpenſatum, quo ad ordines & beneficia, eſſe capacem eccleſiaſticæ penſionis. Idem tenet Rebuffus, *titulo, de diſpenſatione ſuper defectu natalium, num. 82.* Quæ ſententia placet Nico-
lao Garcia, *ubi ſupra, numero 150.* ſed † ſi acce- 70
ptet penſionem, non poteſt poſteà obtinere beneficium: quia diſpenſatio eſt ſtricti iuris, & intelligitur de primo actu, ut tradit Mandoſius, *conſil. 2. num. 3.* Navar. *conſil. 9. de præbendis.* Nec diſpenſatio ad penſionem eſt neceſſaria, ut obti-
neatur à Pontifice per illegitimum: quia † Epi- 71
ſcopus ſicut poteſt diſpenſare ad beneficium ſimplex, ut in *cap. 1. de filiis presbyterorum lib. 6.* po-
teſt † etiam diſpenſare ad obtinendam penſio- 72
nem, dum † penſio non conſtituatur à patre: 72
quia obſtaret decretum † Concilii Tridentini, 74
de quo *in cap. 15. ſeſſ. 25. de reformatione*, quam ſententiam, contra Gigantem, tenet Nicolaus Garcia, *ubi ſup. num. 159.*

Ex quibus infero, quòd † cum penſio impo- 75
natur ſuper fructibus beneficii, quòd † pro rata 76
penſionis tenebitur penſionarius ſubſidium & excuſatum ſolvere, & alia onera, quæ concernunt fructus, ut tradit Gigas, *de penſionibus, quæſtione 38. & 59. & 66. & 90. & in conſil. 117.* Gambarus, *de officio legati, lib. 6. quæſtione 5. à numero 20.* Navarrus, *conſil. 1. de eccleſ. ædificand.* Valaſcus, *de iure emphyt. quæſtione 17. numero 9.* Ioannes Garſias, *de expenſis, cap. 11. num. 58.* Moedanus, *deciſ. 4. alias 234. de locato.* Puteus, *deciſio. 386. libro 2.* & † ſi rector ſolvat integram penſio- 77
nem, poteſt retinere pro rata, ut tradit Decius, *conſil. 156.* Cacciaſupus, *quæſtione 17.* & ita iudicavit Rota, *deciſ. 298. num. 3. in 1. part. diverſorum*, quam deciſionẽ refert ad literam Nicolaus Gar-
cia, *de beneficiis, 1. part. cap. 5. num. 174.* ubi † il- 78
lud procedit, non obſtante clauſula penſionis, * *quòd ſit libera ab omni onere*: * Quia talis exemptio fuit ſublata, *per conſtitutionem* Gregorii
31. in una Toletana excuſati; in qua te † debet 72
attendi verus valor beneficii, & eius qualitas, &
onera. Et ſic vadimus † penſionarium, ſemper 80
ſolvere ſubſidium & excuſatum pro rata, licet contrarium contineatur in bulla penſionis, ſe-

cundum concordiam factam inter Regem nostrum, & statum ecclesiasticum, quia exemptio illa solum durat pro quinquennio, & non ultra, ut tradit ipse Nicolaus Garcia, *ubi supra, num.173.* Si verò clericus sit impeditus, non tenetur ad solutionem pensionis, ita Rota, apud Seraphinum,
81 *volum.2.decis.1351.* & quòd † pensio sit solvenda appellatione remota, tradit Garcia, *de benef.1.par.cap.5.num.57.*

## SVMMARIVM.

1 *Clericus debet puniri in eo loco, ubi delictum perpetravit.*
2 *Appellari potest, quando iudex procedit ad ulteriora, non obstante declinatoria fori.*
3 *Quoties opponitur exceptio declinatoria, ea prius est terminanda, quàm ad ulteriora procedatur.*
4 *Iudex non debet esse dubius de sua iurisdictione.*
5 *Exceptio declinatoria examinanda est ante litis contestationem.*
6 *Qualitas, quæ tribuit iurisdictionem, examinanda est, antequam procedatur in causa.*
7 *Iudex, de cuius iurisdictione dubitatur, an sit iudex in propria causa.*
8 *Concordia in dubio proposito refertur.*
9 *Fundamenta pro prima opinione referuntur.*
10 *Extra territorium ius dicenti, non paretur impune.*
11 *Inquisitio sine accusatore, non procedit.*
12 *Iurisdictio iudicis originis, non offenditur, propter delictum alibi commissum.*
13 *Punitio est facienda in loco delicti.*
14 *Inclusio unius casus, est exclusio alterius.*
15 *Contraria opinio, in quæstione proposita defenditur.*
16 Lex.1.C.ubi de crimine agi oporteat, *declaratur.*
17 *Reipublicæ interest, ne delicta maneant impunita.*
18 *Doctores pro hac opinione referuntur.*
19 *Iudex potest procedere contra subditum, pro iniuria sibi ab eo facta, neque potest iudex in causa propria.*
20 *Practica circa resolutionem quæstionis refertur, & iudicatum.*

## QVÆSTIO LXIII.

*Utrum judex ecclesiasticus faciat vim, cognoscendo contra clericum, pro delicto commisso in alio territorio.*

Clericus huius civitatis Toleti vicinus, & domiciliarius illius, commisit delictum in civitate Burgensi: Vicarius Toletanus procedit contra eum: ipse declinat iurisdictionem, di-
1 cens, quod ille non est iudex competens: quia † in eo loco debet quis puniri, in quo delinquit. Vicarius verò, non obstante exceptione declinatoria fori, & reiecta appellatione, ad ulteriora procedit. Ipse verò interposuit appellationem ex eo solum, quòd iudex ad ulteriora processit, ex traditis per Franciscum Beccium, *cons.31.* Baldus, *cons.277.lib.1.num.3.* Ruinus, *cons.117. num.18. lib.5.* qui tenent, quod † potest appellatio inter- 2
poni ex eo solùm, quòd iudex, non obstante declinatoria fori, ad ulteriora procedit. Dubium vertitur, an dictus Vicarius faciat vim, tàm in procedendo, quàm in exequendo. Et antea quàm ista quæstio resolvatur, animadvertendum est,
quod † quotiescunque opponitur exceptio de- 3
clinatoria, prius terminanda est dicta exceptio, saltem summariè, quam ad ulteriora procedatur;
& ratio est, quia † oportet, ut iudex sciat se iudi- 4
cem, antequam iurisdictionem exerceat: & ubi debet aliquid constare, non sufficit sola allegatio, ut docet Bart. *in l.præscriptione, num.8.C.si contra*
*ius, vel utilitatem publicam*, dum † vult huius- 5
modi exceptionem esse examinandam ante litis contestationem. Idem repetit *in l. C. ultima, §. sed cum scimus, C.de temp.appellat.* Paulus de Castro, & Ias. *in l.cum quidam, §.quoties, numer.3.D. de iurisdictione omnium iudicum*, & docet Felinus, & Abb. *in cap.si clericus laicum, num.3.de fo-*
*ro competenti.* Neque † sufficit, quòd qualitas, 6
quæ tribuit iurisdictionem, probetur in prosecutione causæ, ut tradit Ioannes Petrus Bemius,
*consil.66.num.16.* ubi etiam dubitat, an iudex, † 7
de cuius iurisdictione dubitatur, sit iudex in causa propria, & an iurisdictio sit sua, quod disputat Ias. *in l. 2. à num.16. & 23. D. si quis in ius vocatus, non ierit,* Abb. *in cap.cæterum, de iudiciis*, gloss. *verbo, copia, in cap.statutum. §.1.de rescriptis lib.6.*
Corsetus, *singulari, 149. verbo, iurisdictio.* In † qua- 8
re ita resolvenda est controversia. Quia aut dubium est super persona iudicis, an debeat esse ecclesiasticus, vel sæcularis; & tunc aut est appellatum à declinatoria iurisdictionis, vel non; tunc si appellatio interponatur, non potest iudex ad ulteriora procedere: quia facit vim, cum sit dubius de sua iurisdictione: Si verò non fuerit appellatum, rectè procedit: Aut contentio est super re & lite, de qua agitur, & non dubitatur de iurisdictione iudicis: tunc rectè potest ad ulteriora procedere, non obstante declinatoria. Si verò declaretur iudex, & appellatio interponatur, non potest amplius procedere in causa, quia per viam violentiæ omnia reponentur, ut tradit Bemius, *supr. num. fin. consil.31.*

Quibus † sic positis, pro faciliori intelligen- 9
tia huius quæstionis, pro clerico, qui extra territorium delictum commisit, facit regula textus, *in l.fin.D. de iurisdictione omnium iudicum, cap.2.*
*de constitutionibus, lib.6.* ubi † extra territorium 10
ius dicenti, sive civiliter, sive criminaliter procedat, non paretur, ubi illud notant Doctores, & aliàs officium iudicis ordinarii extenderetur ultra territorium: & sicut non extenditur iurisdictio, sic neque eius officium, ut arguit Bonifacius de Vitalinis, *in tractatu, maleficiorum, tit. de Inquisitione, num.54.*

Secundò facit, quia † inquisitio sine accusa- 11
tore, est contra regulas iuris, *lex, rescripto, §. si quis accusatorem, D. de muneribus, & honoribus.*

Et

Et cum inquisitio tendat ad publicam vindictam, ex † delictis factis extra territorium, non potest dici iniuria facta Reipublicæ, cui ipse iudex præest, neq; eius iurisdictio offenditur, cum iniuria facta sit principaliter reipublicæ iudicis illius territorii, in quo delictum commissum fuit: & sic ad ipsum spectat punitio, & non ad iudicem originis.

13 Tertiò, quia † in eo loco debet quis puniri in quo delinquit, *l. si cui, §. ult. de accusationibus, authentic. qua in provincia, C. ubi de crimine agi oporteat.* Ergò non potest ab alio iudice puniri:

14 quia † inclusio unius est exclusio alterius. *l. cum Prætor, D. de iudiciis, l. Maritus, C. de procuratoribus.* Quam opinionem, pluribus citatis, diximus esse communiorem *in lib. 2. practicarum quæstione* 678. quam opinionem dicit communiorem contra plures, & eam sequitur Franciscus Beccius *consil. 9.* ubi refert sex fundamenta, & reprobat Bursatum, *consil. 77. vol. 1.*

16 Sed † pro iudice domicilii, facit text. *in † l. unica, C. ubi de crimine agi oporteat,* ibi: * *Vbi cõmissa, vel inchoata, vel ubi reus criminis reperitur.* * Et sic, cum reus criminis reperiatur in suo domicilio, & constet de delicto ab eo perpetrato iudici domicilii, sequitur, quòd possit adversus eum

17 procedere, quia † expedit Reipublicæ, ne delicta maneant impunita, *l. congruit D. de officio præsidis.*

18 Quam † opinionem ultra Doctores, quos cõgessimus, *ubi supra, in nostra quæstione,* 678. tenet Iulius Clarus, *lib. 5. receptarum sententiarum, §. ultimo, quæst. 34.* Et Franciscus Marcus, *decis. 184.* Prosperus Farinacius, *tit. de inquisitione, quæstione 7. num. 19.* Rolandus à Valle *consil. 19. volum. 2.* & in hac quæstione refert duas communes opiniones Bursatus, *consil. 77. num. 2. volum. 1.* qui sequitur istam opinionem, quam latè confirmamus *in dict. quæstion. 678. à num. 9.* ubi legem Regni ponderamus. Et ultra ibi tradita, disputat nostram quæstionem ad partes, Andreas Fachineus, *libr. 8. controversiarum iuris, cap. 20.* ubi hanc sequitur opinionem, & respondit fundamentis contrariæ sententiæ. Idem novissimè tenet, *consil. 59. lib. 2. consiliorum à num.* 10 ubi dicit, quòd hæc est communior & recepta sententia, ex Covarruvia, *practic. quæst. cap. 1. post numerum 6.* Et illud ampliat Fachineus, *dict. cons. 59. num. 9.*

19 Etiam si † iniuria facta fuerit ipsi iudici: quia nihilominus potest procedere contra subditum. Ita Oldradus, *cons. 7.* Alexand. *cons. 13. num. 10. libro 6.* Rolandus, *cons. 48. lib. 2. & cons. 19. num. 19. eodem volumine.*

20 Ex quibus † in quæstione proposita resolutivè tenendum est, iudicem ecclesiasticum domicilii, vim non facere, procedendo contra clericum delinquentem extra territorium, ex rationibus de quibus supra: nisi fuerit iam punitus à iudice territorii, ubi delictum perpetratum fuit, quia tunc non debet amplius procedere ad delicti punitionem, neque per inquisitionem, argumento textus, *in cap. de his, de accusationibus.* Et si non obstante sententia, iterum velit iudex originis procedere, interposita appellatione, & implorato auxilio Regali, omnia reponentur, declarando, iudicem domicilii vim facere, iterum de causa iam iudicata cognoscendo: quia, licet uterque iudex habeat iurisdictionem, ut ponderant Doctores, *ex dict. l. 1. C. ubi de crimine agi oporteat,* cum causa sit ab uno præuenta & iudicata, alter non debet amplius procedere, cum iam delictum nõ remaneat impunitum, quod semper lex desiderat, *l. si ita vulneratum, D. ad legem Aquiliam, cap. non est crudelis, 23. quæstione 5. cap. ut famæ, de sententia excommunicationis.*

## SVMMARIVM.

1 *Delictum clerici, non debet præiudicare iurisdictioni ecclesiasticæ.*
2 *Gabella, quæ debetur à clerico, petenda est coram iudice ecclesiastico, secundum plures.*
3 *Clericus negotiator tenetur gabellam solvere.*
4 *Iudex sæcularis non debet iudicare personas ecclesiasticas.*
5 *Libertas ecclesiastica non potest tolli per legem, vel statutum.*
6 *Doctores pro parte negativa referuntur.*
7 *Contraria opinio defenditur, quod iudex sæcularis sit competens, ad solutionem gabellæ clerici.*
8 *Clericus negotiator perdit privilegium fori.*
9 *Resolutio Senatus refertur in quæstione proposita per viam violentiæ.*
10 L. 1. tit. 2. lib. 9. recopilationis, *declaratur.*
11 Auto del Consejo Real se refiere, sobre la determinacion de la question.
12 *Clerici ratione officij sæcularis conveniuntur coram iudice sæculari.*
13 *Clericus negotiator cõvenitur ratione bonorum coram iudice sæculari: & illi ponitur schedula regalis: & quid fuit iudicatum.*
14 *Clericus medicus, vel advocatus, qui delinquit in suo officio, convenitur realiter coram iudice sæculari.*
15 *Clericus Consiliarius Regis, convenitur delinquens in suo officio, coram iudice sæculari.*
16 *Episcopus potest punire suos officiales laicos, qui in suo officio deliquerunt.*
17 *Arma prohibita, tolli possunt clericis per Curiã sæcularem.*
18 L. 9. tit. 3. lib. 1. recopilationis, *declaratur.*
19 L. 5. tit. 4. lib. 1. recopil. *declaratur.*
20 *Clerici, & personæ ecclesiasticæ, possunt conveniri coram iudice laico, pro contributione locustæ.*
21 *Clericus negotiator, quis dicatur, & quæ requirantur.*
22 *Clericus debet ter moneri, ut dicatur negotiator, de iure canonico.*

## QVÆSTIO LXIV.

*Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat contra clericum negotiatorem, pro solutione gabellarum.*

SI clerici de iure divino, seu de iure positivo, sunt exempti à iurisdictione iudicis sæcularis,

laris, ut diximus *in præfatione ad hoc opus, cap.5.*
videtur dicendum, iudicem ecclesiasticum non
facere vim, procedendo per censuras contra sæ-
1 cularem; quia † delictum clerici, qui se immi-
scet negotiis sæcularibus, non debet præiudicare
iurisdictioni ecclesiasticæ, argumento text. *in ca.
si diligenti, de foro competenti*: & per consequēs,
2 licet † debeatur Gabella ex tali negotiatione, pe-
tenda est coram iudice ecclesiastico, & non sæcu-
lari. Quam opinionem tenet Cardinalis, *in cle-
mentina præsenti, 6. quæstion. per illum textum, de
censibus* Baldus, *in l de his, C. de Episcopis, & cleri-
cis*, Abb. *in c. qualiter, in fin. de iudiciis.* Maria-
nus Socinus, *in c. sanè declarat. 9. de foro compe-
tenti.* Gregor. *in l. 49. tit. 6. partit. 1. verbo*, * *las
franquezas*, * Bertachinus, *de Gabellis, 7. part.
quæstio. 7. versiculo, prætereà*, Rolandus, *cons. 71.
3 num. 25. volum. 4.* Quia † sufficit, quòd clericus
teneatur solvere Gabellam ratione negotiatio-
nis, à qua cæteri clerici sunt immunes, ut *in cap.
quanquam de censibus, lib. 6. Clementina, Præsenti,
30 Vltimo adverto, exceptionem † consanguinitatis esse præiudicialem ad causam matrimonij, quia ea proposita subsistit lis principalis, text. *in c. 1. de ord. cog.* ibi: * *Ante est cognoscendum de ipsa, quam ad definitionis articulum procedatur.* * Id est, priusquam fiat ulterior processus super articulo principaliter definiendo, ex reg. *l. ordinata, D. de lib. caus.* Et ita iuxta hunc sensum notant illum textum, *d. c. 1.* Capella. Tholos. *quæst. 29.* Maranta, *de ordine iudiciorum, 4. part. distinc. ultima, nu. 13.* Robert. *lib. 1. sent. c. 13. part. 2.* Et constat ex eo, quia per huiusmodi exceptionem concluditur inhabilitas mulieris, agentis super matrimonio: & patet, eidem non competere actionem ipso iure, quod sonat verbum, * *perimatur*, * expressum *in d. c. 1. de ord. cogn.* scilicet, ipso iure, ex quo præiudicialis exceptio resultat, ut notatur *in c. tuam, eod.* quicquid, DD. communiter, *in, d. cap. 1.* post Innocentium, text. illum intelligant de incidenti solum quæ non impedit processum in causa principali: ex quibus facile intelliges, textum *in, lib. prim. C. de ord. iudi.* cuius verba sunt intelligenda de pronunciatione principali: quasi sit sensus, iudicem, de quo ibi; alias incompetentem in causa status, posse cognoscere incidenter de illa exceptione: quia non pronunciat de statu principaliter, id est, definitivè, sed de hæreditate principaliter. Non tamen negat pronunciationem ad effectum definiendæ controversiæ super hæreditate, & satis consonant intentio & mens Imperatoris, ibi: *versi. nec enim.*

...cep- ...o præ ...dicia- ...

31 Quocirca hinc descendit intellectus, † *ad cap. tuam, de ordine cognitio.* ubi petenti hereditatem obstat exceptio nativitatis, quæ prius debet coram iudice ecclesiastico terminari, ubi secundum glossæ intellectum, prius, coram iudice sæculari fuit petita hæreditas, & exceptum fuit de illegitimitate. Qui quidem glos. intellectus communis est, secundum Ioan. Andre. & omnes, *ibi:* secundũ Abb. *numer. 7.* & iuxta eum sensum, ille tex. frequenter citatur, ut per Bart. *in. l. 1. numer. 4. D. de iuris. om. iud.* ubi inquit, quod si petam hæreditatem, tanquam patris mei, oportet, probare me esse filium legitimum: quod esse non potest sine matrimonio: matrimonium autem licet res spiritualis sit, & an fuerit, nec ne, inter patrem & matrem alicuius, cum tota quæstio in facto versetur, nec ea quæstio spiritualis sit, tunc iudicem sæcularem eam utiq; expedire posse, ac cognitionem assumere. Quod si quæstio super iure verteretur, habito facto pro constanti, dubiumq; foret, an inter eos matrimonium esse poterat, tunc cum illa quæstio spiritualis esset, iudicem sæcularem se nõ posse intromittere. Ad idem allegatur à Bart. *in l. quoties, C. d. iud.* pro quo intellectu facit verbum, * *delatam*, * ibi: *ad examen nostrum (utpote quæ ad forum ecclesiasticum pertinet) esse delatam*, Quæ verba satis insinuant, causam natalium ex iudicio sæculari, coram quo petebatur hæreditas, ad ecclesiasticum devenisse. Et iuvat, quoniam si causa natalium ante omnia fuisset proposita corã summo Pontifice, nec esset obiecta exceptio illius coram Rege de hæreditate cognoscente, potuisset Rex ipse probabiliter ignorare, quid nam ageretur apud Sedem Apostolicam: quod tamen text. *in princ.* non admittit. Nec obstat verbum, * *inciperet*, * expressum in eo text. ex quo nonnulli credunt, causam hæreditatis non fuisse cæptam, & Pontificem ante omnia fuisse aditum à Regina super legitimitate. Respondeo enim cũ Abb. & Imol. & aliis, *d. c. tuam*, quod verbum illud non significat initium litis super hæreditate, sed initium prosecutionis coram Rege novo, cum tamen negotium coram patre illius iam defuncto cœptum fuerit, ut advertit Bernardus, *ibi, in casus positione.*

Ex quo infero, quæstionem † legitimitatis, qua quæritur, utrum aliquis sit de legitimo matrimonio natus, ad ecclesiam pertinere: nec posse discuti à iudice sæculari. Idem probat tex. *in c. lator, & c. causam quæ, extra qui filij sint legitimi.* Cuius rei ratio, omissis aliis, de quibus per Innoc. & alios utrobique ex mente Panor. *d. c. tuam, n. 3.* ea est quoniam quæstio hæc non potest discuti, quin prius agatur de viribus matrimonii, à quo pendet, ut per totum text. *qui filij sint legitimi.* Constat autem potestatem cognoscendi de matrimonio, cum sit ecclesiæ Sacramentum, *c. ad abolendam, de hæret.* ad spiritualem iurisdictionem pertinere, & consequenter ad ecclesiam, cui soli ea iurisdictio competit ex lege divina, Ioan. ult. *c. ita Dominus, distin. 19.* Covar. *practicarum quæstionum cap. decimo tertio. n. 2.* 32

32 Cognitio legitimationis an ad ecclesiam pertineat.

Vnde infero, Iudicẽ † qui de causa principaliter cognoscere non potest, posse tamen incidenter: quod clarius Imperatoris Alexandri constitutione declaratur. *in l. quoties, 3. C. de iudic.* * *Quoties*, inquit, *quæstio status, bonorum disceptationi concurrit, nihil prohibet, quo magis apud eum quoque, qui alioqui super causa status cognoscere non possit, disceptatio terminetur.* * Cuius constitutionis regula procedit in iudice, qui tantummodo est incompetens, tunc enim efficitur competens, si quæstio incidenter proponatur. Quia incidentia extendunt iurisdictionem: at verò in speciè, *c. tanta, & similium*, agitur de iudice non solum incompetenti, verum etiam incapace, qualis est laicus respectu iurisdictionis spiritualis, de

qua ibi

qua ibi agitur. Vnde nihil mirum, si incapacitas hæc non tollatur, si spirituale incidenter deducatur, cum pertineat ad iurisdictionem omnino diversam, ad quam non fit extensio, etiam ratione incidentiæ, *arg. l. ea qua, versi. magistratibus, D. ad municip*, cum traditis per Ias. *in, l. iubere, numer.* 18. *D. de iurisd. omni, iud.* atque ita resolvunt Angel. *numer.* 3. *in l.* 2. *D. de iurisd. omni. iudic.* ubi Paulus & Socinus, *numer.* 13. Anchar. *in, cap. tuam, sup. d. n.* 11. Abb. *in c. lator, nu.* 7. Præposit. *n.* 16 post. glos. *ult. ibi, qui filij sint legit.* & ad hoc reducendus est Bart. *d. l.* 2. *n.* 3. *& d. l. quoties*, glos. *d. c. tuam*, Abb. *ibi, n.* 7. & Anto. *n.* 17.

Et per illum text. *in d. l. quoties*, tradunt interpretes nostri, iudicem aliàs incapacem principaliter, posse secundario, & incidenter, & veluti per quandam consequentiam, de his cognoscere, & per illum text. dicit glos. *in l. cum. proponas, C. de iureiurando*; quod licet arbiter in causa liberali assumi non possit, *l. non distinguimus. §. liberali, D. de arbitrijs, capit. causa, de in integrum restitut.* Potest tamen de ea cognoscere, cum incidit in aliquam causam, de qua principaliter cognoscit, *d. l. cum proponas*: quam glossam dicit valde singularem, Barbat. *consil.* 1. *col.* 4. *vol.* 2. & ante eum Romanus, *consil.* 468. causa status, & per illum text. dicit etiam Bald. *in l. adversus. C. si adversus rem. iud.* Quod si de nullitate sententiæ, latæ à delegato Principis, solus Princeps cognoscit, ut est, *ibi*, text. per quem ita voluit Iacob. Butrigar. *ibi*, iuncto tex. *in l. ultima, C. de legibus*, illud tamen procedit, quando principaliter de ipsa nullitate ageretur. Quod si incidenter agatur, poterit etiam alius, quam Princeps, cognoscere. Qua ratione incidentium quæstionum augetur iurisdictio; id quod etiam voluit Angelus, *consil.* 266. *incip. dicta interlocutoria, punctus est per dominum, col.* 2. sequitur, Tiraq. *in tractatu, res inter alios acta, fol.* 123. *col.* 1. *versic. in hoc casu tantum.* Vnde eleganter infero; quod iudex causarum criminalium, qui in criminalibus causis tantum habet cognitionem, nec de civili potest causa cognoscere, ut tradit Iurecons. *in, l. solemus, § latrunculator, D. de iudic.* & latè sequitur Menochius, *de arbitrariis iudicum, qq. quæst.* 82. *numer.* 7. & probat, *l.* 1. *§. ult. & lex. quod diximus, D. de Auctoritate tutorum*, adeo quod eius iurisdictio ad eam prorogari non possit, *l. testamento, D. de testam.* Vti Cyn. & Baldus hoc notant. idem Cynus, & Baldus, *in l. si quis ex consensu, C. de Episcop. audi.* Tamen potest cognoscere incidenter de ista causa, ut in specie declarando, *d. l. solemus*, senserunt, *ibi*: Bald. & Castr. & Vantius, *de nullitate, ex defectu iurisdict. ord. numer.* 47. & Bald. *cons.* 175. *præsupposito. col.* 1. *vol.* 3. & Dec. *consil.* 450 *numer.* 3. qui interrogati responderunt, iudicem maleficiorum, esse competentem super damno dato. Quæ confirmantur ex traditis per Menoch. *de arbitra. quæst.* 45. *n.* 13. *lib.* 1. ubi post Zabarel. *in Clemētin. dispendiosam, quæst.* 36. *de iudic.* probavit, quod ille qui habet arbitrium super causa principali, habeat etiam super ab ea dependenti. Et pro superiori sententia est, tex. & exemplum, *in, l. interdum. §. qui furem, D. de furtis.* ubi cum huiusmodi iudex cognoscit principaliter de furto, criminaliter; poterit ultra pœnam furti incidenter iudicare de restitutione rei sublatæ, ad quod dicit esse illum tex. mirabilem, Bart. *ibi*, & Barbat. *cons.* 1. *vol.* 2. Cui est similis tex. secundum Bart. *ubi sup. in, l.* 4. *§. si dicatur, D. fini. regund.* quem ad hoc dicit esse notabilem, Ias. *in, §. ex maleficiis, instit. de action.* Et hoc voluit Inno. *in c. cum oportet*, & *ibi*, Felinus, *col. ultim. de accusat.* Bart. *in l.* 2. *§. hoc edict, D. de vi bonorum raptorū, & in, l.* 1. *D. ad SCtum. Turpillianū, & in l. penult. per illum text. D. de calumn. & in, l. defuncta, D. de public. iudi.* Bald. *in, l. quod evitandi, C. de condic. ob turp. causam & in l. observare. §. proficisci, quæs.* 6. *de offic Proconsulis, & in, l. ea quidem. C. de accusat.* Panormit, *in, c. finem*, 3. *par. glos. magna, de dolo, & contum. & in capit. postulasti, not.* 3. *per illum text.* ubi Felin. *de iudic.* Corneus, *consil.* 130. *viso libello, colum. penult. versi.* 1. *& insuper etiam iudex, vol.* 1. *& consil.* 8 *circa primum dubium, ver. venio nunc ad quartum, vol.* sic etiam è contrario, licet iudex causarum civilium, non habeat imperium, nec possit de causis criminalibus cognoscere: sit tamen causa crimin. incidenter accedat causæ civil. de qua principaliter cognoscit poterit de ea iudicare. *l. nullum, C. de testibus*, & ita tenuit expresse, Angel. *in l. si vacantia, vers. de quarto principali articu. C. de bonis vacant. lib.* 10. Ange. *in tract. maleficiorum, in glos.* 1. *ver. tertiò principaliter est videndum.*

Cæterum iudex, qui de criminali tantum causa cognoscere potest, illam cognitionē super causis criminalibus civiliter tractandis exercere non potest, quoniam, & sententiā & fine inspecto, diversa est causa criminalis, quæ civiliter tractanda est, à causa ipsa criminali, criminaliter etiam terminanda, quod probat Iureconsultus, *in, l. quod ad statum, D de pœnis.* quo in loco Marc. ait, * *solam sententiam spectandam esse, non criminis genus*, * cuius auctoritate decidit Rota, *dec.* 19. (nota, quod ibi, vbi agitur, *titulo de iudiciis in antiquis*) delegatum in causis criminalibus, non posse cognoscere de causis criminalibus civiliter tractandis, & Rotam secutus est Felin. *in c. Meminimus, de accusat.* hoc idem firmavit Rota, *decis.* 10. *incipiente, an iudex. appel. in antiqu.* Vbi fuit decisum, iudicem appellationis, deputatum super casibus criminalibus, non posse cognoscere super appellatione interposita à sententia lata in causa criminali civiliter, & ad pœnam pecuniariam agitatā, etiam si pœna sit fisco applicanda; eam adducunt rationem, quoniam causa hæc non dicitur criminalis, sed civilis, in qua hic iudex iurisdictionem non habet.

Quæ omnia supra relata non tantum procedūt in iudice ordinario, sed † & in iudice delegato, 14
cuius fines non adeo latè patent, ut qui exactā diligentiā mandati terminos observare debeat, *capit. cum dilecta. de rescriptis. ad finem.* Potest tamen de causa sibi nominatim commissa, non solum cognoscere, sed etiam de alia quoque, quæ incidenter advenit, ut est textus, *in, l. ultima, in fin.* & ita, *ibi*, notat Fulgosius, *C. ubi, & apud quem*: similis textus, *in capit. causa, de in integrum restitut.* quem, *ibi*, ad hoc notat Panormitan. *not. ibi.* 3. affirmans,

affirmans, ratione huius consequentiæ, seu incidentiæ, ampliari iurisdictionem, non solum ordinarii, sed etiam delegati iudicis. Quod procedit etiam in mandato procuratorio, ut ratione incidentis extendatur ad specialiter non commissa. Quod obtinet etiam in his, quæ requirunt speciale mandatum. Quod etiam probat Tiraquellus, *in tractatu, res inter alios acta, pagina*, 124. *columna*, 1. *versicul. & id quidem.* Vnde
35 eleganter infertur, iudicem † ecclesiasticum posse cognoscere, & definire, etiam inter laicos, negotium temporale incidens in causa spirituali coram eo mota, quia non incapax iurisdictionis temporalis, quam in plerisque casibus exercet. Et ita probat text. *in capit.* 8. *extr. de donat. inter vir, & uxor.* resol. Abb. *numer.* 5. *&* 7. *d. cap. lator*, Romanus, *numer.* 6. *d. lib.* 2. Mantuanus, *dialogo*, 42. *vers. ergo.*

Quamobrem licet causa dotis pertineat principaliter ad iudicem sæcularem, ut docet glos. *in, c. de prudentia, de donat. inter vir, & uxor. per tex. in l. mutus*, §. 1. *& l. quemadmodum*, §. 1. *D. de iure dotium, & l. ubi, & l. sequenti C. de eod.* Potest tamen iudex ecclesiasticus de dote incidenter cognoscere, cum videlicet incidit in causam matrimonii, de qua principaliter cognoscit, tex. *in d. c. de prudentia*, tradit Tiraq. *in tract. res inter alios acta, fol.* 123. *col.* 2. *vers. item, licet causa dotis.* Nec obstat, quod in specie, *d. c. tuã*, summus Pontifex non cognovit de quæstione hæreditatis, dependenti ab spirituali, ut text. habet: sed illam remisit ad Principem, quoniam reiecto intellectu Vincent. & Host. *in d. c. tuam*, quos sequitur Arch. *in summa*, 1. *q.* 1. Mantuan. *ubi supra, versi. maius*, & alio intellectu, Barbatiæ & Baldi, *in dicta, l. quoties*, Verius est, quæstionem temporalem in specie illius textus non incidisse in spiritualem principaliter motam, ut contingit *in d. cap.* 3. sed potius principaliter ibi actum fuit de quæstione hæreditatis coram laico, & incidenter deducta est exceptio spiritualis, iuxta habita in summario *illius text. in, d. c. tuam*, unde merito remittitur ad sæcularem quæstio hæreditatis coram eo cæpta, *l. ubi cæptum, D. de iudic.* Abb. *nu.* 7. Ioan. Andre. & Præposi. *nu.* 16. *d. c. lator.*

Tertio infero non esse veram Bart. sententiam, *in, d. l. Titia, nu.* 5. existimantis, regulam, *d. c. tuam, & similium*, procedere, ubi de matrimonio agitur inter coniuges; secus, si inter tertios. Obstat enim ratio incapacitatis, quæ pariter viget utroque casu, & in expresso: ita probat tex. *in, d. c tuam. & in, d. c. lator*: unde Bartoli opinio communiter reprobatur, ex Vincentio, *ibidem, n.* 11. *& in, d. l. Titia*, post Alexandrum, qui probabiliter existimat literam Bartoli esse corruptam.

36 *Reconventio clerici in causa civili.* Quartò infertur, clericum † in causa civili posse reconveniri coram iudice sæculari, tradunt, DD. cum glos. *penult. in cap.* 1. *de mutuis petit. & in sum.* 11. *quæstio.* 1. sequitur communis, ex Mariano, *in dicto cap.* 1. *nume.* 27. & servatur in praxi secundum Afflictum, *decis.* 173. probat ordinatio Regia, *libr.* 2. *titulo.* 1. §. 2. cuius verba sunt: * *Se o clerigo citar algun leigio per ante iuiz secular, e o leigo o quiser reconvenir per ante o dito juiz leigio, podelo ha fazer: e sera o clerigo obrigado responder per ante juez secular, pues per ante elle comecuo demanda o leygo, e esto overa lugar, quando a recõvencaon for sobre deudas en vtres cosas, que civilmente se domanden, o sobre pagamento, e satisfacaon de alguna iniuria, ou emenda, o corregimento de algunda o, quandu civilmente se demandarem.* * Et eam ordinationem confirmat Duen. *reg.* 102. *clericus in causa*: & nos etiam pertractavimus, *libro receptarum sententiarum, cap.* 13. Quæ conclusio ea potissimum ratione nititur; quoniam non est laicus incapax iurisdictionis civilis in clericos: quam olim Imperatores exercebant; ut *per totum titulum, C. de sacros. ecclesi.* Et solum ex privilegio Imperatorum huiusmodi iurisdictio ad ecclesiam translata est, *auth. statuimus, C. de Episcopis, & clericis*: latè Covarr *in pract. qq. c.* 31. unde nihil mirum, si laicus per recõventionem efficiatur competens: quia illa censetur incidens respectu causæ prioris, ex gloss. *ultim. de cap. tuam*, & gloss. 2. *in authe. & consequenter, C. de sentent. & interlocut.* advertit Vicent. *in dicto capit. tuam*, Antonius *dicto numero, decimo septimo*, Archidiacon. *ubi supra*, & ibi, Bellamera, & Alexand.

Tunc † demum autem causa natalium ad iudicium ecclesiasticum pertinet, cum agitur de viribus matrimonii, an sit legitimum necne? Et ita advertit Ancharranus *in regula, ea quæ, numer.* 10. *versicul. credendum, libr.* 6. Vincentius *numero*, 12. *in, l. Titia, D. soluto matrimonio*, Bartolus, & omnes citati sic intelligentes, textum *in dicto capit. tuam, & in dicto cap. lator, qui filij sint legitim*, alioquin si quæstio matrimonii solum ex facto versetur, ut quia excipitur contra aliquem, quod non præcesserit matrimonium inter parentes, ipse verò oppositum contendit, & ita dubium est facti; competens erit sæcularis, quia nihil proponitur speciale, cuius sit incapax, & sic limitatur tex, *in dicto capit. tuam*, ex Bartol. *in l. quoties, C. de iudic, & in l. omni innovatione, C. de sacros. Ecclesiis, & in l.* 2. *numero.* 4. *D. de iurisdict. omn. iud.* Vbi Oroscius, *numer.* 17. dicit receptam sententiam, & in praxi servari, Covarr. *de spon.* 2. *p. c.* 8. § 12. *n.* 4. late Padill. *in, l.* 1. *nume.* 57. *C. de iuris, & facti igno.* Vantius *de nulli. ex def. iurisd. ord. n.* 54. *ad fin.* post. Abb. *in, c. cum sit, n.* 17. *de foro comp.* Quamvis contrariũ (ut scilicet in quæstione facti procedat dispositione tex. *d. c. tuam.*) existiment Bald. & Fulg. *in, d. l. quoties, & in dicta, l. omni.* Iason. post alios *in, d. l. quoties, n.* 7. & Abb. *d. c. tuam, num.* 10. Imola. *in fin.* Decius, *in, cap.* 2. *n.* 24. *versic. quarto, de iudiciis*, Quorum sententiam falso receptam dicit Aretinus, *d. l. omni. numer.* 3. nec pro illis est tex, *in c. si iudex, de sent. excom. lib. sext. & in cap. ut inquisitionis, in §. prohibemus, de haret. eod. lib.* — 37 *Causæ nataliũ ad quem iudicem pertineat.*

Ex † quo videtur confundi communis opinio quæ habet, laicum esse iudicem competentem, ubi vertitur quæstio super facto rei spiritualis, quam tradit Turzanus, *libr. commun. opin. opinione*, 90. *si coram iudice*: ubi concludit, spiritualem quæstionem, in facto tantum consistentem, posse cognosci per iudicẽ sæcularem; si verò — 38 *Causa super facto rei spiritualis.*

sit in

sit in puncto iuris, tunc pertinere ad spiritualem:
39 siquidem † dubium hoc, an quis sit clericus, nec ne? est dubium facti, scilicet, an sit ordinatus; & tamen per illum text. d. c. si iudex, non ad laicum, sed ad ecclesiasticum spectat, ut expendit Abb. d. c. tuam, n. 10. Romanus, in, l. 2. n. 7. D. de iurisdictio. omn. iudi. & alij. Vnde Anchar. in regula, ea quæ, numer. 10. cum sequent. D. de regul. iur. existimat, text. in d. c. si iudex, procedere, ubi agitur de facto rei spiritualis, quæ in laicum non cadit, ut laicus maneat, cuiusmodi est clericatus, de quo ibi; & ita intelligitur opinio contra communem. de qua supra, At verò, quod opinio communis procedat in factis rerum spiritualium, quæ in laicos cadere possunt, manente statu laicali, ut est matrimoniũ, usura & his similia, sequitur Alex. nu. 7. Vincent. n. 14. in, l. Titia, D. solutio matr. Decius, in, cap. 2. de iudiciis, nu. 24. ad fin. addit. ad Bart. in, l. quoties, C. de iudiciis. Vnde quamvis iudex laicus non possit cognoscere de causa usurarum; sed solus iudex ecclesiasticus, ut notatur 11. quæstione prima, cap. summa, & Clementina Dispendiosam, de iudic. tamen si in quæstionem pignoris, aut aliam principaliter coram iudice laico motam, incidat usurarum quæstio, poterit de eadem incidenter cognoscere, ut voluit Bald. in, c. 1. §. simili. de contro. invest. de quo verè Bald. in, l. quoties, C. de iudiciis: & tradit Tiraq. in tract. res inter alios acta fol. 123. col. 2. vers. Præterea quamvis, quæ tamen resolutio non satisfacit, tum, quia tex. in, d. c. si iudex; solum considerat, quod in hac specie agitur de re spirituali, non verò attendit, utrum cadat, vel non cadat in laicum: tum præterea, quia crimen hæresis cadit omnino in laicum, & tamen Anch. ipse cum communi negant, de illius facto posse cognoscere, ex, c. ut inquisitionis, §. prohibemus, de hæret. lib. 6. quo tex. communiter receptum est, iudicem sæcularem non posse cognoscere de hoc crimine, etiam quo ad quæstionem facti, Alex. in, l. Titia. n. 12. ubi Vincen. n. 16. D. soluto matr. Felin. in, c. cum sit, n. 1. vers. 1. de foro comp. Simanc. de institu. catholic. c. 36. in princi. Decius, in. c. 2. n. 24. in fin. de iudi. Sed oppositum probabilius est, quia quæstio facti huius criminis, non est magis spiritualis, quam quæstio facti matrimonij, & similiũ, de quibus laicus cognoscit, iuxta superius resoluta: & ita tenet Sicul. in, c. 1 n. 77. de offic. ordin. lib. 5. tit. 2. §. 1. agens de Apostatis, qui in totum recedunt à fide, puniendis per sæculares, quia sola quæstio facti vertitur, utrum scilicet defecerint à fide per Apostasiam; Nec ulla est iuris dubitatio, in quo quidem sensu accipienda sunt, illa verba eiusdem, § ibi: * ou autra secta, * scilicet, similis Apostasiæ, & ita probat ea ordinatio, de quo dubitat Navarr. in, c. novit. not. 6. numer. 44. versic. 3. de iud. Quamvis in praxi receptum non sit: nec obstat text. in, d. §. prohibemus. quia solum prohibet omnem modum de quæstione iuris, sive principaliter, sive incidenter, ut rectè advertit gloss. ibi: & Sicul. ubi supra, & satis consonat, quia cognitio de quæstione facti, non est propriè cognitio de crimine, quam ille text. prohibet, nec refragatur ratio text. ibi: * cum merè ecclesiasticum, * quia solum concludit, laicum, non posse cognoscere de iure: quia crimen hoc non est mixti fori, sed in totum pertinet ad ecclesiam. Vnde laicus obtinebit in eo eam cognitionem, quam obtinet in merè ecclesiasticis, & spiritualibus, id est, cognitionem facti. Non poterunt igitur petere, fieri sibi copiam processuũ, ad examinandam illorum rectitudinem, quia per hoc saltem indirectè impediuntur processus ipsis: atque ita probant Baldus, Angelus, Iason, & Decius, & alijs in, l. magistratibus, D. de iurid. omn. iudi. Simanca, de catholicis institut. c. 36. numer. 3. asserentes, ita communiter receptum, & in praxi servatum in Hispania, & apud nos ita moris est. Iuvat textus, in, d. c. ut inquisitionis, ibi: * recipiant indilate, * quamvis Bartol. in dicta, l. magistratibus, & in l. divus, n. 2. D. de custod. reorum, contrarium dicat, quæ fuit olim sententia communis, ex Imola, in capit. 1. numer. 16. de officio ordin. per textum, in auth. de sanctissi. Episc. §. si quis contra, versi. si verò crimen, colu. 9 qui secundum prædictos procedit in crimine mixti fori, ut per Decium, in cap. at si clerici, in princi. numer. 15. de iudic. nec sententiam Bartoli probat ordinatio regia, libe. quint. titu. 2. in prin. ibi: * Pera os nossos desembargadores verem os ditos processos, * Quoniam intelligenda est ad effectum, ut iudices sæculares sciant, quæ pœna iis hæreticis sit infligenda, non vero, ut processum examinent.

Quod satis innuit ordinatio, ibi: * cumpram, * omittendum tamen non censeo, quod scriptum reliquit Francis. Turcan, lib. commun. opinio. 175. ubi scripsit, quod in hæresin relapsus, si per Inquisitorem iudicio laico tradatur, iudex non habet necesse absque ulteriore cognitione statim exequi, sed potest, si velit, super crimine ex integro cognoscere, eamq; dicit communem sententiam; secus tamen esse de iure canonico. Quam etiam sententiam tenuit Bart. in, l. magistratibus, ad finem, D. de iurisd. omn. iud. ubi scripsit, quod executioni non mittitur inquisitionis sententia à iudice laico, sine novo processu: quam opinionem reprobat Baptista à Villalobos, seu eius additionator, lib. commun. opinionum, versic. hæresis crimen, n. 42. Limitanda est tamen communis sententia, ut per Alciatum, in dicto. cap. 1. à nu. 154. Bruninus de hæreticis, lib. 4. cap. 15. postremò non obstat cõsideratio Decij ubi supra, quod scilicet ex facto ius oritur, l. si ex plagis, 23. §. in divo, D. ad legem qui & præterea laicus incapax iuris spiritualis, non potest cognoscere de facto illius. Respõdetur enim, ut per Iason, dicto numer. 7. & Ripam in, d. cap. 2. num. 17.

Quare retinendo communem, quam defendimus, non obstat tex. in d. c. si iudex, de sentent. excom. lib. 6. adverto tex. d. c. si iudex, qui à plerisque communi opponitur sententiæ, agere, ubi quæritur, an delinquens sit huiusmodi clericum, qui privilegio clericali potiri debeat? & ita est quæstio iuris, ut satis significant illa verba, ibi: * huiusmodi privilegio, * Ex quo apparet, ibi dubium esse, an delinquẽs gaudeat privilegio, nec ne? Vnde infero, non videri veram sententiam, Abb. d. n. 10 Beruf. & aliorum, d. c. si iudex, quam dicit communem, Covar. pract. qq. c. 33. n. 1. dum existimant, per illum

*per illum text.* laicum iudicem non posse cognoscere de quæstione facti circa clericatum. Contrarium enim verius est, quia non reperitur differentiæ ratio, inter cognitionem huius facti, & aliorum specialium, de quibus factis laicus cognoscit, ut superius resolvimus: & defendit Guido Papæ, *decis. 58.* asserens, ita servari in Gallia, quod & fatetur Rebuf. *in arbore exception. versi. secunda decisio, liter. c. d.* & probatur apud nos ordinatio Regia, *libro. 2. titulo. 1. §. 9.* ibi: * *Esto se fura assi, quando notoriamente foren conoezidos por beneficiados, au dordes sacras, ou non sendo notoriamente porta es cohecidos, se elles por ante nossas iusticas fizeren. certo que sam verdaderamente beneficiados, scilicet, por seu titulo; o por tistas, que estan en posse, do dito beneficio, ou que saon dordens sacras, monstrando seu titulo formente.* * Vbi Sancitum est, literas securitatis, quas nostri, patrio Idiomate, * *cartas de seguro,* * nuncupant, ab ecclesiasticis iudicibus, clericis sacris ordinibus initiatis, vel etiam aliis beneficiatis, indultas, fore omnino observandas, per seculares iudices: ad eos tamen facti notionem pertinere, clerici aut beneficiati sint, necne? Vnde non est intelligendum, iudicem laicum de his cognoscere discutiendo vires tituli beneficii, id enim ad ecclesiasticum spectat, etiamsi incidenter agatur, *capit. tuam, de ordine cognitione:* cum beneficium sit quid spirituale, *capit. dilecto, 25. versic. præterea, de præbend.* cognoscit igitur de veritate, quando quis sit; colligitur ex simplici ostensione tituli, vel ex aliis testimoniis, quibus appareat, illi beneficium fuisse collatum, vel ab eo obtineri, quod spectat ad quæstionem facti, cuius laicus capax est, ut suprà diximus: vnde illa verba; * *monstrando seu titulo soomente,* * non sunt intelligenda, quasi clericatus non possit aliter probari: sufficiunt enim testes, fama, & his similia, glossa, *verbo,* * *fecerit,* * *d. capit. si iudex,* communiter recepta ex Covarr. *practi. quæst. c. 31. num. 3.* & probatur *in cap. tua, de cler. pereg.* sed referuntur ad nudam ostensionem, quæ sola sufficit absque alia disceptatione.

Ex quibus infertur, quòd, ubi iudex secularis cognoscit, ut restituat clericum spoliatum beneficio, iuxta Stylum huius Regni, quem & nos latius comprobavimus *libro 1. cons. nostrorum, cons. 1. numer. final.* quem etiam defendit Navarrus *in c. si quando, fol. 147. de rescriptis:* & probat latè ordinatio *sup. §. 4. lib. 2. tit. 1.* poterit etiã cognoscere de colore tituli eiusdem beneficii; quando quis sonat in factum, ut probat Aufreri. & alii, quos sequitur idem Navarrus, *ubi suprà fol. 149.*

Infertur etiam, eadem ordinatione *d. tit. 1. §. 1.* secundum quam laicus cognoscit de titulo clericali illorum, qui sunt in minoribus constituti, item de habitu & tonsura, bigamia, & aliis quæ ad ius spectant; idque servari ab antiquo apud nos, Gamma *de Sacramentis, quæst. 5. nu. 29.* testatur: idque esse contra dispositionem, *d. cap. si iudex,* Defenditur tamen, quia, ut inquit Gamma, *ubi suprà,* id statutum fuit, per compositionem factam inter Regem, & Clerum huius Regni; & par est credere, interveniste auctoritate summi Pontificis, sine qua clerus contra ius statuere non potest, *c. quod super his, de maior. & obedientia.*

Ex his etiam infero, quòd † licet excommunicatio ecclesiasticæ iurisdictionis sit exceptio, 40
tamen excommunicatio proponi potest coram iudice seculari ad repellendum excommunicatum, ut notant omnes *in c. decernimus, de sent. excommu. lib. 6.* & ita probat gloss. *verbo, opponit, de exceptio,* gloss. *ult. in l. 1. C. de iuris, & facti ignorantia;* latè Tiraq *de retractu, tit. 1. §. 1. glos. 9. n. 275.* ex quo necessario sequitur, secularem iudicem ad vitandam malitiam excipientis, cui minimè fidem adhibere tenetur, posse cognoscere de quæstione facti, an excommunicatio lata fuerit nec ne? ut probat Dom. *d. c. decernimus, n. 4.* Idem *in c. 1. §. siquis, n. 10. de exception. in 6.* Decius, *in cap. Prudentiam, § 6. n. 2. de offic. delegati:* Padilla, *in l. 1. C. de iuris, & facti ignorantia, n. 57.* probat ord. *l. 3. titul. 38. §. 3. & §. ultimo.* Quæ licet generaliter loquatur, tamen per legem. *5. titul. 2. partit. 2. in extravagant.* restricta est, ad cognitionem facti quamvis Abb. *in c. tuam, n. 9. de ordine cognitionum,* etiam hanc cognitionem deneget seculari. Sequitur Alexander, *in leg. Titia, n. 15.* & ibi, Vicentius *eodem numero D. soluto matrimonio,* Perusinus, *dict. cap. decernimus, n. 4.* Baldus, *in lege quoties, in fin. C. de iudiciis,* Quorum fundamentum concludit solum in cognitione, quoad quæstionem iuris, circa validitatem excommunicationis, quam omnes fatentur non competere seculari, & probat *dicta extravagans.*

Ceterum † licet iudex laicus, de re spirituali 41
incidente in causam civilem, cognoscere non possit, sed ad iudicem ecclesiasticum remittitur, ut tradit Mynsingerus, *observatione 100. centuria 1.* videlicet, cum vertitur causa natalium, vel alia exceptio proponitur quæcunque spiritualis, ut necessarium sit, iudicialem disceptationem præcedere, ut probatur *in d. c. tuam, de ordi. cogni.* tamen si aliter ex actis constet de iure huiusmodi exceptionis sine disceptatione, vel per confessionem partis, vel quia factum notorium est, tunc etiamsi incidens spirituale sit, modo incidat in causam, de qua ipse iustè cognoscit, iudex laicus cognoscere potest, secundum memorabile Speculatoris, *de reconventione, §. 2. versiculo, sed nunquid, num. 1.* Quem sequitur Baldus *in l. 1. C. de sentent. quæ sine certa quant.* & *in l. Titia D. soluto matrimonio,* cum concordatis, *ibi* citatis per Alexandrum, & Baldum, *in lege Quoties, num. 2. c. de iudiciis,* & Felinus *in cap. cum sit de foro competenti, colum. 3,* idem Baldus, *in cap. tuam de ordine cognitionum, numer. 1. & 2.* & *ibi* Ancharran. *num. 13.* Quæ sententia est communis secundum Deci. *in cap. 2. de iudiciis;* & Navarrum, *in cap. cum contingat, de rescriptis, remedio, 2. fol. 148. versic. 5. facit litera K.* Cessat enim in hac specie ea cognitio, cuius laicus incapax est. Contrarium tamen probat Romanus, *cons. 399. n. 9. cum sequentibus.* Et alii, quos sequitur Decius, *in l. 2. n. 24. versi. 2. de iudiciis;* tum quia confessio facta in hac specie coram laico, ut pote [illegible]

nullius est momenti, *iuxta c. at si clerici, in principio, de iudiciis*, tũ propterea, quia notorietas non potest reddere laicũ capacẽ. Adverto tamen, confessionẽ, vel notorietatẽ non efficere, ut laicus super iure spirituali pronunciet: sed solũ quod possit exceptionem obiectã contemnere, quã cõstet malitiosè proponi, & consequenter, ut in negotio principali procedat. Nec obstat tex. *in d. c. at si clerici*, cui respondit Felinus, *in c. cum sit, n. 1 vers. non obstat, de foro cõpetenti*. Pro quibus facit doctrina Bald. *in lege, 1 in fine, C. de sententiis, quæ sine certa quãtitate prof.* asserentis, iudicẽ sæcularem, coram quo proponitur exceptio spiritualis, posse, eã cõtemtã, in negotio principali procedere, ubi vere intellexerit, eandem malitiosè proponi, sequitur Alexander, & *ibi*, Ias. *n. 17. in l. 2. D. de re iudicata, post alios*, Menochius, *de recuperãda possessione, remedio 5. n. 335*. iuvat *lex 2. C. ad L. Cornel. de falsis*, & doctrina Innocentii, recepta *in c. post electionem, ad finem, de concessione prabendæ*. Unde ad effectum investigandæ malitiæ, poterit sæcularis cogere excipientem, ut summariè capitula exhibeat, quibus apud ecclesiasticũ ius exceptionis propositæ probandum est, ex Salyceto, quem sequitur Alexander, *dicta l. Titia, n. 9*. Felinus, *in c. cum sit Romana. in principio, n. 3. de appellation*. Menochius, *ubi supra, n. 350*. Ias. *dicto n. 17*. Plures alios casus addunt Doctores, in quibus sæculares iudices de spirituali incidenti cognoscũt, variis in locis, præsertim Iason, *ubi supra, à num. 8*. Decius, *dicto l. 2. n. 24*. quorum plerique non iure probantur.

42 Adverto † tamen; quod in casibus, in quibus sæcularis competens & iudex circa exceptiones spirituales incidenter propositas, non potest principaliter pronunciare super illis, sed per modũ causæ in ordine ad quęstionem temporalem, ex Baldo, *in auth. ad hæc, C. de latina libertate tollenda*. Aretinus, *in c. cum sit, nu. 14. de foro competenti*, Navarrus, *ubi supra, fol. 149. vers. 3. ad finem*, licet Ias. *ubi supra, proximè, n. 11*. indistinctè credat, sæcularem posse in omnibus spiritualibus exceptionibus pronunciare per modum causæ, parum advertens, pronuntiaciones super incidẽtibus semper fieri per modum causæ, non verò principaliter, licet iudex competens sit, *l. 1. C. de ordine iudiciorum*. Utrum autem coram ecclesiastico, ad quem exceptio spiritualis remittitur, sit proponendus novus libellus, vel iuris ordo noviter observandus? tradit Abb. *in c. tuam, de ordine cognitionum, num. fin.* post Antonium, & alios, Abb. *in c. lator, nu. 8. qui filij sint legitimi*, & *ibi*: Præpositus, & Alexãder, *in dicta lege Titia, col. 3*.

43 Licèt † autem iudex sæcularis, coram quo proponitur exceptio spiritualis, possit excipienti terminum præscribere, intra quem coram ecclesiastico comparere teneatur, iuxta textum, *in cap. personas, 4. de appellationibus* non tamen potest præfigere tempus, intra quod teneatur probare, & causam prosequi coram ecclesiastico, quia id ad eundem spectat, idem probat Bart. *in l. 2. in principio, D. de re iudicata*, ubi Iason *n. 12*. Ripa, *numer. 7*. Decius, *num. 3. in cap. ex insinuatione, per textum*, ibi: * *lis et non potherint*, * Soc. *de appellationibus*, & satis iuvat text. *in cap. lator, qui filij sint legitimi*, ubi terminus ad prosequendum in hac specie præscribitur à summo Pontifice. Unde ordinatio *lib. 3. titul. 38. §. 3.* dum præscribit terminum ad proponendam exceptionẽ excommunicationis, intelligitur, ubi probatio facienda est coram sæculari iudice, ut quia agitur de quæstione facti, iuxta resoluta, *in cap. decernimus de sententia ex communi lib. 4*.

Ulterius adverto, exceptionem natalium obiectam filio hereditatem vendicanti, tanquam patris, esse præiudicialem: omissis † autẽ [illegible], quæ circa præiudicialiã tradunt Abbas, *num. 6*. Henricus, Antonius, & omnes, *in c. tuam, de ordine cognitionum*, & Doctores, *in §. præiudiciales, institutis, de actionibus, & in lege fundi, D. de exceptionibus*, & Afflictis, *lib. 2. constitutionum, rubrica, 20*. Maranta, *de ordine iudiciorum, 4. part. distinctione. ulti. in principio*; eam exceptionem præiudicialem esse intelligo, quæ differt processum super causa principali, ita quod reus prius auditur super ea, quam actor probet suam intentionem, ex Archidiacono, *in ca. [illegible] 3. quæstione ii.* & *ibi*: Alexander, Baldus, *in c. tuam, n. 4. & in l. peremptorias, num. 11. C. sententiam rescindi non posse, & in authentica, & consequenter, num. 1. C. de sentent. & interlocut.* Iason *in d. §. præiudiciales, num. 17*. & probatur, *in l. 1. C. de ordin. cogn. & in l. præses C. ad legem Fabiam, de plagiar. & in l. quoniam C. de adulte.* unde infertur, quod non solum exceptio dilatoria est præiudicialis, ut *in cap. exhibita, de iudiciis*, ubi Doctores, *§. appellatur, instit. de exceptionibus*, sed etiam peremptorias exceptiones, quæ ex aliqua circumstantia processum differunt, cuiusmodi sunt omnes illæ, quæ respiciunt legitimationem personæ agentis, & concludunt, eundem esse inhabilem ad agendum; de his enim prius tractandum est, *l. si quæramus, D. de testamento, cap. 1. de accusationibus*, text. optimus *in l. non ignorat. 9. C. qui accusa. non poss.* Ita procedit text. *in d. l. præses, & d. l. quoniam, & l. 1. D. familia, erciscundæ*. Quibus consequens est, exceptionem illam esse præiudicialem, quæ concludit ipso iure, agentem carere actione: unde litem & processum differt, ex Bartol. *in l. cum quærebatur, D. iudicatum solvi, & in l. nam & postea*, ubi Iason *n. 15*. dicit esse communem: probat ordinatio, *lib. 3. titul. 38. in principio*, ibi: * *quesquer outres*, * *cap. 1. de litis contestatione* resolvit Maranta, *ubi supra nu. 15*. & de his omnibus intelligenda est ordin. *d. tit. §. 1. in fin.*

Quamobrem Doctores communiter existimant, natalium causam obiectam, impedire processum in causa hæreditatis (prout in casu, *d. cap. tuam*) quia licet peremptoria esset, tamen tractanda erat coram diverso iudice, scilicet, ecclesiastico, ut tradunt Abbas, *num. 14*. Ioannes Andreas, & Antonius, *n. 5*. & omnes communiter, *in d. cap. tuam* Calderinus, *in c. 1 de ordine cognitionum, n. 1*. Ambrosius, *de usuris, n. 125*. inde inferentes, processum causæ principalis non impedire, si exceptio hæc esset agitanda coram iudice, qui de principali cognoscit, procederetur enim tunc pariter super utroque. Pro quibus facit ratio textus *in dicto capit. tuam*, ibi: * *discussis processibus*, * quæ solum concludit ubi

diverſi ſunt iudices: obſtat tamen, nam illa exceptio natalium concludit, agentem eſſe inhabilem ad agendum ſuper hæreditate, & ita eſt præiudicialis, quæ proceſſum cauſæ principalis differt, etiamſi coràm eodem iudice probanda ſit, *iuxta ſupradicta per l.2. C. de ordine cognitionum, & l. quoniam, C. de adult.* & ita intellexit gloſ.2. *d. cap. tuam.* & ſatis Innocentius *post principium,* gloſ. *in cap. lator, qui filij ſint legitimi*: unde licet exceptio merè peremptoria, ſi coram diverſo iudice ſit tractanda, differat præiudicialis cenſeatur, ne ſequatur intricatio proceſſuum, iuxta textum, *in dicto capit. tuam*, tamen exceptio ſuprà dicta eſt præiudicialis, tum propter diverſitatem iudicum, tum etiam propterea, quod reſpicit legitimitatem actoris, de qua ante omnia agendũ eſt, *iuxta ſupradicta* ut utramque rationem ſenſit tex. *d. cap. tuam*, ſi rectè expendatur: ſiquidẽ in illis verbis, * *nihil aliud eſſet,* * probat primam rationem ex iudicum diverſitate At verò, ibi: * *& confuſione quadam,* * ſenſit ſecundam rationem, ne ſcilicèt pervertatur ordo iure præſcriptus, ſecundum quem prius agendum eſt de exceptione præiudiciali, quã de negotio principali.

Cum † autem exceptio præiudicialis prius
45 Exceptio præiudicialis prius terminanda.
pertractanda ſit, & proceſſus in cauſa principali differatur, ut ſuprà comprobavimus, ut tradit Zaſ. *in lege fundum, & in l. fundi, D. de exceptionibus; & in rubrica, eodem titulo*, & ſequitur Mynſingerus, *obſervatione* 100. *centuria*, 1. ubi expreſsè inquit, quod non tantum in cauſis ſpiritualibus, ſed etiã, in profanis cauſis, quæ non ſolum pœnam, ſed etiam cauſam & impetitionem omnino perimerent, præiudicialis cauſa ſuo loco prius diſcutienda & terminanda eſt: conſequens eſt, ut ſi ſuper utroque procedatur, proceſſus nullus ſit, ex regula *legis prolatam, C. de ſentent. & interlocut.* Idque ſenſit gloſſa, *6. in cap. exhibita, de iudiciis*, probat Hoſtienſis, & Imola, *nu.7. & 15.* Aretinus, & Felinus, *numer.* 4. *in cap. ſuborta, de re iudicata* Aretinus, *conſi.* 73. *numer.* 1. obſtare tamen videtur, text. *in dicto capite exhibita,* quoniam expendit, appellationem non eſſe interpoſitam, imò requirit, quod veritas illius probetur, quòd tamen non eſt neceſſarium, ubi actus ipſo iure nullus eſt, *cap. 1. de re iudicata*, & ita proceſſum in hac ſpecie valere, & oportere, quod pars excipiat, vel appellet ut defendit Abbas, *nu.12.* & Card. *dicto cap. exhibita.* Idem Cardinalis, *in dicto capit. tuam, verbo, requiſitus*, ubi Abbas *numer.* 11. Felinus *in cap. cæterum, num.* 10. *verſiculo limita. 2. de reſcriptis* teſtatur eſſe receptius Aretinus *conſil.* 107. *num.* 4. cæterum prior ſententia, verior videtur, cui nõ obſtat in text. *in dicto c. exhibita*, quoniam licèt ibi fuerit appellatum, tamen ſententia nulla erat: quod patet è eo, quia omiſſa fuit litis conteſtatio, textus habet, nec fuit obſervata forma reſcripti ſine qua proceſſus corruit, *cap. cum dilecta de reſcriptis* quod verò veritas appellationis probari iubetur, ex eo provenit quia cum pars omiſſa viâ nullitatis, elegerit remedium appellationis, non aliter obtinet, quam probata illius veritate *c. dilecto*, ubi Ioannes Andreæ, Abbas, & communis, ex Decio *num.3. de appellationibus*, Abbas, & Aretinus, & communis *dicto capit. exhibita.* Adverto † tamen, quod ſi iudex, coram quo proponitur exceptio præiudicialis, prætermiſſa cauſæ cognitione ſuper eadem procedat in negotio principali, valebit proceſſus:
46 Proceſſus an valeat procedẽdo ad ulteriora in exceptio præiudiciali
quia iuris ordo non pervertitur, & tacitè cenſetur pronunciare ſuper exceptione per proceſſum ad ulteriora, iuxta regulam *cap. ex parte. 61. de appellationibus* advertunt Imola, & Aretinus, *dicto cap. exhibita, & in d. l. ſi quæramus.* Poteſt nihil ominus iudex huiuſmodi exceptiones præiudiciales, ex cauſa reſervare ad finem cauſæ *cap. ad diſſolvendum, de deſponſat. impub.* Ubi Doctores, Aretinus, Felinus, & Siculus, *d. cap. exhibita.* Aretin. *dicto conſi.* 107. *num.* 2. & 5. Quæ reſervatio operatur, ut probata poſtea exceptione proceſſus corruat, ex Bart. *in l. ille à quo, D. ad Trebell.* Alexan. *in l. apud Iulianum, §. ſi de teſtamento, num.* 4. & 5. *illo tit.* Hyppol. *ſing.* 696. additio ad Panormit. *dicto cap. ad diſſolvendum*, ſecundum quos poterit pars appellare, ſi iudex ſine cauſa reſervet, quod eſt notandum ad ordinationem Regiam, *lib.3. titul.38. §.3. in fin.* unde Cardin. & Abb. *n.* 11. *verſi. in d. cap. tuam* Idem Abb. *in d. c. exhibita de iudiciis, num.* 12. ſcriptum reliquerunt, proceſſum habitum ſuper negotio principali, valere mero iure, ad id expendentes, text. *in d. cap. tuam*, ibi: * *requiſitus* * niſi pars excipiat de præiudiciali exceptione, vel aliter appellet, à iudice procedente: ſed non probatur ea concluſio, *in dicto cap. tuam*, quoniam ille textus non agit de requiſitione facta per Reginam actricem, quæ petebat procedi ſuper negotio principali. At verò exceptio præiudicialis competebat contra Reginam, ad effectum, ne procederetur in quæſtione principali, ante illam diſcuſſam. Opportunum autem eſſe duxi, hic pertractare, quid ſit dependens quæſtio? Et adverto, quod dependens quæſtio illa dicitur, quæ quo quomodo negotium principale tangit, & ab eo originem trahit, veluti quæſtio dotis, quæ à matrimonio pendere dicitur *Clementina, diſpendioſam, de iudiciis.* Similiter præparatorium dicitur eſſe dependens ipſius præparati, Alex. *conſi.* 197. *in fine, libro,* 2. alia refert exempla, gloſ. *d. Clementina diſpendioſam & ibi*, Zabarella tradit Menochius *de arbitr. quæſtione*, 45. *libr.* 1. Et ut dicatur quæſtio dependens, tractari debet pendente negotio principali: alias eſſet quæſtio principalis, non dependens, ita Baldus, Angelus, Caſtrenſis, & Alexander, *in l. 1. D. ſoluto matrimonio*, Ancharranus, *d. Clementin. Diſpendioſam*, quòd ita declarat Ruinus, *conſi.* 46. *num.* 10. *lib.* 5. ſequitur Menoch. *d. quæſt.* 45. *numer.* 7. Unde iudex ſeu arbiter, qui habet cognitionem ſeu arbitrium in cauſa principali, habet etiam in dependenti ab ea, & qui unius iudex eſt, alterius eſt, *Clementina, diſpendioſam*, & ibi Doctores *de iudiciis*, præſertim Zabarella, *quæſt.*36. Menoch. *ubi ſupra num.*13.

Hinc † neceſſariò infero, eccleſiaſticum iudicem ſæculari inhibere poſſe, non ſolum, 48
ne cognoſcat de negotiis iuriſdictionis eccleſiaſticæ: ſed etiam ne cognoſcat de negotio

temporali, quod pendet à quæstione speciali, quæ in Curia ecclesiastica tractatur, ut notat Abbas, *in ultimo notabili*, & omnes *in dicto cap. tuã*, Baldus, Paulus Angelus, & omnes, & *in l. consulta, C. de testamentis*, Paulus, & Iacobinus, *in l. iudicem, D. de iudiciis*, Covarruvias, *de sponsalibus, 2. part. cap. 8 §. 12. numer. 3.* secundum quos, sub comminatione censurarum potest etiam inhibere, ne contra dispositionem iuris canonici admittat, sæcularis præscriptionem cum mala fide, cõtra tex. *in cap. fin. de præscriptionibus*: vel ne exequatur testamentum manifesti usurarii, contra textum *in cap. quoniam, de usuris, lib. 6.* vel excommunicatus in iudicio recipiatur, ut actor, *cap. decernimus, de sententia excommunicationis, in 6.* sic etenim & iudex ecclesiasticus defendit suam iurisdictionem *arg. 1. de officio delegati*: & cogit ad observationem iuris canonici in materia peccati: & etiam inter laicos, *cap. licet, de iureiurando. lib. 6.* iuncta glos. *ultima*. Pari ratione, potest ecclesiasticus inhiberi à superiore sæculari ne se ingerat in his, quæ spectant ad sæcularem iurisdictionem illi interdictam, *in cap. cũ ad verum, 96. distinction.* Idque insinuat tex. *in d. lege consulta*, probat Baldus, *in l. si testamentum. C. de testamentis*, Guillermus, *in cap. Raynutius, verbo si absque liberis, 2. in tractatu de fideic. num. 49.* Igneus, *in necessarios, §. non alias, num. 622. D. de SCto Sylaniano*, Covarruvias, *in practicis, qq. cap. 35. num. 3. versiculo at si iuvat* tex. *in cap. novit*, ibi: * *non enim*, * *de iudiciis*; *cap. causamque in 1. versic. Nos &c. qui filii sint legit.* Adeo, quod si ecclesiasticus non desistat, sed contumaciter perseueret, compelli potest per subhastationem bonorum temporalium, quæ habet intra Regnum, vel fiet omnino extraneus ab eo, ut post alios resolvit Covarruvias, *ubi supra, versic. 5.* Apud nos tamen videtur hæc inhibitio decerni non posse, à quocunque iudice sæculari, sed solum à supremo iudice, quem nos vulgo, * *iuiz do fettos del Rey* * nuncupamus, ad quem omnis defensio iurisdictionis Regia pertinet *lib. 1. titul. 7. §. penulti.* idque significat, ordinatio Regia, *lib. 2. titu. 1. §. ultim.* quæ agens ecclesiastico, cognoscente de his, quæ spectant ad sæcularem, iubet instrumentum actionis propositæ, reo dari: quo introducto, coram prædicto iudice, id sequendum erit, quod ipse decreverit, nec ullam inferioribus iudicibus inhibendi potestatem indulget.

48 Pari † quoque ratione, Episcopus iudici sæculari inhibere potest, ne contra statuta Synodalia in materia peccati aliquid attentet, ex Laur. *de usuris, quæstione 134.* Licet contradicat Baldus, & Salyc. *in lege consulta. C. de testamentis*, ratio est, quoniam laici subiiciuntur statutis Episcoporum in his, quæ respiciunt animæ salutem: ut probat Dominicus, & Gomezius, *num. 31. in cap. 2. §. statuta, de constitutionibus*, & *ibi*: Crotus, *post principium*, Angelus, *consi. 64. in principio*, idque procedit etiam in statuto prohibente fucum, vel superfluum mulierum ornatum, & alia temporalia ut probat Ioannes Andre. *regula, ea quæ, lib. 6.* Felinus, *in cap. super his, numero finali, de maioritat, & obedientia*, iuvat text. *in cap. 1. de emptione & venditione*, iunctis quæ tradit Aufrerius, *de potestate ecclesiæ, ultima parte, post principium*, iuxta quæ interpretãda est glossa, *in regula, possessor, lib. 6.* glossa *magna in extravaganti. Ioannis veinte y dos, de torneamentis*, communiter recepta, ex Padilla, *in lege, 2. n. 79. C. de servitutibus.*

Non † omittendum tamen censeo, apud nostram Rempublicam Lusitanam supremi Prætorii, sæculares iudices, ecclesiasticos inhibere consuevisse, ex inveterata & immemoriali consuetudine: literasque, quas, * *tuitivas de appellantes*, * passim nuncupamus, concessisse; quoties contra clericum, aut beneficiarium, aut contra laicum, (dummodo causę cognitio ad ecclesiasticum pertineret) lata foret sententia per ecclesiasticum iudicem, & per laicum, seu clericum, aut beneficiarium appellatio ad Romanam Curiam esset interposita, nec admissa: hoc enim casu solent oppressi ab ecclesiasticis iudicibus, ad supremos iudices, tanquam ad sacram anchoram confugere, qui transmissâ & oblatâ coram se actorum copiâ, & patefactâ iniustitiâ denegatæ appellationis ad Romanam Curiam, cui propter summi Pontificis autoritatem erat deferendum, has literas oppressis indulgent, ne appellatione pendente de sua amoveantur possessione, sed interim ea pacificè fruantur, longeque repellant omnem ab his iniuriam, ecclesiasticis iudicibus inhibentes, ne cõtra hos appellantes, ecclesiasticis censuris, aliisvè pœnis procedant: in quarum literarum impetratione & expeditione, quæ forma observanda sit, clarius explicat ordinatio Regia, *lib. 5. tit. 47.* & extravagans lex Regia, *3. tit. 4. part. 1. fol. 20.* quæ laudabilis consuetudo, legibus & pragmaticis Regiis comprobata, extat etiam in Regnis Castellæ, ut eleganter scripsit Covarr. *pp. qq. c. 35. nu. 3.* ubi latè comprobat. Huius praxis & consuetudinis usum, latissime comprobat. Novarr. *c. cũ contingat, re. 1. fol. 146. cum seqq.* Quod & in Francia observari testatur, Aufre. *in addit. rep. Clem. 1. de offic. ord. reg. 2.* Salc. 30. Appellanti enim legitime ecclesiasticus iudex vim inferre dicitur, cum excommunicatum denunciat, Navar. *ubi supra.* Quamobrem mirum non est, si Regis imploretur auxilium, pro vi & iniuria repellenda, ad quem reipublicæ quies, & subditorum conservatio spectat. 49

SVMMARIVM.

1 *Causæ omnes debent tractari coram iudice ordinario.*

2 Cap. 1. §. 1. de officio legati *declaratur.*

3 *Sententia in causa matrimoniali, non transit in rem iudicatam.*

4 *Archiepiscopus est ordinarius loci, quo ad suos suffraganeos, sc. in secunda instantia.*

5 Lex iudex posteaquam, D. de re iudicata *declaratur.*

6 *Iudex ordinarius potest agere de nullitate sententiæ.*

7 *Iudex Metropolitanus habet limitatam iurisdictionem.*

8 *Iurisdictio Metropolitani deficit, ubi appellatio non admittitur.*

9 Cau-

9 *Causa coram ordinario in prima instantia est tractanda.*
10 Cap. Porrò.§ fin. de divortiis, *declaratur.*
11 Capit. ex literis in fine, de integr. restitutione *declaratur.*
12 *Libellus est formandus coram iudice ordinario; & non appellationis.*
13 *Doctores pro hac sententia referuntur.*
14 Sanchez verba in tract. de matrimonio *referuntur.*

## QVÆSTIO LXVI.

*Utrum iudex ecclesiasticus appellationis faciat vim, cognoscendo in secunda instantia contra sententiam translatam in rem iudicatam, in casibus, in quibus non obstat res iudicata, ob aliquam causam.*

SÆpius diximus, iurisdictiones esse distinctas, non solum inter iudicẽ ecclesiasticum & sæcularem, verum etiam inter ipsos ecclesiasticos; quorum unus non se debet intromittere in cognitione causæ, quæ ad eius non pertinet iurisdictionem. Et ob hanc causam est dispositum, *in* 1 *cap. 20. sess. 25.* Concilii Tridentini, quòd † causæ omnes ecclesiasticæ, tractetur coram locorum ordinariis, in tantum quod Archiepiscopus Toletanus non potest cognoscere inter suffraganeos in prima instantia, quia eius iurisdictio solum 2 habet locum in causa appellationis, ut † *in cap. 1. §. 1. de officio legati* ibi: * *Sanè licet idem Archiepiscopus metropolitico iure audire non debeat causas de Episcopatibus vestris, nisi per appellationem deferantur ad eum.* * Appellatio verò supponit, sententiam non fuisse translatam in rem iudicatam, prout contingit, quando pars quievit sententiæ, vel non appellavit, vel tempora ad appellandum fuerunt transcursa, ut eleganter docet Aymon Cravetta, *consi. 138. per totum,* ubi declarat, quando sententiæ dicantur conformes, ut nõ sit locus appellationi. At verò, quoties sententia non transit in rem iudicatam, ut *in cap. lator, de* 3 *appellationibus,* ubi † contra matrimonium, detecto errore, non obstat exceptio rei iudicatæ, videtur dicendum, vim non facere iudicem metropolitanum appellationis, cognoscendo de viribus sententiæ, post appellationem interpositam. Primò, quia iam est appellatum à dicta sententia, in qua appellatione nititur dicta iurisdictio. Secun-4 dò, quia † partes sunt sui suffraganei, & sic dicitur ordinarius loci, prout requiritur in sacro Cõcilio. Tertiò, quia iudex à quo, sententia iam la-5 ta, functus est officio suo, † *l. iudex posteaquam, D. de re iudicat.* ibi: * *Sive bene, sive male.* * Quar-6 tò, quia † de nullitate sententiæ potest agere, tam iudex ordinarius in prima instantia, quam iudex appellationis, ut *in cap. non solum, de appellationibus, lib. 6.* Ex quibus rationibus videtur dicendum, iudicem appellationis non facere vim, cognoscendo de validitate sententiæ, in causa appellationis, licet ob aliquam causam sententia non sit executioni tradenda, sed revocanda, detecto aliquo errore vel impedimento.

Sed his non obstantibus, contraria opinio est verior, & tenenda in iudicando & consulendo; quia † iudex metropolitanus habet limitatam 7 iurisdictionem in casu appellationis, & nõ in prima instantia inter suos suffraganeos; ut *in dicto cap. 1. §. 1. de offic. legati.* Ergo ubi † appellatio 8 non admittitur, iurisdictio deficit, quæ nititur in ipsa appellatione; quia, ubi deficit subiectum, deficit prædicatum, & sicut privatio supponit habitum, ut *in l. decem, D. de verborum, oblig.* sic iurisdictio metropolitani supponit appellationem validam & legitimam, quod non contingit, quando agitur de infringenda sententia, in terminis *capituli lator, de re iudicata:* quia † per novam actio- 9 nem & querelam, causa coram ordinario in prima instantia tractanda est, vel ad partis petitionẽ, vel ex mero iudicis officio, text. † *in cap. porrò,* 10 *in fin. de divortiis,* ibi: * *Tui officii interest, matrimonia illa adhibita gravitate dissoluere, quæ illicitè contracta nosc untur.* * Pro qua sententia, est bonus text. † *in cap. ex literis, in fin. de in integrũ* 11 *restitutione,* ubi non rescinditur sententia, sed restituitur pars ad proponẽdam novam querelam, & libellum producendum, coram iudice à quo, ibi: * *Et ad audientiam restituimus eam, pro matrimonio postulantem.* * Et sic, ut sententia rescindatur, oportet condemnatum uti nova querela, novoque libello, in quo petat, eam causam coniugalem semel iam definitam, iterum ad iudicium deduci, & sententiam revocari, ratione erroris detecti. Et cum hæc proponenda sint coram iudice ecclesiastico ordinario, sequitur, iudicem metropolitanum appellationis, non posse de isto novo articulo cognoscere, & sic vim facere, quæ per viam recursus tollenda est, vel in gradu appellationis coram superiore ecclesiastico. Quam † sententiam tenet Ostiensis, *in d. cap. ex literis,* 12 *n. 13.* Abb. *in d. c. lator, nu. 12.* ubi Alex. de Novo: *n. 12* Felinus, *n. 8. declarat.* Covarruv. *in 4. decret. 2. par. c. 8. § 12. versi. secundo,* & in propriis terminis istam nostram opinionem & sententiam tenet Abb. *in c. ad reprimendam, nu. 6. de offic. ordinarii, c. Venerabilis, in principio, de sententia excommunicationis, lib. 6.* per tex. *in d. c. 1. de offic. legati, c. Pastoralis, de officio ordinarii,* ubi † nova quere- 13 la adversus sententiam, non potest proponi à subditis coram Archiepiscopo; quia inter eos solum est iudex appellationis, & non primæ instantiæ, & per consequens, non debet coram eo libellus formari, ad retractationem sẽtẽtiæ, cùm illa omnia pertineant ad iudicem primæ instantiæ, ut docet ipse Abb. *in d. c. lator, nu. 10.* Felinus, *n. 4. declaratione, 2.* Covar. *ubi supra. 2. p. c. 8. §. 12. n. 12. vers. 3.* & novissimè † Thomas Sanchez, *lib. 7. de matrimo.* 14 *disputat. 100. nu. 9 in fin.* ibi: * *Hic autem iudex, qui per viam querelæ adiri potest, est ipsemet, qui primam sententiam tulerit sic Covar. ibi, vel etiã Pontifex, vel eius legatus ut habetur in c. 1. de offic. legati, & docet Alex. de Nevo, in d. c. lator nu. 10.* * Quæ verba multum singularia sunt in nostro casu, & expresse definiunt nostram quæstionem, contra iudicem metropolitanum appellationis, ut non possit cognoscere de nullitate, vel errore sententiæ, quæ fuit translata in auctoritatem rei

iudicatæ, quia libellus coram iudice ordinario
proponẽdus est, & sic iudex appellationis, si velit
se intromittere in cognitione dictæ causæ, faciet
vim, quæ tollenda est per viam recursus.
Vnde non solum datur recursus ad tribunalia Re-
gia, quando causa est temporalis, & agitatur co-
ram iudice ecclesiastico, sed etiam, quando cau-
sa est ecclesiastica, & agitatur coram iudice eccle-
siastico non competenti: quia ad instantiam par-
tis vel iudicis datur aditus ad Regios Senatores su-
per articulo violentiæ; quia consistit in cognitio-
ne causæ, quæ non pertinet ad iudicem, vel ratio-
ne causæ, vel ratione personæ, quia non est sub-
ditus, vel quia est prima instantia, & in ea se intro-
mittit iudex appellationis, vel iudex apostolicus,
sine particulari Pontificis delegatione, vel quia
est contentio inter iudicem ordinarium, & con-
servatorem; quia in his casibus & similibus, inter-
posita appellatione ad Pontificem, potest quili-
bet adire Regia tribunalia per viam violentiæ, ut
quotidie fit, & practicatur sine contradictione.

## SVMMARIVM.

1 Lex 58. tit. 6. parti. 1. *declaratur.*
2 Lex nullum, C. de testibus *declaratur.*
3 Cap. super his de pœnis *declaratur.*
4 *Prævẽtio in causa periurii quando admittatur.*
5 Lex fin. tit. 16. partit. 3. *declaratur.*
6 *Iudex Rei competens cognoscit de teste periuro, qui deposuit falsum coram eo.*
7 *Clericus deponens falsum coram iudice laico, non punitur ab eo.*
8 *Vbi est eadem ratio, debet assignari eadem iuris dispositio*
9 *Iudex ecclesiasticus habet iurisdictionem in laicum ratione periurii, secus è converso, laicus in clericum.*
10 *Punitio periurii est mixti fori.*
11 *Articulus violentiæ qualiter sit formandus in quæstione proposita.*

## QVÆSTIO LXVII.

*Utrum judex ecclesiasticus faciat vim, procedendo contra testem laicum, qui falsum dixit coram eo.*

IN hac quæstione proposita, reperio duas le-
ges de iure Regio ad invicẽ contrarias; quia
1 si inspicimus text. † *in l. 58. tit. 6. partit. 1.* causa
periurii remittenda est ad iudicem ecclesiasticũ,
etiamsi testis non deponat coram eo, ibi: * *O de
periurio.* * & ibi: * *Todos estos pleytos sobredichos,
que nacen destos peccados que los homes fazen, se
deuen juzgar, y librar por iuizio de la sancta Iglesia*
* Ex qua lege videtur dicendum, iudicem eccle-
siasticum non facere vim, procedendo contra
periurum laicum, qui deposuit falsum testimo-
2 nium. Quæ sententia comprobatur etiam † *ex
lege nullum, 12. C. de testibus*, ubi testis periurus,
delinquens in officiis testificationis, efficitur de
foro iudicis, coram quo testificatur, neque habet
privilegium, neque immunitatem. Ex qua lege
idem tenet Covarr. *pp. quæst. c. 18. à nu. 8.* vbi mul-
tis modis intelligit illum text. sed, ut breviter di-
cam, iste non loquitur de iudice ecclesiastico,
sed supponit, quod erant duo iudices sæculares,
qui poterant de causa cognoscere, & sic nihil fa-
cit ad nostrum propositum.
Rursus pro iudice ecclesiastico facit text. † 3
*in c. super his, de pœnis*, glos. *in Clementina, 1. de
offic. delegati* glos. *in l. quæsitum, D. de testibus*,
Doctores *in c. præterea, de offic. delegati.* Et ita
fuit iudicatum in Senatu, ut tradit Afflictis, *decis.*
219. Iulius Clarus, *receptarum sententiarum, §.
fin. q. 38. num. 15.* Salcedo *ad Bernardum Diaz c.
93. litera, C. vers. si autem* vbi dicit, non semel de-
cisum, & sequitur Segura de Avalos, *in suo
directorio, 2. p. c. 6. num. 10. in fin.* Azevedo *in l.
4. tit. 11 num. 5. lib. 4. recopilationis*, Rolandus,
*consi. 12. num. 1. vol. 2.* Et hanc opinionem sequi-
tur Bobadilla, *in sua politica, lib. 2. c. 17. num. 47.*
Quando † iudex ecclesiasticus prævenit in cau- 4
sa. Ex quibus videtur dicendum, iudicem eccle-
siasticum vim non facere in dicta cognitione, ut
in terminis tenet, Socinus, *consi. 237. vol. 2.* vbi di-
cit, posse iudicem ecclesiasticum inhibere iudici
laico, & eum excommunicare, si impediat cogni-
tionem, & sequitur Marta, *de iurisdictione, 4. par
centuria, 2. casu, 128. à num. 27 & in 2. par. c. 2.*
Sed his non obstantibus, videtur contrarium
probare, † *lex, fin. tit. 16. p. 3.* ibi * *Mas si por* 5
*aventura, ante otro juzgador que no hà poder de
fazer iusticia, se ouiesse fallado alguno que testi-
guasse falso testimonio, este tal debelo embiar a ma-
yoral, que faga iusticia de el qual entendiere que
merece.* * Ergo † iudex rei erit competens, non 6
verò ecclesiasticus, coram quo falsum deposuit.
Secundo facit pro iudice laico, quia, † si cle- 7
ricus deponat falsum coram eo in causa, in qua
de licentia Episcopi testificatus est (ut *in capite,
super prudentia, §. potest versi. iubente Episcopo, 14.
quæst. 2.* Mascardus, *de probationibus, lib. 3. concl.
1358. numer. 32. & 61.* Farinacius, *de testibus, quæst.
61. numero. 83.*) non potest puniri per iudi-
cem laicum, ut *in, c. 2. in fin. de crimine falsi.* &
tradit Rolandus, *dicto consi. 12.* Surdus, *consi. 396.
num. 27.* Capicius *decis. 5. num. 13.* Covarr. *d. c.
18. num. 8.* Gutierrez, *lib. 1. pp. quæst. 24.* Iulius
Clarus, *recep. sentent. quæst. 38.* Cabedo, *decis. 87.*
vbi pro iudice ecclesiastico fuit iudicatum. Ergò,
si iudex sæcularis non potest procedere contra
clericum periurum, qui coram eo deposuit fal-
sum; similiter etiam neque ecclesiasticus contra
laicum; quia, si testis falsus efficitur de iurisdictio-
ne illius iudicis, coram quo deposuit, quare ec-
clesiasticus cognoscet contra ecclesiasticum, cũ
† sit eadem ratio, & per consequens, eadẽ iuris 8
dispositio, *l. 4. §. toties, D. de damno infecto.* In qua
re, Marta, *vbi supra, casu 138. n. 15.* refert aliquos
Doctores tenentes, posse iudicem laicum extra-
ordinariè ratione contemptus clericum punire,
ut tradit gl. *in d. l. nullum*, & Prosp. Farinac. *q. 67.
§. 2. num. 38.* dum non sit coercitio personalis.
Sed verius existimo, iudicem sæcularem non
posse punire clericum, falsum deponentem co-
ram eo, & iudicem ecclesiasticum habere dictam
facultatem. Et ratio differentiæ est, quia † ec- 9
clesiasticus habet iurisdictionem in laicum ratio-
ne periurii, ut *in d. l. partita* & sic nimirum posset

cont.

contra eum procedere; at verò iudex ſæcularis
non habet iurisdictionem contra clericum, qui
coram eo teſtimonium falſum dixit,& per conſe-
10 quens non poterit eum punire. Et † licet puni-
tio delicti periurii ſit mixti fori, & ſit locus præ-
ventioni, ut tradit Segur de Aual, *vbi ſupra 2. p.
c.34.* Afflict. *deciſ.* 230. Franchis *deciſ.* 147. illud
procedit, quando agitur contra laicum; ſecus ve-
rò contra clericum; quia tunc non eſt locus præ-
ventioni ſed iudex eccleſiaſticus privativè cogno-
ſcit. Et noviſſimè poſt hæc ſcripta idem tenet, D.
Ludou. de Peguera, *deciſ. civili*, 79. vbi refert
11 ita fuiſſe deciſum. Ex † qua reſolutione, ad for-
mandos articulos violentiæ dicendum eſt, iudicẽ
eccleſiaſticum vim non facere, procedendo con-
tra laicum, qui coràm eo falſum depoſuit, neq;
inhibendo iudici ſæculari per cenſuras, ut non
impediat dictam cognitionem; è converſo, ſi iu-
dex ſæcularis procedat contra clericum, qui fal-
ſum depoſuit coram eo, poteſt iudex eccleſiaſti-
cus inhibere iudici ſæculari per cenſuras, & ſi ip-
ſe interponat appellationem per viam violentiæ,
eſt iudicandum, vim non facere iudicem eccle-
ſiaſticum,& cauſam ad eum eſt remittenda, ut ſu-
pra probatum eſt, & per quinque articulos, quos
congeſſit, Marta, *d. caſ.* 138. comprobatur, & di-
cemus *in, q.* 74.

SVMMARIVM

1 *Reconventio non habet locum contra clericum coram Iudice laico, ſecundum quoſdam.*
2 *Contraria opinio in quæſtione propoſita principali defenditur.*
3 *Reconventio in cauſa criminali non admittitur contra clericum coram iudice ſæculari.*
4 *Lex*, 27. *tit. 6. part.* 1. declaratur & põderatur.
5 *Concordia opinionum refertur, quando viget conſuetudo.*
6 *Reconventio admittitur in Hiſpania, contra clericum coram iudice ſæculari.*
7 *Reconventio eſt actionis excluſio.*
8 *Reconventio nõ admittitur poſt litẽ conteſtatã.*
9 *Recõvẽtio nõ admittitur in cauſis ſpiritualibus.*
10 *Reconventio admittitur in rebus eiuſdem naturæ.*
11 Re*conventio non admittitur in cauſa criminali contra clericum.*
12 R*econventio admittitur, etiamſi clericus renuntiet liti.*
13 *Reconventio non admittitur in via executiva.*
14 *Reconventio quæ non admittitur in foro ſæculari contra laicum, non eſt admittenda cõtra clericum.*
15 Rodriguez *opinio* in pract. de executionibus *reprobatur.*

QVÆSTIO LXVIII.

*Vtrum iudex eccleſiaſticus faciat vim, inhibendo iudici ſæculari, ut non procedat contra clericum, in cauſa reconventionis.*

IN Hac quæſtione propoſita, ultra tradita *in
q.* 54. pro iudice eccleſiaſtico eſt opinio colle-
ctorũ *in c. de foro competenti*, ubi tenet † cle-
ricum non eſſe reconveniendum coram iudice
laico, ſed remittendam eſſe actionem ad iudicem
eccleſiaſticum, quia in reconventione, clericus
eſt reus, & laicus eſt actor, & ſic tenetur forum
rei ſequi: quam opinionem ſequitur, Geminia-
nus, *in c. cuius in agendo, 3. q. 8.* qui dicit de hoc
eſſe caſum, *in c. fin. de iudiciis*, idem tenet *in c.
Multi, 2. q.* & Cardin. *in clement. ſtatutum. de
electione.* Addictio ad Abb. *in c. at ſi clerici, verb.
an clericus.* Vbi ponderat pro hac opinione *cap.
qualiter & quando, de iudiciis, verſ. omnino fier.*
Et pro hac opinione fuit iudicatum in Capella
Tholoſſana, 95. & dicit And. Siculus, *in d. c. at ſi
clerici*, quod in hac quæſtione propter varieta-
tem opinionum, deſideratur deciſio Romani
Pontificis, quem ſequitur, Decius *ibidem n.* 155.
In qua quæſtione nihil reſolvit, Marta, *de iuris-
dictione, 4. p. cent. 2. caſu* 107. Et ſic ex hac opinio-
ne videtur dicendum, iudicem eccleſiaſticum
vim non facere, inhibendo per cenſuras iudici
ſæculari, ut non procedat contra clericum in di-
cta reconventione.
Sed † his non obſtantibus, contraria opinio 2
vera eſt & tenenda, in iudicando & conſulendo,
quando reconventio civiliter, & de ſumma pe-
cuniaria eſt oppoſita. Pro qua ſententia, & ſic pro
iudice ſæculari eſt gl. *in c. 1. ver. ſuper* ſuis, *de
mutuis petition.* & gl. *verb. non tenet, in d. c at ſi
clerici, & in c. multi, verb. ſæculari, 2. q. 1. & in
c. inſumma, 11. q. 1. & in c. deniq; diſtinct, 96. &
in l. cum Papinian, de ſentent. & interlocut o-
mnium iudicum.* Et ſequitur, Bart. *in d. auth.
& conſequenter*, Specul *in tit. de reconventione, §.
nunc dicamus, verſ. ſed pone clericus*, Bald. *in l. 2.
§ ſed ſi agat, D. de iudiciis. & in d. auth. & conſe-
quenter*, & aſſignat rationem *in auth. habita, n.*
70. *C. ne filius pro patre* ubi dicit, quòd illam re-
conventionem facit natura cauſæ, & non natura
perſonæ, quòd eſt menti tenendum, & ſequitur,
Anchar. *in regula ea & quæ. de reg. iur. lib.* 6. So-
cin. *in, c. 1. de mutuis petition.* Menoch. *de arbi-
trar. lib. 1. q.* 44. Aufred. *in tract. de poteſt. ſæcu-
lari in eccleſiaſticas perſonas, reg. 2. fallen. 3. n.* 4.
Duennas, *regul.* 102. Et hanc dicit communem
opinionem, Feli. *in d. c. at ſi clerici, n. 8.* ubi, De-
cius, *n.* 155. Villalob. *verbo, clericus, n. 72. in ſuis
communibus*, & ita ſæpè receptum fuiſſe in tribu-
nalibus, tradit Boer. *deciſ.* 69. Afflict. *deciſ.* 173.
Franc. Marc. *deciſ.* 193. & 376. Caſtillo, *in l.* 49.
*Tauri, verſ. hinc eſt* Auendanno, *in cc. pp. c. 1, nu.*
32. Iulius Clarus, *receptarum ſententiarum, §. fin.
q. 36. n.* 6. Decian. *in tract. criminali, 1. tom. lib. 4.
c. 9. n.* 17. Guillermus Benedict. *in c. Raynutius,
verb. & uxorem in 2. n.* 124. Proſper. Farin. *2. tom.
criminalium, tit. de inquiſitione, q. 8. num.* 99. &
plures pro hac opinione, ſequitur & refert Boba-
dilla in *ſua politica, 2. p. c. 18. n* 162. * Y † *eſta dize* 3
*mas ſada y commun. opinion, como no ſea la recon-
vencion por cauſa criminal, aunque ſe intente ci-
vilmẽte, conexa a coſa eſpiritual.**
Pro qua opinione eſt † optima *lex par. 57. tit.* 4
9 *part.* 1. ibi * *Mas ſi el clerigo demãdaſſe alguna
coſa al lego tẽporal, tal demãda como eſta como e-
ſte deveſer pueſta ante el iuzgador ſeglar. E ſi ante
que el pleyto ſe acabaſſe el lego a quien demanda,*

*quisiere fazer otra demanda al clerigo su demandador, alli deue responder por aquel mismo juyzio, è no se puedeescusar por la franqueza que han los clerigos, por razon de la Yglesia.* * Vbi Greg. *ver.* * *Alli deuer responder*, ubi sequitur nostram opinionem, maximè si consuetudo non sit in contra-
5 riũ, & sequitur Ahumada. *ibi gl. 4.* & † sic has duas opiniones contrarias concordat, Andr. Sicul. *in d. c. at si clerici*, Abb. *in c. 1. de mutuis petitio. & in c. at si clerici*, ubi Decius, *n. 165. in fin.* ubi tenet, valere dictam consuetudinem: quæ profectò in his Regnis Hispaniæ observatur, & sæpè
6 † sine difficultate admittuntur reconventiones coram iudice sæculari: quia aliàs laicus remaneret indefensus, vel saltem cum magnis expensis recuperaret suum debitum, quæ sententia observatur in Regno Portugal. ut tradit, Cald. Pereira,
7 *lib. 2. q. forens. q. fin.* Et † cum illa reconventio sit actionis exclusio, non debemus negare exce-
8 ptionem, ubi actio fuit admissa. Quæ † exceptio debet opponi ante litis contestationem, & posteà reconventioni locus non erit, ut docet, gl. *in Clementina. Verum, verb. exordio, de verborum significatione.* Quia facta litis contestatione in causa principali, si posteà reconventio opponeretur, esset nova actio, quæ remittenda est ad iudicem ecclesiasticum; quia cẽseretur facta in fraudem iudicii, & sic non erit admittenda, *lex 2. §. sed si agant, D. de iudiciis, c. relatum, §. ad hoc, de iure patronatus.* Ita Speculator, *in titul. de reconventione, §. 1. vers. quid si laicus.* Et docet Prosperus Farinacius, *tit. de inquisitione, q. 8. nu. 101.* Similiter
9 † etiam, si causa quæ proponitur coram iudice laico, sit rebus spiritualibus annexa (ut dicimus, de iure patronatus, ut *in cap. quanto. de iudiciis.*) tunc non potest laicus reconvenire clericum, su-
10 per re profana; quia † recõventio debet esse eiusdem naturæ, sicut causa principalis: & si ipsa est temporalis & profana, similiter reconventio, aliàs non est admittenda, ut tradunt, Decius, *in d. c. de mutuis petitionibus.* Abb. *in d. c. at si clerici, n. 20.* per, text. *in c. lator, qui fi. ij sint legitimi, c. tuam, de ordine iudiciorum, gl. in c. cuius in agendo, 3. q. 8.*
11 Rursus, † si causa fuerit criminalis contra laicum, non potest reconvenire clericum criminaliter; quia reconventio debet respicere rem petitam, & non personam, per text. *in c. unico, de cler. coniug. lib. 6.* & hanc dicit communem opinionẽ
12 Decius, *n. 25. in d. c. at si clerici.* Quæ † sententia principalis in tantum vera est, & tenenda, quòd, licet clericus renuntiet liti, visa reconventione, potest laicus eam prosequi, ut docet Speculat. *tit. de reconventione, in fin.* & in simili casu fuit causa decisa, ut tradit Afflict. *decis. 73.* qui alios allegat, Franch. *decis. 349.* Menoch. *de Arbitrar. lib. 1. q. 44.* Quia in præiudicium litis motæ, & reconventionis non potest clericus liti renuntiare, & sic potest intelligi tex. *in l. post quam liti, C. de pactis.*

Vltimò, pro declaratione huius quæstionis animadvertendum est, quòd, si in foro sæculari ob aliquas causas non admittatur reconventio inter personas sæculares, in hoc casu non debet iudex contra clericum admittere reconventionem, ut tenet Cynus, *in fin. C. qui admitti. ad bon. poss.* Socin. *in c. 1. q. 21. de mutuis petitionibus.* Et tradit, Marta, *ubi supra, casu, 107. n. 7.* De † quia 13
re possumus exemplum cõstituere in reconventione in via executiva proposita: quia secundum veriorem opinionem, non admittitur, ut docet Aviles, post Covarruv. *pp. c. 10. gloss. ver. executio. n. 7.* Avend. *de exequend. mandat. c. 30. n. 6.* Parlad. *rerum quotidianarum, § 11. n. 3.* Gutier. *lib. 1. pp. q. 122. n. 1.* Quos novissimè sequitur, Rodriguez, *de executionib. c. 6. à num. 11. vers. alij vero*, cõtra Paz, y Diego Perez, & Palac. Rub. Quæ sententia verissima est, & non contraria: quia reconventio, quæ non est liquida, & quæ requirit altiorem indaginem, non est admittenda, ad impediendam executionem, procedentem ex contractu liquido; & sic, licet regula sit, quòd laicus potest reconvenire clericum in foro sæculari, illud est intelligendum in via ordinaria, secus in via executiva:
quia † quemadmodum illa exceptio non admit- 14
titur inter laicos, similiter non debet admitti inter clericum & laicum. Nec † mihi satisfacit 15
quædam limitatio huius cõclusionis, tradita per, Amador Rodriguez, *ubi supra, nu. 11. ver. Secundo limita.* ubi dicit, quòd si reconventio sit liquida, procedens ex alio instrumento liquido, & publico, quòd tunc talis reconventio admittenda est, ut sentit Ioannes Gutierrez, *ubi supra, num. 3.* quia, salva pace, illa non est propriè limitatio, quia limitatio seu exceptio debet esse de regula, & qui dicit quòd non admittitur reconventio in via executiva, supponit reconventionem non esse liquidam, & quòd requirit altiorem indaginem. Si verò fuerit liquida per instrumentum publicum, tunc non dicetur reconventio, sed compensatio, ut *in l. 1. & per totum, de compensationibus*, quæ admittitur in via executiva, cùm sit debiti & crediti ad invicem contributio. Et sic supponit liquidationem, sine strepitu & figura iudicii; intra decem dies, ut tradit Gregorius, *in l. 20. tit. 14. p. 5. verb. fasta diez dias.* Gutierrez, *de iuram. confirmat. 3. p. c. 6. n. 2. & pract. quæst. 12. n. 4.* Parladorius, *§. 12. nu. 3.* Rodriguez, *supra, n. 8.* & diximus, *in d. quæst. 54.*

## SVMMARIVM.

1 *Clericus, & laicus, qui simul deliquerunt, possunt puniri coram iudice ecclesiastico, secundum plures Doctores.*
2 *Sententia Senatus* in Rota Lucensi *refertur, & laudantur illius Senatus decisiones.*
3 Hieronymus de Zevallos, *Senator in Republicà Lucensi, laudatur, qui procedit ex domo & origine Montanorum*, *de quâ* in glossa 18.
4 *Exceptio perplexitatis impedit processum iudicum, quando sumus in delictis.*
5 *Causæ continentia non est dividenda.*
6 *Magis dignum trahit ad se minus dignum.*
7 *Contraria opinio in quæstione principali defenditur & approbatur.*
8 Lex si quis uxori, D. de furtis *ponderatur.*
9 *Furtum faciens cum uxore, in rebus mariti, non tenetur actione rerum amotarum.*
10 *Socius criminis, non gaudet privilegio socij.*

11 Man-

11 *Mandatarius & mandans, quilibet obligatur de per se, & conveniuntur corā suis iudicib.*
12 *Reus, qui non fuit sufficienter punitus coram iudice ecclesiastico, potest condignè puniri coram seculari.*
13 *In civilibus, in quibus clericus & laicus obligantur in solidum, quilibet est conveniendus coram suo iudice.*

## QVÆSTIO LXIX.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim cognoscendo contra clericum, & laicum qui simul delictum commisserunt.*

1 CLericus, † & laicus simul delinquentes, debent coram iudice ecclesiastico conveniri, ut docet Socinus, *cons. 12. nu. 17. vol. 1. & in c. 2. vers. 8. de mutuis petitionib.* Felin. *in c. 1. ver. Considera tamen, de præscriptionib.* Socin. Iunior, *cons. 34. vol. 1.* Parisius, *cons. 154. vol. 4.* Maranta, *de ordine iudiciorum, 4. p. distinctione, 11. n. 22.* Brabatia, *in c. quanto, de iudiciis,* Menochius, *de arbitrariis, casu 371. n. 13.* Albanus, *cons. 13.* Fachineus, *lib. 9. controv. c. 31.* Qui hanc dicit veriorem opinionem, quam sequitur Farinac. *tit. de inquis. q. 8. n. 151.* Et secundum hanc opinionem fuisse iudicatum, tradit Socinus, *in l. cum Senatus, in fine, D. de rebus dubiis.* Bossius, *in tit. de foro competenti, n. 147.* Follerius, *in practica criminali, 1. part. 2. partis, verb. audiat, n. 79.*
2 Et † hæc opinio est recepta, in Rota Lucensi ut tradit Iosephus Ludovic. *decis. 26. n. 18.* Quæ decisio apud me, & omnes resolutiones illius Senatus; sunt maximi ponderis, &
3 momenti, maximè hodiè cum † ibi ius dicat dominus Hieronymus de Zevallos, Senator integerrimus illius reipublicæ, literis, virtute, & nobilitate præclarus, & meus consanguineus, nomine & cognomine, descendens ex domo & familia Zevallorum, apud Montanos, licet ipse Italus sit ab antiquo, ut ipse mihi retulit per plures epistolas; & nostram opinionem tenet Chassaneus, *in consuetudinibus Burgundiæ, rubr. 1. §. 5. n. 8. glossa, Sylva, n. 70.* Boerius, *decisio. 300.* Aufrerus, *de potestate ecclesiastica super laicos, n. 13.* Guillermus Benedictus, *in c. Raimutius, de testamentis, verbo. Et uxorem nomine Adelasiam, nu. 246.* Et hanc opinionem dicit esse magis communem, & veriorem Bossius, *ubi supra, tit. de foro competenti, n. 116. in fine,* Menochius, *d. casu, 371. num. 13. in fin.* Bonacossa, *in suis communibus verbo, laicus si delinquit,* & hanc dicit esse verissimam opinionem;
4 quando sumus in delictis, in † quibus exceptio perplexitatis impedit processum iudicum, tradit Marta, *de iurisdictione 4. par. centuria 2. casu, 119.* Et sic videtur dicendum, iudicem ecclesiasticum vim non facere procedendo cōtra laicum, qui est
5 socius criminis cum clerico; ne † causæ continētia dividatur, *contra legem. Nulli, C. de iudiciis:*
6 quia † magis dignum trahit ad se minus dignū.
7 Sed † pro iudice sæculari est verior & recepta opinio, in nostra Hispania; imo quod iudex ecclesiasticus non possit cognoscere de punitione delicti perpetrati à laico cum clerico, quia quilibet iudex debet cognoscere inter suos subditos. Ita Covar. *pp. q. c. 34.* Gravet. *cons. 232. volum. 2.* Iulius Clar. *receptarum sententiarum, § fin. q. 36.* Anton. Gom. *de delictis, c. 10. n. 6.* Igneus, *in l. 1. §. si quis in villa, n. 27. D. de SCto Silanian.* Rebuf. *in Auth. habita, privileg. 106. C. ne filius pro patre.* Et ita aliquando fuisse iudicatum, refert Franchis, *decis. 426.* ubi dicit, quòd clericus remittitur ad ecclesiasticum, & laicus retinetur in foro sæculari. Et idem tenet Cacher. *decis. 103.* Addit ad Afflict. *decis. 213. n. 7.* Et pro hac opinione adducitur † tex. 8
*in l. si quis uxori, in principio, D. de furtis,* ubi † 9
subtrahens cum uxore res mariti, tenetur actione furtiva; uxor verò secus, quia cōvenitur actione rerum amotarum, & † ob hanc rationem so- 10
cius criminis non gaudet privilegio alterius. Et sic dixit Bald. *in l. non ideo minus, n. 32. C. de accusationibus* quòd † in delictis, mandatarius, & mā- 11
dans, quilibet obligatur de per se, & quilibet est conveniendus coram suo iudice. Quam opinionē sequitur Dec. *in tract. crim. in lib. 9. c. 23. n. 5.*

Nec placet mihi concordia tradita per Martan, *ubi supra, n. fin.* qui dicit, † si iudex ecclesiasticus, 12
qui cognoscit de delicto laici, non puniat illum sufficienter, quòd tunc poterit sæcularis iterum eum punire, secundum mensuram delicti, ut tradit ipse Decia. *lib. 4. c. 9. n. 45.* Boer. *decis. 289. per totam*: quia, si est defectus in iurisdictione, & incapacitas in iudice, illam non potest supplere, licet delictum laici sufficienter non fuerit punitū: nec cognitio iudicis laici, pendet ex bona vel mala sententia iudicis ecclesiastici cum quilibet habeat suam iurisdictionem distinctam & separatā: quæ sententia etiam procedit in causis civilibus;
quia † licet in solidum, clericus & laicus, se obli- 13
gaverint favore Titii, non potest actor utrunque cōvenire coram iudice ecclesiastico; sed quilibet in suo foro conveniendus est, ut dicit pluribus citatis Surd. *in tractatu de alimentis, q. 14. nu. 3. tit. 9.* & Mart. *ubi supra, casu, 118.* & est bonus text. pro hac opinione *in c. quā sit, de iudiciis, in versi. tuū,* Socin. *in l. ex. si is qui duos,* ubi Bartolus, *D. de liberatione legata;* & ita communiter practicatur, & secundum hanc resolutionem sunt terminandi articuli per viam violentiæ.

## SVMMARIVM.

1 *Fideiussor de iudicatum solvendo pro clerico, qualiter intelligatur.*
2 *Sententia contra fideiussorem de iudicatum solvendo, est exequenda appellatione remota.*
3 *Appellatio fideiussoris non suspendit executionem contra ipsum, neq. contra principalem.*
4 *Sententia contra Principalem ita præiudicat fideiussori de iudicato solvendo ac si contra eum lata fuerit.*
5 *Duæ obligationes oriuntur, in fideiußione de iudicatum solvendo.*
6 *Sententia lata contra principalem, præiudicat fideiußori, sine novo processu.*
7 *Citandi sunt, quibus principaliter præiudicatur, secus, quibus per indirectum.*

Fide-

8 *Fideiussor dicitur condemnatus, tanquam persona accessoria, & coherens principali.*

9 *Fideiussor de iudicatum solvendo, tenetur in prima & secunda instantia, dum fideiussio non sit limitata, & sunt quinque opiniones.*

10 *Fideiussio facta coram iudice arbitro, non extenditur ad iudicem arbitratorem, vel ordinarium.*

11 *Fideiussor clericus, pro laico, an possit conveniri coràm iudice sæculari, & quid si sunt duo Rei, & factum, sit individuum.*

## QVÆSTIO LXX.

### *Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo sententiam cōtra fideiussorem laicum, qui pro clerico se obligavit coram iudice ecclesiastico.*

1 SÆpè contingit, quòd † laicus sit fideiussor clerici, de solvendo iudicatum, coram iudice ecclesiastico: & facta condemnatione, agitur de executione sententiæ coram eodem iudice contra fideiussorem, qui appellauit à tali sententia: iudex verò ecclesiasticus, non obstante appellatione, exequitur dictam sententiam: quia vel reus principalis non appellavit, vel consentit, vel quia transcursa sunt tempora ad appellandum. Dubium est, an faciat vim exequendo sententiam, non obstante appellatione. Et contra iudicem faciunt omnia tradita pro declaratione nostræ legis; maximè, quia appellatio in dubio est admittenda: & executio sententiæ translatæ in rem iudicatam, solum debet procedere contra clericum condemnatum, & non contra eius fideiussorem, contra quem nulla lis contestata est. Et pro hac opinione est glos. *fin. in verbo, fideiussores,* vbi hoc ponderat Paulus Castrensis, *in fin. C. de usuris rei indicatæ,* vbi dicit, fideiussorem posse appellare, & tradit plures Asinias, *de executio. §. 21. num. 2. ampliatione, 22.* Nisi hoc intelligamus intra tempus datum ad appellandum, non verò post rem iudicatam: & tradit plures. Petr. de Zevall. *in suis resolut. criminali. casu,* 135. & Guido Papæ, *decis.* 562. Vulpel. *de libertate ecclesiastica. 3p. n. 28.*

Sed pro iudice ecclesiastico, imò quòd non faciat vim, exequendo sententiam contra fideiussorem, facit opinio Guidonis Papæ, *cons. 212. n. 4.*
2 vbi resolvit, sententiā † latam contra principalem debitorem, exequi posse contra fideiussorē, de iudicio sistendo, vel iudicatum solvendo. Idē docet Gutierrez, *consi. 29. n. 2.* Quam opinionem
3 tenet Carocius, *decis. 136. n. 9.* & quòd † in hoc casu non admittatur appellatio fideiussoris, tenet Bartolus, *in l. à sententia. n. 2. D. de appellat.* & Bosius *in tit. de carcerat. fideiussorum, à n. 60.* vbi
4 dicit, fideiussorē † de iudicato solvendo, conveniri absque novo processu, & idcirco non posse appellare à sententia lata contra principalem debitorem: Et sic, quòd statim sit mandanda executioni contra fideiussorem iudicii, absque novo processu: quia † ex sententia præiudicatur fideiussori, ac si adversus eum fuisset lata, ut docet Cynus *in l. fin. §. & cum antiquitas, C. de usuris rei iudicatæ,* Bartol, *in l. 1. D. iudicatum solvi,* Baldus, *in dicta. l. 2. §. in fideiussorem, D. qui satisdare cogantur:* & ita novissimè fuit iudicatum in Rota Lucensi, ut tradit Barnab. Cornazanus, *in decis.* 138. *num.* 4. Et est ratio, quia contra fideiussorem de iudicatum solvendo, statim quòd iudicatur, committitur stipulatio, *l. iudicatum. la. 2. D. iudicatum solvi,* Roderic. Suarez, *in l. fort. tit. de los emplazamientos,* vbi *nu. 6.* dicit sententiam, Cyni & Bartol. esse communiter ab omnibus receptam, & sequitur Burs. *consi. 203. nu. 12.* Et ob hanc causam dixit subtiliter Baldus, *in d. l. fin. §. & cum antiquitas, C. de usuris rei iudica-*
*tæ:* in † stipulatione de iudicatum solvendo, 5
duas obligationes contrahi: prima, est obligatio principalis, secunda executio: quæ non procederent: si admitteremus, fideiussorem iudicatum solvendi posse appellare: Et aliter non diceremus
quòd † sententia lata contra principalem, no- 6
ceat fideiussori de iudicatum solvendo, ut scribit Angelus, *in l. in cognitione, in fin. D.* de SCto Silanian. *& in l. 3. §. si plures, in fin. D. iudicatum solvi.* Vbi dicit, sententiam latam contra principalem: idem docet Felinus, *in c. quamvis, n. 15. de sententia. & re iudicata.* Quòd procedit etiam
si fideiussor non sit citatus: quia † illi non sunt 7
citandi in iudicio, quibus per indirectum fit præiudicium, ut docet Marsil. *in rubr. de fideiussor. n. 348.* Alex. *consi. 156. n. 5.* & sic dixit subtilis Bald. *in d. §. igitur, D. de iureiuran. & in. d. l. 2.*
*§. in fideiussor. D. qui satis dare cogantur,* quòd † 8
fideiussor de iudicatum solvendo, dicitur condemnatus, tanquam persona accessoria, & cohærens principali, licet vocatus non fuerit ad iudicatum. Et sequitur Boerius, *decis. 314.* Ex quibus resolutivè dicendum est, iudicem ecclesiasticum vim non facere, exequendo sententiam contra principalem latam, adversus eius fideiussorem.

Vnum tamen non omittam pro complemento huius quæstionis, quia sæpè contingit de facto;
quia † fideiussor de iudicatū solvendo non so- 9
lū tenetur in prima instantia, sed etiā in secunda, in gradu appellationis; dum tamen fideiussio nō sit limitata ad primam instantiam, ut docet Vincentius de Franchis, *decis. 601. per totam.* Quam sententiam principalem tenet Bartolus. *in d. l. cum apud, nu. 4. per illum tex. D. iudicatum solvi:* Ioannes Andreas, *in additionibus ad Speculatorem, tit. de satisdationibus, 5. expedito, sub nu. 6.* & ita pluries fuisse decisum tradit Franch. *in decis. Neapolitana. 208. nu. 2. & in decis. 320.* & Tessaurus, *in decis. Pedemontana, 202. num. 10. versi. quid dicendum?* Vbi hoc latè confirmat: Quia quando fideiussio iudicatum solvendi non esset limitata, committitur, sive per eundem, sive per alium iudicem, sive in prima instantia, sive in secunda aut tertia, reus condemnetur: & etiamsi in prima instantia absolutus fuerit, dummodo sit eadem instantia respectu libelli, & iurisdictionis ordinariæ, & eadem res, ut tradit A-

retinus

*consi.* 87, *nu.* 4. Bart. *in l. cum apud Sempronium, nu.* 5. *D. iudicatum solvi.* Quòd latissimè declarat, & limitat Tessaurus, *decis.* 202. *num.* 1. *cum sequentibus, usq. ad numerum,* 10. *& nu.* 5. declarat, *d. l. cum apud.* Et hanc principalem opinionem sequitur Vincentius de Franchis, *dicta decis.* 208. *num.* 2. vbi ita dicit fuisse iudicatum, pro creditore, contra fideiussorem: idem tradit *in decis.* 320. *in* 2. *part.*

Sed in hac quæstione proposita, licet hæc prima opinio sit receptissima, & eam dicat veriorē Tessaur. *ubi supr. n.* 10. *vers. quid dicendum.* ipse refert quinq; opiniones contrarias, quæ faciunt rem dubiam; quas disputationis gratiá poterit quilibet videre, vel examinare, cum casus de facto contingat. Ego verò non recederem ab hac opinione quæ magis vera & recepta est, ut constat ex dictis decisionibus. Et novissimè don Ludovico de Peguera, *decis.* 176. movet aliam quæstionem; quando causa fuit advocata in Regali Audientia, an tunc teneatur fideiussor; & resolvit, quod sic, nisi fideiussio sit limitata ad certum iudicem. Et post hæc scripta latè prosequitur nostram quæstionem Petrus Zevallus *in suis resol. criminalibus, casu,* 109. Et an exceptio declinatoria competens clerico, competat eius fideiussori laico quod negat Afflictis, *decis.* 206. *&* 2. Mynsingerus, *centur.* 2. *observat.* Capella, Tholossana, *decis.* 52. Franchis, 166. *&* plures refert Ioannes Aloisi *collectanea* 53. *ad tit. in cap. si iudex laicus, de sentent. excomm. lib.* 6.

20 Si † verò fideiussio facta fuerit coram iudice arbitro, & postea petatur reductio ad arbitrium boni viri, tunc expirat fideiussio, ut docet ipse Tessaurus, *decis.* 14. *per tex. in d. l. cum apud,* ubi Bart. Et in hoc casu consuluit Anchar. *cons.* 31. Quod subintelligo, si reus fuerit absolutus per iudicem arbitrum, & postea condemnatus in reductione; quia tunc non tenebitur fideiussor. Si verò fuit condemnatus, & reductio fuit petita, tunc non obstante reductione, & confirmatione iudicis ordinarii, tenebitur fideiussor. quia est eadem instantia, respectu rei petitæ. Et dicit Tessaurus, *d. decis.* 202. *n.* 18. *in fin.* Quia fideiussor semper tenetur ad eam quantitatem, de qua per
21 primum iudicem fuit iudicatum. Et quando † clericus fideiussor possit in suis bonis conveniri coram iudice sæculari, tradit Gregor. *in l.* 45. *tit.* 6. *par.* 1. *verbo valdria.* Si verò clericus & laicus simul obligentur, licèt res sit individua, quilibet in suo foro conveniendus est, ita resolvit Gutierrez, *lib.* 3. *pp. quæst.* 30. *n.* 51.

SVMMARIVM.

1 *Monachi regulares sunt exempti à iurisdictione ordinary.*
2 *Privilegiorum revocatio non comprehendit Monachos.*
3 *Regulares non subduntur Episcopo.*
4 *Episcopus non potest punire Regulares.*
5 Cap. 5. sess. 4. Concilii Tridentini de reformat. *declaratur.*
6 *Verba illius tex. Concilii iterum ponderantur.*
7 *Contraria opinio refertur, & defenditur.*
8 Clementina 1. de testam. *declaratur.*
9 Cap. 1. de privilegiis lib. 6. *declaratur.*
10 *Exemptus est subditus ordinario, ratione officij.*
11 Cap. 4. sess. 14. Concilii Tridentini *declaratur.*
12 *Ordinarius habet ius visitandi, & corrigendi exemptos.*
13 Cap. 8. sess. 21. Concilii Tridentini *declaratur,*
14 *Ordinarius dicitur, Episcopi Vicarius.*
15 *Episcopus in sua diœcesi habet fundatam intentionem.*
16 Cap. 8. sess. 22. Concilii Tridentini *declaratur.*
17 *Visitare potest Episcopus personas exemptas ratione officii.*
18 *Episcopus potest pia loca visitare.*
19 *Casus de facto refertur circa visitationem capellaniarum monialium.*
20 *Horrea privata & pia potest Episcopus visitare.*
21 *Visitator ecclesiasticus, non potest visitare horrea publica, secus pia, sine prohibitione ordinarii sæcularis.*
22 *Casus de facto referuntur, circa visitationem positi pii; & quid fuit iudicatum in Regali Cancellaria Pinciana.*
23 *Testatoris dispositio servanda est, affirmative & negative.*
24 *Visitator ecclesiasticus, potest visitare confraternitates laicorum.*
25 *Auctor declarat suam opinionem.*
26 *Visitator ecclesiasticus, potest visitare capellanos & capellanias, quas possident canonici exempti.*
27 *Verba* Bullæ collegiatæ; villæ de Escalona, à nu. 30. *referuntur & declarantur.*
28 Canonici collegiatæ de Escalona, *nullam habent exemptionem ab ordinario, in visitatione capellaniarum.*
29 *Exemptio à iurisdictione ordinarii est stricti iuris, & sic restringenda.*
30 Cap. 4. sess. 14. Concilii Tridentini *declaratur & verba ponderantur.*
31 *Clericus exemptus, tenetur rationem reddere Episcopo, ratione beneficii, & quid de visitatore Pontificio, & quid si appelletur.*
32 *Clericus tutor, vel testamentarius, non potest conveniri ratione officii coram iudice ecclesiastico, sed coram iudice laico.*
33 *Ordinarius potest recusari in visitatione, a Canonicis collegiatæ, si præbendati habeant litem cum ordinario.*
34 *Regulares exempti, in pluribus casibus subiecti sunt ordinario, & referuntur,* 17. *casus ex* Concilio Tridentino.
35 Cap. 2. sess. 5. Concilii Tridentini *declaratur.*
36 Cap. 3. sess. 6. Con. *declaratur.*
37 Cap. 14. sess. 7. Con. *declaratur.*
38 Cap. 13. sess. 7. Con. *declaratur.*
39 Cap. 18. sess. 24. Conc. *declaratur.*
40 Cap. 8. sess. 2. Con. *declaratur.*
41 Cap. 8. sess. 22. Con. *declaratur.*
42 Cap. 8. sess. 22. Con. *declaratur.*

43 Cap.

43 Cap.10.sess.22.Con.*declaratur.*
44 Cap.2.sess.24.Con.*declaratur.*
45 Cap.9.sess.24.Con.*declaratur.*
46 Cap.20.sess.24.Con,*declaratur.*
47 Cap.5.sess.25.de Regul.& cap.15. sess.23.& cap.2.sess.5.& cap.4.sess.24.Concil.Tridentini *declarantur.*
48 Cap.12.sess.25.Concilii Tridentini *declarat.*
49 *Vide novem casus, in quibus regulares exempti sunt subditi Episcopo, quos refert, & declarat* Cenedo *in terminis Concilij Tridentini.*

## QVÆSTIO LXXI.

### *Utrum judex ecclesiasticus faciat vim, procedendo contra Monachos regulares, pro ratione reddenda alicuius ultimæ voluntatis.*

1 MOnachi † sunt exempti à iurisdictione ordinariorum, tam de iure communi, ut *in c.1.§.fin. & c.neque aliquis, de privilegiis, lib.6.* Vbi Pontifex omnes indulgentias & privilegia, sub quacunque verborum forma concessa, ab ordinariorũ iurisdictione eximentia, revocavit, ta-
2 men † in ea revocatione declaravit, non comprehendi Monachorum privilegia, & exemptiones, sed ea omnia in suo robore permanere disposuit, ut constat *ex mari magno privilegiorum,* tum ex dispositione novæ legis Concilii Triden-
3 tini, *in c.14 sess.21.* Vbi dicit regulares † non esse
4 subditos Episcopo, neque † ab ipso puniantur, licet scandalosi sint, sed à suo Prælato, ut in *cap.2. eiusdem sessionis.* Ergo benè sequitur, omnia sua privilegia manere sub sua potestate, neque per ipsum Concilium fuisse revocata, imo confirma-
5 ta, ut † *in c.5.sess.14. de reformatione, in fine,* ibi. * *Præsenti canone minimè comprehensi, sed exempti omnino sint, & esse intelligatur.* * Et declarat Bobadilla *in sua politica, 2.par.c.17. ex n.194.*

Ex quibus videtur dicendum, vim facere iudicem ecclesiasticum, procedendo contra Monachum regularem, pro ratione reddenda administrationis susceptæ, ex ultima testatorum dispositione. Et si appellatio interponatur, vel recusetur per Monachum, vel inhibeatur à suo iudice conservatore, est supersedendum in causa, ut hodie
6 est dispositum † *in c.5 sess.14.* Concilii Tridentini, ibi. * *Quod si contigerit, ut electus ab eo conservator, ab actore suspectus esse dicatur; aut si qua inter ipsos iudices, conservatorem, & ordinarium, controversia super competentia iurisdictionis orta fuerit; nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros in forma iuris electos, super suspicione, aut iurisdictionis competentia fuerit iudicatum.* * Et plura circa declarationem huius quæstionis tradit Cenedo, *quæst.26.* ubi refert plures casus, in quibus iudex ecclesiasticus habet iurisdictionem in regulares exemptos, declarando Concilium Tridentinum, *à num.16.n.22.& 27.* Et sic nullo modo poterit iudex ordinarius in causa procedere, data competentia iurisdictionis. Sed recurrendum est ad iudices arbitros, vel per viam violentiæ, ut tollatur vis illata à iudice ecclesiastico adversus Monachum; quòd potest contingere [illegible], ad ipsius instantiam, vel de mandato superioris sui monasterii.

Sed † his non obstantibus, in quæstione pro- 7
posita contraria opinio verior est, & tenenda; nimirum quòd iudex ecclesiasticus non faciat vim, quia ipse non procedit contra Monachum, ratione suæ personæ, sed ratione officij executoris, cuius visitatio pertinet ad iudicem ecclesiasticum ordinarium, ut probat text. † *in Clementina, 1. de testa-* 8
*mentis, cap.* † *1. de privilegiis, lib.6.* ubi † in 9. 10
reddenda ratione alicuius ultimæ voluntatis, exemptus, est subditus ordinario loci, & ei tenetur reddere rationem; atque ab eo de mala administratione puniri potest, ut *in d. Clementina, 1. & cap.1.de privileg. &* † *in c.4. sess.14.* Concilii 11
Tridentini: qui loquitur de exemptione clericorum, à iurisdictione Episcopi, & † nihilominus 12
in casibus visitationis habet Episcopus corrigendi, & castigandi facultatem, ibi. * *Tanquam a Sedis Apostolicæ Sedis delegati, corrigendi & castigandi facultatem habeant,* * & ibi. * *quibuscunque exemptionibus, declarationibus, consuetudinibus, sententiis, iuramentis, concordiis minimè suffragantibus.* Quem text. declarat Paz, *in sua praxi, 1.par.* [illegible] *co, n.1.col.2.& 3.* Cenedo, *in sua collectanea, ad textum, & Clementinam, collectanea, 14.n.3.*

Rursus, pro hac sententia facit tex. † *in c.8 sess.* 13
*21.* Concilii Tridentini, ubi Episcopus habet ius visitandi suas ecclesias, & omnia, quæ ad suã diœcesin pertinent; etiamsi personæ fuerint exemptæ ab Episcopis: & si vigeat observantia regularis, post monitionem transacto sexennio, visitare regulares, & corrigere propter negligentiam superiorum potest, ibi. * *Et si in eis vigeret observantia regularis, provideant Episcopi paternis admonitionibus, ut eorum regularium superiores, iuxta eorum regularia instituta, debitam vivendi rationem observent, & observari faciant; & sibi subditos in officio contineant, & moderentur. Quod si admoniti, intra sex menses non visitaverint, vel correxerint, tunc iidem Episcopi, etiam ut delegati Sedis Apostolicæ, eos visitare possint, & corrigere, prout ipsi superiores possunt, iuxta eorum instituta, quibuscunque appellationibus, privilegiis, & exemptionibus, penitus remotis & non obstantibus.* Et illud
verbũ Concilii, † * *ab ordinario,* * intellige, Vica- 14
rium Episcopi, ut docet Flaminius, *de resignatione beneficiorum, c.11.n.9.* Ex quibus constat, quod
† Episcopus, etiam contra exemptos, in sua diœ- 15
cesi habet fundatam iurisdictionem, & suam intentionem, in omnibus rebus ad suum Regimen pertinentibus.

Præterea pro hac sententia potest ponderari
tex. † *in c.8.sess.22.* Concilii Tridentini, ubi Epi- 16
scopis committitur visitare omnia pia loca, & † 17
exequi pias dispositiones, ibi. * *Et pia loca omnia quomodocunque nuncupentur, etiamsi prædictorum locorum cura ad laicos pertineat, atque eadem pia loca, exemptionis privilegio sint munita.*

Ex quibus verbis manifestè colligitur, quòd
† non obstante exemptionis privilegio, possunt 18
Episcopi pia loca visitare, & ultima testatorum
elogia, prout † iam vidi iudicatum contra mo- 19

nasle-

nasterium Monialium sancti Francisci oppidi de Oro pesa, ubi certæ capellaniæ erant sitæ, quæ ab Episcopo fuerunt visitatæ, non obstante contradictione Monialium, & earum exemptione, quæ solum respicit personas & bona monasterii, non verò capellanias sitas in dicto monasterio, quæ debent ab Episcopo visitari, ut tradit in terminis Cenedo, *dicta quæst. 33.* & *in, d. c.* Concilii, satis aperte demonstratur, ibi: * *Etiam si pia loca, exemptionis privilegio sint munita.* * Et
20 † similiter possunt visitare horrea privata, quæ pietatis intuitu fuerunt constructa, dum tamen non impediatur visitatio iudicis sæcularis, ut in text. ibi. * *Etiam si prædictorum locorum cura ad laicos pertineat.* * Et licet Ioannes Gutierrez, *canonicarum quæstionum, c. 55. num 19. & 28.* intelligat illum text,
21 † * *De las Alondigas publicas*, * illius opinio est reprobata, ut diximus *in lib. 4. quæst. 1. numer. 589. & supra quæst. 33. num. 5.* &
22 † ita nuper fuit iudicatum in duabus causis, in Regali Cancellaria Pinciana, in visitatione: * Del posito particular que fundo el Cura dela villa de Ontalva, *en 10. de Iullio de 1614.* aprobando el auto de Doctor Navarra visidator. Y el otro fue en otro posito de la villa de Fuensalida, que fundo donna Catalina Manrique Condosa de Fuensalida, siendo visitador el Licenciado Barrantes de Aguilera, y salio auto *en 14. de Iulio de 1614.* * In quibus visitatores huius Archiepiscopatus procedebant ad visitationem; quia erat opus pium, & appellatum fuit per viam violentiæ, per procuratores generales illorum oppidorum; & visa causa in dicto Senatu, declaratum fuit, iudicem ecclesiasticum visitatorem, vim non facere, dum tamen privativè non excludat à visitatione iudicem sæcularem; qui potest etiam dicta opera pia visitare, dum contrarium
23 non sit dispositum per fundatores; quia † illorum dispositio & ordinatio servanda est, *Auth. de nuptiis, § disponat, coll. 4. l. Mævius, l. qui heredi, D. de conditionibus, & demonstrationibus, c. 3. in fin. sess. 24.* ibi: * *Nisi quatenus id eis ex institutione competat,* * Et vide Altamirano, *de visitatione,*
24 *numer. 18, fol. 151.* circa † visitationes confraternitatum laicorum, Azevedo, *in, lib. 14. titul. 1. numer. 29. in fin. lib. 4 recop. & in, l. 5. titul. 14. numer. 9. & 10. libr. 8. recop.* Et frai Manuel Rrodriguez, *de regularibus, 2. part, quæstio, 75. arti. 1. fol. 389.* &
25 † ita sunt intelligenda per me tradita, *d. libr. 4. quæstio, 1. numer. 588.* quia illa doctrina procedit En los positos publicos, fundados por autoridad publica, y la contraria, en positos particulares fundados por causa pia, para socorro de los pobres en tiempo de necessidad.

26 Ex quibus consultus de facto, respondi, posse † visitatores huius Archiepiscopatus Toleti, visitare capellanias, quas possident canonici collegiatę *villa de Escalona*, vel reliqui prębendati: quia illius ecclesiæ privilegium, etiamsi amplissimum sit, non extenditur per verba generalia ad hunc casum specialem, in quo tam de iure communi, quã ex Concilio Tridentino, Episcopus in sua diœcesi habet ius visitandi, testamenta, capellanos, & capellanias, nisi sint sub pro tectione Regali, ut *in, c. 11. sess. 24.* Concilii Tridentini, *cap. cum capella, de privilegiis, c. divina, eod. tit.* quia ratione beneficiorum, iam exempti, sunt subditi, & subiecti ordinariis, ut *in, d. c. cum capella*, ut in terminis, tradit Fuscus, *de visitatione, lib. 2. c. 8. numer. 3.* ibi: * *Personas autem exemptas circa visitationem & correctionem, visitavit Episcopus, nulla eis suffragante exemptione, inhibitione, aut appellatione, eadem auctoritate Sedis Apostolicæ delegata; ex decis. eiusdem Concilij, sess. 24. c. 15.* * & tradit Cenedo, *ubi supra, c. 26. numer. 28.* & Gracianus, *discept. forens. 2. part. c. 298. num. 48.* ubi declarat decretum Concilii Trident.

Quibus non obstant verba † *Bullæ collegiatæ, à num. 39.* ibi: * *Præterea collegiatam ecclesiam, illiusque Abbatem, Decanum, Archidiaconum, cantorem, Scholasticum, Thesaurarium, operarium, singulos Canonicos, Portionarios, capellanos, officiales, ministros, & personas pro tempore existentes, cum eorum dignitatibus, Canonicatibus, præbendis, portionibus, capellaniis, officiis, & ministeriis, ac rebus & bonis suis quibuscunque, ab omni iurisdictione, visitatione, correctione, dominio, & potestate Archiepiscopi Toletani, & quorumcunque aliorũ ordinariorum locorum, eorumque Vicariorum, & officialium, præsentium & futurorum, perpetuò eximimus, & totaliter liberamus, ac Romano Pontifici, pro tempore existenti, sedique, & Nuncio prædictis subiicimus,* * & ibi: * *Etiam ratione delicti, seu contractus, seu re, de qua agetur, ubicunque committatur delictum, ineatur contractus, aut res ipsa consistat, in collegiatam ecclesiam, ipsius Abbatem, Decanum, Archidiaconum, Cantorem, Scholasticum, tam ratione personarum, quam rerum & bonorum suorum, tanquam prorsus exemptos, & exempta, aliquam iurisdictionem, superioritatem, visitationem, correctionem, dominium, aut potestatem exercere, seu excommunicationis, suspensionis, interdicti, aut quascunque alias sententias, censuras & pœnas, promulgare valeant, Sed Abbas coram Sede, vel Nuncio.* * Ex quibus verbis generalibus, intendit dicta collegiata, non posse Archiepiscopi visitatores, visitare capellanias, quas obtinent, & possident Canonici, & alii præbendati: Quia, † respondeo, quod Bulla exemptionis Pauli Pontificis Maximi, (obtenta à domino Marchione de Villena, qui obiit, 5. mensis Maii, in vespera sancti Ioannis, ante portam latinam, anno, 1615. cuius anima requiescat in pace:) non disponit in visitatione capellaniarũ, cuius visitatio, ante & post exemptionem, pertinet ad ordinarium, ut supra probatum est. Neque per verba generalia censetur Romanus Pontifex præiudicare ordinario, ut *in cap. 1. de privilegiis, l. si quando, C. de in officioso testam.* ibi: * *Neque enim credendum est Romanum Principem.* * Secundo, quia ea, quæ expresse non mutantur, stare nõ prohibentur, *l. præcipimus. C. de appellationibus, lex cum prætor, D. de iudiciis.* Tertio quia *exemptio collegiata*, loquitur circa personas & bona præbendatorum, & circa ipsas præbendas, secus verò, ratione officii, vel beneficii, vel capellaniæ: quia omnis exemptus est subditus ratione officii, ut late dicimus, *d. cto. lib. 4. quæst. 1. à nu. 603. cum sequentibus*, ubi aliqua exẽpla retulimus. Quarto,

Ff

29 quia † exemptio est stricti iuris, ut docet Innocentius, *in c. dudum, de privilegiis*, quem sequitur Fuscus, *de visitatione, lib. 2. cap. 20. n. 29.* Et ultra eum, idem docet Abb. *in d. c. cum. capella. numer. 5. de privilegiis*, Bellamera, *cons.* 20. Boerius, *cons. 24. numer. 8. libr. 1.* Cravetta, *cons. 152. numer. 2.* Flaminius, *de resignatione beneficiorum, libr. 3. quæstio. 11. num. 6.* Vbi dicit, quod cum dicta iurisdictio sit ordinariis de tracta, dicitur odiosa, & strictè accipienda, & per consequens non est amplianda iurisdictio, sed restringenda ad casus comprehensos in dicta Bulla. Quinto, quia religiosi magis sunt exempti à iurisdictione ordinarii, quam Canonici collegiatæ, sed omnes religiosi exempti, tenentur reddere rationem testamentorum coram ordinariis, ut *in d. Clementina, 1. de testamentis*, Cenedo, *ubi supra numer. fin.* Frai Manuel Rodriguez, *de reg. titu. 3. q. 7. artic. 3.* Fuscus, *de visit. lib. 2. c. 17. n. 8.* ergo à fortiori, tenebuntur ipsi Canonici, ratione beneficii ecclesiastici vel capellaniæ rationem ordinario reddere. Quod expresè videtur

30 dispositum † *in d. c. 4. ses. 14.* ibi: * *Omnes ecclesiarum Prælati, qui ad corrigendum subditorum excessus, diligenter intendere debent, & à quibus nullus clericus, per huius sanctæ Synodi statuta, cuiusvis privilegii prætextu, tutus censetur; quod minus iuxta canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi potest, si in ecclesiis suis resederint; quoscunque sæculares clericos, qualitercunque exemptos; qui alias suæ iurisdictioni subessent &c.* * Quæ verba videntur clara & expressa pro hac sententia, cū

31 † textus loquatur de clericis exemptis, & tamen ratione beneficii tenentur Episcopo rationem reddere, & ipse potest eos visitare, corrigere, & punire; circa visitationem capellaniæ, ut Missæ celebrentur, & bona ipsius reparentur. Quod non excludit Bulla *exemptionis collegiatæ*; quia alias, si præbendatus illius ecclesiæ obtineret beneficium curatum, daretur absurdum, quod esset prohibita visitatio & correctio Ordinario; quod profecto deviat à tramite iuris & rationis. Et sic, licet Ordinarius, appellatione canonicorum reiecta, procedat in visitatione, non facit vim, ut resolvit in simili casu, Lancellotus, *de attent. 2. p. c. 4. limit. 1. à num. 49.*

32 Ex † qua ratione nunc defendimus; tutorem clericum, seu curatorem bonorum laici, non posse conveniri coram iudice ecclesiastico, ratione bonorum defuncti laici, sed coram iudice sæculari, coram quo defunctus, vel eius hæredes, essent conveniendi; quia actio non dirigitur contra clericum neque contra ipsius bona, sed contra bona minorum, vel patris prædefuncti. Et sic clericus ratione officii conveniri debet in foro sæculari, & ibi rationes reddere tenetur, pro ut diximus, *in, d. libr. quart. quæstio. prim. numer.* 688. Et sic malè faciunt creditores Alfonsi; Fernandez Pantoia, exigendo debita coram Vicario generali huius civitatis, ex eo, quia minorum curator est clericus; quia ipsi non gaudent fori privilegio ratione officii, sed ratione personæ, & bonorum suorum, non verò respectu minorum, ut supra probatum est, d *numer. 688. cum sequentibus.* Vbi refero, quod per viam violentiæ in simili casu iudicatum fuit in regali Cancellaria Pinciana. Et an visitator deputatus, à Pontifice, sit iudex Ordinarius, vel delegatus, tradit Azor, *2. parte, institu. moral. lib. 5. cap. 35. in fine.*

Vnum tamen non omittam, pro dicta ecclesia collegiata, quia † ut possit vitare visitationem 33
Ordinarii, potest recurrere ad superiorem; allegando, litem motam inter Archiepiscopum, & præbendatos illius ecclesiæ, super nullitate, vel subreptione gratiæ, quæ est causa sufficiens suspicionis, ut possit recusari, ut tradit, Baldus, *in, l. 2. D. de his qui sunt sui, vel alieni iuris.* Et ita in simili casu, censuit congregatio sancti concilii, 7. *Iulii*, 1575. ut tradit Flaminius, *supra, quæst.* 117. Vbi dicit, quod ob hanc causam litis inter ordinarium & exemptos, vidit plures concedi exemptiones, à sacra congregatione Episcoporum. Quod est menti tenendum in hoc casu. Vbi † etiam refert alios 34
plures, in quibus exempti, etiam regulares, subiiciuntur iurisdictioni Ordinariorum: quos referre libuit, pro perfecta declaratione huius quæstionis & materiæ; quia in omnibus illis casibus formari potest competentia iurisdictionis; inter ordinarium & exemptum, & consequenter erit articulus violētiæ, si nō obtēperetur decisionibus sancti Concilii, & obediatur ordinariis locorum in illis casibus à Concilio expressis. Primus † *in c.* 35
*2. ses. 5.* Concilii Tridentini, ubi exempti, qui animarum curam exercent, tenentur in certis anni temporibus, per se, vel per alios, populum sibi cōmissum pascere salutaribus verbis. Secundus † 36
casus est, respectu correctionis, & visitationis, ut *in, d. c. 3. sess. 6. de reformatione, & in cap. 4. sess. 14.*
Tertius † in casibus civilibus mercedum, & mi- 37
serabilium personarum, ut *in cap.* 14. *sess.* 7. Quartus, † ratione examinis, ut *in capit. 13. sessio. 7.* 38
Quintus, † in approbatione ad beneficia curata 39
per concursum, ut *in, cap. 18. ses. 24. de reformatione*, Sextus. † in visitatione per annos singulos, ut 40
*in cap. 8. ses. 21.* ubi non viget regularis observantia. Septimus, † quando superior est negligens, 41
post monitionem, ut *in d. cap. 8. ses.* 21. Octavus, † 42
subduntur ordinario hospitalia laicorum exempta, respectu visitationis ut *in c. 8. ses. 22.* Nonus, † 43
quo ad collationem ordinum, *cap. 10. ses. 22.* Decimus, † ut veniant ad Concilium, ut *in c. 2. ses. 24.* 44
Vndecimus, † ratione visitationis, & correctionis 45
ut *in d. c. 9. ses.* 24. Duodecimus, † in causis ma- 46
trimonialibus, & criminalibus, ut *in cap. 20. §. Ad hæc ses. 24. de reformatione*, Decimustertius, † quo 47
ad clausuram sanct. Monialium, ubi violata fuerit, restituendam; & inviolatam conservandam, *cap. 5. sess. 25. de regular.* Decimusquartus, quo ad confessiones audiendas, *capit. 15. sessio. 23.* Decimus quintus, quo ad prædicationem, *capit. 2. ses. 5. & cap. 4. sessio. 24.* Decimussextus, quo ad processiones publicas, *capit. 13. sessio. 25.* Decimusseptimus, † quo ad festa interdicta, *cap. 12. sess. 25. de* 48
*regularibus*, & † post hæc scripta refert novem 49
casus, Cenedo, *in suis quæstionibus, canonicis capit. 26. numer. sept. usque ad 35.* Quæ omnia sunt menti tenenda, quia in his omnibus casibus, si regulares opponant exceptionem incompetentiæ iurisdictionis, vel si detur inhibitio per iudicem conser-

conservatorem ordinarium, vel è converso, potest quilbet appellationem interponere ad Romanũ Pontificem, & implorare Regis auxilium, & erit articulus violentiæ, pro observatione decretorũ Concilii Tridentini, cuius defensor, & protector est Rex noster. ut *in cap. 20. ses. 25.* quod intelligas sine cognitione causæ principalis, sed solum, ut admittatur appellatio ad superiorem, ut interim revocentur omnia attentata, & innovata contra eius dispositionem.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in concursu creditorum potest citari, coram iudice laico, nè causa continentia dividatur.*
2 * Pleyto de acreedores no se puede dividir, * *coram diversis iudicibus.*
3 *Doctores pro prima opinione referuntur.*
4 *Contraria opinio refertur, & refellitur.*
5 Martæ *opinio reprobatur.*
6 *Iurisdictio ecclesiastica non præiudicatur, quãdo clericus convenitur coram seculari, in concursu creditorum.*
7 *Causæ continentia non est dividenda.*
8 *Clericus potest citari coram iudice laico, quando debitor petit dilationem ad solvendum, & illi conceditur, per maiorem partem creditorum.*
9 *Debitor sive detineatur in carcere ad petitionem clerici, sive laici, potest citare clericum in cessione bonorum; & in dilatione petenda.*
10 *Clericus non convenitur ut reus, sed provocatur, ut actor, ut ostendat iura sua, ne perdat debitum.*

## QVÆSTIO LXXII.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, qui in concursu creditorum, ad instantiam debitoris, citavit clericum, ad exhibenda iura sua coram eo.*

1 DVbitari † solet, quando debitor petit dilationem ad solvendum, ex consensu maioris partis creditorum, vel petit, ut citentur omnes sui creditores, ut exhibeant debita, & recipiant bona sua, collocando quemlibet in suo lo-
2 co, * † *que se dize hazer pleyto de acreedores:* * an in his casibus iudex laicus possit procedere contra clericum, ut sua iura ostendat, ut in suo loco
3 debitum in concursu creditorum ei solvatur. Et † quod in hoc casu possit iudex laicus citare clericum, & quòd ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, tradit Afflictis, *decis. 280. numer. 7.* ubi dicit ita fuisse iudicatum per senatum, contra clericum petentem remissionem ad iudicem ecclesiasticum. Et sequitur Rolandus à Valle, *cons. 29. respon. 2. n. 2.* Prosperus Farinacius, *de inquisitione, quæst. 8. nu. 87.* & D. Gaspar Mastrilis, *in, decis. Siciliæ, 79. ubi, num. 5.* ampliat, in concessione dilationis, datæ debitori per maiorem partem creditorum, quos ego sequor, *liber. quart. commun. quæst. 1. num. 924. in, fin.* & sic iudex ecclesiasticus secundum hanc opinionem facit vim, inhibendo iudici sæculari, à cognitione causę, respectu clerici creditoris. Et ita fuit iudicatum, 31. *Ianuarij anno, 1604.* ut refert, D. Gaspar Mastrilis, *in, d. decis. 79. num. fin.*

Sed † pro iudice ecclesiastico, contra decisionẽ 4
Afflictis, tenet novissimè, Marta, *de iurisdictione, 4. parte, centuria, 2. casu, 123. numer. 9.* ubi nullam rationem fundamentalem adducit, nisi quia clericus condemnaretur per iudicem sęcularem, cõtrá ius canonicum. Quod † deviat à tramite iuris 5
& rationis; quia in eo iudicio creditorum, non condemnatur clericus, sed debitor, qui est sæcularis; & iudici sæculari subiectus. Et † in hoc non 6
præiudicatur iurisdictio ecclesiastica, neque fit in damnum & præiudicium clerici; sed in eius utilitatem; quia alias, si reliqui creditores recuperẽt sua debita, & fortassis ipse si non compareat, & ostendat sua credita, remaneret sine debito; & teneretur postea litigare contra cęteros creditores, intentando revocatoriam coram iudice laico, & † 7
ne continentia causæ dividatur, *contra legem Nulli, C. de iudiciis,* consequens est, ut clericus compareat coram iudice sæculari, ad recuperanda sua debita, & docendo de iure suo contra debitorem, qui non convenitur ut reus, sed provocatur ut actor, ad comparendum, & docendum de suo iure, quod nullis decisionibus iuris canonici est contrarium. Et sic benè & iuridicè in prætorio Neapolitano fuit iudicatum contra clericum pro iudice sæculari.

Ex quibus est resolvenda similis dubitatio,
quando † creditor petit dilationem ad solvendum 8
per maiorem partem creditorum, ut *in, l. iuris gẽtium, §. hodie, l. maiorem, l. rescriptum, D. de pactis,* & in cessione bonorum, ut *in, l. fin. C. qui bonis cedere possunt.* in quibus casibus, maior pars creditorum præiudicat minori, etiam si aliqui illorum sint clerici; quia ad istam causam possunt citari coram iudice laico, ut dixit supra, D. Gaspar Mastrilis, *in decisione Siciliæ, contra* Martam, *ubi suprà, numer, 15.* quod † procedit, sive debitor deti- 9
neatur in carcere ad instantiam clerici, vel ad petitionem laici; quia in utroq; casu potest clericus citari, & iudex ecclesiasticus faciet vim, si inhibeat iudici sæculari, ut ad eum remittat causam; quia
† clericus, (ut dictum est,) non convenitur ut 10
reus, sed provocatur ad iudicium, ut actor, ut ostendat iura sua; contra debitorem carceratum, ne continentia causæ in concursu creditorum dividatur, quod procedit tam in hoc casu, quàm in iudicio cessionis bonorum, quia, ubi cæptum est semel iudicium, ibi & finem accipere debet, *lex, ubi cæptum, D. de iudiciis,* & ita observatur in curia sæculari.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non est admittenda à sententia, quæ reducit laudum ad arbitrium boni viri, secundum* Bartolum, *quod* Baldus *negat.*
2 *Doctores pro* Bartoli *opinione referuntur.*
3 *Ratio* Bartoli *traditur, quia non dicitur iudex.*

*sed vir bonus, & fungitur officio arbitri, à quo non appellatur.*

4 *Appellare non licet à sententia arbitri.*

5 *Contraria opinio Baldi refertur, & defenditur.*

6 *Appellatio semper est permissa, nisi reperiatur prohibita.*

7 *Iudex reductionis, non est arbiter, sed ordinarius.*

8 *In iudiciis bonæ fidei, iudex à prætore datus, dicebatur arbiter, & ab eius sententia appellare licebat.*

9 *Iudex debet boni viri officio fungi.*

10 *Iudex ecclesiasticus in quæstione proposita facit vim, non admittendo appellationem.*

## QVÆSTIO LXXIII.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, non admittendo appellationem à sententia, quæ reducit laudum ad arbitrium boni viri.*

1 Magna fuit in quæstione proposita controversia, inter Bartolũ & Baldum: quia † Bart. negat admittendam esse appellationem, *in, libr.1.*
2 *numer.18.D.de legatis,2.* & † Bartoli opinionem sequitur, Innocent. *in cap. præsenti, de præscriptionibus,* Abb. *in, cap. Quintavallis, numer.40. de iureiurando* Ioannes Andreas, *ad Speculatorem, tit. de appellationibus, §.in quibus, numer.16.* Salicetus, *in l. & in maioribus, C. de appellationibus, & in l. penultima, quæst. penultima, C. de arbitris,* Corpoll. *consc. civili,16.* Fulgosius, *consil.111. numer.114.* Lanfrancus, *in tractatu de arbitris, q.20.* Socin. Iunior, *cõs.15.l.1.* Cardin. *cõs.140.* Bolog. *ad cons. Ananiæ, cons.51.* Paulus Castrensis, *consil. 121. numer.8. libr. secund.* Practic. Papiensis, *in forma libelli, ad pœnam compromissi, §. neque reductio, numer.9.* Ex quibus constat, iudicem ecclesiasticum vim non
3 facere, non admittendo appellationem. Et † ratio est secundum Bart. quia in toto iure nõ invenitur dispositum, ut à iudice reductionis appellare liceat, quia non ad eum recurritur, ut iudicem simpliciter, sed ut bonum virum, ut *in, l. societatem, §. arbitrorum, D. pro socio cum sequentibus,* & sic iudicãdus est arbiter, & non iudex ordinarius:
4 & † quemadmodum à sententia arbitri non appellatur, ut *in l.1. C. de arbitris,* similiter nec appellatio admittenda est à sententia iudicis, reducentis laudum ad arbitrium boni viri.

5 Sed † contra iudicem ecclesiasticum, & contra Bartoli opinionem non admittentis appellationem, facit Baldi sententia *in, l.1. D. de legatis, 2.* Quem sequitur Paulus, Imola, & Alexand. *ibi,* Imola, *in, d. cap. Quintavallis, numer.36.* Antonius de Butrio, *differentia, 24.* Vitalis, *in tractatu clausularum, titulo de reductione ad arbitrium boni viri, cap. fin.* Baptista de Sancto Blasio, *in tractatu de arbitris, quæst penultim. col penultim.* Aretinus, *in, capit. super his numer. 47. de accusationib.* ubi Felinus, *numer.13.* Alexand. *consil.106. numer. 7. libr. 3.* Covarruv. *l. b. 2. variarum, cap. 12. numer. 4. & 5.* Andreas Fachin. *lib. 1. observationum, observatione, 149. numer.4.* Et ratio Baldi est, quia † regulariter permissa est appellatio à sententia iudicis, 6
*lex, & in maioribus C. de appellat.* sed iste est iudex, ut *in, l. vir bonus, D. iudicatum solvi,* erga appellare licet, & per consequens iudex ecclesiasticus facit vim, non admittendo appellationem. Quæ opinio vera est, & tenenda,
quia † iudex reductionis, non est arbiter ex compromisso à quo non licet appellare, sed iudex ordinarius, & sic ab eius sententia appellare licet, 7
*lex, ex consensu, D. de appellat.* ubi dicitur, à iudice dato ex consensu litigatorum, circa compromissum, licere provocare; quia ad eum tanquam ad iudicem ordinarium, recurritur, ut reformet sententiam arbitratoris, secundum æquitatem & iustitiam; & sic, si inique pronunciaverit, & læserit alterum ex litigatoribus, nihil proponi video, quare non liceat ab eius sententia appellare, maximè, quia de iure appellare licet à iudice, cuius arbitrio res committitur, ut tradit, Menochius *de arbitrariis quæstione, 70.* Gregorius *in, libr. quint. titul.2. part. prim. verb. dos iuicios,* Covarruv. *lib.2. variarum, c.12.* Gutierr. *in, l. nemo potest, n.428. D. de legat. 1.*

Quæ sententia ex eo confirmatur & corroboratur; quia † in iudiciis bonæ fidei, iudex à prætore datus, arbiter dicebatur; quia æquitatem sequi poterat, & multa ex suo arbitrio decernere. 8
Vnde familiæ erciscundæ arbiter, communi dividundo, & pro socio, & dotis recuperandæ, ut *in, l. 1. D. de collatione dotis, l. 3. C. familiæ erciscundæ, l. 4. D. de servitute, legata, l. 1. D. de pactis dotalibus.* Et tradit, Brissonius, *libr. 1. de verborum significatione, verbo, arbiter.* & tamen in his casibus nemo dixit, ut ab eorum sententiis appellari non possit, imo licita erit appellatio, quo ad effectum devolutivum; secus quo ad suspensivum; quia talis sententia præstita fideiussione exequenda est, ex *lege Matriti, 4. tit.21. libr.5. recopillation.* ubi, Azevedo.

Vltimò confirmatur ista sententia quia † semper iudex, boni viri officio fungi debet. *lex, cætera §.1. D. familiæ erciscundæ,* ibi: * *Totam rem ad iudicem, id est, ad virum bonum remitti,* * *l. continuus, §. cum ita, D. de verborum, oblig.* ibi: * *Et arbitratu iudicis, utique quasi boni viri,* * *lex, si unius, 17. §. prætor ait, D. de iniuriis.* Ergò si appellatio non esset licita, absurdum esset & iniquum; & contra omnes leges civiles, & decreta canonica, quibus appellatio permissa est. Et sic, iudex reductionis iniustè pronunciaverit, in prius sententiam arbitri reformando, licita & iuri conforna erit appellatio. Et † si denegetur à iudice ecclesiastico, sequendo Bartoli & sequacium opinionem, erit notorius articulus violentiæ, & vis est tollenda per viam recursus in regalibus tribunalibus. 10

## SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus potest punire clericum, qui falsum deposuit coram eo, secundum opinionem, plurium.*

2 *Clericus debet deponere coram iudice laico cum licentia Episcopi.*

3 Lex, nullum, C. de testibus *declaratur.*

4 *Iudex es*

4 Iudices possunt inobedientes punire coram ipsis.
5 Iudex potest punire partem, quæ in actu iudiciario delinquit.
6 Testis falsus efficitur de iurisdictione iudicis, coram quo deponit.
7 Contraria opinio proponitur in quæstione principali.
8 Clericus non potest condemnari à iudice sæculari.
9 Lex nullum, C. de testib. declaratur.
10 Tertia opinio proponitur in quæstione principali.
11 Iudex sæcularis, potest punire clericum extraiudicialiter in bonis, secundum plures.
12 Testificandi actus, non mutat iurisdictionem,
13 Probationes non sunt coarctandæ, sed ampliandæ.
14 Iudex ecclesiasticus non potest dare licentiam clerico, ad testificandum coram iudice sæculari, in causis criminalibus.
15 Delegatus iudex non potest punire testem, falso deponentem coram eo.
16 Qui producit falsum instrumentum coram iudice delegato; est remittendus ad superiorem respectu delicti.
17 Iudex delegatus est maior quocunque ordinario.
18 Delegatus non potest excedere terminos suæ iurisdictionis.
19 Iudex sæcularis causarum civilium, non potest punire testem falsum deponentem coram eo.
20 Lex Divus Pius, D. de falsis declaratur, & conciliatur cum lege nullum, C. de testibus.
21 Visitatores non possunt procedere criminaliter, in suis visitationibus, quia ipsi sunt iudices delegati.
22 Casus de facto proponitur.
23 Doctor Salazar de Mendoca Canonicus pænitentiarius sanctæ Ecclesiæ laudatur.
24 Appellatio non admittitur, quo ad effectum suspensivum, à sententia Visitatoris, vid. tamen. n. 27.
25 Nihil ibi attentatum dici potest, ubi sententia potest executioni mandari, appellatione remota.
26 Nuncius Apostolicus non potest cognoscere de articulo Violentiæ iam semel in Regali Cancellaria discusso; sed solùm de meritis causæ principalis.
27 Sententia privationis officij à Visitatore lata, non est exequenda appellatione remota: secus si lata sit sententia respectu correctionis tantum morum.
28 Sententia Regalis Cancellariæ, in cognitionibus per Viam violentiæ, nunquam transit in rem iudicatam, respectu supremi Senatus Regis.
29 Sententia Præfecti Prætorio olim per appellationem interpositam suspendi non poterat.
30 Semper magis attendenda est causa iustitiæ principalis, quàm ratio status; quando ea deviat à tramite rationis & iuris.
31 Supremus Senatus potest super eodem articulo Violentiæ in aliis tribunalibus iam terminato iterum cognoscere: quod in dicto Senatu est planè singulare.

## QVÆSTIO LXXIV.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, qui procedit contra clericum, qui falsum deposuit coram eo.*

IN *Quæstione*, 67. similem ferè proposuimus quæstionem, quæ respectu iudicis ecclesiastici procedit contra testem laicum, qui falsum dixit coram eo. Nunc † verò agimus de iudice sæculari, 1
qui ex eadem causa procedit cōtra clericum periurum, qui productus in testem, de licentia sui iudicis, falsum dixit in tribunali sæculari. Et contra iudicem ecclesiasticum, quòd faciat vim, inhibēdo iudici sæculari, facit doctrina, glos. *verbo, præscriptionem, in, l. nullum, C. de testibus*, quam sequitur, Cynus, & Baldus, *ibidem*, Monticula, *in tractatu. de testibus, rubrica, testis, punitio*. Et Marsilius, *in, l. fin. n. 152. D. de iurisd. omnium iudicum*, Alex. *in, additionibus, ad Bart. in libr. prim. D. de iudiciis, secund. oppositione*, Lanfrancus, *in tractatu. de confessionibus, numer.* 13. Bald. *in, libr. prim. C. quomodo & quando iudex*. Et ratio est, quia † 2
cum clericus deponat cum licentia Episcopi; ut *in cap. super prudentia, §. potest, versic. iubente Episcopo*; ubi glos. *verbo, potest*. 14. *quæstio*. 2. est communis opinio, secundum Mascardum *libro, tertio, de probat. conclus*. 1358. *numer*. 32. & 61. Farinacius, *in tractatu. de testibus, q*. 61. *nume*. 83. Ergò videntur habilitati à suo superiore, respectu testimonii, & per consequens, videntur facti in ea causa de iurisdictione iudicis sæcularis. Et pro hac sententia, potest induci, tex. † *in, d. l. nullum, C. de* 3
*testibus*, ubi propter offensam factam iudici, hoc permittitur, & sic dixit, Bart. & Bald. *in l. unica, D. si quis ius dicenti non obtempera. per illum textum*. quod † omnes iudices possunt inobedientes pu- 4
nire, & suam iurisdictionem pœnali iudicio defendere. Et † quando in actu iudiciario commit- 5
titur delictum per testem, vel advocatum, vel notarium, tunc talis iudex potest ex suo officio delinquentem punire, *l. athletas, §. 1. D. de his qui notantur infamia*, Covarruvias, *practicar. capit*. 18. *numer*. 8. quem sequitur, Petrus Zevallos, *in suis resol. crim. casu*, 16. & Vicentius de Franchis, *decis*. 147. *nu*. 1. Angelus, *in l. quoties, in fin. C. de iudiciis*. Et ob hanc causam dixit, Rolandus, *cōs. 12. n. 1. vol*. 2. testem † falsum effici de iurisdictione illius 6
iudicis, coram quo deposuit. Ex quibus videtur dicendum, iudicem ecclesiasticum vim facere, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat in causa contra clericum; qui falsum deposuit coram eo, & vide, D. Ludovic. de Peguera, *decis. civil*. 79. ubi latè hoc declarat.

Sed † pro iudice ecclesiastico est communis & 7
recepta opinio, non posse iudicem laicum punire clericum ob falsum dictum coram eo depositum, ut docet, Covar *cap*. 18. *nu*. 8. Afflict. *decision*. 230.

Iulius Clarus q.38.*vers.sic quaro*.Gutierrez,*libr.1.pp.q.24.vers.sed his*,Farin,*tit.de inquisitione, quastion.*8.*numer.* 26. quam sequitur, Fachine *libr. 9. controversiarum,c.27.vers. tertia,verior & communior*. Salcedo, *in practica ad Bernardum Diaz, c.63.vers.non potest*,ubi allegat meum magistrum Doctorem Sahagum, primarium in Academia
8 Salmanticensi. Et ratio est, quia † nullus clericus condemnari potest à iudice sæculari, *c. si diligenti, de foro competenti,cap.1.de clericis coniugatis,authentica,statuimus,C.de Episcopis,& Clericis,*
9 Nec *d.lex,nullum* † loquitur in hoc casu, sed in aliis personis sæcularibus alterius fori, & non illius iudicis, coram quo deponunt; quia privilegium clericis non abstulit,nec auferre potuit Zeno Imperator.*in dicta,l.nullum,C.de testibus*.Quā opinionem tenent, Innocentius, Hostiensis, Ioannes Andreas,& Antonius de Butrio, *in, capit. verum, de foro competenti*. Vbi Felinus, *numer. 5*: Socinus. *in, capit. postulasti, quastione*, 18. *de foro competenti*. Bertachinus, *in tractatu de Episcopo; libro quarto,numer.63*.Albericus, *in,l. Presbyteri, numer prim.de Episcopis & clericis*,Iason,*in, l.1.§. Qui mandatam, numer. sept. D. de iurisdictione omnium iudicum*. Menochius, *de arbitrariis, quastion.* 91. Decianus, *in tractatu criminalie lib. 4. cap.9.numer.22*.Rolandus,*cons.12. volum.* 2 Surdus, *cons.396. numer.* 27. & ita pluries fuit iudicatum in tribunalibus,ut tradit, Afflictis, *decisione*, 230 Capicius, *decisione*,5. *numer*.13 Capella Tholossana, *decisione*, 179. Et hanc dicit magis communem,Covarruvias, *ubi supra*, Salcedo, *in additionibus ad Bernardum Diaz,capit.95*. & hanc dicit veriorem, & communiorem, & amplectendam, Marta, *de iurisdictione*, 4. *parte, centuria*,2. *casu*,138.*num.9.in,fin*.Et sic inspecta hac receptissima opinione,non facit vim iudex ecclesiasticus, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat in causa contra clericum.

10 In † qua doctorum varietate est alia tertia opinio, quæ distinguit inter punitionem personæ clerici, & bonorum ipsius, ut in primo casu non possit iudex sæcularis procedere contra personā
11 clerici, Secus, † contra eius bona,& extraordinariè,ita Angelus,*in, l.quoties, in,fin. C. de iudiciis*, ubi dicit,quod si executio vel captura personæ facienda sit,remittatur causa ad Episcopum; si verò realis executio in bonis clerici, tunc iudex laicus erit competens. Quam opinionem sequitur, Federicus de Senis,*cons*.88 quem sequitur, Lancel. *de atent.2.p.cap.15.num.97*. Aufrerius, *in repetitione,clemet.1.de officio ordinarij,n.81.& in tractatu,de potestate secul. in ecclesiast, personas, reg. 1. fallentia,2*.Guillermus Benedictus,*in,c.Rainutius verb.& uxorem,decision.2.nu.142*. Chassaneus, *in consuetudinibus Burgundia, rubrica,1.§.5. numer.* 82.Francisc. Marcus,*decisione*,215.*num.1.in 1.part. decisionum*.

Sed his non obstantibus, pro iudice ecclesiastico est verior, & tenenda opinio, ad quem remittenda est causa delicti,adversus clericum, ut *in, l. fin.titul.16.partit.* 3. quæ est intelligenda tam re-
12 spectu personæ,quàm bonorum:quia † ille actus testificandi, non mutat iurisdictionem, & aliàs, nunquam per ordinarium ecclesiasticum concederentur licentiæ clericis testificandi coram iudice laico, si ab ipso abdicaretur potestas puniendi clericum periurum,& sequeretur absurdū, quod
† probationes coarctarentur in damnum reipublicæ.Et sic consequens est, ut si delinquat in sua testificatione clericus, puniatur per suum iudicē ecclesiasticum, maxime quia delictum clerici nō potest mutare eius forum,nec eius consensus. 13

Si † verò causa fuerit criminalis principaliter, vel incidenter,non sunt tales licentiæ concedendæ, propter timorem irregularitatis, *capit. testimonium,11.quastione prima*, etiam si veritas aliter haberi non possit, cum magis sit timendum periculum irregularitatis. Et secūdum hanc distinctionem & resolutionem, est terminandus articulus violentiæ:quod tene menti. 14

Vltimo pro complemento huius quæstionis, & declarationis huius materiæ,est advertendum, nostram conclusionem procedere, respectu iudicis ordinarii,secus † verò erit dicendum in iudice, delegato, qui nunquam potest testem falsum coram se deponētem punire, ut docet, Guillerm. de Cuneo,& Alberic.*in,l 1 §.qui mandatam,D.de iurisdictione omn.iudic*.;sed debet remittere causam ad superiorem, ut *in auth. de testibus, § si verò ignoti*.Ita docet Albericus, *in, l. Imperium, versiculo:* An torqueri sit mixti Imperij, *D.de iurisdictione omnium iudicum*. Alexand.*in,l. . D.eodem titulo*,Baldus,*in capit. ex parte, el, 2. de rescriptis*. 15
Et † sic,si quis produxit falsum rescriptum coram iudice delegato, debet illum remittere cum fida custodia,ad iudicem ordinarium, ut eum puniat. Et istam opinionem respectu iudicis delegati,sequitur Imola,*in capit. ilicitus pl..us,de panis, & in capit.2.de falsis*, Butrius, *in capit.unico, ut ecclesiastica beneficia*. Ioannes Andreas, *ad Speculatorem, titul. de teste, §. opponitur, versiculo, sed quid delegato*. Ancharran. *consilio*,174. Angelus, *in dicta,l.quoties,C.de iudiciis, & in l.si vacantia; C.de bonis vacantibus,lib*.10. 16

Neque obstat quòd † iudex delegatus est maior quocunque ordinario, *capit. sanè, capit. pastoralis, de officio delegati*; quia illa maioritas est respectu causæ delegatæ, non verò respectu iurisdictionis; quia † non potest excedere terminos suæ delegationis, & sic non potest punire testem, neque mulctare contumacem, ut docet Bartolus, *in,l.2.& in,l.magistratibus, D. de iurisdictione omnium iudicum,l.2.§.final.D.de iudiciis*: quod subintellige, nisi delegatus habeat cognitionem causæ criminalis, ut docet Farinacius,*ubi supra*,§. 2.*numer.* 48. Covarruvias, *practicar. capit.28.numero octav.versiculo, idem erit*. Quod † etiam procedit in iudice ordinario causarum civilium;quia nullo modo potest testem falsum coram se deponentem punire;quia quod non est in cognitione, non est in pronunciatione, ut † *in l.Divus Pius, D. de l. Cornel. de falsis*, Et *dicta lex, nullum*, procedit in iudice hebente facultatem animadvertendi facinorosos. Et *dict. l. Divus Pius*, loquitur de eo iudice, cui interdicta erat talis cognitio. Et aliter essent iura directò contraria. 17 18 19 20

Ex qua,

Ex qua doctrina consultus respondi, visitatorem † hospitalis sancti Ioannis Baptistæ, ex eo quod est iudex delegatus, ad visitandum nominatus, à Domino Archiepiscopo Toletano, non posse testes de falso convictos punire; neque criminaliter procedere, adversus ministros illius hospitalis: quia titulus visitationis, non se extédit ad causas criminales, nisi expresse dictum sit. Et sic iudex se abstinuit à punitione delicti perpetrati, contra tabellionem ipsius hospitalis, cuius causa remissa fuit ad ordinarium, respectu delicti.

21

22 Vltimò, † pro complemento huius quæstionis, referam casum de facto contingentem, in his cognitionibus per viam violentiæ, circa visitationem, d. hospitalis S. Ioannis Baptistæ, extra muros huius civitatis, in quo exercet administratoris officium, Doctor † Salazar de Mendoca, Canonicus Pœnitentiariæ huius almæ Ecclesiæ Toletanæ; vir doctus & bonis literis addictus, qui per sententiam visitatoris fuit exclusus, & privatus dicta administratione, in qua fuit admissus dominus Christophorus de Robles, Capellanus Regum novorũ, nõ obstante appellatione interposita à dicto Doctore; qui, ut moris est, invocavit auxilium Regium, & processus fuit remissus ad regalem Cancellariam Pincianam; ubi fuit declaratum, dictum visitatorem vim non facere, & causa illi remissa fuit. Quia † secundum dispositionem, textus, *in cap. 1. session. 13.* Concil. Tridentin. *in versiculo, in causis visitationis*, non admittitur appellatio, quo ad effectum suspensivũ: sed sententia exequitur, appellatione remota, ut docet Lancellotus, *de attentatis, 2. parte, cap. 12. limitatione, 18. à numero, 9 & limitatione, 19.* ubi iudex potest exequi sententiam contra administratorem loci pii, non obstante appellatione, & sequitur Scaccia, *de appellationibus, quæstione 17. limitatione, 19. ex numero secundo.* Doctor verò Salazar de Mendoca, prosequutus est appellationem coram Domino Nuncio Apostolico: qui post inhibitionem temporalem, viso processu, & auditis partibus, revocavit sententiam dicti visitatoris, per viam attentati. Quæ sententia directo est contraria decisioni regalis Cancellariæ: quia † non potest cadere attentatum, ubi sententia potest exequi remota appellatione, pro ut disponit sacrum Concilium in causis visitationis. Patronis verò dicti hospitalis interponẽtibus appellationem ad Pontificem, causa fuit iterum delata ad supremum Consilium Regis: ubi si consideretur decretum regalis Cancellariæ Pincianæ, dictus Nuncius facit vim: quia † si semel iudicatum est per viam violentiæ, non potest ipse de eo articulo cognoscere, sed solum de meritis iustitiæ causæ principalis. Si vero consideretur verus & genuinus intellectus Concilii Tridentini, profecto vim facit visitator, qui exequitur suam sententiam privationis administrationis, appellatione remota: quia ille textus intelligitur & loquitur, respectu visitationis, & correctionis morum, secus † verò, respectu privationis officii, pro ut in nostro casu contingit. Quia licet sententia privationis fuisset iustissima, non potest esse exequibilis, ut tradit Navarrus, *consil. 2. de appellationibus.* Acosta, *in tractatu de iudiciis, cap. 1. num. 211.* & novissimè Sigismundus Scaccia, *de appellationibus, quæst. 17. limitatione 16. & limitatione, 19 num. 2.* ubi declarat Concilium Tridentinum. Et ego ita declaro & resolvo *in hoc tractatu, glossa 6. num. 20.* Vbi in propriis terminis declaramus, dictam sententiam privationis, in causis visitationis non esse exequendam. Et fortassis visis & consideratis his & aliis rationibus & fundamentis, per gravissimos iudices integerrimosque supremi Senatus Regis, ita favore dicti administratoris fuit iudicatum, non obstante, quòd in regali Cancellaria Pinciana cõtrariũ fuit decisum. Quia † respectu supremi Senatus, nunquam sententia Cancellariæ, in his cognitionibus per viam violentiæ, transit in rem iudicatam, ex traditis per Afflictis, *decision. 261.* & sequitur Lancellotus *de attentatis, 2. part. cap. 12 limit. 28.* ubi à sententia magni consilii non appellatur, *authentic. quæ supplicatio, C. de precibus Imp. offer. authentica, ut sponsalitia larg. §. illud.* Vbi † sententia Præfecti Prætorio exequitur appellatione non obstante, & sic multo fortius, ubi neque datur appellatio neque recursus, quæ est quædam soverania magni Senatus. Et licet in dubio considerata bona ratione status, non est recedendum à decisionibus Cancellariæ; tamen si iustitia partium, desideret, & petat contrarium, illud iudicandum, & animadvertendum est, per supremũ Senatum. Quia ratio status, quæ deviat à tramite iuris, pessima quædam evasio est, sub velamento publicæ iustitiæ. Et † sic magis attendenda est causa iustitiæ principalis, quam ipsa ratio status; quando deviat à tramite rationis, iuris, & veritatis, pro ut in nostro casu fatendum est, *ex dicto consilio* Navarri, & aliorum. Et † licet in articulis per viam violentiæ, postquam aliquid sivè benè, sive malè, iudicatum est, non admittatur appellatio, neque novus recursus; illud intelligitur in eodem tribunali, & ex eisdem actis: secus tamen, respectu supremi Senatus Regis, ubi perpenso iudicio omnia considerantur, & definitivè terminantur, & benè potest super eodem articulo violentiæ, in aliis tribunalibus terminato, cognoscere: Maximè, quia à principio litis causa fuit delata ad regalem Cancellariam, ad petitionem administratoris: postea verò, recursus fuit intentatus ad petitionem patronorum: Vbi administrator conqueritur de sententia visitatoris: Patroni verò in hoc secundo casu, de sententia domini Nuncii: & sic, causæ & tribunalia sunt diversa, diversæ etiam & contrariæ proferuntur sententiæ. Et, ut salva pace dicam, melius, & rectius iudicavit Nuncius, & Senatus supremus: quia nemo potest suo beneficio, & administratione privari, appellatione remota, ut supra declaratum est. Et ob hanc causam dictus administrator fuit restitutus, & in sua possessione redintegratus, sine præiudicio causæ principalis; quæ prosequenda est in gradu appellationis, quod tene menti.

Margin numbers in order: 23 (Doctor † Salazar), 24 (Quia † secundum), 25 (quia † non potest), 26 (quia † si semel), 27 (secus † verò), 28 (Quia † respectu supremi), 29 (Vbi † sententia), 30 (Et † sic magis), 31 (Et † licet).

SVMMARIVM.

1 *Clericus facinorosus perdit fori privilegium, licet non fuerit ter monitus, secundum plurium Dd. opinionem.*
2 Cap. Perpendimus, de sententia excommunic. *ponderatur.*
3 Cap. si quis suadente, diabolo, 17. quæst. 4. *ponderatur.*
4 Cap. 1. de apostatis, *declaratur, & num. 15.*
5 Cap. Ex parte 27. de privilegiis, *declaratur.*
6 *Contraria opinio proponitur.*
7 *Doctores pro secunda opinione referuntur.*
8 Cap. In audientia, 25. de sententia excommunic. *declaratur.*
9 Cap. Contingit, de sententia excommunicationis, *declaratur.*
10 *Opinio Auctoris refertur.*
11 *Trina monitio est necessaria, ut clericus tradatur tanquam incorrigibilis curiæ sæculari.*
12 *Distinctio*, Covarruviæ, *reprobatur.*
13 *Solutio argumentorum pro prima opinione allatorum refertur.*
14 Cap. Perpendimus, de sententia excommunicat. *declaratur.*
15 Cap. 1 de apostatis, *declaratur.*
16 Cap. Ex parte, de privilegiis, *declaratur.*
17 *Opinio* Salcedi, & Covarruviæ, *reprobatur, in quadam limitatione & differentia.*
18 Cap. 6. session. 23. Concilii Tridentini, *ponderatur.*

## QVÆSTIO LXXV.

*Vtrum judex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo judici sæculari, ut non procedat contra clericum, qui, dimisso habitu clericali, se immiscuit delictis gravissimis.*

1 MVlti † sunt Doctores, qui affirmant, clericum facinorosum, qui dimisso habitu clericali, immiscuit se enormitatibus, licet trina monitio non præcesserit (de qua, *in cap. final. de vita & honestate clericorum*) fori privilegium amittere, & conveniri, & puniri posse per iudicem sæcularem: ita respondit de facto consultus, Alexand. de Nævo, *cons. 59.* Et hanc esse communem sententiam, & consuetudinem approbatam, dicit Iulius Clarus, *quæst. 36. versic. quæro.* Covarruvias, *practic. cap. 32. num. 2.* Quam opinionem dicit consuetudine receptam, Alexander de Nævo, *dict. cons. 159. num. 10.* Capicius, *decisione, 161.* Boerius, *decisione 60. num. 16.* ubi dicit, quod in iudicando & consulendo non est recedendum ab hac opinione, & sequitur Bossius, *in sua praxi, titul. de foro competenti, num. 139.* Chassaneus, *in consuetudinibus Burgundiæ, rubric. 1. §. 5. num. 55.* quos refert Prosperus Farinacius, *tit. de inquisitione, quæst. 54.*
2 Pro † qua sententia expenditur, text. *in cap. perpendimus, de sententia excommunicationis.* Vbi quidam sacerdos, qui se filium Regis falsò nominare præsumpsit, & armis acceptis, seditionem fecit, à comite iussus est fustigari, qui postea, eius mandato traditus patibulo, expiravit. Et visa facti specie per Romanum Pontificem, respondit, quod talis sacerdos, non propulsando, sed inferendo iniuriam fuit occisus. Et ibi: * *Et sic non videtur nobis, quod interfectores eius propter hoc, ad obtinendam absolutionem, Apostolicam sedem adire cogantur.* * Et sic videtur resolvere, non esse excommunicatos, qui clericum, propter atrocitatem criminis ab eo perpetrati, interficere mandarunt.

Nec † obstat, si aliquis dicat, text. illum loqui de excommunicatione canonis, *cap. si quis suadente diabolo, 17. quæstio. 4.* quia illa decisio pertinet directè ad privilegium fori, ut constat ex illis verbis: quibus constat, eum clericum à comite iussum fuisse fustigari, & mandato eiusdem patibulo traditum expirasse: quæ omnia iudicialiter facta fuerunt. Ergò sequitur, quod clericus ille amisit fori privilegium, quia Comes erat iudex laicus. Præterea, si permissum est laico talem clericum occidere, citra pœnam excommunicationis, multo magis permissum iudici iudicaretur, eum legitimè, causa cognita, per sententiam definitivam, morti tradere. 3

Rursus † pro iudice sæculari facit, text. *in cap 1. de apostatis*, ubi Alexander, III. refert hæc verba. * *Præterea clerici, qui relicto ordine clericali, & habitu suo, tanquam laici, conversantur; si in criminibus comprehensi teneantur, per censuram ecclesiasticam, non permittimus liberari.* * Et sic excluditur trina monitio, sicut, *in d. c. perpendimus.* 4

Vltimò † pro hac sententia facit, text. *in cap. ex parte, 27. de privilegiis.* Vbi Papa Honorius, III. Reginæ Anglorum, in simili casu, de quo in nostra quæstione, ita rescripsit. * *Ex parte tua fuit propositum, quod nonnulli literati, quos neque habitus neque tonsura clericos profitentur, in terra tua iurisdictioni subiecta degentes, cùm deprehenduntur in aliquibus foris factis, ut iurisdictionem tuam eludant, & debitam pro delictis ultionem evadant, assumunt, seu etiam resumunt tonsuram abiectam, seu habitum clericalem; licet laici ante ab omnibus haberentur. Ne igitur tonsura, vel habitu sic resumpto, malitia foveatur; si tuam iurisdictionem exerceas in huiusmodi delinquentes, qui sine tonsura & habitu in delicto fuerunt deprehensi, æquanimiter duximus tolerandum; cùm malitiis hominum, indulgeri non debeat, sed potius obviari.* * Ex quibus omnibus manifestè consequitur, iudicem sæcularem posse procedere contra talem clericum facinorosum, qui dimisso habitu, plura delicta gravissima perpetravit, & per consequens, vim facere iudicem ecclesiasticum, qui procedit per censuras contra laicum iudicem, ut se abstineat à cognitione causæ. Et utrum clericus propter crimen enormissimum sit degradandus, & curiæ sæculari tradendus, licet non sit incorrigibilis, tradit Fachineus, *libro nono, capite decimo nono.* 5

Sed † pro iudice ecclesiastico plurima sunt fundamenta, ex quibus colliges, vim non facere, inhibendo iudici sæculari: quia, ut ille possit cognoscere in simili causa, requiritur trina monitio, 6

tio, aliàs à suo iudice est puniendus, & remitten-
dus, ut † docent, Ioannes Andreas, & Antonius
de Butrio, *in d. cap. perpendimus, de sententia excō-
municationis.* Et noster Præses Covarruvias, *pp.
quæst. cap. 32. n. 2.* Alexand. *cons. 8. lib. 1.* Rolandus
à Valle, *cons. 4. num. 31. lib. 1.* Follerius, *in practica
criminali, vers. audiantur excusatores, num. 47.*
& alios refert, Farinacius, *ubi supra*, & Fachine-
us, *libro 9 controversiarum, cap. 38. liter. C.* Pro
8 qua opinio facit, † text. *in cap. in audientia, 25. de
sententia excommunicationis*, ibi: * *Huiusmodi
clerici, si a Prælato, tertio commoniti, militaria
noluerunt arma deponere, de privilegio clericorum
subsidium aliquod habere non possint.* * Ex quo be-
nè sequitur, quòd debeat præcedere trina moni-
tio, ut clericus perdat privilegia clericorum, &
ut tradatur tanquam incorrigibilis curiæ sæcula-
ri. Idem probat text. *in dict. c. fin. de vita & hone-
state clericorum*, ibi: *Mandamus, quatenus si ta-
les tertiò, à te commoniti, ab huiusmodi non resi-
puerint, sed prætermissis divinis officiis, negotiatio-
nibus institerint supradictis, cum eo facto privile-
gium abiiciant clericale.* * Ergò ante trinam mo-
nitionē non privatur clericus fori privilegio, ne-
que traditur curiæ sæculari. Quam sententiam
confirmat, tex. *in c. 1. de vita, & honestate clerico-
rū, lib. 6.* ibi: *Et si tertio moniti nō resipuerint, ca-
9 reant omni privilegio clericali:* Ad idē † tex. *in c.
conting. 45. de senten. excom* ibi: * *Verū quia privi-
legiū meretur amittere, qui permissa sibi abutitur
potestate, ac frustra legis auxiliū invocat, qui com-
mittit in legē volumus, & mādamus, ut tales, si ter-
tiò à te cōmoniti, se ipsos contēpserint emendare, il-
lius efficiantur immunitatis exortes, quæ pro cle-
ricorum tutela, & laicorum violentia coercenda,
dignoscitur instituta.* * Ex quibus iuribus vide-
tur concludendum, iudicem ecclesiasticum vim
non facere, inhibendo iudici sæculari, ut nō pro-
cedat contra clericum; quia ipsius delicta, licet a-
trocissima, non debent præiudicare ecclesiasticæ
10 iurisdictioni. Quæ † sententia verissima semper
11 mihi visa est, quia † tunc traditur clericus incor-
rigibilis curiæ sæculari, quando ter monitus, per-
sistit in suo delicto, ut docet Menchaca, *libr. 3. de
testam. §. 22. n. 6.* Albericus, *in 1. par. statuti, q. 42.*
ubi dicit se vidisse ita communiter servari. Et tra-
dit Rolandus, *cons. 4. n. 31. lib. 1.* cessante verò mo-
nitione, non reperimus scriptum de iure, delicta
clerici per laicum iudicem esse punienda. Et si a-
liquando illud factum fuit, contingit de facto, &
per tyrannidem, & non inspecta iuris canonici
decisione, de qua, *in d. ca. fin. de vita & honestate
clericorum.* Quam opinionem dicit magis com-
munem Salcedo, *ad Bernard. Diaz. c. 139 vers. ut
tradatur, col. 2.* ubi dicit, quod clericus nunquam
dicitur incorrigibilis, nisi fuerit ter monitus.
12 Nec † superiori resolutioni obstat dicere,
constituendam esse differentiam inter clericos in
sacris, & clericos in minoribus ordinibus posi-
tos; ut in primo casu non perdant privilegium,
in secundo verò sic, ut advertit Covarru. *ubi su-
pra*; quia is intellectus ratione caret, & repugnat
dispositioni, tex. *in d. cap. perpendimus, in verbo:
* Sacerdos.*

Quibus † sic prænotatis, non obstant iura ca- 13
nonica, pro contraria sententia adducta, favore
iudicis sæcularis: quia respondeo, quod † tex. *in* 14
*d. c. perpendimus, de sententia excommunicationis*,
non probat conclusionem; sed solùm, quod in-
terfectores non cogantur ad sedem Apostolicam
accedere ad obtinendam absolutionem: & assi-
gnat tex. rationem, quia talis clericus, non pro-
pulsando, sed inferendo iniuriam, fuit occisus.
Nec obstant verba illa, quibus habetur, Sacerdo-
tem illum à comite iussum fuisse fustigari, & in
patibulo expirasse: quia ea non fuerunt iudiciali-
ter facta: neq; dubium erat, an comes, qui laicus
erat, de crimine sacerdotis cognoscere possit: sed
solum fuit dubitatum, an propter violentas ma-
nus in clericum iniectas excommunicationē in-
cidisset, à qua nonnisi per sedem Apostolicam ab-
solvi posset, ut *in d. c. si quis suadente diabolo, 17. q.
4.* Et huic dubitationi respondit Pontifex, nō in-
cidisse, neque propter hoc cogi posse, sedem Apo-
stolicam adire, & sic dubitatio fuit respectu abso-
lutionis, & excommunicationis, propter manus
iniectionem, non verò respectu iurisdictionis, in
quo consistit tota difficultas.
Nec prædictis obstat, † tex. *in c. 1. de apostatis*: 15
quia respondeo, quod in illo tex. non dubitatur
de iurisdictione ecclesiastica, sed, an clericus per-
dat privilegium clericale sine ulla monitione: &
huic dubitationi respondit Pontifex: * *Eos per cē-
suram ecclesiasticam non præcipimus liberari.* * Et
sic non vult Pontifex ei succurrere, ut liberetur,
& assignat rationem: * *Quia indignum est, eis
ab ecclesia subvenire, per quos constat in ecclesia
scandalum generari.* * ut *in c. 2. ne clerici, vel mo-
nachi.* Et sic non deciditur in eo textu, an ii, qui
talem clericum comprehendunt, & manus vio-
lentas in eum iniiciunt, excommunicationē in-
currant; sed, quod non vult tales clericos iuvare,
neque ex hoc benè sequitur, permitti iudicibus
sæcularibus facultatem eos apprehendendi, tan-
quam exutos omni privilegio clericali; ratio au-
tem dubitandi erat; quia adhuc clericus retine-
bat privilegium clericale, ex eo; quia ter moni-
tus non fuit.
Similiter non obstat, † tex. *in d. c. ex parte, de* 16
*privilegiis*; quia respondeo, nulla ibi monitione
opus fuisse, propter malitiā clericorū, qui ut deli-
cti pœnas evaderent, habitum & tonsuram cleri-
calem sumebant, & resumebant, & sic Summus
Pontifex tulit, ut non videretur clericorum ma-
litiæ indulgere, sed potius, ut par erat, obviare.
Vltimò † pro complemento huius quæstionis, 17
& resolutionis, adducit ad nostram opinionem
duas limitationes Salcedo, *ubi supra, vers. non ve-
rò, & vers. pari ratione*, ubi dicit, communē sen-
tentiam non esse receptam in clericis primæ ton-
suræ; quia usus forensis frequentissimus, iam pri-
dem obtinuit, si dicti clerici primæ tonsuræ, di-
missis vestibus, & absque tonsura, enormia cri-
mina frequenter commiserint eos à iudice sæcu-
lari punitos fuisse: quia privilegiū fori amittitur
ipso iure à clericis in minoribus ordinib. consti-
tutis, si crimina atrocissima, mutato habitu, com-
miserint: idemque tradit Covarruv. *pp. cap. 32.*

Sed

Sed salva pace tam gravissimorum iurisperitorum, non video; quid habeat specialitatis illa doctrina; quia non est dare medium, quod aut clericus in minoribus, non habet beneficium ecclesiasticum, neque aliquam ex qualitatibus, de qui-
18 bus † *in cap.6.sess.23.* Concilii Tridentini, ubi agitur de privilegio fori, & tunc non est casus specialis, quòd iudex sæcularis possit contra eum civiliter & criminaliter procedere, cùm reputetur laicus, etiamsi sit primâ tonsurâ initiatus, qui nō obtinet unam ex dictis qualitatibus à Concilio desideratis. Aut clericus prima tonsura initiatus, obtinet beneficium ecclesiasticum, vel habet aliquam qualitatem à Concilio requisitam: & tunc, etiamsi dimittat habitum & tonsuram, nisi fuerit ter monitus, non perdit propter atrocitatem criminis privilegium fori: ut dicimus de clerico in sacris, ut tradimus *in proœmio huius operis, cap.8 num.*14. & declarat Gutierrez, *practicarum, quæst.5.lib.*1. ubi *num.*8. refert Bullam, Alex.IV. super habitu, & tonsura clericorum.

## SVMMARIVM.

1 *Clericus depositarius, ad reddendum depositum conveniendus est coram iudice sæculari.*

2 *Doctores pro prima sententia referuntur, & quid observatur.*

3 *Iudex sæcularis, qui constituit clericum depositarium, debet eum condemnare, ad restitutionem depositi.*

4 Lex, fin. §. penultimo, C. de bonis authoritate iudicis possi, *ponderatur.*

5 *Gallia observat practicam huius quæstionis.*

6 *Contraria opinio in quæstione principali, traditur.*

7 *Clericus depositarius, ut reus conventus, debet conveniri in foro ecclesiastico.*

8 *Actor sequitur forum rei, de iure canonico, & civili.*

9 Cap.1. de deposito, *declaratur pro secunda opinione.*

10 *Depositarius potest plures exceptiones opponere contra depositi restitutionem.*

11 *Depositarius potest opponere exceptionem, quòd depositum fuit subrogatum loco alterius contractus.*

12 *Depositarius potest opponere, quòd depositum fuit perditum, sine dolo & culpa.*

13 *Depositarius, qui utitur re deposita, furtum committit.*

14 *Clerici non solum ratione personæ, sed etiam bonorum, sunt conveniendi coram iudice ecclesiastico.*

15 *Clericus recipiendo rem depositam, non potest expressè, neque tacitè se submittere iurisdictioni sæculari.*

16 *Concordia opinionum refertur, quæ est practicanda & tenenda.*

17 *Depositi cognitio & condemnatio contra clericum, pertinet ad iudicem sæcularem, & executio ad ecclesiasticum.*

18 *Iudex ecclesiasticus qui non vult impartiri auxilium brachii sæcularis, ad recuperandum depositum, facit vim, quæ est tollenda per Regios Senatores.*

19 *Clericus constitutus sequester per iudicem sæcularem, potest conveniri coram ipso, sed executio est facienda per iudicem ecclesiasticum, ad requisitionem sæcularis.*

20 *Practica Senatus refertur.*

## QVÆSTIO LXXVI.

*Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari per censuras, ut non procedat contra clericum depositarium, qui ex mandato ipsius, depositum suscepit.*

SÆpè diximus, clericum, ratione administrationis susceptæ, vel officii temporalis, posse conveniri coram iudice laico: & plurima huius rei exempla constituimus, *in libro 4. communium contra communes, q.1. à num 603. & in 611. cum sequentibus.* Vbi † clericum depositarium, 1
conveniendum esse coram iudice sæculari (cum ipse munus depositi acceptavit, & pro depositi solutione se obligavit in tribunali iudicis sæcularis) ex voto plurimorum resolvimus, ut docet † 2
Franciscus Marcus, *decis.* 1037. *vol.*1. Andr. Gail. *lib.1. observationum, observatione,*37. *num.*6. ubi refert, Innocentium, & alios, idem tenet Mexia, *in pragmatica taxa panis, conclus.5. num.* 35. & Bobadilla, *in sua politica, 2.part. c.*18. *n.*139. Gregorius, *in l.5.tit.10.par.6.verb. Al juez ordinario,* Gutierrez novissimè, *in tractatu de tutelis & curis, 3.part.cap.1.num.9.in fin.* Didacus Perez, *in l. 1.titul.10.lib.3.ordin.* Et sic secundum istam opinionem, iudex ecclesiasticus facit vim, inhibendo iudici sæculari à cognitione causæ, contra clericum depositarium: cum tunc neque ratione personæ, neque bonorum suorum conveniatur, sed solum ad restituendam rem depositam, quam de manu iudicis sæcularis recepit. Et ob hanc causam dixit Baldus, *in l.acceptam, num.6. C. de usuris, & in l. fideiussor. §.fin. in 1. lectura, D. qui satisdare cogantur*: quòd † quando iudex sæcularis 3
eligit clericum depositarium, idem iudex debeat ordinare depositum de mandato suo esse restituendum. Et pro hac sententia adducitur, textus, † *in leg. final.* §. *penultimo, C. de bonis au-* 4
*thoritate iudicis possidend.* Eandem sententiam, tenet Salicetus, *in dict. leg. acceptam*, & Iason. *in l. si fideiussor. §. final. D. qui satisdare cogantur, & in l. 1. num.7. D. de officio eius.* Aufrerius, *in additionibus ad Capellam Tholossanam, in decision. 168. & in tractatu, de potestate sæculari, regul.2. fallentia 14. num.14.* Guillermus Benedictus, *in cap. Rainutius, verbo, & uxorem, num. 419.* Tiraquellus, *de retract. tit.2.§.4. gloss.7. numer.*10. ubi dicit, quod ita servatur in Gallia, & 5
Afflictis, *decision.24.num.3.* ubi eius additionator. Carocius, *in tractatu de deposito, tit. de causis, numer.40.* Maranta, *de ordine iudiciorum, 4. par. distinct. 11. num.62.*

Sed † pro contraria parte, & sic pro iudice ec- 6
clesiastico, nō deficiunt fundamenta, & rationes, quia

7 quia † depositarius clericus, est reus conventus,
8 & † sic actor, qui petit depositum, debet reũ con-
venire coram suo iudice, *c. si clericus, c. si genera-
le, de foro competenti, lex, actor, C. ubi in rem a-*
9 *ctio.* & facit pro hac sententia, † *cap. 1. de deposito,*
ubi apparet, iudicem ecclesiasticum, esse com-
petentem ad restitutionem depositi, *in versic. non*
10 *debemus.* Tertiò fulcitur hæc opinio; quia † de-
positarius potest aliquando aliquas exceptiones
opponere, quando depositum est correspectivũ;
quia tunc potest opponere exceptionem reten-
tionis, vel similem, ut docet Socinus, *cons. 143. in
fin.* quia dispositio *legis si quis, C. depositi,* funda-
tur in tollenda perfidia, qua cessante, poterit de-
positarius omnes exceptiones legitimas oppone-
re, ut tradit Carocius, *2. part. tit. de causis, nu. 47.*
11 Rursus, quando † depositum est subrogatum lo-
co alterius contractus, tunc benè potest deposi-
tarius, exceptiones illius contractus opponere,
12 ut advertit Carocius, *supra, num. 42.* Præterea, †
potest contingere, quòd depositum sit de perdi-
tum, & sit tractandum de dolo, vel culpa levi, vel
13 levissima depositarii: vel quia † depositarius u-
sus est re deposita, pro ut hodie omnes faciunt,
quæ est causa, ut omnes sint decocti, & tunc com-
mittitur furtum, ut *in l. qui furtum, D. de condict.
furt. l. qui sacculum, D. depositi, l. 3. C. eod. tit.* deci-
sio Tholossana, 168. Et cum hæc omnia & similia,
possent contingere in iudicio sæculari, non est ra-
tioni consonum, clericum esse compellendum,
& molestandum, & conveniendum in illo tribu-
nali, argumento textus, *in c. 1. & 2. de mutuis peti-
tionibus,* & tradit Alexan. *cons. 149. n. 1. vol. 6.* Me-
14 noch. *de arbitrariis, lib. 1. q. 42. n. 15.* quia † clerici
nõ solum ratione personæ, sed etiam ratione bo-
norum, sunt exempti à iurisdictione iudicis sæ-
cularis. Menchaca, *de success. creat. lib. 3. §. 22. li-
mitatione, 17. n. 58.* Bursatus, *cons. 42. num. 2. vol. 1.*
Covarruvias, *pp. cap. 31.* sive obligatio sit realis,
seu personalis; quia semper coram ecclesiastico
conveniendi sunt, *cap. statuimus, 11. q. 1.* Menoch.
15 *sup. casu, 246. n. 5.* neque † clericus recipiendo rẽ
depositam, potuit expressè, neque tacitè, laicorũ
iurisdictioni se submittere, ut *in cap. si diligenti,
cap. si quis clericus,* ubi gl. *de foro competenti.* Af-
flictis, *decis. 85. n. 1.* Gratus, *cons. 87. n. 3.* Ex quibus
manifestè comprobatum est, clericum deposita-
rium, non esse conveniendum coram iudice sæ-
culari, & per consequens, iudicem ecclesiasticũ
vim non facere, inhibendo sæculari à tali cogni-
tione. Idemque tenet Gracianus, *discept. forens.
c. 28.* Surd. *cons. 396. n. 23.*

In qua opinionum varietate, nihil resolvit A-
zevedo, movens articulum *in l. 5. tit. 4. nu. 3. lib. 5.*
16 *Recop.* Sed † si ego iudex essem, ita causam & li-
17 tem componerẽ. Quia † aut causa agitatur in re-
gali Cancellaria super cognitione, vel super exe-
cutione: primo casu admitterem primam opi-
nionem, declarando, vim facere iudicem eccle-
siasticum, procedendo per censuras contra iudi-
cem sæcularem, ad quem causam remitterem. In
secundo verò casu, quando iam causa per iudicẽ
sæcularem fuit sententia definitiva terminata, &
ipse iudex per se intendit exequi suam sententiã
contra clericum depositarium, tunc admitterem
secũdam opinionem, favore iudicis ecclesiastici,
contra sæcularem; qui non potest per modũ co-
actionis & executionis, procedere contra clericũ;
quia non habet iurisdictionẽ in ipsum. Et sic be-
nè potest iudex sæcularis procedere in causa, ad-
mittendo, vel excludendo exceptiones clerici de-
positarii, declarando depositum esse restituendũ;
quia tunc executio est facienda per literas requi-
sitorias, in bonis clerici, implorando auxiliũ bra-
chii ecclesiastici, ut tenet post hæc scripta, Marta,
*de iurisdict. 4. par. centuria, 2. casu 104. n. 9.* Et † si 18
iudex ecclesiasticus noluerit auxilium præstare,
& sententiã iudicis sæcularis executioni manda-
re, tunc profectò faciet vim, & interposita appel-
latione, & implorato Regis auxilio, omnia debet
reponi, facta per iudicem ecclesiasticum, decla-
rando vim intulisse, ut diximus, *lib. 4. pp. quæst. 1.
n. 613.* quòd tene menti, quia sæpè de facto con-
tingit. Et ità est terminandus articulus per viam
violentiæ.

Idemque † est dicendum, quando clericus est 19
debitor, & penes eum debitum sequestratur ad
satisfaciendum creditori: in quo casu, potest iu-
dex laicus ordinare, pecuniam sequestratam, esse
restituendam à clerico, vero creditori sed execu-
tio sententiæ facienda est per iudicem ecclesiasti-
cum, ad instantiam, & requisitionem iudicis sæ-
cularis, ut tradunt, Antonius de Butrio, & Soci-
nus, *in c. 1. de mutuis petitionibus,* Vrsillus, *in ad-
ditionibus ad Afflictis, decis. 193. n. 2.* quem sequi-
tur Marta, *ubi sup. cas. 124. n. fin.* & † vide, quid in 20
simili causa resolvit Senatus Pincianus, pro ut
tradit, Scobar, *de ratiocin. c. 7. n. 23.* cuius verba
retulimus, *ubi sup. q. 1. n. 688. lib. 4. commun. contra
communes.*

## SVMMARIVM.

1 *Principes sæculares possunt Episcopos seditiosos à suo regno expellere, ne tota pax reipublica violetur.*
2 *Doctores pro hac opinione referuntur.*
3 *Contraria opinio refertur.*
4 Cap. Olim, de iniuriis *ponderatur.*
5 Clementina, 1. de pœnis *ponderatur.*
6 Cap. Noverit, de sentent. excommunicatio, *declaratur.*
7 *Potestas in Episcopos pertinet ad Papam, & in laicos, ad Regem.*
8 *Pragmatica* * de las cortesias, * *non obligat Cardinales, neque personas ecclesiasticas, secundum Martam.*
9 *Concordia opinionum traditur per auctorem inter duas opiniones.*
10 *Saluti si expedit, membrum est abscindendum, ne corpus integrum corrumpatur.*

## QVÆSTIO LXXVII.

*Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo per censuras contra iudices Regios, qui expellunt clericum à Regno, turbantem Regiam iurisdictionem.*

CLerici perturbantes pacem universale rei-
publicæ temporalis, crimen flagitiosissi-
mum

mum committunt, & sic resecandum est à principio, ne intima cordis corrumpat, & tota Respublica Christiana detrimentũ patiatur. Et ob hanc
1 causam, † Principes sæculares, posse Episcopos seditiosos à suo Regno expellere, tenuerunt Doctores Hispani. Et ita practicatur in tota Gallia,
2 ut docet † Boerius, *in tract. de seditiosis, c.1. col.1.* Chassaneus, *in consuetudinib. Burgundiæ, rubr.1. §.8. gloss.6. num.81.* Et ex nostratibus, idem tenet Avendanno, *in tracta. de exequendis mandatis, 2. part. cap.6. num.12.* & Covartuvias, *pp cap.35. n.3.* Bobadill. *in sua politica, cap.16. num.90. & cap.19. num.91.* Gregor. *in l.13. gloss.4. par.2.* Ahumada, *gloss.4. ibi, num.9.* Salced. *in additionibus ad Bernardum Diaz, cap.102. in 1. additione*, ubi tenet contra Navarrum, *in manuali, c.27. n.67.* qui tenebat contrarium. Et ultra, Covarruviam, idem tenet pro sua opinione, Guillermus Benedictus, *in cap. Rainutius, verbo, & uxorem nomine Adelasiam, in 2. decisione, nu.460.* Carolus de Grassalis, *lib.2. Reg. Franciæ, iure, 7. col. penultim.* Bellug. *in suo Speculo Principum, tit. de officiali laico, §. ultimo, & in tit. de prap. rubr.11. §. dubitatur, n.18.* Et novissimè Camillus Borellus, *de Regis Cath. præstantia, cap.71. ex num.8.* Et Genuenses ob similem causam Episcopum expulerunt. Idem fecit, Alfonsus dux Ferrariæ, ut refert Marta, *de iurisdictione, 2. part. cap.34. numer.25. in fin.* Et sic secundum supra dictam opinionem, videtur dicendum, iudicem ecclesiasticum vim facere. Vt tenet Gregorius, *in l.57. tit.6. p.1. gloss.2.* Curia Philippica, *3. part §.3. n.2.*

3 Sed † contrariam opinionem, imo quòd iste casus sit expressus in Bulla, *in Cœna Domini*, tenet Navarrus, *ubi supra, in manuali, cap.27. num.67.* Quem sequitur contra omnes, Marta, *ubi supra,*
4 *n.29.* Pro qua sententia adducit, tex. † *in ca. olim,*
5 6 *de iniuriis Clement.* † 1. *de pœnis, cap.* † *noverit, de*
7 *sentent. excommunic.* quia † potestas in Episcopos pertinet ad Papam; ut in Concilio Tridentino, *cap. ultimo, sess.3. & c.5. de reformation.* Quia Deus Optimus Maximus, distinxit iurisdictiones & potestates, & Summo Pontifici assignavit sacerdotium, & omnem iurisdictioné in spiritualibus, & in rebus & personis ecclesiasticis, iurisdictionem temporalem adversus laicos, tex. *in cap. cum, ad verum, distinctio.9.* Alexand. *cons.8. vol.1.*
8 Ex † qua ratione, tenet ipse Marta, *supra, num.39.* non valere pragmaticam sanctioné, factam * *sobre las cortesias,* * respectu Cardinalium, & circa personas ecclesiasticas. Et eandem sententiam tenet contra omnes, *4. parte, centuria, 2. casu, 101. num.4.* ubi refert aliqua fundamenta, & rationes, & reprobat consuetudinem in contrarium introductam.

9 In † quia Doctorum varietate, talem distinctionem adhuberem, si casus de facto contingeret. Quòd si periculum est in mora recurrendi ad Romanũ Pontificem, procedat prima opinio, quia quando periculum est in mora, recedimus à regulis iuris communis, *l. de pupillo, § si quis rivos,* ubi Ias. plura exempla adduxit, *D. de novi operis nunt.* Si verò sine aliquo damno & periculo potest Pontifex certiorari de seditione, vel rebellione Episcopi, tunc procedat secunda opinio, quam pluribus exemplis confirmat Camillus Borell. *ubi sup. n.30.* Et in omnibus casibus, nullo modo procedendum est criminaliter contra personas clericorum, quando, tale scelus perpetraverunt. Sed ad obviandum illud malum expellendus est clericus à Regno, sine damno & læsione suæ personæ, vel remittendus est ad iudicem ecclesiasticum, ut eum puniat, ut in casibus traditis à Camillo *supra*, & si ipse fuerit particeps delicti, expelli absolute potest, ne pax Reipublicæ perturbetur, in damnum universi corporis. Et in casu simili cum clericis, commisisset Neapoli crimen læsæ maiestatis, commissa fuit causa Reverendissimo Nuncio, ut simul cum officiali regio cognosceret, ut tradit Ponte, *decis.9.* & Vincentius de Frãchis, *decis.691.* & Ioannes Aloisi, *in decis. Neapolitana.72. & in collectanea, 1466.* quia † si salu- 10
ti corporis expediat, aliquod membrum, quando est putridum vel corruptum, salubriter abscinditur, ne pars syncera lædatur; similiter cũ aliquis homo, qui est membrum reipublicæ, contaminatus est, & toti communitati, universæ reipublicæ damnum infertur propter scandalum, vel rebellionem, tunc & laudabiliter & salubriter expellitur, ut bonum commune, conservetur: quam opinionem tenet Sese, *de inhibitionibus, c.8. §.3. n.101.* Cenedo, *in suis quæstionibus, quæst.45. num.61.* quod debet fieri secluso scandalo, Deum præ oculis semper habendo.

SVMMARIVM.

1 *Citandi sunt creditores, & legatarij, in confectione inventarij.*
2 *Clerici citari possunt, si sua interesse putaverint, ad confectionem inventarij, coram iudice sæculari.*
3 Authent. de hæredibus, & falcidia, §. sancimus, *ponderatur.*
4 *Doctores pro hac opinione referuntur.*
5 *Citatio clerici cum ea qualitate,* * si sua putaverit interesse, * *non est propriè citatio, sed monitio.*
6 *Iudex, & pars, faciendo quod possunt, non tenentur ad ampliorem observantiam.*
7 *Inventarium bonorum clerici, qui relinquit hæredem laicum, faciendum est coram iudice laico, ubi hæres debebat conveniri.*
8 *Casus de facto refertur, circa inventarium bonorum domini Decani.* D. Gabrielis Pacheci, *fratris Marchionis de Villena, Ducis de Scalona.*
9 *Distinctio auctoris refertur, & quid sit iudicãdum, cum casus de facto contingat.*
10 *Bona ecclesiastica, mutatione personæ, efficiũtur temporalia.*
11 *Inventarium clerici, qui relinquit hæredem laicum, coram sæculari faciendum est, si verò hæres sit anima, vel causa pia, coram ecclesiastico.*
12 *Hæreditas relicta laico, licet non sit adita, debet per iudicem sæcularem sequestrari, & inventarium coram eo est faciendum*
13 * Inventario se ha de hazer por la iusticia real, quando

quando muere el Prelado: y si la iusticia
ecclesiastica lo impidiere, se lleue la cau-
sa por via de fuerca.*

14 *Clerici inventariũ, qui decesßit ab inteſtato, re-
licto hærede laico, est faciendum coram sæ-
culari. Si verò hæres ab inteſtato sit cleri-
cus, coram ecclesiaſtico.*

15 *Testator poteſt prohibere, ne ordinarius se intro-
mittat in confectione inventarij, neque in
eius visitatione.*

16 *Opinio* Ioannis Gutierrez *declaratur.*

17 *Capellania est visitanda ab ordinario, non ob-
stante prohibitione testatoris.*

18 *Casus de facto refertur.*

19 *Ordinarius visitat testamenta, & facit inven-
tarium, non expectato tempore iuris.*

20 *Iudex ecclesiasticus non est competens, ad co-
gnoscendum de litibus creditorum clerici,
qui laicum hæredem relinquit.*

21 *Inventarium bonorum clerici, qui relinquit fi-
lios, est faciendum coram sæculari.*

22 *Fiscalis Regius, debet creari in tribunalibus ec-
clesiasticis, qui defendat Regiam iurisdi-
ctionem.*

23 *Si iudex sæcularis præveniat in confectione in-
ventarij, erit competens.*

## QVÆSTIO LXXVIII.

*Utrum judex ecclesiasticus faciat vim, inhi-
bendo judici sæculari, ut non faciat inventa-
rium bonorum clerici, neque citare faciat cre-
ditores clericos, ut coram eo, si sua puta-
verint interesse, compa-
reant.*

1 IN † confectione inventarii citandi sunt oẽs
creditores, & legatarii, de quorum præiudi-
2 cio agitur, ut *in l. fin. C. de iure deliberandi.* Et †
controverti solet, an clerici citari possint per iu-
dicem sæcularem. In qua quæstione resolvunt
scribentes, clericum per edictum esse citandum,
vel specialiter, dum non expressè citetur ad com-
parendum, sed cum ea qualitate, * *Si sua putave-
rit interesse.* * Ita Angelus, *in l.1.§. Hæc stipulatio,
versiculo, solum, D. si cui plus quam per legem Fal-
cidiam,* ubi tenet, iudicem laicum posse citare in
confectione inventarii legatarios, & creditores,
3 etiamsi sint clerici, & prælati. Et dicit, † text. ex-
pressum, *in authent. de hæredibus, & falcidia, §.
4 sancimus,* ubi † glossa, *verbo, dignitas.* Vbi Imola,
& hanc opinionem tenent Doctores, *in l. testa-
menta omnia, C. de testamentis.* Vbi Bald. Paulus,
Alexand. & Iason. Idem Bald. *in l. fin. q.5. C. de e-
dicto D. Adriani tollendo,* Felinus, *in ca. cùm inter
priorem, n.12. de exceptionibus, & in cap. Ecclesia,
Sanctæ Mariæ, n.68. de constitutionibus.* Anchar-
ranus, *in reg. ea quæ, quæst.17. de reg. iuris.* Mon-
ticulus, *in tractatu de inventario, cap.7. num.20.*
Decius, *in cap. cum inter. num.16. de exceptionib.*
Aufrerius, *de potestate sæculari in ecclesiasticos,
5 regul.2. fallent.12.* Et rationem assignat, quia †
talis citatio, *si sua putaverit interesse*, non est ve-
ra & simplex citatio, sed potius monitio, ut com-
pareat, si voluerit; quæ de iure non supponit ne-
cessariam superioritatem, ut tenet, glossa, *in cap.
cum causa, de officio delegati, & in cap. dilecti, de
exceptionibus*: & sic non arctat citatum ad neces-
sario comparendum, ut docet Innocentius, *in d.
c. dilecti.* Et dixit notabiliter, Baldus, *in dict. l. te-
stamenta*, quod huiusmodi citatio potiùs dicitur
ad voluntatem exquirendam, quàm ad causam.
Vnde citatus cum hac clausula, non potest dici
contumax, non comparendo, & actus ipse vale-
bit, quia † iudex, & pars, faciendo quod possunt, 6
non tenentur ad ampliorem observantiam, *l. si
mulier. § si quis hæreditarium, D. cond. institutio-
num.* Et sic, secundum supra dictam sententiam
videtur dicendum, iudicem ecclesiasticum vim
facere, inhibendo iudici sæculari.

Rursus, non solum hæc opinio procedit respe-
ctu citationis, sed etiam respectu ipsius inventa-
rii: quia † inventarium bonorum clerici, facien- 7
dum est coram iudice sæculari, ut docet Guiller-
mus Benedictus, *in c. Raynutius, verbo, & uxorem,
decisione 2. n.132. de testamentis,* ubi indistinctè te-
net, inventarium fieri debere per iudicem sæcu-
larem. Quod † nuper habui de facto, in bonorũ 8
invẽtario dilectissimi Dn. *D. Gabriel Pacheco,* De-
cani huius almæ Ecclesiæ Toletanæ; qui nuper
ad superos evolavit, cum magna huius civitatis
tristitia; propter eius magnam prudentiam, &
animi nobilitatem, & vitæ sanctitatem, & pieta-
tem erga pauperes. In quo casu Marchio de Vil-
lena, eius frater, tanquam testamentarius ipsius,
confecit inventarium coram iudice sæculari, &
tabellione, Ioanne Santius de Soria, coram qui-
bus apertum fuit testamentum. Vicarius verò ge-
neralis, cum suo notario, petebat, ut causa inven-
tarii coram eo, & suo notario, conficeretur. Qui-
libet fundabat suam intentionem coram domino
Archiepiscopo, aliquibus rationibus & fundamẽ-
tis, & tandem dicta causa fuit ad concordiam re-
dacta, & ipse Vicarius approbavit inventarium
sub certa protestatione, & sic causa remissa fuit
ad iudicem sæcularem: Nuper verò similis con-
troversia de facto pendet inter iudicem ecclesia-
sticum & sæcularem, super inventario bonorum,
*D. Gasparis de Valencia* clerici, qui intestatus de-
cessit, & in Regali Cancellaria Pinciana, causa
fuit remissa ad iudicem ordinarium, declarando
vim facere iudicem ecclesiasticum.

Et quia casus iste sæpè contingit de facto, ope-
ræ pretium esse duximus, certam de iure assigna-
re resolutionem. Et † sic distinguendum esse ar- 9
bitramur, quia, aut clericus relinquit hæredem
laicum, vel decessit intestatus, vel eius anima fuit
hæres instituta, vel aliqua causa pia. In primò ca-
su inventarium est faciendum coram iudice sæ-
culari: quia † bona affecta privilegio clericali, per- 10
mutationem personæ desinunt esse ecclesiastica,
& sequuntur conditionem hæredis laici, *lex, Pau-
lus respondit per procuratorem, §.1. D. de acquiren-
da hæreditate.* Ita resolvit in terminis, Guido Pa-
pæ, *decis.261.* ubi dicit ita fuisse iudicatum. Idem
tenet Rolandus, *in tractatu, de inventario, quæst.
17. per totam,* ubi † pro iudice sæculari refert sex 11

fundamenta, ad hoc, ut inventarium bonorum
clerici, qui relinquit hæredem laicum, coram iu-
dice sæculari sit faciendum. Idem tenet Aufre-
rius, *in Clementina, 1. de officio ordinary, tit. de po-
testate sæculari super ecclesiast.* Quos sequitur A-
zevedo, *in l. 5. tit. 4. lib. 5. recopil. num. 9.* Idem te-
net Gutierrez, *lib. 2. pract. quæst. 49. num. 2. in fin.*
qui allegat Cephalum, *cons. 57. numer. 52.* Rolan-
dum, *consil. 6. num. 9. lib. 4.* Idem tenet Chassa-
neus, *in consuetudinibus Burgundiæ, rubr. 7. §. 12.*
*num. 16. folio, 281.* qui allegat Speculatorem, *tit.*
12 *de clericis coniug. §.* Quæ † sententia non solum
est vera, & procedit, quando hæreditas est adita
per hæredem laicum, sed etiam si hæreditas non
fuerit adita; quia damnum vel commodum per-
tinet ad hæredem, & sic bona ponēda sunt in de-
posito, vel sequestro per iudicem laicum, ut ad-
vertit ipse Gutierrez, *dict. q. 49. num. 3. vers. nihil*
13 *omnino.* *I. † *de aqui se saca la practica que ay en*
*España, de inventariar los Corregidores la ha-*
*zienda de los Obispos, y Arcobispos, y dize, que si e-*
*sto se les impidiere, que se saque la ordinaria por*
*via de fuerça, del Consejo Real, adonde se mandan*
*alçar las censuras, y se remite la causa al iuez se-*
*glar, para efecto de pagar las deudas de criados, y*
*otras cosas tocantes al buen govierno.** Et ita est
decisum in Regno Portugalliæ, ut tradit Que-
ved. *decis. 83.* ubi fundat hanc practicam.

14 Nunc † verò accedendum est ad secundum ca-
sum distinctionis propositæ, quando clericus de-
cessit ab intestato: & tunc, si hæredes sunt laici,
debet etiam inventarium fieri coram iudice lai-
co: ut contigit, quando mortuus fuit ab intesta-
to *Licenciatus Gines de Soto*, Canonicus sanctæ
ecclesiæ, cuius hæredes laici, invito iudice eccle-
siastico, coram dicto tabellione *Ioanne de Soria*,
confecerunt bonorum inventarium. Si verò fue-
rit ecclesiasticus, tunc omnia sunt tractanda corā
iudice ecclesiastico. Et ita fuisse iudicatū per Par-
lamentum Delphinatus, tradit Franc. Marc. *de-
cis. 105. p. 1.* quem sequitur Marta, *de iurisdict. 4. p.
centu. 2. cas. 122. n. 6.* & ita apud nos practicatur,
reservato tamen quinto bonorum pro anima de-
functi, prout iudici ordinario visum fuerit.

Idemq; procedit, quando causa pia est hæres
instituta, vel anima testatoris; quia in his casibus
iudex ecclesiasticus est competens, & sæcularis
15 incapax ad conficiēdum inventarium: nisi † ipse
testator expresse prohibuerit, ut ordinarius ec-
clesiasticus non se intromittat: quia, sicut ipse po-
terat bona extraneo relinquere, potest similiter
prohibere visitationem testamenti; & reliqua,
quæ pertinet ad eius executionem; quia in re sua
quilibet est moderator, & arbiter, *lex, in re man-
data, C. mandati, authentic. de nuptiis, § disponat.
col. 4.* Mench. *de success. creat. § 7. n. 17.* Quæ clau-
sula prohibitionis ecclesiastici fuit per me scripta
in dicto testamento Dn. Decani, ut omnia contē-
ta in eo gubernarentur, & disponerentur per *Dn.
Marchionem de Villena* eius fratrem, sine inter-
ventione iudicis ecclesiastici, qui, licet intendat,
à se fieri debere inventarium, non obstante pro-
hibitione testatoris, per viam violentiæ omnia re-
ponentur, si ab incepto nō destiterit. Quæ omnia
sunt menti tenenda, quia sæpe contingunt de fa-
cto, in hac civitate Toletana: & est magna contē-
tio inter dictos iudices, ecclesiasticū & sæcularē.

Nec † superiori resolutioni obstant tradita per 16
Gutier. *in repetitione legis, nemo potest, n. 449. D.
de leg. 1.* quem sequor, *lib. 2. commun. q. 282. n. 16.*
& Sarmient. *lib. 1. selectarum, cap. 11. n. 10. cum se-
quentib.* ubi resolvit, quòd † testator, qui constitu- 17
xit capellaniam, non possit eius Regimen & visi-
tationem auferre Episcopo ordinario loci: quia
nemo potest facere, quin in suo testamento leges
locum habeant. Quia respondeo, illud procede-
re in dispositione merè ecclesiastica: secus in di-
spositione profanæ rerum temporalium; quia, li-
cet anima sit hæres instituta, potest contingere,
adimpleto testamento, & solutis debitis, nihil su-
peresse; & sic esset inconveniens, ut contra testa-
toris voluntatem expressam, & sine lucro animæ
testatoris, ordinarius se intromitteret, quia for-
tassis testatores, videntes contra eius voluntatem
omnia fieri, mutassent voluntatem: prout † nu- 18
per fecit *Doctor Ioannes Alvarez*, parochus quō-
dam oppidi, de Ajofrin, qui ad evitandam visita-
tionem ordinarii ecclesiastici, instituit fratrē hæ-
redem, & omnia bona consumpsit in legatis, pro-
hibita falcidia, ut hæres nihil perciperet; qui pro-
testatus est illud facere ad impediendā visitationē
ecclesiastici, propter magnos sumptus & expen-
sas, & molestias Notariorum, & aliorum mini-
strorum Curiæ ecclesiasticæ, qui † statim, non- 19
dum corporibus defunctorum frigidis, faciunt
bonorum inventarium, & petunt ad implemen-
tū, prout contingit in morte *Doctoris Bernardini
Perez*, portionarii sanctæ ecclesiæ, qui ab intesta-
to mortuus fuit: & licet soror eius esset hæres u-
niversalis, iudex ecclesiasticus, ratione quinti bo-
norum, se immiscuit in omnibus bonis, & corā
eo fuit factum inventarium, & distributio bono-
rum inter creditores & servitores, cum omnia il-
la pertinerent ad iudicem sæcularem. Et † nō ob- 20
stante declinatoria fori, adhuc omnes causas ce-
leri sententia terminavit, ne per viam violentiæ
abdicaretur, prout hæres intentavit. Sed timens,
ne totum quintum bonorum defuncti expende-
retur, tacitè prorogavit iurisdictionem ecclesia-
sticam. Et licet iudex ordinarius Regius voluit
postea in dictis causis cognoscere, cæpit, sed non
perfecit. Sed † quid si clericus decedat cum filiis? 21
tunc inventarium fieri debet coram iudice laico,
ut fuit decisum, & tradit Queved. *in decis. Portug.
decis. 81.*

Et † ad obviandum hoc damnum, & ne iuris- 22
dictio Regalis semper diminuatur, & detrimen-
tum patiatur, propter negligentiam iudicis sæcu-
laris, ut *in c. per tuas, de sententia excommunica-
tionis, authent. ut nulli iudi. §. & hoc pervenit, col-
lat. 9.* conveniens esset, ut crearetur in tribunali-
bus ecclesiasticis fiscalis Regius; qui etiam, par-
te assentiente, defenderet Regiam iurisdictionē
tam in hoc casu, quàm in informationib. immu-
nitatis delinquentium, qui testibus falsis & faci-
norosis probant, reum ab ecclesia fuisse extractū:
& ad obviandū hoc malum, deberet in examine
testiū adesse dictus fiscalis Regius, & q̄ aliter pro-
batio esset nulla, recurrendo per viā violentiæ ad
tribu-

tribunalia Regia: quia sæpè eius iurisdictio per-
turbatur & diminuitur, & delicta remanent im-
punita, in damnum Regalis iurisdictionis; quod
sæpè contingit in captura laicorum, sine prævia
invocatione brachii sæcularis; quod est dolendũ:
23 ut dicemus *in q.93.n.83.* Si † verò iudex sæcularis
præveniat circa executionem testamenti, debet
in causa procedere, ut tradit Cabedo, *decis.88.*

## SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus, coram iudice ecclesiastico quando sit conveniendus, vel sæculari.*
2 *Doctores pro prima opinione referuntur.*
3 Cap.6.sess.23.Concil.Trid. *circa clericos coniugatos, nihil disponit de novo.*
4 *Contraria opinio proponitur.*
5 Cap.2.de foro competenti, *declaratur.*
6 *Doctores pro iurisdictione ecclesiastica, referuntur.*
7 *Iudicandum est semper pro iurisdictione ecclesiastica, in casu dubio.*
8 Cap. unicum, de clericis coniugatis, libr. 6. *ponderatur.*
9 *Verbum* * nullatenus * *de quo* in d. c. unico, *excludit omnem iurisdictionem.*
10 *Opinio pro clericis coniugatis servatur in Curia Romana.*
11 *Qualitates Concilii Tridentini debent concurrere in clerico coniugato, ut potiatur fori privilegio.*
12 *Bigamus nõ utitur fori ecclesiastici privilegio.*
13 *Tres qualitates requiruntur in clerico coniugato, ut gaudeat fori privilegio.*

## QVÆSTIO LXXIX.

### *Utrum judex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo judici sæculari, ut non procedat contra clericum coniugatum.*

1 ANceps † & dubia fuit inter antiquos con-
troversia, an clericus coniugatus gaudeat
fori privilegio, quando pro debito pecuniario cõ-
venitur coram iudice laico, vel an sit remittenda
causa ad iudicem ecclesiasticum. In qua re, duas
refero opiniones contrarias, *lib.2. pp. quæst. com-
mun.contra commun.q.593.* Vbi pro utraque parte
Doctores retulimus. Et cùm hodiè sæpè dubite-
tur, de resolutione huius quæstionis, cũ sint plu-
rimi clerici coniugati in hoc Archiepiscopatu
Toleti, qui aliquando coram iudice ecclesiastico;
aliquando coram sæculari conveniuntur, idcirco
decrevi, ampliori calamo quæstionem resolvere,
& quid tenendum, & practicandum, in iudican-
do; & consulendo, & in articulo per viam violen-
tiæ.

2 Et † pro iudice sæculari adducitur Ioannes
Andreas, & alii Doctores, quos refert & sequi-
tur, Covar. *pp.q.c.31.n.7.* ibi: * *Potest iudex sæcu-
laris de causa civili cognoscere, & eam definire.* *
Et hanc dicit communem opinionem, Marianus
Socin. *in c.1.in.fin.de foro competenti*, & ita fuit iu-
dicatum in decis. Tholossana, 144. & novissimè,
Cened. *q.4.n.19.ubi sup.* intelligit tex. *in d.cap.1.*
& Concil. Trid. *à nu.20.* quam opinionem tenet
Natta, *cons.39.n.6.vol.2.* ubi dicit, quòd possunt
incarcerari pro debito civili, Idem *in consil.356.
n.1.eod.vol.* & sequitur Camil.Borell. *de Regis Ca-
tholici, præst.c.71.n.150.* ubi dicit, quod non est
necessaria prima monitio, & conclusione princi-
palem dicit communem, Gutier. *lib.2. pp.q.5.n.3,
& de iuramento confirmatorio, 1.p.c.17.n.11.* & Iu-
lius Clar. *lib.5.recept. sentent.q.36.n.12. vers. hæc
omnia* Azev. *in l.2.tit.4.li.1.recop.* Avil. *in cc.præ-
torũ, in proœm. à n.28.* Montal. *in l.25.tit.9.p.5.gl.
verb.* * *Enemistat.* * Pro qua sententia adducitur,
& ponderatur, tex. *in c.unico, versic. in cæteris; de
cleric.coniug. in 6.* Vbi ultra privilegium cano-
nis, & fori in criminalibus, in cæteris rebus & a-
ctionibus, non gaudent clerici coniugati privile-
gio clericali. Et licet tex. etiam loquatur de cau-
sis civilibus, illud est intelligendum, respectu ca-
pturæ personæ: secus verò, si merè civiliter aga-
tur sine carceratione, ut fuit resolutum in dicta
Capella Tholossana, 144. & vide aliam *decis.184.*
& Guido Papæ, *decis.138.* & Franciscus Marcus,
*decis.419.in 2.par.* Et sic secundum istam opinio-
nem, iudex ecclesiasticus facit vim, inhibendo
iudici sæculari, à cognitione causæ civilis, contra
clericum coniugatum. Cui † resolutioni non ad- 3
versatur, text. Concilii Tridentini, *in c.6. sess.23.
vers. in clericis verò*, qui nihil disponit de novo
sed solùm, quòd servetur constitutio, Bonifacii,
8. *incipit, clerici*, qui est tex. *in dict.cap.1.de cleri-
cis coniug.* Vbi fundatur & ponderatur hæc sen-
tentia.

Sed † pro iudice ecclesiastico sunt plura fun- 4
damenta, ut causa illi remittatur per sæcularem.
Quia nullus clericus, etiamsi coniugatus sit, po-
test coram iudice laico conveniri, iuxta disposi-
tionem, tex. † *in c.2. de foro competenti.* Quia 5
decisio confirmata est *in d.c.unico; & in d. Conci-
lio*, dum clerici habitum & tonsuram deferant,
vel alicuius ecclesiæ servitio vel ministerio ab E-
piscopo deputati eidem ecclesiæ serviant, vel mi-
nistrent. Et sic suppositis illis tribus qualitatibus,
debent privilegio uti fori, etiam in causis civili-
bus, ubi nullus est timor incarcerationis. Quam
opinionem tenet † Archidiaconus, *in c.1. de cle- 6
ricis coniugatis, lib.6.* Vbi Franchus, *collat.3.* Ioan-
nes Aloisi, *collectan.308.* qui sic intelligit Conci-
lium Tridentin. Lapus, *allegat.41.* Vbi consuluit
pro clerico coniugato, & resolvit, condemnari
non posse à iudice sæculari, sive agatur civiliter,
seu criminaliter, *ut in dict.cap.unic* & dicit, Mar-
ta, *de iurisdictione 4.p.cent.2.casu,153. nu.5. in fin.*
Quòd † licet casus iste esset dubius, quòd adhuc 7
pro iurisdictione ecclesiastica est iudicandum, ut
ipse resolvit, *casu 145.* Quæ resolutio est multum
utilis in his cognitionibus per viam violentiæ:
quia si casus controversiæ iurisdictionis, & com-
petentiæ, fuerit dubius de iure, potius pro iuris-
dictione ecclesiastica (quia est nobilior) iudican-
dum est, quam pro iurisdictione Regali. Quod
debent iudices supremi cordi habere affixum.

Rursus † possunt ponderari verba *dict.c.unici*, 8

ibi: * *Neque ab ipsis sæcularibus iudicibus, eos deberi personaliter, vel etiam peculiariter nullatenus condemnari.* * Et sic prohibitus cognosci in criminalibus, intelligitur prohibitus, sive agatur civiliter, sive criminaliter; maximè quia nova cõstitutio est interpretanda, ut minus corrigat ius commune, *cap. cum dilectus, de consuetudine, lex, 3. §. prætor, D. de damno infecto*, & si aliter ille versiculus intelligeretur, corrigeret Concilium Parisiense, in hoc, ut clerici coniugati, peculiariter possint coram iudice laico conveniri.

9 Vltimò † pro hac sententia, ponderanda sunt verba illius tex. ibi: * *Nullatenus*,* cuius natura & proprietas est, totum negare, & universaliter iurisdictionem iudicis sæcularis excludere. Ita Decius, *in cap. super literis, numer. 13. de rescriptis, & in cap. eam te, numer. 33. eodem titulo*, glossa, *in clementina, 1. de sequestrat. possess. & fruct. verbo, nullatenus*, Gigas, *in tractatu, de pensionibus, quæstione, fin. num.* 10. habetq; vim sententiæ, & decreti irritantis, & aufert facultatem dispensandi in contrarium, glossa, *in authent. si qua mulier, C. ad SCtum Velleianum*, Ancharranus, *cons. 170. num. 2.* Tiraquellus, *in l. si unquam, verbo, revertatur, numer. 95. C. de revocandis donationibus*, & sic Romanus Pontifex, per illud adverbium in fine positum, excludit omnem iurisdictionem contra clericos coniugatos, dummodo servent requisita illius textus, quam opinionem defendit Natta, *consil. 120. num. 1.* qui alios refert, & hæc est vera & communis opinio, quam tenent Dominicus & Ancharranus, *in dict. cap. unico*, Rota, *in novis, decis. 103.* Burgos de Paz, *consilio, 22.* ubi consuluit pro clerico coniugato, Lapus, *allegat. 118.* ubi dicit, quod hæc opinio est de iure verior, & † quod ita servatur in Curia Romana, & hanc diximus veriorem & communiorem de iure communi & Regio, & ex decreto sancti Concilii Tridentini, *in dict. quæst. 593. in fin.* & sequitur Bernardus Diaz, *cap. 62.* ubi latè, Salcedo, *numer. 13.* Ioannes Garcia, *de nobilitate, gloss. 9. nu. 50.* Et ita est tenendum, si casus de facto contingat in articulis per viam violentiæ, si † simul cum
10
11 clericatu probentur reliquæ qualitates, *in dict. Conc. Trid. cap. 6. session. 23.* ubi debet servire ecclesiæ, vel in alio ministerio: alias non gaudebit fori privilegio, ut novissimè advertit, Ioannes Aloisi, *collectan. 308. de qua supra*, si † verò clericus
12 coniugatus fuerit Bigamus, & cum virgine non fuerit copulatus, erit omni privilegio privatus, ut tradit Covarruvias, *practicarum, cap. 31. à num. 7.*
13 & Ioannes Aloisi, *supra*, ubi † refert tria requisita; primum, quòd contrahat cum virgine; secundum, quòd tonsuram & vestes clericales deferat; tertium, quòd deserviat ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente nihil est innovandum.*
2 *Attentans lite pendente, offendit ius, & iudicẽ, & partem.*
3 *Innovandum non est per iudicem ecclesiasticum, durante lite super competentia iurisdictionis.*
4 *Attentata sunt revocanda nullo iuris ordine servato.*
5 *Contraria opinio in quæstione principali proponitur.*
6 *Attentata non causantur, quando iudex nulliter procedit.*
7 *Attentata, appellatione pendente, si est nulla, non sunt revocanda.*
8 *Clericus citatus coram iudice sæculari, non dicitur contumax in non comparendo; cum citatio sit nulla.*
9 *Citatio nulla non inducit litis pendentiam.*
10 *Citatio nulla non interrumpit præscriptionem.*
11 *Iudex sæcularis respectu clerici, habetur ut persona privata.*
12 Martæ *opinio reprobatur pluribus rationibus.*
13 Cap. 4. session. 14. Concil. Trident. *declaratur.*
14 *Iudex non debet in sua causa ius sibi dicere.*
15 *Verbum,* * Nequaquam: * *inducit actus nullitatem.*

## QVÆSTIO. LXXX.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo ad ulteriora in casibus competentiæ iurisdictionis: & an attentata statim sint revocanda, cum causa devolvitur ad iudicem sæcularem.*

Vtilis & necessaria est, in articulis per viam violentiæ, attentatorum materia; cum † 1
de iure nihil sit innovandum appellatione pendente: neque in eo casu, in quo est contentio iurisdictionis inter duos iudices; quia, donec causa fuerit terminata iurisdictionis, supersedendũ est in causa principali: & aliter erit notorius articulus per viam violentiæ, ut tradit pluribus citatis, Covar. *pp. c. 24. per totum*, ubi declarat hanc materiam, & *in cap. 23.* quia † attentans lite pen- 2
dente, offendit ius, iudicem, & partem, ut *in cap. cordi, c. non solum, de appellationibus, lib. 6.* Rota, *decis. 5. num. 2. de restitut. spoliatorum in novis*, Ioannes Aloisi Riccii, *in collectanea, decision. collecta. 277. & 334.* & sic, † si pendente causa com- 3
petentiæ iurisdictionis inter iudicem ecclesiasticum & sæcularem, dum tractatur de remissione causæ ad sæcularem, iudex ecclesiasticus aliquid attentaverit, sunt attentata per eundem iudicem revocanda, quando causa venit remittenda, ut docet Guillermus Benedictus, *in cap. Raynutius, versicul. & uxorem, el. 2. num. 141.* quia † attenta- 4
ta debent revocari solo officio iudicis, glossa, *in capit. cupientes, verbo, gratia, de electione, libr. 6.* glossa, *fin. in cap. non solum, de appellationib.* Baldus, *in l. appellatione, num. 4. C. de appellationib.* & etiam nullo iuris ordine servato: quia hoc remedium est magis privilegiatum, quàm simplex iudicium spolii, ut tradit Rota, *decisione, 2. versiculo, secus, de restitutione spoliatorum, in novis.* Decius, *consilio, 200. num. 2.* Ex quibus videtur dicendum, iudicem ecclesiasticum vim facere, si ad ulteriora procedat: quæ omnia si per ipsum nõ revocentur, erit notorius violentiæ articulus.

Sed

5 Sed † contrariam opinionem, adversus, Guillermum tenet, Marta, *de iurisdictio.4.p.centu.2. cas.157.n.5.vers. sed doctrina Guillermi*, ubi dicit,
6 quòd † attentata non causantur, quando iudex nulliter procedit, ex traditis per Afflictis, *decis.* 360. Herculanus, *in tractatu de attentatis, cap.31. num.77. & num.137.* Lancellottus, *in eodem tractatu, cap.4. de attentatis litependente.* Et sic dicit, quòd † attentata, appellatione pendente, quæ
7 nulla est, non sint revocanda, etiamsi inhibitio præcedat, ut tradit Franchus, *in cap. dilectus, numero 10. de appellationibus*, Bellamera, *decisio.229.* quia iurisdictio non devolvitur, quando nulliter appellatur; & ubi nulliter inhibetur, non operatur appellatio revocationem attentatorum; ut docet Bellamera, *supra*, & Rota, *decis.45. de appellationibus, in novis, & in 4. & 54. eodem titulo.* Vantius, *in tractatu, de nullitate, tit. quando, &*
8 *intra quæ tempora, num.48.* Et sic infert, quod † quando clericus citatur coram iudice sæculari, vel iudex ecclesiasticus inhibetur, non potest dici contumax, cum citatio sit ipso iure nulla, & per consequens, iudex ulterius procedendo non dicitur attentare. Præterea illud confirmatur, quia
9 † citatio nulla, non inducit litis pendentiam, *clementina, final. ut lite pendente.* Decius, *cons.460.*
10 *numero 28.* & † similiter Citatio nulla, non interrumpit præscriptionem; *l. si pater, C. ne de statu defunctorum.* Et sic resolvit, *numero 15.* contra laicum non procedere iudicium attentorum, pé-
11 dente remissione: quia † iudex sæcularis respectu clerici, habetur, ut privatus: & sic facta per iudicem ecclesiasticum, post eius citationem & inhibitionem, non possint dici attentata, lite pédente: Et concludit, quòd non sint revocanda à
12 iudice ecclesiastico, neq; sæculari. De † cuius resolutione valdè miror; quia supponit nullitatem actus, sine iudicio contradictorio, & sine sententia super competentia iurisdictionis. Et si illa sententia esset vera, profectò in manu iudicis ecclesiastici semper consisteret, allegare nullitatem inhibitionis, ut ipse liberè possit in causa procedere, & sic nunquam daretur casus competentiæ inter iudicem ecclesiasticum & sæcularem, neque revocatio attentatorum procederet; quia semper index ecclesiasticus diceret, causam ad se pertinere, & citationem esse nullam.

Vnde verius dicendum est, omnia acta, & executioni tradita, per iudicem ecclesiasticum lite pendente, super cognitione causæ principalis, esse nulla, & tanquam attentata revocanda. Quam opinionē cum 17. ampliationibus, tradit post hæc scripta, Ioannes Aloisi, *in collectanea, 1469.* & tenet novissimè, D. Ludovico de Peguera, *decis. civili, 189.* ubi dicit ita fuisse iudicatum in Regali audientia, anno 1591. Pro qua sententia, noviter
13 potest ponderari, † tex. *in ca.4. sessione 14.* Concil. Trident. ubi data competentia iurisdictionis inter iudicem ecclesiasticum, & conservatorem, nihil est interim innovandum, ibi: * *Si qua inter ipsos iudices, conservatorem, & ordinarium, contentio super competentia iurisdictionis fuerit orta; nequaquam in causa procedatur, donec super suspicione, aut iurisdictionis competentia, fuerit iudicatum.* * Et sic ex identitate rationis, idem est dicendum; quando inter ecclesiasticum & sæcularem fuerit lis super competentia: quod iuri, & rationi est consonum; aliàs † quilibet esset iudex 14
in propria causa, *contra legem primam, C. ne quis in sua causa ius sibi dicat*; & illud † verbum, * *Nequaquam:* * inducit actus nullitatem, si contrariū 15
attentatum fuerit, *l. etiam, § si quis absentis, D. de pet. hæred. l. Iulia, §. sed cum in facto, D. de actionibus empti.*

## SVMMARIVM.

1 *Casus de facto refertur inter duos Vicarios, circa præventionem causæ.*
2 *Citatio est duplex, realis, & personalis.*
3 *Iudex per citationem personalem prævenit causam.*
4 *Iudex inferior, nunquam prævenit causam.*
5 *Consiliarij domini Archiepiscopi, non possunt causas avocare à suis Vicariis generalibus, cum habeant iurisdictionem ab eodem Archiepiscopo.*
6 *Citatio prævenit iurisdictionem.*
7 *Citatio debet fieri ad instantiam partis & debet de ea constare in actu processus.*
8 *Citatus inutiliter, si compareat, non potest allegare nullitatem, quia illa excusat ad cōparendum.*
9 *Præventio in causa, qualiter consideretur.*
10 *Citatio non prævenit iurisdictionem, ubi pars habet electionem iudicis.*
11 *Inhibitio iudicis ecclesiastici non est obtemperanda, quando iudex sæcularis iam prævenit iurisdictionem.*
12 *Iudex qui prævenit iurisdictionem, potest cognoscere, an sua sit iurisdictio.*
13 *Iudex Laicus, qui cognoscit inter Laicos, an sua sit iurisdictio, non potest ab Ecclesiastico inhiberi.*

## QVÆSTIO LXXIV.

*Utrum iudex ecclesiasticus facit vim, qui præveniens per citationem verbalem, inhibuit iudici sæculari, vel ecclesiastico, qui prævenerat per citationem realem.*

VIdi † de facto litem controversam, inter Vicarium generalem huius Archiepiscopatus, & Vicarium villæ de Talavera, qui in causis matrimonialibus sunt æquales in iurisdictione, & est locus præventioni. Contigit prævenisse Vicarium villæ de Talauera, per citationem realem, citando reum in domo sua: Vicarius verò generalis huius Archiepiscopatus, die sequenti citavit eum personaliter. Vnus intendebat prævenisse causam, per dictam citationem realem ad domū; alter, per citationem personalem, licèt posteriorem; & hanc ultimam partem ego defendebam. Et cum Vicarius generalis inhiberet Vicario Talaveræ, ut nō cognosceret in dicta causa, parsque intendebat eum esse iudicem, appellavit ad consilium domini Archiepiscopi, ubi advocati utriusq; partis fundarunt, utramq; iurisdictionē, & tandē

post multas altercationes pro mea opinione fuit
iudicatum, & causa devoluta ad dictum Vicariũ
generalem. Et quia non solum inter duos iudices
ecclesiasticos, æquales in iurisdictione, potest iste
casus contingere, sed etiam inter iudicem eccle-
siasticum & laicum, decrevi aliqua utilia in hac
materia referre, pro faciliori intelligentia huius
materiæ, & cognitionis per viam violentiæ, cum
casus iste sæpè de facto contingat. Et inprimis a-
2 nimadvertendum est, citationem † esse duplicem
3 realem, & personalem, & † ille iudex dicitur in
causa prævenisse, qui personaliter citavit; ut do-
cet Bart. *in l.3. D. de damno infecto, & in l.3. D. de
custodia, & exhib. reorum*, Baldus, *in l.1. C. ubi de
crimine agi oportet, & in authentica, sed novo iu-
re, C. de servis fugitivis.* Ioannes Andreas, *in c.1. de
obligat. ad ratioc.* tenet Grammaticus, *decisio.30.
n.6.* quòd procedit, etiamsi ambo iudices ab eodẽ
domino iurisdictionem recognoscant; quam si à
diversis, ut tradit Marta, *de iurisdict. 2. part. cap.3.*
4 *n.20.* Iudex † verò inferior nunquam potest præ-
venire, dum ab eodem superiore iurisdictionem
non recognoscat. *l. iudicium solvitur, D. de iudic.*
Ex qua lege defendebam, in alia causa matrimo-
niali cœpta in villa Matriti coram Vicario illius,
5 nõ † posse iudices de consilio huius Archiepisco-
patus, causam avocare; quia, licet in gradu ap-
pellationis unus sit superior altero, tamen in pri-
ma instantia omnes sunt æquales in iurisdictio-
ne, & sic est locus præventioni, cum ab eodẽ su-
periore, hoc est, domino Archiepiscopo, iurisdi-
ctionem recognoscant. Ita Marta, *sup. c.2. n.5.* ubi
verò nulla est competentia inter duos iudices, so-
6 la † citatio unius prævenit iurisdictionem, ut est,
gloss. *in l.1. D. de in ius vocando, & in l. libertus*, ubi
7 Baldus, *C. eodem titul.* Afflictis, *decis.219.* Quæ †
citatio debet fieri ad instantiam partis, & quòd
constet de ea in actis processus, ut tradit Imol. *in
c. proposuisti, de foro competenti, & in l. ad perem-
8 ptorium, D. de iudic.* Si † verò pars comparuit in
iudicio, licet inutiliter fuisset citata, nõ potest op-
ponere nullitatem, ut notat Bart. *in l.1. §.1. D. de
feriis.* Rota, *decis.11. de dolo & contum. in novis.*
9 Ex quibus resolutivè tenendum est, quòd † si
iudices habeant æqualem iurisdictionem, ille di-
citur prævenire in causa, qui prius ad instantiam
partis citavit. Et si uterque prævenit, eodem die
& tempore, per citationem personalem, & non
constat de prioritate, ille iudex est præferendus,
qui est maior & superior, tam respectu iurisdi-
10 ctionis, quàm causæ: nisi † citatus habeat electio-
nem de iure, ut in casu *authentica, habita, C. ne fi-
lius pro patre*, ita docet, Marta, *sup. c.3. n.17.* Undè,
11 † si in casibus præventionis, iudex ecclesiasticus
inhibeat iudici sæculari, non debet iudex sæcula-
ris obedire mandatis, sed ad ulteriora debet pro-
cedere, maximè supposita appellatione, & implo-
rato Regis auxilio, ut tradit Gaspar Caballinus,
*in tract. de evictionib. §.3. nu.122. vers. Et si iudex*,
quem refert & sequitur Marta, *sup. c.4. n.26.*
12 Nec † est inconveniens, quòd quilibet iudex,
qui prævenit in iurisdictione, possit cognoscere,
an sua sit iurisdictio, ut tradit Innocent. *in c. præ-
terea, de dilationibus, & in c. pastoralis, & in cap.
super literis, de rescriptis.* Pro qua sententia est o-
ptimus tex. *in l. si quis ex aliena, D. de iudiciis*, ibi:
* *Prætoris est æstimare, an sua sit iurisdictio.* * Et
probatur de iure canonico, *in cap. super literis, in
fin. c. pastoralis, cap. ex parte, de rescriptis.* Idem
potest facere iudex delegatus, cognoscendo de
sua iurisdictione, ut consuluit Socinus Senior,
*cons.137. vol.2.* Et sic, si † iudex laicus cognoscat 13
inter laicos, an sua sit iurisdictio, non potest ab
ecclesiastico inhiberi: quia ecclesiasticus in his
cognitionibus non est superior, ut tradit Marta,
*ubi supra, cap.4. num.23.* Quia, licet regulariter
iudex ecclesiasticus possit prohibere sæculari, ut
non cognoscat, sub pœna excommunicationis,
*ut in cap. secularis, de foro compet. lib.6. cap. li-
cet, de exceptionibus, libr.6.* Mandos. *in tractatu,
de inhibitionibus, quæst.18. num.2.* Afflictis, *deci-
sion.30.* Boerius, *decision.14.* Franciscus Marcus,
*44. num.4.* illud intelligitur in causis spirituali-
bus, aut spirituali annexis, ut *in cap. tuam, de or-
dine cognitionum, cap. Quanto, de iudiciis.* Ita de-
clarat Beroius, *cons.117. num.9. vol.3.* Marta, *ubi
supra, num.22.* ubi concludit his verbis. * *Et si
iudex sæcularis declaraverit se competentem, in co-
gnoscendo inter laicos de re mere laicali, ut super
executione sententiæ, quæ producit actionem in
factum deductam coram se, ecclesiasticus non est il-
li superior, nisi declaratio fuerit contra casum spe-
cialiter in iure canonico dispositum.* * Et secundũ
hanc resolutionem, possunt formari articuli per
viam violentiæ, & resolvi in Regalibus tribuna-
libus, ut sæpe de facto contingit.

## QVÆSTIO LXXXII.

*Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, decla-
rando, quod sua sit iurisdictio, contra
iudicem laicum: Et quid è
converso?*

Vide supra tradita, *in quæstione præcedenti, à
num.12. in versiculo, Nec est inconveniens*,
ubi tradimus resolutionem, & quid tenendum
sit & iudicandum per viam violentiæ, cum casus
iste in curia ecclesiastica de facto contingat, qui
est assiduus.

### SVMMARIVM.

1 *Periurij crimen est mixti fori.*
2 *Iudex laicus potest cognoscere de crimine per-
iurij, etiam per viam punitionis.*
3 Cap. Venerabilis, de electione, *declaratur.*
4 *Pœna periurij traditur remissivè.*
5 *Actoris est electio, coram quo iudice accuset
periurum.*
6 *Iudex laicus potest relaxare iuramentum, quod
continet iniquitatem, vel est contra bonos
mores.*
7 *Iudex laicus potest compellere laicum ad obser-
vationem iuramenti.*
8 *Iudex laicus potest cognoscere de nullitate ab-
solutionis iuramenti concessæ ab Episcopo.*
9 *Iudex sæcularis potest declarare, quem esse per-
iurum.*

10 Leges

10 Leges sæculares puniunt periurium.
11 Resolutio quæstionis traditur.

## QVÆSTIO LXXXIII,

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, cognoscenti contra laicos de viribus iuramenti.*

1 CRimen † periurii est mixti fori, ut docet Abb. *in cap. cum sit generale, numer. 21. de foro competenti*, & Doctores, *in capit. testimonium, de testibus, & in cap. cum; cap. laicus, de foro competenti, libr. 6.* & tradit, Guido Papæ, *cons. 29.* & Romanus, *cons. 512. in 3. aub. numer. 4.* ubi dicit;
2 quòd † crimen periurii non est adeo ecclesiasticum, quin iudex sæcularis possit cognoscere etiam per viam iurisdictionis punitive. Et tenet, Felinus, *in, cap. 2. nume. 16. de sponsalibus*, Baldus, *in l. nulli, C. de testibus*. Guido Papæ *quæst. 178.* ubi di-
3 cit † præmissis non obstare, *c. venerabilis, de electione, & capit. cum sit generale, de foro competenti*: quia illa iura loquuntur de clerico puniendo, non de laico. Et nostram conclusionem confirmat Covarruvias, *in 4. decret. 2 part. cap. 6. nume. 20.* Et dicit communem opinionem, & forensi usu receptam, Salcedo, *in practica, ad Bernardum Diaz, cap. 92. vers. nec illud est prætermittendum;*
4 ubi † agit de pœna periurii, tam clerici, quam laici. Et Iulius Clarus, *receptarum sententiarum, libro, 5. §. periurium*; & sic dixit Imola, *in cap. cum*
5 *contingat, de iureiurando*, actoris † esse electionem, coram quo iudice reum convenire velit, pro observatione iuramenti, sæculari, vel ecclesia-
6 stico. Similiter † etiam, si iuramentum contineat turpitudinem, vel iniquitatem, potest iudex laicus adiri, ad id relaxandum, nec ob hanc caussam dicitur de re spirituali cognoscere, ut docet, Federicus de Senis, *cons. 272.* Romanus, *singulari. 491.* Felinus, *in cap. 1. de iure iurando*, Aufrerius, *de potestate laic. super ecclesiast. regul. 4. numer. 5.*
7 & † è converso, si iuramentum est validum, potest iudex laicus compellere laicum ad servandũ iuramentum, ut docet, Abb. *in cap. literas, de iuramento calumniæ*, Selva, *de iureiurando, 2. part. quæst. 5. num. 5.* Abb. *cons. 8. volum. 1.* Natta, *cons. 166. num. 25. & cons. 190* ubi, *num. 21.* dicit, sæcularem iudicem habere dictam iurisdictionem, non
8 solum ex officio, sed ad partis petitionem. Et † quòd magis est potest iudex laicus cognoscere de nullitate absolutionis iuramenti, factæ per Episcopum, vel eius Vicarium, ut docet, Ancharan. *cons. 383.* & an absolutio concessa lite pendente sit nulla litis mentione facta, ut tradit. Afflict. *decision. 220.* Socinus, *consilio. 99. volum. 3. numer. 19. & cons. 83. numer. 17. volum. 4.* Hyppolitus, *singulari. 367.*

9 Præterea, † potest iudex sæcularis declarare, quem incurrisse periurium, quando esset dubiũ,
10 ut docet, Romanus, *singulari, 420.* quia † lex sæcularis etiã punit periurium, *l. 1. D. ad SCtũ Turpillianum, l. si quis maior. C. de transactionibus*, & de iure nostro Regio, sunt plurimæ leges. Vnde nimirum si iudex sæcularis possit hoc declarare, ut tradit, Antonius de Butrio, *in c. cum sit generale, de foro competenti*, ubi annectit optimum verbum, quod iudex sæcularis potest punire. quod est consequens: ergo potest cognoscere, quod est antecedens. Et idem tradit, Guido Papæ, *decis. 178.* & ita est decisum per Capellam Tholossanam, *decis. 26.* Et † sic ecclesiasticus facit vim, inhibendo iudici sæculari à cognitione contra laicos, de viribus iuramenti. Et si de facto inhibitio concessa fuerit, erit notorius articulus violentiæ, implorato Regis auxilio, præcedente appellatione ad Romanum Pontificem.

### SVMMAIRVM.

1 Caput, nos quidem. Caput si hæredes. Caput Ioannes, de testamentis *ponderantur*.
2 *Episcopi sunt executores ultimarum voluntatum.*
3 *Iudices sæculares videntur excludi ab executione ultimarum voluntatum. sed. vid. n. 6.*
4 Cap. 15. ses. 7. c. 6. ses. 22 cap. 4. ses. 25. Concilii Tridentini *declaratur*.
5 *Episcopi, tanquam delegati Sedis Apostolicæ habent facultatem commutandi ultimas voluntates.*
6 *Contraria opinio proponitur & defenditur.*
7 *Executio ultimarum voluntatum, est mixti fori.*
8 Lex, nulli, C. de Episcopis & clericis *ponderatur*.
9 Lex, hæreditas, D. de petitione hæreditatis *ponderatur*.
10 *Doctores pro iudice sæculari referuntur.*
11 Doctor Sebastianus Ximenez, *Fiscalis operarii piorum, laudatur.*
12 *Legatorum piorum executio, pertinet privative ad iudicem ecclesiasticum.*
13 *Iudex ecclesiasticus non potest unum opus pium in alterum convertere.*
14 Cap. 8. sessio. 22. Concilii Tridentini *declaratur*.
15 *Reipublicæ interest, ut supremæ voluntates exitum & executionem habeant.*

## QVÆSTIO LXXXIV,

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat ad executionem ultimarum voluntatum.*

IN Quæstione proposita, pro iudice ecclesiasti- 1
co, idest allegari, † textus, *in c. nos quidem. cap. si hæredes, capit. Ioannes, capit. tua, de testamentis, gloss. ver. vestro, in, cap. Sylvester, 11. quæstio. prim. & in, l. nulli. C. de Episcopis & clericis*. Vbi † Epi- 2
scopi sunt executores ultimarum voluntatum,
& † sic iudices sæculares excluduntur, maxi- 3
mè † hodie ex nova lege, Concilii Tridentini, 4
*cap. 15. ses. 7. & cap. 6. sess. 22. & cap. 4. sessio. 25. de reformatione*, ubi † Episcopi tanquam delega- 5
ti Sedis Apostolicæ, habent facultatem commutandi ultimas voluntates, & per consequens, ad

eos privativè pertinet executio, non verò ad iudices sæculares. Et sic videtur dicendum, non facere vim iudicem ecclesiasticum, inhibendo iudici sæculari, ut se abstineat à causæ cognitione.

6 Sed † pro iudice sæculari est verior, & recepta
7 sententia; quia † executio legatorum piorum, pertinet ad utrumque iudicem, ecclesiasticum, & sæcularem, & est locus præventioni. Pro qua senté-
8 tia ponderatur, text † *in, d. l. nulli, C. de Episcopis, &*
9 *clericis, vers. vel in clarißimis, l.* † *hæreditas, in fin. D. de petitione hæreditatis*, ibi: * *Principali, vel Pontificali authoritate compelluntur ad obsequiū supremæ voluntatis*: * tex. *in l. 3. §. 1. D. de alimentis, & cibariis legatis, autetic. hic. de ecclesiasticis titulis § si quis ædificationem, & §. si vero semel, authentic. ut cum de appellatione cognoscitur, §. cum*
10 *unum*, ubi glossa, *col.* 4. Doctores, † *in, cap. relatum, et l. 1. de testamentis*, Bart. *in, l. 3. D. de alimentis & cibariis legatis*, Archidiaconus, *in dict. cap. Sylvester*, & tenet Speculator, *in titul. de ultimarum voluntatum execut. numero.* 80. Innocentius, & Ioannes Andreas, *in, dicto capit. significantibus, de officio delegati.* Angelus, *consilio*, 119. Barbatia, *consilio, 42. volumi. 4.* Belluga, *in Speculo, rubrica*, 17. *§. videamus, numer.* 4. Tiraquellus, *de privilegiis piæ causæ, privilegio*, 149. Iacobus de Canibus, *in tractatu, de executione ultimarum voluntatum, parte, 1. numero, 25.* Et in utroque foro hanc esse veriorem opinionem, tradit, Marta, *de iurisdictione, 2. parte, capit. 10. numer. 14.* & ita video sine contradictione receptum in hoc tribunali domini Archiepiscopi Toletani, in quo noviter est creatus Fiscalis operarum piarum, ad cuius petitionem visitantur testatorum ultima elogia, & executioni mandantur. Quod munus hodie exercet
11 noster, † Doctor Sebastianus Ximenez, qui *utriusque iuris concordantiam* composuit, & noviter prosequitur, non parcendo calamo, diu noctuq; sine præmio tanti laboris.

12 Si † vero legata sint omninò pia, & pietatis causa relicta, tunc ad iudicem laicum non spectat executio, neq; in his est locus præventioni, ut *in capit. decernimus, de iudiciis*, ita Geminianus, *cons.* 26. Ioannes Andreas, & Felinus, *in, c. cum sit, de iudiciis*, Covarruvias, *de testamentis, cap. 3. numer.* 8.
13 Et † licet Episcopus possit executioni tradere ultimas pias voluntates, non poterit mutare usum, neque unum opus pium convertere in aliud, etiā magis pium, ut *in clementina, quia contingit, de religiosis domibus*, ubi Imola, & Zabarella. & istam materiam copiosè explicuimus, *libr. quart. comm. quæst. fin. ex, numer. 57.* Neque illud est alteratum
14 † *ex cap. 8. session. 22.* Concilii Tridentini, quod non mutat ius commune, imo tota facultas intelligitur, prout de iure communi sit dispositum, ibi: * *Iuxta sacrarum canonum statuta cognoscant, & exequantur.* * De cuius, text. intellectu, vide, Frat. Manuel Rodriguez, *2. part. quæst. regular. quæstio. 75. artic. 1. fol. 389.* Gutierrez. *canonicarum quæst. cap. 35. numer. 19. & 28.* Azevedo, *in lib. 10. titul. 1. libro. 4. recopillationis, numer, 29. in fin. & in, lib. 3. titul. 4. numer. 9. & 10. libr. 8. recopilla.* Marta, *de iurisdictione, 2. parte, capit. 10. numer.*
15 *fin.* Quilibet † tamen iudex tam ecclesiasticus, quam sæcularis, debet valde curare, ut testantium voluntates executioni tradantur; quia expedit reipublicæ, suprema hominum iudicia exitum habere, *lex, vel negare, D. quemadmodum testamenta aperiantur*, & ut supremæ voluntati, postquam aliud velle non possunt, liber sit stylus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium, ut eleganter & piè fuit decisum, *in l. 1. C. de sacrosanctis ecclesiis*, quod tene menti: quia sæpè de facto contingit in curia ecclesiastica.

## SVMMARIVM.

1 *Blasphemia hæreticalis, non est mixti fori, sed privativè eius punitio pertinet ad Inquisitores.*
2 *Blasphemia non hæreticalis, est mixti fori.*
3 *Iudex sæcularis, potest condignè punire blasphemos iam punitos à iudice ecclesiastico.*
4 Cap fin. de maledicis *ponderatur.*
5 *Blasphemus punitus pœna pecuniaria, potest postea pœna corporali puniri à iudice ecclesiastico.*
6 *Iudex ecclesiasticus licet præveniat in causa, nō potest inhibere iudici sæculari.*

## QVÆSTIO LXXXV.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat contra blasphemantes Deum.*

IN Quæstione præsenti, non loquimur de blasphemia hæreticali, quia † eius punitio pertinet privativè ad Inquisitores hæreticæ pravitatis, ut tradit, Roias, *de hæreticis, 2. parte, assertione, 12. numer. 168.* ubi, *numer. 170.* refert hæreticales blasphemias, quas hispano sermone enumerat, Azevedo, *in, l. 1. titul. 3. numer. 81. lib. 8. recopilationis, & in, l. 1. tit. 4. numer. 45. lib. 8.* ubi † re- 2
missivè docet, crimen blasphemiæ non hæreticalis esse mixti fori, ut tradit Covarruvias, *libr. 2. variarum, cap. 10. numer. 7.* Doctores, *in capit. 2. de maledicis.* Tiberius Decianus, *in tractatu criminali, tomo, 2. libr. 6. cap. 2. per totum.* Et † si iudex ec- 3
clesiasticus, non puniat condignè blasphemos, potest iudex sæcularis pœnam supplere, ut tradit, Avendannus, *in, cc. pp. cap. 5. numer.* 18. quem sequitur, Acevedo, *supra, numer.* 42. ubi per sex leges explicat totam materiam contra blasphemos. Et in quæstione proposita, pro iudice sæculari facit, 4
tex. † *in c. fin. de maledicis, & in autenthic. ut non luxurientur homines contra naturam, §. 1.* & quòd uterque iudex tam ecclesiasticus quàm sæcularis, possit cognoscere contra blasphemos, tradit Abb. *in, dict. cap. fin. numer. 4. & 9. de maledicis*, Calderinus, *cōs. 2. de iudeis*, Ancharranus, *cons.* 196. Bossius, *tit. de inquisitione, numer.* 152. Alex. *cons.* 72. Iulius Clarus, *receptarum sententiarum, §. Blasphemia* Farinacius, *quæst. 20. numer.* 39. Boerius, *decis.* 131. Franciscus Marcus, *decision.* 504. Soto, *de iustitia & iure, quæst. 2. articu.* 3. Arnaldus Albertinus, *de cognoscend. assertionibus hæretic. quæst. 6, nume. 24. & quæstio, 27. per totam.* Et † punitus pœna 5
pecunia-

pœna pecuniaria à iudice ecclesiastico, potest pu-
niri pœna corporali à iudice laico, ut *in cap. fœli-*
*cis, de pœnis, lib. 6.* ubi notat Ioannes Andreas, &
Matthæus de Afflictis, *in constitutionibus Regni,*
8 *verbo, blasphemantibus, numer. 13.* Quæ † senten-
tia in tantum vera est, quod iudex ecclesiasticus,
licet præveniat in causa, non potest inhibere iudi-
ci sæculari; quia inhibitio est contra eius iurisdi-
ctionem: cum quilibet iudex habeat leges in suo
foro punientes blasphemos, & quilibet potest in
eos exercere suam iurisdictionem, ita ut unus
non impediat alterius cognitionem; & si de fa-
cto iudex ecclesiasticus procedat adversus iudi-
cem sæcularem per censuras, erit notorius articu-
lus violentiæ, cum talis inhibitio sit nulla, ut tra-
dit, Marta, *in tractatu. de iurisdictione, 2. p. cap. 13.*
*num. 14.*

## SVMMARIVM.

1 *Audire confessionem peccatorum, & absolutio-*
*nem concedere, pertinet ad Ecclesiasticos*
*tantùm, regulariter.*
2 *Laicus, in casu necessitatis, potest etiam audire*
*confessionem, nec tamen ita exercet aliquẽ*
*actum Ecclesiasticum.*
3 *Doctores qui tenẽt, Laicum in casu necessitatis*
*posse audire confessionem, referuntur.*
4 *Vt laicus in casu necessitatis audiat confessio-*
*nem, procedit de consilio, & nõ de præcepto.*
5 *Laicus, qui pietatis causâ ductus, audit confes-*
*sionem, non peccat, neq; efficitur de iurisdi-*
*ctione ecclesiasticâ.*
6 *Laicus non potest dare absolutionem, quia eà pẽ-*
*det ab Ecclesiæ clavibus.*

## QVÆSTIO LXXXVI.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, proce-*
*dendo contra laicum, qui in casu necessi-*
*tatis audivit alterius confes-*
*sionem.*

1 AVdire † confessionem peccatorum, & ab-
solutionem concedere, pertinet ad ecclesi-
asticos, qui habent iurisdictionem audiendi con-
fessiones, & potestatem à Deo remittendi pecca-
ta; cuius rei omnis laicus est incapax. Et sic, si se
intromittat in messem alienam iudex ecclesiasti-
cus, potest contra eum procedere, & punire, sicut
si administrasset aliud sacramentum ecclesiæ,
Quia, licet iudex ecclesiasticus nullam habeat
iurisdictionem in laicos, illud procedit in rebus
temporalibus, & non ubi agitur de materia pec-
cati; quia tunc, ut sæpè diximus, competens est.
2 Sed † in quæstione proposita verius existimo,
non posse iudicem ecclesiasticum procedere, con-
tra laicum audientem confessionem, in casu ne-
cessitatis, quia illa non est confessio sacramenta-
lis, nec laicus, audiendo confessionem, exerceret
3 aliquem actum ecclesiasticum, ut † tenet san-
ctus Thomas, *in, lib. 4. sentent. articu. 3. quæstio. 2.*
dicens laicum posse confiteri laico, in casu neces-
sitatis. Idem tenet, Magister sententiarum, *ubi su-*
*pra*, & Petrus de paladanis, *distinct. 17. quæst. 3. col.*
*2.* Summa Silvestrina, *verb. confessor, el. 1. numer. 1.*
& est gloss. ubi canonistæ, *in cap. Pastoralis, §. præ-*
*terea, in versiculo, præterquam in mortis articulo,*
*de officio ordinarij,* & ibi: Anchartanus, *nume. 6.*
Felinus, *num. 22.* gloss. *fin. in cap. 2. de pœnitentiis,*
*& remissionibus, lib. 6. & in cap. à nobis, el, 2. de sen-*
*tentia excommunicationis,* Abb. *in cap. quanto, de*
*consuetudine.* Speculator, *titul. de pœnitentiis &*
*remissionibus, §. num aliqua, circa principium.* Car-
dinalis, *in clementina, dudum, §. ac deinde, de sepul-*
*turis.* Et pro hac sententia, est text. expressus, *in*
*cap. quem pœnitent. versiculo, tanta, de pœnitentia,*
*distinction. 1. & in cap. quem pœnitet. distinction.*
*17. cap. 1. de pœnitent. distinction. 6.* Quæ † opi- 4
nio licet procedat de consilio, & non de præce-
pto, ut existimarunt, Sotus, *in 4. distinction. 17.*
*quæst. 1.* Summa Angelica, *verb. confessio, §. 3.* Na-
varrus, *in cap. qui vult. numer. 75. de pœnitentia,*
*distinction. 6.* Tamen † laicus, qui pietatis cau- 5
sa ductus audit confessionem, non peccat: neque
efficitur de iurisdictione ecclesiastica; & sic non
potest à iudice ecclesiastico puniri; cum possit
confitentem adiurare, instruendo vel orando, de
quo potest homo erubescere, & humiliari, & effi-
ci magis contritus; dum † non sequatur abso- 6
lutio, quia pendet ab ecclesiæ clavibus, ut *in ex-*
*travaganti. Quia quorundam, §. quod autẽ, de ver-*
*borum signification.* & sic non est laicus impedi-
tus, neq; prohibitus audiendi confessionem; neq;
ob hanc causam iudex ecclesiasticus, contra eum
poterit procedere; & si procedat de facto, erit ar-
ticulus violentiæ, interposita appellatione, & im-
plorato Regis auxilio, cuius officium est, vim
tollere.

## SVMMARIVM.

1 *Crimen sodomiæ est mixti fori.*
2 *Clericus sodomita, omni privilegio clericali i-*
*pso iure privatur.*
3 Pii, V. *constitutiones, contra sodomiticos, de-*
*clarantur.*
4 *Clericus sodomita, debet exercere plures actus*
*ut pœnæ locus sit, sed contraria opinio con-*
*tra* Navarr. *est verior.*
5 R*esolutio quæstionis traditur.*

## QVÆSTIO LXXXVII.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, qui in-*
*hibet judici sæculari, ut non procedat con-*
*tra clericum sodomi-*
*tam.*

ABbas, *in capit. Archiepiscopatu, numer. 7. de*
*raptoribus, & in cap. clerici, numero, secund.*
*de excessibus Prælatorum* per illa iura docet † cri- 1
men sodomiæ esse mixti fori; & sequitur, Au-
frerius, *de potestate sæculari, super ecclesiast. regul.*
*4. fallentia, 15.* Bermondus, *de publicis concub. ru-*
*bric. de peccato sodomitico, numer. 33.* Ancharra-
nus, *cons. 278.* Calderin. *tit. de foro competenti,*
*cons. 3.* Barbatia, *in cap. cum sit generale, nume. 237.*
*de foro competenti* ubi Felinus, *n. 42.* Tiberius De-
cian. *in tractatu criminali, 1. tom. cap. 26. nume. 11.*

Syntag.

Syntagma comm. opinion. *tom. 3. loco 8. capit. 11. versicul. Sodomita occultus.* Et hanc dicit communem opinionem, Iulius Clarus, *in practica criminal. quæstio. 37. versicul. item quæro*, & sic fuit decisum, ut tradit, Franciscus Marc. *decision. 687. in, 2. part.* Et hanc conclusionem disponit *constitutio*
2 Leonis decimi, quæ incipit. *Supremæ*; ubi † omni privilegio clericali, omni officio, dignitate, & beneficio ecclesiastico est ipso iure privatus.
3 Idem † est *in constitutionibus* Pii, V. quarum altera. 5. quæ incipit. *cum primum*, altera. 70. quæ incipit. *Horrendum*, super quibus Bullis scripsit, Na-
4 var, *in manuali, cap. 27. nu. 249.* dicens: † ipsum alloquutum fuisse Summum Pontificem, super declaratione & interpretatione, & consultum respõdisse, quod potest laicus iudex cognoscere contra clericum huius sceleris criminosum, si pluris deliquerit; quia Bulla habet verbum, **exercentem*:* quod non potest verificari, nisi pluribus vicibus, sed illam opinionem reprobat, Salcedo, *in practica, ad Bernardum Diaz, cap. 86.* ubi dicit, quod non est necessaria reiteratio, sed quod sufficiat unus actus perfectus & consummatus, ut etiam contra Navar. tenet D. Ioan. Vela. *de delictis, cap. 36. versicul. hodiè autem*, cui etiam adhæreo contra Navarrum, *lib. 1. communium, quæst. 247. nu. 4.* & sic secundum istam opinionem iudex laicus non potest inhiberi.

Sed novissimè contrariam opinionem tenet. Marta, *de iurisdictione, 2. par. cap. 16. numer. 4.* ubi, licet sequatur opinionem Salcedi, concludit, iudicem laicum non posse procedere contra clericum sodomitam, donec fuerit traditus Curiæ sæculari, ut resolvimus, in clerico assasino. Et hanc esse communiorem, & receptiorem opinionem, & in praxi observatam, tradimus, *dict. quæst. 247.*
5 *num. 6.* Et † sic secundum hanc resolutionem, est terminandus articulus violentiæ, cum casus de facto contingat, quia consequens est, quod vitiũ, quod ex una radice procedit, una lege canonica puniatur, ut *in, l. fin. in fin. C. de nuptiis.*

## SVMMARIVM.

1 *Adulterator primus fuit Lamech.*
2 Cap. Rex debet, 23. quæstion. quint. *declaratur.*
3 *Adulterij cognitio est mixti fori.*
4 *Doctores pro hac opinione referuntur.*
5 *Declaratio conclusionis traditur.*
6 *Contra adulteros potest agi civiliter, & criminaliter.*
7 *Iudex ecclesiasticus cognoscit de separatione matrimonij quo ad thorum, ex causa adulterij.*
8 *Crimen est ecclesiasticum, quando agitur ad separationem thori.*
9 *Dotis restitutio nõ potest peti propter adulteriũ nisi constet de adulterio, & prius actum sit ad separationem thori coram ecclesiastico.*
10 *Iudex laicus est competens ad restitutionem dotis propter adulterium, de quo constat per sententiam.*
11 *Cognitio adulterij ad pœnam legis, pertinet ad iudicem laicum.*
12 *Maritus solus potest accusare uxorem adulteram.*
13 *Iudex ecclesiasticus non potest proferre sententiam sanguinis.*
14 *Clericus, qui commisit adulterium, debet puniri à iudice ecclesiastico.*
15 Cap. 14. sess. 25. Concil. Trident. de reformatione *declaratur.*
16 *Episcopus punit mulierem adulteram cum clerico, ratione peccati*
17 *Contra mulierem uxoratam, quæ luxuriosè vivit, prudenter agendum est, ne perveniant ad notitiam mariti.*
18 Cap. 8. sess. 24. Concilii Tridentini, de reformatione *declaratur.*
17 *Culpa peccati, de cuius punitione agitur, videnda est per processum, & non per relationem vicinorum.*
20 Lex, 2. tit. 19. libro. 8. recopilationis *declaratur.*
21 *Mulier coniugata non debet de adulterio puniri inscio marito.*
22 Cap. 1. sess. 13. Concil. Trident de reformatione *ponderatur, & verba referuntur.*
23 *Verba* Cap. disciplina 45. distinct. *ponderantur.*

## QVÆSTIO LXXXVIII.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non procedat contra adulteros, sed quod causa ad eum remittatur.*

PRimus † homo qui adulterium commisit, 1
fuit Lamech, ut habetur *in, cap. an non districta. 24. quæstion. 3.* Vbi Turre Cremata, *numer. 10.* dicit, quod fuit gravius punitum, quam homicidium Cain. Et pro iudice sæculari facit, tex † *in, c.* 2
*Rex debet, 23. quæst. 5.* ubi † cognitio adulterii est 3
mixti fori, & sic uterque iudex potest cognoscere, & ibi illud notat † Turre Cremata, Innocentius, 4
& Abb, & *cap. Tuæ, de procuratoribus*, & Ioannes Andr. *in cap. fin. de adulteriis, lib. 6. & in cap. 10. de officio ordinarii*, ubi Alciatus, *num. 18.* testatur hãc esse communem opinionem Romanus, *cons. 678.* Bald. *in authentica, clericos. numer. 7. C. de Episcopis, & clericis*, Covarru. *de sponsalibus, 2. part. cap. 7. num. 20.* Iulius Clarus, *receptarum sententiarũ, lib. 5. quæst. 37.* qui alios refert dicentes comm. Decianus, *in tractatu. criminali, tomo. 1. c. 26. nume. 7.* Gregorius, *in l. 58. glos. 5. tit. 6. partita. 1.* Antonius Gomez, *in, l. 80. Tauri, n. 47. versicul. unum tamen est*, Bernard. Diaz. *in practica criminali, capit. 79.* Menochius, *de arbitrariis, casu. 419* Guido Papæ, *decision. 168.* Francus, *decision. 312* Boerius, *decisio. 297.* Aufrerius *de potestate sæculari in ecclesiast. regul. 4. fallent. 21.* Bermondus, *de publicis concubi. rubrica, de adulter. numer. 4.* Quæ † cognitio mixti fori intelligenda est; si agatur de peccato puniendo; secus, si de delicto; quia tunc iudex laicus est solus iudex, nisi agatur de separatione matrimonii ob causam adulterii, quia solus ecclesiasticus cognoscit.

Et sic

6 Et † sic aut agitur civiliter contra adulteros,
vel criminaliter; aut ad separationem matrimo-
nii, & restitutionem dotis, & tunc coram iudice
ecclesiastico agendum est, *cap. tua, de procurato-*
7 *ribus*, quia † pœna separationis thori est canonica,
quę videtur impedire sacramentum matrimonii,
& sic solus iudex ecclesiasticus cognoscit. Quam
opinionem sequitur Romanus, *dicto singulari.*
*674.* Felin. *in cap. cum generale, de foro competen-*
*ti, versicul. respectu adulterij*, Iulius Clarus, *dict a,*
*quæst. 37. versicul Quæro nunquid, in fin.* Antonius
Gomez, *in dict. l. 80. Tauri, numer 47. versicul. unũ*
*tamen scias.* Decianus. *dict. cap. 26. numer. 7. versi-*
*cul. Tertia conclusio.* Bermondus, *ubi supra*, qui
hanc dicit communem opinionem. Et pro hac
sententia consuluit, Angelus de Vbaldis, *inter cõ-*
*silia matrimonialia, cons. 42.* ubi tenet, quod si iu-
dex sæcularis velit procedere, quod possit inhibe-
ri à iudice ecclesiastico sub pœna excommunica-
8 tionis. Idem tenet, Decius, *cons. 212.* Quia † quo-
tiescunq; agitur ad separationem matrimonii, li-
cèt adulterium opponatur in vim querelæ adhuc
crimen est merè ecclesiasticum, ut docet Federi-
cus de Senis, *cons. 236.* Speculator. *titul. de comp.*
*iudicis, §. 1. versicul. 17.* Paulus de Castro, *consil. 65.*
*volum. 1. numer. 3.* Pro qua sententia est bonus tex.
*in capit. plerumque, de donationibus*, ita tantum,
9 quod † non potest peti restitutio dotis propter
adulterium, coram iudice laico, cum prius agen-
dum est ad separationem thori coram ecclesiasti-
10 co, & accessoriè petenda dotis restitutio. Si † ve-
rò agatur de mero facto, petendo dotem propter
adulterium commissum; de quo constat per sen-
tentiam, vel per confessionem partis, ut tradit
Franchis, *decision. 312. numer. 5. vers. sed ad hoc di-*
*ctum fuit*, tunc solus iudex laicus est competens;
ut semel vidi iudicatum; quia de adulterio com-
misso constabat per executoria, & sic per iudicem
laicum fuit dos restituta marito.

11 Si † verò agatur criminaliter de punitione de-
licti, secundum pœnam legis, vel canonis, tunc iu-
dex sæcularis est competens, & non ecclesiasticus,
*authentic. sed hodie, C. ad L. Iul. de adulteriis, au-*
*thentic. nulli iudici. §. si quando vero.* Et quando
punitio & accusatio est inter laicos, ut *in l. 80. Tau-*
12 *ri*, ubi † solus maritus potest accusare uxorem
adulteram; quod huius cognitio ad solum iudi-
cem laicum spectet, tradit Innocentius, *in dict.*
13 *cap. tua, de procuratoribus.* Quia † iudex eccle-
siasticus non debet sententiam sanguinis, profer-
re, *cap. sententiam sanguinis, ne clerici, vel mona-*
*chi.* Et sic iudex sæcularis debet illud delictum
punire, ut *in cap. si quis 23. q. 4. & in c. Rex debet,*
*23. quæst. 5.*

14 In † casu verò, quòd adulterium sit commissũ
à clerico, non solum iudex ecclesiasticus potest
procedere ratione peccati contra illum ex dispo-
15 sitione textus, † *in c. 14. session. 25. de reformatio-*
*ne*, sed etiam contra mulierem coniugatam, ar-
16 gument. text. *in c. quædam, distinction. 8.* ubi † E-
piscopus punit etiam mulierem sæcularem, se
miscentem cum clerico, sed text. ille procedit in
simplici fornicatione, contra mulierem solutam.
17 Si † verò fuerit mulier coniugata, prudentius, &
maturo consilio agendum est servata ad unguem
forma tradita † in sacrosancto Concilio Tridenti- 18
no, *cap. 8. sess. 24.* ibi: * *Mulieres sivè coniugatæ, sivè*
*solutæ, quæ cum adulteris, seu concubinariis publi-*
*ce vivunt, si ter monitæ non paruerint, ab ordinariis*
*locorum nullo etiam requirente, ex officio graviter*
*pro modo culpæ puniantur.* * Et sic culpa videnda 19
est per processum causatum, & non per relationẽ
verbalem, fortassis inimicorum, vel amicorum: ad
cuius instantiam iudex non debet movere ani-
mum suum, propter maximum periculum mor-
tis, (prout iam audivi de facto contigisse.) Et si iu-
dices ecclesiastici, vel sæculares haberent præ o-
culis dispositionem, text. *in cap. 1. session. 13. de re-*
*formatione*, non incautè procederent contra mu-
lieres coniugatas, neque servandò † legem Re- 20
gni, *2. tit. 19. lib. 8. recopilationis*, ibi: * *Pero decla-*
*ramos, que ninguna muger casada pueda dezirse*
*manceba de clerigo, frayle, ni casado, salve siendo*
*soltera, y tenida pro el clerigo por manceba publica.*
*Y que la tal muger casada no pueda ser demandada*
*en juyzio, ni fuera del, salvo, si su marido la quisiere*
*acusar.* * Quod malè observatur his temporibus:
quia de facto iudices ex quacunque relatione
contra eas procedunt. & † aliquando eas vidi 21
incarceratas, dum maritus absens erat, qui postea
viso processu uxorem occidit. Quod est dolendũ,
cum minus malum sit, quod ipsa permaneat in
suo peccato, cum possit sperari pœnitentia, & do-
lor peccatorum, quàm quod persona infametur,
& eius anima condemnetur. Et † ad obvianda hæc 22
mala, prudentissimè in Concilio Tridentino, *c. 1.*
*sess. 13. de reformatione*, (ubi agitur de correctione
subditorum,) referuntur hæc aurea verba: * *Illud*
*primum eos admonendos censet, ut se pastores non*
*percussores esse meminerint; atque ita præesse sibi*
*subditis oportere, ut non in eis dominentur, sed illos,*
*tanquam filios & fratres, diligant, elaborentque,*
*ut hortando & admonendo ab illicitis deterreant;*
*ne, ubi deliquerint, debitis eos pœnis coercere cogan-*
*tur. Quos tamen, si quid per humanam fragilitatẽ*
*peccare contigerit, illa Apostoli est ab eis servanda*
*præceptio, ut illos arguãt, obsecrent, increpent, in o-*
*mni bonitate & patientia, cum sæpe plus erga cor-*
*rigendos agat benevolentia, quàm austeritas: plus*
*exhortatio, quàm comminatio, plus charitas, quàm*
*potestas. Si autem ob delicti gravitatem virga, opus*
*fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum miseri-*
*cordia iudicium, cum lenitate severitas adhibenda*
*est: ut sine asperitate, disciplinam populos salutaris*
*ac necessaria, conservetur.* * Quæ verba pulchra &
notabilia sunt, & semper animo iudicis debent es-
se affixa, ut de verbis *legis perspiciendum, D. de pæ-*
*nis*, dixit Baldus, *ibi*: Et † sunt alia pulchra verba, 23
*in cap. disciplina, 45. distinction.* ibi: * *Miscenda*
*est ergo lenitas cum severitate, faciendumq; quod-*
*dam ex utroque temporamentum, ut neque multa*
*asperitate exulcerentur subditi neque nimia beni-*
*gnitate solvantur: sit itaque amor, sed non molliens:*
*sit rigor, sed non exasperans: sit zelus, sed non immo-*
*deratè sæviens: sit pietas, sed non plusquam oporteat*
*parcens.* * Et est decisio Rotæ *divers. 254. in 2. p.*
quam exornat, Aloisi. *col. 684.*

*Auto*

*Auto acordado, sobre que no se lleven las causas pro via de fuerca, contra legos, usureros, y amancebados.*

DON Felipe por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Ierusale, de Navarra, de Granada, de Toledo, de Valentia, de Galicia, de Mallorcas, de Sevilla, de Cerdenna, de Cordova, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, Duque de Milan, Conde de Flandes, y de Tirol, &c. A todos los Corregidores, Assistentes, y Governadores, Alcaldes mayores, y ordinarios, y otros Iuezes, y Iusticias qualesquier de todas las ciudades, villas, y lugares de los nuestros Reynos, y sennorios, y a cada uno, è qualquier de vos, en vestros lugares, y iurisdiciones, a quien esta nostra carta fuere mostrada, salud, y gracia. Sepades, que Nos somos informado, que à causa de no averse castigado con el rigor que conviene, los pecados publicos, especial mente los amancebados, que en ofensa de Dios, no solamente estàn en pecado, è mal estado; pero dan mal exemplo a los demas, que Dios nuestro Sennor es desservido; de lo qual se siguen otros muchos inconvenientes: è porque a Nos conviene remediarlo, en quanto fuere possible, para que los delitos, y pecados publicos sean extirpados de la Republica, lo qual se harà, teniendose mucho cuydado en castigar à los que cometieren, y estuvieren en el dicho mal estado, en ofensa de Dios, y danno de sus conciencias, è detrimento del estado publico, è de la buena reformacion, yendo contra las leyes divinas, è humanas, y en menesprecio dellas, procurando obiarlo, y dar orden en quanto a Nos fuere possible, para que los tales sean castigados por todas las vias, y maneras establecidas, è ordenadas pos los sacros Canones, y leyes, è prematicas destos nuestros Reynos, è por los sanctos Concilios; è ultimamente por el S. Concilio de Trento. E aviendose visto, tratado, e platicado en el nostro Conseio, por diversas vezes e con Nos consultado, fue acordado, que deviamos mandar dar esta dicha nostra carta para vos, en la dicha razon. E Nos tuvimoslo por bien; por la qual vos mandamos a todos, è a cada uno de vos en vestra iurisdicion, que tengays especial cuydado de inquirir, è saber quien, è quales personas viven publicamente mal, y estan amancebados, y son usureros, è logreros, è tienen otros trados ilicitos en ofensa de Dios N.S. y nostra, è procedays contra ellos por todo rigor de derecho, segun y comolo dispone n las leyes de nuestros Reynos.

Y otrosi os mandamos, que procediendo los iuezes ecclesiasticos contra las tales personas conforme al santo Concilio de Trento, è derecho canonico, no les impidays el conocimiento de las dichas causas, por dezir, que son legos, antes pidiendolo, les impartays nuestro auxilio, è deys favor è ayuda, conforme al santo Concilio de Trento, y derecho comun, y leyes destos nuestros Reynos, porquanto ansi conviene al servicio de Dios nuestro Sennor, è nuestro, è al bien, è utilidad de nuestros Reynos, è subditos, y naturales dellos; porque aviendo mas personas que procedan a castigar los dichos, se conseguirà el intento que tenemos, de que Dios nuestro Sennor no sea ofendido, y que de nuestros Reynos, y sennorios, se extirpe y quite el mal exemplo que de no castigar se los stichos delinquentes se sigue; y no fagades en de al, so pena de la nuestra merced, y de diez mil, monstras, para la nostra Camara, so la qual dicha pena mandamos a qualquier nostro escrivano, os notifique esta nostra carta, è dè testimonio dello, porque nos sepamos comose cumple nostro mandado. Dada en Madrid a veynte y un dias del mes de Mayo, de mil y quinientos y setenta y nueve annos. Antonius Episcopus. El Licenciado Fuenmayor. El Doctor Francisco de Avedillo. El Doctor Aguilera. El Licenciado Luys Tollo Maldonado. Yo Iuan Gallo de Andrada, escrivano de Camara de su Magestad la fize escrivir por su mandado, con acuerdo de los del su Conseio. Registrada. Iuan de Eloyrigui. Por Chanciller. Iuan de Eloyrigui.

SUMMARIUM.

1 *Poena incestus de iure Regio.*
2 Lex, 7. tit. 21. lib. 8. recop. *declaratur.*
3 *Incestus crimen est mixti fori, quia etiam puniatur per leges Regias.*
4 Authent, de incestuosis nuptiis *declaratur.*
5 *Fornicationis crimen, est inductum de iure canonico.*
6 *Mulier quae coit cum sacerdote, efficitur de foro ecclesiae; propter illicitum coitum.*
7 *Crimen incestus dicitur ecclesiasticum, secundum* Baldum, *contra quem tenet autor.*
8 *Contraria opinio refertur pro iudice laico.*
9 *Crimen Incestus utroq; iure, civili & canonico, est prohibitum.*
10 Lex, 4. tit. 2. p. 4. *declaratur.*
11 *Resolutio quaestionis traditur.*

## QVÆSTIO LXXXIX.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici saeculari, ut se abstineat à cognitione criminis incestus.*

INcestus † de iure nostro Regio graviter punitur, ut est dispositum, † *in l. 7. titul. 21. libr. 8. recopilationis*, ibi: * *Gran crimen es el incesto, el qual se comete con parienta, hasta el quarto grado, o con madre, o con cunada, o con muger religiosa professa, y esto mismo es con muger que comete maldad con hombre de otra ley: y este crimen de incesto, es en alguna manera heregia: qualquier que lo cometiere, allende de las otras penas en derecho establecidas, pierda la mitad de sus bien para nuestra Camara.* * Necessarium † enim est, ut crimen incestus sit mixti fori, ut puniatur per leges civiles. Ita Bossius, *titulo de coitu damnato, numer.* 17. & tradit Cacheranus, *decision.* 103. & † sic dispo-

4 & † sic dispositio *auth. de incestu nuptiis*, habet locum, quando nuptiæ sunt incestæ de iure canonico, & non de iure canonico, secundũ magis cõmunem opinionem, quam tradit Iulius Clarus, *§. incestus, versicul. quaero numquid*. Federicus de Senis, *consi.167.* qui loquitur de muliere, quæ fornicata est cum presbytero, dicens quod hoc crimen debet puniri per ecclesiasticum, & non per
5 sæcularem, tum † quia crimen fornicationis est inductum de iure canonico, *c. nemo, 32. quæst. 4.*
6 tum † quia propter illicitũ coitum cum sacerdote, effecta est mulier de foro ecclesiastico, *c. quidam clerici, 81. distinct.* gloss. *in c. eos distinct. 32.* sed verius existimo, quod illa cognitio procedit ratione peccati: ut diximus de teste, qui coram iudice laico falsum dixit.

7 Et † in quæstione proposita, pro iudice ecclesiastico, quod non faciat vim, est opinio Baldi, *in l. consulta, numer. 3. C. de testamentis*, ubi dicit, quod hoc crimen est ecclesiasticum, & ideo Episcopus potest inhibere iudici laico sub pœna excommunicationis, ut nõ se intromittat in cognitione dictæ causæ, & sequitur Aufrerius *de potestate sæculari, in ecclesiastic. nu. 6. in fin.*

8 Sed † pro iudice laico est communis & recepta sententia: quia hoc crimen est mixti fori, ut tenent Iohannes Andreas, & Afflictis *in titul. quæ sint Regalia, versiculo, bona contrahentium incestas nuptias.* Et sequitur Mascardus *in tractatu. de Iudæis. 2. p. c. 9. n. 8.* & Bermond. *de publicis*
9 *concubinariis, rub. de incestu. 34. & 35.* Et † ratio est, quia hoc crimen utroque iure est prohibitum, ut tradit Bald. *in auth. clericus, numero, 10. C. de Episcop. & cleric.* Bart. *in tracta. de differen. inter ius civile, & canonicum, num. 83.* & secundũ hanc distinctionem potest intelligi prima opinio.
10 Et † de iure partitarum est etiam iure nostro incestus punitus, ut *in l. 14. tit. 1. part. 4.* ubi Gre-
11 gor. Et † sic, cum hoc crimen de iure nostro Regni sit punitum, sequitur iudicem ecclesiasticum vim facere, procedendo per censuras contra iudicem laicum, ut se abstineat a cognitione causæ: cũ quilibet possit punire delinquentem.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegium est, cognoscere monialem.*
2 *Iudex laicus punit sacrilegium cum moniali, commissum à laico.*
3 *Cognoscens monialem, committit sacrilegium, & adulterium, & incestum, & stuprum.*
4 *Præventioni locus est, in crimine incestus à laico cum moniali commisso.*
5 *Resolutio quæstionis proponitur.*
6 *Pœna contra clericum, vel laicum, cognoscentem monialem.*
7 *Laici puniuntur pœna mortis, & dimidietatis bonorum, de iure communi & regio.*

## QVÆSTIO. XC.

*Verum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo contra iudicem laicum, ut non procedat contra raptores Monialium.*

1 Sacrilegium † est, monialem carnaliter co-
2 gnoscere: & † ideo, si laicus fornicatus est cum moniali, sacrilegium cõmittit, & potest iudex laicus delictum punire, ita docet, glossa. *in cap. Virginibus, 27. quæstio. 1.* & † non solum talis 3
reus committit sacrilegium, sed incestum, & adulterium, ut tradit Albericus *in l. si quis non dicam rapere, n. 2. C. de Episcop. & clericis*, Decius, *consi. 338. n. 1.* Abb. *in c. Monasterium, de vita & honestate clericorum*, Marsilius: *in repetitione legis unicæ, numer. 37. C. de raptu virginum.* Et ita est decisum per Cacheranum, *decision. 103.* ubi alios refert, & satisfacit contrariis argumentis. Et ob hanc causam dicit Marian. Socinus *in cap. cum sit generale numer. 47. de foro competenti.* Quod † si laicus cognoscat monialem erit locus præ- 4
ventioni respectu laici, & sequitur Felinus, *ibi, num. 12.* Aufrerius, *de potestate sæculari super ecclesiasticas personas, versic. sexto fallit.* Bossius *in tit. de coitu damnato & punibili, numer. 13. & 79.* Et † sic iudex ecclesiasticus faciet vim, si inhi- 5
beat per censuras iudici sæculari, ut non cognoscat ad punitionem talis delicti, quod diversimode punitur de iure civili & canonico. Quia † cle- 6
ricus de iure canonico cognoscens monialem, cuiuscunque fuerit gradus & ordinis deponitur ab ordine sacro, & officiis ac beneficiis privatur, & detruditur in monasterium, ad agendam, perpetuam pœnitentiam, ut tradit, Decius *in tractatu. crimin. c. 20. n. 6.* ubi dicit communem. Et moniales à monasterio excluduntur, *cap. impudicas 27. q. 1. cap. virginibus, eadem causa, & quæstio*, laici verò in foro ecclesiastico excõmunicantur, & nunquam absolventur nisi iustam pœnitentiam egerint, ut docet Archidiaconus *in dict. c. impudicas, & in c. virginibus, & in cap. pervenit. 27. q. 1.* De † iure verò civili pœna mortis reus 7
damnatur *l. si quis non dicam rapere, C. de sacrosanct. ecclesiis.* Decianus, *supra, capit. 20. numer. 6.* Quia, cum in hoc crimine comprehendatur adulterium, sacrilegium, stuprum, incestus, & pro singulis tribus imponatur pœna mortis, *l. si adulterium cum incesto, D.* ad L. Iul. *de adulter. l. quamvis, §. fin. C. eodem titul.* multò magis quando concurrunt tot crimina, Afflictis, *decis. 276.* Quod procedit, etiamsi monialis non fuerit virgo, ut *in cap. siquis rapuerit, c. si quis Episcopus, c. si qua monachorum, 27. quæstion 1.* & istæ pœnæ sunt auctæ de iure nostro Regio ad dimidietatem bonorum rei criminis, ut cavetur *in l. 7. tit. 21. libr. 8. recopilationis*, de qua mentionem fecimus, *in quæstione præcedenti in principio* ubi retulimus eius literam.

SVMMARIVM.

1 *Casus de facto refertur.*
2 *Inhibitio est nulla, si lis non pendet coram iudice.*
3 *Verba Commissionis & inhibitionis referuntur.*
4 Cap. 20 sess. 24. Concil. Tridentini *declaratur.*
5 *Possessio obtenta ante inhibitionem non impeditur per eam: quia est, actus consecutivus.*
6 *Possessionem continuans post inhibitionem nõ dicitur attentare.*
7 *Casus de facto in quadam Capellania & quid iudicatum fuit & nu. fin.*

8 *Inhibitio non comprehendit existentes in possessione.*
9 *Appellatione prohibita quoad effectum suspensivum non ligat inhibitio.*
10 *Inhibitio non est valida, sine causa cognitione.*
11 *Canonica inhibitio datur cũ causæ cognitione.*
12 *Inhibitio canonica datur parte citata.*
13 *Inhibitio non est timenda, neque excommunicatio in ea contenta, quando non fuit canonicè prolata.*
14 *Inhibitio non canonica, non inducit actus nullitatem neq; attentata, etiam sine appellatione.*
15 *Consilium Archiepiscopi Toletani, ad informationem auctoris, mutavit primam sententiam iam latam in casu inhibitionis.*
16 *Iudiciũ sapientũ est mutare consilium, si eã mutatione Parti offensæ damnum reparare possit.*
17 *Appellans intra terminum præfixum si appellationem non sit prosecutus, potest iudex ad executionem procedere, sine metu attentatorum.*

## QVÆSTIO XCI.

*Vtrum iudex Apostolicus faciat vim, inhibendo iudici ecclesiastico, non viso processu, & sine partis citatione.*

1 Vidi † de facto his diebus dubitatum, an inhibitio Rotæ sit obtemperanda ab ordinario, quando sine citatione partis quæ est in possessione beneficii, vel capellaniæ fuit lata, & sine compulsatione processus. Et pro dict. inhibitoria facit *allegatio* Lapi, *cap. 60.* ubi additionator: In tantum, quod dicitur attentare, qui post inhibitionem à Rota obtentam, recurrit ad Regium consilium, pro manutentione possessionis ut tradit Mandosius, *de inhibitionibus q. 21.* & novissimè Prosperus Farinacius *decisione 72. numero fin. centuria 295. numero 1.* Et tenet Stephanus Gratianus, *libr. 2. disce pt. forens. cap. 383. à nu. 2.* ubi dicit quod inhibitio habet effectum devolutivũ, & suspensivum, & quod iudex de partibus non debet iudicare super iustitia inhibitionis.

2 Sed pro contraria opinione, quod † inhibitio sit nulla, dum lis non pendet coram iudice, tradit Federicus de Senis, *conf. 300.* Ias. *in l. necqui quam numero 30. de officio pro Consulis.* Alex. *conf. 9. volumin. 2. numer. 4.* Et hanc dicit esse cõmunem opinionem, Ruinus; *consilio 61. numero, 28. volum. 5.* Et sic servari de stylo Curiæ tradit Ferretus, *conf. 118. num. 2.* & plures refert, Mandosius, *supra. quæstio. 18. per totam*, ubi dicit, esse nullam inhibitionem, parte non citata, & maximè sine processu: Quia in commissionibus dici-
3 tur. † * *Et quia lite coram nobis, sic pendente, nõ debet in causa procedi vel per aliquem innovari, vel attentari.* * Et sic supponitur, quod lis pendet coram iudice, ut decerni possit inhibitoria. Ne-
4 que † decretum Concilii Tridentini, *cap. 20. sess. 24.* contrarium probat, ubi dicit, quod non dentur inhibitiones nisi à definitiva, vel à definitivæ vim habente; quia supponitur ibi, quod pars fuit citata & processus compulsatus ad superiorem, & si processus non sit compulsatus, inhibitio est nulla, ut fuit decisum in Rota, 20, apud Farinacium, & Ioannem Aloisi, *collectanea 1012.* ubi sic intelliget, *capit. 20. §. præterea, session. 24.* Concilii Tridentini quia per simplicem relationem, vel querelam partis non est obediendum nec obtéperandum inhibitioni, maximè † si pars altera sit in sua possessione post sententiam, ante dictã inhibitionem, quia † possessionem continuans post inhibitionem, non dicitur attentare, *capit. cum teneamur, de appellationibus.* Etiamsi contra possidentem sententia lata fuit, à qua est appellatum ut tradit Albericus, *in l. 1. in principio, D. nihil innovari appellatione pendente.* Ioannes Andreas *in capit. non solum de appellationibus. lib. 6.* Iafredus Balbus decisione. 447. Et ita dicit fuisse resolutum in Rota 16. *Iunij anno* 1570. prout refert, Quintilianus Mandosius *de inhibitionibus, quæstion. 23. numero. 4.* ubi *numer. 13.* refert plures decisiones Rotæ actus possessorios, factos in continuationem possessionis præcedentis, per inhibitionem non esse alteratos: quia aliud esset innovare, & aliud continuare: quod ultimum, non impeditur per inhibitionem, ut resolvit Rota, *tit. de appellat. decis. 10 alias 89.* & sequitur Natta, *cons. 606. n. 12.* & plures refert, Sigis. Scacc. *de appell. quæstion. 3. numer. 75.* ubi refert aliqua exempla.

Ex † quia resolutione defendebam, coram dominis de consilio Archiepiscopi Toletani, non esse parendum inhibitioni Rotæ, contra capellanum D. *Ioannem de Scobar*, ad petitionẽ D. *Didaci de Villanoua & Salazar* patroni capellaniæ fundatæ in oppido Matriti, per Capitaneum Illefonsum de Villanoua: quia inhibitio fuit data sine compulsatione processus, & contra capellanũ, qui erat in possessione capellaniæ ante inhibitionem, & dicebat missas fundationis: quia † talis inhibitio de iure non comprehendit existentes in possessione, quæ potest continuari post latam inhibitionem, *ut in capit. 1. ut lite pendente*, Decius *consilio 103.* Parisius, *consilio 39.* Nevizanus, *consilio, 82.* Maxime quia suffragia animæ non sunt retardanda, sicut neque corpori alimenta, etiam data inhibitione, ut tradit Mandosius, *de inhibitionibus, quæstion. 110* Quia † cum appellatio sit prohibita, quo ad effectum suspensivum, ut *in l. fin. D. de appellationibus recipiendis*, inhibitio nihil operatur, quo ad eundem effectum. Idem in causa pensionis dicendum est, & in casibus in quibus sententia exequitur appellatione remota: prout in sententiis capellaniarum in hoc consilio, ut retulimus *libro 4. comm. q. 1. à nu. 816.*

Sed his non obstantibus, contrariũ fuit iudicatum, & inhibitioni fuit paritũ, timore censurarũ: quæ profecto nõ ligabat in hoc casu, maximè interposita appellatione ab inhibitoria, quod fieri potest ut tradit Mandosius *supra quæst. 76.* Etsi processus remitteretur per viam violentiæ, capellanus esset manutenendus in sua possessione: quia est vis notoria, tam respectu Rotæ, quæ dedit inhibitionem quam respectu iudicis qui ei obtemperavit: quia †. inhibitio non est

valida

valida sine causæ cognitione ut *in capit. non solũ,*
*in fin. versiculo, Canonica, de appellationibus, libro*
*6. & in cap. Romana, §. si vero, eod. ti. l. 2.* & *lex*
*iudex, & lex, fin. C. comminat, vel epistolas & au-*
*thentic. In medio litis non fieri sacras iussiones,* Ca-
11 nonica † verò inhibitio est, quæ fit cum cogni-
12 tione causæ, viso processu, & † parte citata, ut
dicit communem Covarruvias, *pp. quæst. cap. 24.*
*n. 3.* Rota, *decision. 58. num. 2. de appellationibus in*
*novis, & in antiquis, decis. 75.* Maranta, *4. parte.*
*distinctio. 1. nu. 53.* Felinus, *in c. dilectus, n. 14. de*
*rescriptis.* Cacheranus, *decision. 5. nũ. 7.* Rolandus,
*cons. 77. nume. 24. volumin. 2.* Ruinus, *cons. 71. nu.*
*28. volumin. 5.* Socinus Iunior, *cons. 47. vol. 4.* Paul.
Parisius, *consil. 108. volumin. 1.* Riminaldus Iunior
*cons. 149. nu. 4.* Lancellotus. *de attentatis, cap. 20.*
*de attentatis post inhibitionem,* Rodulphus, *in tra-*
*ctatu de usuris, quæstion. 131.* Et † quando inhi-
13 bitio non est canonica, non est timenda excom-
municationis pœna, ut tradit Baldus, *in l. consul-*
*ta diualia. nume. 1. C. de testamentis,* ubi Salicetus
*nume. 3.* & Borguin. *decision. 9. numer. 4.* quem
refert, & sequitur, Marta, *de iurisdictione, 2. par-*
14 *te. cap. 42. numer. 12. & 3. par. c. 7.* Quæ † sen-
tentia in tantum verà est, quia inhibitio non ca-
nonicè facta, non inducit nullitatem actus in cõ-
trarium facti, & sic non causat attentata, etiamsi
ab huiusmodi inhibitione non fuerit appellatũ,
ut docet, Abb. *in cap. cum venissent, num. 4. de re-*
*stitutione in integrum.* Decius, *consil. 460. num.*
*2.* Parisius, *consil. 108. num. 11. volum. 1.* Roland. *in*
*d. cons. 77, numer. 26.* & sic, cùm in nostro casu
constet de nullitate inhibitionis, quia fuit lata si-
nè processu, tanquam non canonice facta, non
est obtemperanda, ut docet Rota, *titulo de ap-*
*pellationibus in antiquis, in decisione, 75.* Bellamie-
ra, *decisione, 139.* Vestrius, *in practica Curiæ Ro-*
*manæ, lib. 8. c. 4. num. 16.* Boerius, *decisio 61. num. 4.*
& confirmatur ista opinio, quia quando termi-
nus fuit designatus ad prosequendam appellatiõ-
nem, eo elapso, non dicitur iudex attentare, ità
fuit decisum in Rota, apud Seraphinum, *vol. 1. de-*
*cis. 335.*
15 Et † cum processus huius causæ iterum ad di-
ctum consilium Domini Archiepiscopi fuisset
remissus, ad instantiam patroni contra capellanũ,
super solutione elemosynæ missarum, adhuc
insistebamus, inhibitionem esse nullam, & con-
silium non esse impeditum ad solutionem missa-
rum procedere; quia est actus consecutiuus pos-
sessionis capellani, & pluries institi, quod maturo
consilio, & cum librorum revolutione causa ter-
minaretur, & aliqua ex his misimus ad dictos iu-
dices; qui his omnibus consideratis, miserunt e-
pistolam ad visitatorem generalē huius Archie-
piscopatus, qui residet in Mantua Carpentana,
ut capellanus dicat Missas, & quod solverentur
illi decursæ præteritæ, & futuræ solutiones. Quia
16 † sapientis iudicis est, mutare consilium, maxi-
mè quando agitur de reparatione damni partis
17 offensæ, ut in hoc casu: In † quo appellans in-
tra terminum præfixum, illam non est prose-
cutus, & sic iudex à quo potest procedere ad exe-
cutionem, & executio non dicitur attentata. Ita
Lancellotus, *de attentat. 2. part. cap. 12. limita.*
*14. nu. 5.* Seraphinus, *in dict. decis. Rotæ, 1335. in 2.*
*parte,* qui loquitur in casu alterius capellaniæ.

SVMMARIVM.

1 *Falsitatis crimen gravißimum est.*
2 Lex, *6. tit. 7. par. tit. 7. declaratur.*
3 *Falsitas circa substantiam actus punitur.*
4 *Falsitas commissa in literis apostolicis, licet in re minima, punitur.*
5 *Falsitas duobus modis committitur, fabricatione, vel utendo instrumento falso.*
6 *Falsi pœna quæ sit in utroq; iure.*
7 *Mitius punitur qui utitur instrumento falso, quam qui fabricavit.*
9. Capitulum ad falsariorum, de crimine falsi, *& eius pœna, an sit in usu recepta.*

QVÆSTIO XCII.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, qui inhibet iudici sæculari, ut non procedat contra laicum, qui falsitatem commisit in literis apostolicis.*

GRave †. crimen est falsitatem committere 1
& gravissimum & atrocissimum, si in lite-
ris apostolicis hoc fiat; & sic ab utroque iudice
tam ecclesiastico quam sæculari potest puniri,
quando laicus falsitatem cõmisit, ut probat, tex.
*in capit. ad falsariorum. de crimine falsi. capit. in*
*memoriã, distinction. 19.* & de iure regio est etiã
hoc crimen punitum, ut † *in l. 6. tit. 7.* ibi: * *Pe-* 2
*ro qualquiera que falseare carta, o privilegio, o*
*Bulla, o moneda, o sella de Papa, o de Rey, o lo fiziere falsear a otri, deue morir por ello.* * Et quod de-
lictum hoc sit mixti fori, tradunt doctores, *in ca.*
*cum sit generale de foro competenti,* ubi Antonius
de Butrio, *num. 18.* Abb. *24.* Ancharranus *num.*
*11.* Socinus, *numer. 24.* Et si, committens falsita-
tem fuerit laicus, punitur secundùm leges Regni
& secundum gravitatem delicti per iudicem sæ-
cularem; & in foro ecclesiastico, per censuram
de qua *in dicto, capit. ad falsariorum,* qui etiam
loquitur contra laicos, qui ratione delicti efficiũ-
tur, de foro ecclesiæ, cùm delinquant in ecclesiã,
*authentica, item nulla communitas, C. de Episco-*
*pis, & Clericis,* & docet Oldradus, *cons. 86. versi-*
*cul. in contrarium.* Et † licet falsitas punibilis nõ 3
soleat committi, circa ea, quæ non sunt de sub-
stantia actus, ut tradit, Iulius Clarus, *receptarum*
*sententiarũ §. falsum. versi. excusatur.* Socinus, *cons.*
*130. vol. 1.* Alexã. *cons. 145. vol. 6. per legẽ damus, C.*
*ad L. Cornel. de falsis* tamen † hoc non proce- 4
dit in literis Apostolicis, in quibus neque in ma-
gno, neque in modico, debet aliquis manum ap-
ponere etiam mutando literam, neque unum
punctum iniungendo. Advertendum † tamen 5
est, dupplici modo committi falsitatem in literis
Apostolicis. Primo, faciendo & fabricando falsi-
tatem Secundo, utendo instrumento falso, cum
scientia & notitia certa falsitatis.
In † primo casu imponitur pœna mortis; se- 6
cundum legem partitæ: & secundum leges di-

## QVÆSTIO XCIII.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo ad capturam contra laicos, sine invocatione brachij secularis, in casibus, in quibus contra illos potest procedere.*

ANceps apud omnes scribentes reputatur præsens quæstio, adeo, ut multi gravissimi scriptores pluribus difficultatibus deterriti, nihil in ea resolverint: alii verò confuso sermone loquuti sunt, ut ex infra dicendis facilè apparebit. Et pro faciliori expeditione, & determinatione præsentis quæstionis & disputationis, pro parte affirmativa, animadvertendum est, Episcopos † 1
habere territorium, ut constat ex verbis Concilii Aurelianensis, *in cap. omnes Basilicæ, 16. quæst. 7.* ubi dicitur quòd † omnes Basilicæ sunt in po- 2
testate Episcopi, in cuius territorio sunt positæ. Probat etiam tex. *in cap. fin. de constitutionibus, libro, 6.* ubi Bonifacius, 8. dicit, quòd † statu- 3
tum Episcopi contra fures, non habet locum contra committentes furtum extra eius diœcesin & reddit tex. rationem, quia † extra territorium 4
ius dicenti, non paretur impunè, & sic benè sequitur, quod Episcopus habet territorium, ubi notat Geminianus, *notab. ultimo*; quia † omnis iu- 5
risdictio ordinaria requirit territorium, cui cohæreat, & sine illo non potest subsistere, sicut qualitas sine subiecto. Ita Baldus *in l. si quis ex consensu, numer. 9. C. de Episcop. Audientia.* Et dicit communem opinionem, Boerius, *decis. 227.* Decius *cons. 649. text. est,* pro hac sententia; *in l. fin. C. ubi & apud quem:* quia ut dicit, Baldus, *in rubric. quæ sint Regalia,* quod † territorium est spatiũ 6
terræ, munitum iurisdictione; quod patet evidenter; quia; † diœcesis idem significat in effe- 7
ctu, quo ad iurisdictionem ecclesiasticam: quod territorium, quo ad iurisdictionem temporalẽ, ita docet, Ioannes Andreas, & Doctores *in, cap. cum Episcopus, de officio ordin. libr. 6.* Sed † qui 8
habet territorium, habet potestatem puniendi & incarcerandi suos subditos, ut tradit Oldradus *consilio 176.* & probat text. *in cap. Romana, §. contrahentes, de foro competenti, libro 6.* Albericus, *in suo dictionario, verbo, diœcesis,* ubi dicit, † quòd 9
diœcesis significat locum spiritualem, sicuti territorium, locum temporalem. Ex qua conclusione deducitur, quòd † cum Episcopus in laicos 10
habeat generalem iurisdictionem, super quolibet notorio crimine mixti fori, sequitur, quod nõ solum habet interdictionem, suspensionem, excommunicationem, depositionem, sed etiam carcerationem, verberationem, fustigationem, relegationem, & exilium in laicos, ut optimè docet, Anastasius, Germonius *in parati. tit. de pœnis n. 6.* qui alias illusoria esset iurisdictio quia † 11
cum in causis mixti fori, concedamus habere iu-

risdictionem, fateri quoque necessarium erit, ea omnia videri concessa, sine quibus iurisdictio exerceri non possit, *l. fin. §. fin. D. de officio eius cui mandata est iurisdictio, l. 2. D. de iurisdictione omnium iudic.* Et † cum sit iudex ordinarius in
12 illis delictis, ad eum spectat executio, cùm habeat etiam cognitionem. *l. cum quadam puella, D, de iurisdict. omn. iud. cap. quoad consultationem, de re iudic. l. à divo Pio, §. sententiam Romæ,* ubi Doctores, *D. de re iudicata.* Et licèt habeat ius excommunicandi, & promulgandi censuras
13 adversus reos contumaces, cùm † alia remedia subsistant, ad censuras non est recurrendum, *cap. cum non ab homine, de iudiciis*, ubi Doctores, *& in capit. 1. de sententia excommunicationis*, & tradit Baldus, *in cap. 1. de officio delegati, num. 48.* & Decius, *ibi, num. 14.* & latissimè post hæc scripta, Marta, *de iurisdictione, 1. parte, cap 50. nu. 8. & 2. part. cap. 29. nume. 5.* Quam sententiam cõ-
14 firmat hodiè † sacrum Concilium Tridentinũ, *cap. 3. ses. 25. de reformatione*, ibi: * *In causis verò criminalibus, ubi executio realis, vel personalis, fieri poterit, erit à censuris abstinendum; sed si dictæ executioni locus esse non possit, licebit iudici hoc spirituali gladio in delinquentes uti.* * Et sic, cum sententia excommunicationis sit remedium extra ordinarium, consequens est iudicem ecclesiasticum, posse ad Capturam personæ procedere;
15 quia † iudicium est unus actus integer, qui constat ex cognitione, definitione, & executio-
16 ne, & † sic executio sententiæ est pars iudicii, ut docet Innocentius *in dict. cap. significasti, de officio delegat.* & sic Maranta, *de ordine iu, 6. part.* quando loquitur de executione, illam appellat tertiam partem iudicii, & idem statuitur de potestate exequendi, quod de potestate cognoscendi, & definiendi, *cap. præterea*, ubi Doctores, *de officio deleg.* Quia aliàs sequeretur absurdum, quod una eademque res diverso iure censeretur, *contra l. eum qui ædes, D. de usucapionibus.* Quam opinionem tenet Anastasius Germonius *lib. 2. de sacrorum immunitatibus cap* 13. contra Cuiaciũ; *in parat. C. de Episcopali audientia*, & Bodinum, *libr. 3. histor. capit. 5.* Duarenum, *libr. 1. cap. 4. de Sacros. ecclesiis.* Et sic hanc opinionem affirmati-
17 vam. quòd † in omnibus casibus criminalibus, ad forum ecclesiasticum pertinentibus possit iudex ecclesiasticus, laicum incarcerare propria authoritate, sine aliqua brachii sæcularis invo-
18 catione: probat † text. ( qui loquitur in crimine hæresis ) *in Clementina, 1. de hæreticis.* Secundò, facit tex. qui loquitur in crimine sacrilegii, *in capit. contra idolorum*, ubi, glossa, *26. quæstio. 1.* ubi tex. loquitur de carceratione laicorum facta per Episcopum, tex. etiam. *in, cap. attendendum, 17. quæst. 4.* qui tex. indefinitè & generalitèr est intelligendus contra clericos, & laicos. Tertio, facit pro hac opinione, tex. *in, cap. 2. de adulteriis*, ubi Episcopus, pro crimine stupri potest laicum in carcerem detrudere. Quartò, pro hac sententia facit tex. *in cap. Frater itatu. 34. distinctione*, ubi Pontifex mandat Episcopo Florentino, ut tradat in monasterium pro carcere quandam ancillã concubinam, & sic glos. *in, cap.* *eos, 25. distinction. verbo, indulgemus*, ubi Archidiaconus, & Dominicus tenent, quod concubina clerici debet puniri per Episcopum, & in carcerem detrudi. Rursus facit, tex. pro hac sententia, *in, cap. statuimus, 17. quæstion. 4. cap. Archiepiscopatu, de raptoribus, cap. fraternitatis, 11. q. 2. cap. 1. de officio ordin.* ubi datur Episcopo facultas inquirendi adulteria, & scelera; & iudicandi, & ulciscendi; & sic necessaria est captura, vel in persona laici, vel in propriis rebus.

Rursus, comprobatur hæc opinio ex tex. *in c. Episcopi, 26. q. 5.* ubi concilium Anquirense mandat Episcopis, & eorum ministris, ut si viros, vel mulieres, sortilegas, vel magicas, inveniant turpiter dehonestatas, de parochiis suis eiciant, quod intelligitur præfustigationem, & carcerationem ut declarat, Follerius, *in pract. in, 2. part. iudiciali, n. 54.* Quæ opinio confirmatur ex ea ratione; quia † casus specialis firmat regulam in 19
contrarium, *l. quod vero contra, D. de legibus, l. in singulare, D. eodem.* Sed † iure speciali est statu- 20
tum, ut cleri sententias sanguinis non ferant, nec exequantur, *cap, sententiam, ne clerici vel monachi*, ubi Innocentius, ergò sequitur, quòd regulariter extra sanguinis effusionem, cæteras sententias exequi possunt: & sic in crimine hæresis traditur reus Curiæ sæculari, ut *in cap. ad abolendam, de hæreticis*: pro qua opinione facit etiam, tex. *in c. postulasti, de Iudæis, & c. 1. 23 quæst. 5.* tex. etiam de iure civili, *in authentica, causa quæ, in fin. C. de Episcop. & clericis*, ubi dicitur, posse Episcopum carceribus mancipare Monachum, vel Monialem. Vltimo, pro hac opinione & in confirmationem ipsius, facit, tex. † *in dict. c. 3. session.* 21
24 Concilii Tridentin. ubi patres gravissimi, qui in eo congregati fuerunt, expressè illud terminarunt, ibi: * *In causis verò iudicialibus mandatur omnibus iudicibus ecclesiasticis, cuiuscunq; dignitatis existant, ut quandocũq; executio realis, vel personalis, in qualibet parte iudicij, propria authoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se, tam in procedendo, quam in definiendo à censuris ecclesiasticis, seu interdicto, sed liceat eis, si expedire videbitur in causis civilibus ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, contra quoscunq; etiam laicos, per mulctas pecuniarias, quæ locis piis ibi existentibus, eo ipso, quod eis factæ fuerint, assignentur, seu per captionem pignorum, personarumque districtionem, per suos proprios, aut alienos executores, facienda, sive etiam per privationem beneficiorum, aliaque iuris remedia procedere. & causas diffinire.* Ex † quibus omnibus clarè cõstat, 22
quod Episcopus, & quilibet alius habẽs iurisdictionẽ ordinariã ecclesiasticam tam in inquisitione causarum criminaliũ, & in cognitione, quã etiam civilium, possit propria authoritate laicos ipsos capifacere, & punire, & in propriis suis bonis executionem facere absque invocatione brachii sæcularis, nisi necessitas eos induxerit ad dictam invocationem quam opinionẽ tenet Dominicus *in, c. cum Episcopus, de officio ordinarii, l. 6. n. 9.* ibi Philippus Franchus, Annania, *in rubrica de sacrilegiis, n.* & est, gloss. pro hac sentẽtia, *in c. cõtra*

*idolorum*

*idolorum,26.quæſt* 5.Aufrerius,*in tractatu. de po-*
*teſtate eccleſiaſtica,contra laicos,in principio*, ubi
dicit , ita ſæpè obſervatum fuiſſe non abſque
murmuratione iudicum ſæcularium. Idemq; te-
net *in dicta clementi.1. de offic. ordin. n.5. quæſt.*
*princip.* Abb. *in cap. gravamen; n.5. de pænis*,quæ
fuit opinio Innocentii, *in c. olim, el, 3. de reſtitu-*
23 *tione ſpoliatorum*,dicens, quod † Epiſcopus po-
teſt capere, & ſpiritualiter punire ſuos parochia-
nos, temporaliter etiam mulctando , & bona eo-
rum occupando; & cum generaliter loquatur de
omnibus ſuis parochianis ; comprehendit tàm
clericos quam laicos,& quod ita ſentiat Innocen-
tius,*in dict.loco* : tenet Follerius , *in practica cri-*
*min. canon. in 2.part. iud. verſicul. aut inquiſitio*
*formata,n.25.*ubi latè defendit hanc opinionem,
& Marianus. *in, cap.cum ſit generale,de foro com-*
*pet.*Gundiſalvus,de Villalobos,*in tractatu. de hæ-*
*reticis,quæſt.* 11 *n.*17. ubi allegat pro hac ſententia
24 † *clementinã,2. de hæreticis*, ubi Pontifex dat fa-
cultatem inquiſitoribus , tantum capiendi laicos
in illo crimine,& movendi arma contra ipſos; nõ
autem Epiſcopis : in quo oſtendit apertè, quòd
Epiſcopi,tanquam iudices ordinarii, habent me-
25 ro iure,ex ſe hanc facultatem. Quam † opinio-
nem tenet etiam Felinus, *in dict. c. cum ſit gene-*
*rale, n.*20. *& in cap. ſignificaſti, de offic. delegat.*
*n.* 4. & pro hac opinione adducitur, Baldus , *in l.*
*nam ſalutem , D. de officio præfecti vigil.* & An-
dreas Siculus,*in, dict. capit ſignificaſti,n.3. verſ.*
*mihi videtur, de officio delegat.* vbi Imola,*n.*30.&
& ſequitur Zabarella, *in, cap. literas , de reſtit.*
*ſpoliatorum*,& Ioannes Vanquelus, *in capit. cum*
*Epiſcopus, de officio ordinarii ,l. 6. in finali cõclu-*
*ſione.* Cagnolus, *in l.1. n.216. D. ſi quis ius dicenti*
*nõ obtemp.* Quam opinionem dicit communem
Iacob Berreta , *conſ.3. n.* 13. ubi ait, quod Patres,
qui in Concilio Tridentino interfuerunt,qui fue-
runt multi doctiſſimi viri ex omnibus regioni-
bus , hanc opinionem pro vera ſuppoſuerunt,
quod Epiſcopi etiam contra laicos poſſent per di-
ſtrictionem perſonarum, & captionem pignorũ,
per miniſtros proprios, vel alienos procedere cõ-
tra perſonas, & bona etiam laicorum, & quòd ul-
timo loco , quaſi in ſubſidium uterentur excom-
municatione: & ex noſtratibus , idem videtur ſẽ-
tire Menchaca, *de ſucceſſionum creat. l. 3* §. 22. *n.*
18.ubi dicit, quòd tantus eſt numerus Doctorum
pro una opinione, quam pro alia, & quod licet
hoc non ſit in uſu receptum, tamen poteſt fieri
de iure, non obſtante quod in contrarium ſit cõ-
munis opinio, & hanc opinionem de ſtricto iu-
re eſſe veriſſimam : affirmat Belluga *in Speculo*
*Principum , rubr.* 12. *in,§. quadam,n.*104. licèt di-
26 cat quòd † in hoc ſit conſuetudo attendenda,
quæ dat & adimit iuriſdictionem, ut *in c. cum cõ-*
*tingat, de foro competenti l. 1. C. de emancipatio-*
*nibus liberorum.* Quam opinionem ſequitur no-
viſſimè Hortenſius Cavalcanus , *in tractatu. de*
*brachio Regio,4. par. n.*259. ubi *n.*171. tenet, quod
hæc auxilii imploratio eſt reciproca. Idem docet
Gaſpar Caballinus *in milleloquio, 2. part. quæſt.*
768 quia unus iudex alteri ſuffragari debet: ut
27 docet Covarruvias, *l.1. variarum c.1.* Et † noſtrã
principalem concluſionem tenet ipſe Toletanus
Covarruvias, *practicar. quæſt.c.* 10. *n.2. col.3.* ubi
dicit tria eſſe obſervanda,ut procedat iſta ſenten-
tia. Primum , quod conſuetudine legitimè præ-
ſcripta obtentum ſit,quod talis iudex eccleſiaſti-
cus; habens cauſæ cognitionem adverſus laicos,
poſſitque eos capere propria authoritate , & car-
ceri tradere; quia tunc talis uſus obſervandus eſt.
Ita audio obſervari in civitate Murciæ , apud iu-
dicem eccleſiaſticum, quod procedit ex doctrina
Baldi, *in dict. cap. ſignificaſti* , & ſequitur , Pala-
cius Rubeus, *in repetitione capituli per veſtras, 2.*
*notabi. §. ſed eſt pulchra dubitatio, n.*26. Et ita dicit
in aliquibus diœceſibus Hiſpaniarum diu obti-
nuiſſe, & dicit Covarruvias , quod nec Carolus
Cæſar Rex invictiſſimus , voluit dictam conſue-
tudinem lege Regia tollere, nec improbare. Sed
ſalva pace ,contrarium eſt diſpoſitum expreſſè *in*
*l,15. in fin. titul.1. l.4 recopillat.* ibi : *Y mandamos*
*que lo ſuſodicho aya lugar , ſin embargo de qual-*
*quier coſtumbre que ſe alegue que aya auido ; por-*
*que aquella ha ſido ſin nueſtra ciencia, y paciencia.*
Cuius legis deciſionem defendit, Parladorius *l,3.*
*quotidianarũ differentiarum, differentia,9. §.2. n.*
16. ubi dicit , Reges noſtrates non ſibi arrogaſſe
dictam prærogativam, cum illud de iure Pontifi-
cio communiter receptum erat , & ſic, quod in
hoc caſu non poterit laicum ipſum capere , & in
carcerem mittere, abſq; auxilii brachii ſæcularis
invocatione. Tertiò dicit , omnino eſſe notandũ,
quòd, ſi de executione ſententiæ alicuius iudicis
eccleſiaſtici actum ſit, ut laicus cogatur ſolvere
aliquam quantitatem, in qua iuſtè ab eo iudice
condemnatus ſit; tunc iudex eccleſiaſticus non
poterit laici bona, propria capere autoritate, nec
ipſius condemnati perſonam incarcerare ſine
dicta invocatione: & ſic tam communem opinio-
nem contrariam, quam dictas leges Regias , eſſe
intelligendas contendit. Cuius doctrina, licèt in
ſe vera ſit, neſcio tamen, quomodo poteſt adapta-
ri ad ſuam propriam reſolutionem , traditam in
ſecundo præmiſſo, quia directè illæ reſolutiones
contrariantur , & ſic dubiè Covarruvias locutus
eſt; & † difficile dignoſci poteſt , an iſtam opi- 28
nionem vel contrariam defendat. Nec ipſe ſolus
dubiè loquutus eſt, ſed etiã alii ſcriptores : & pri-
mus fuit Innocentius, *in dict. c. ſignificaſti* , ubi
refert duas opiniones & ultimo loco affirmativã,
& ideo ſecundũ quoſdam videtur illã affirmare.
Sed Palac. Rub. *ubi ſupra*, dicit, *n.6.* Innocentiũ
contrariã ſequi ſententiã; quia eã referens utitur
hoc verbo, *nõ credimus.n.4.* Butrius etiã dubiè lo-
quutus eſt , *in dict.c.ſignificaſti* , & Oldradus *in*
*conſ.86.* ubi nullã affirmat opinioné, & contra eũ
tenet Covarruvias, *n.2.* eodem morbo laborans,
Felinus etiã *in dict. c. ſignificaſti, n. 3.* loquitur in
iudice delegato, & nõ in iudice ordinario, de quo
eſt præſens diſputatio. Bald. (more ſuo) *in l, Epiſ-*
*copales, C. de Epiſ. audientia*, cõtrariatur in ſua re-
ſolutione. Et noſtrã principalé cõcluſioné tenet,
Palacius Rubeus, *ſup. not. 2. §. ſed eſt pulchra dubi-*
*tatio. numer.* 17. ubi eſt † conſuetudo legitimè 29
præſcripta, quòd iudex eccleſiaſticus poſſit lai-
cos capere , & carceribus tradere : & cum hac li-

47 Vbi gloſ. [illegible] Alphonſus de Villadiego, [illegible] reſolvit quod † [illegible] alterius [illegible]
48 lus non poſſit [illegible] † quod Epiſcopus prohi- beat [illegible] dus, *in [illegible]* ſequitur, quod [illegible] reſt [illegible] &c. res; & [illegible]
49 † ratione [illegible] eccle- ſiæ, ſed [illegible] gloſſæ, *in [illegible] fubditis, de foro competenti, cap. [illegible] de ſententia ex- communicat.* Ioann. [illegible] quam confirmatur iſta ſen-
50 tentia, ex [illegible] quod [illegible] quisque iuris in alterum ſtatuit, eo iure ipſe uta- tur, ut in *l. [illegible] quod quisque iuris* ſed ſic eſt, quod
51 † iudex [illegible] non poteſt facere executionē ſuper [illegible] clericorum, per ſe, *cap. ut fama de [illegible] ex communicationis. cap. [illegible] laſis, cap. [illegible] de foro competent.* Ergo conſe- quens eſt [illegible] eccleſiaſticus non poſſit exe- cutionem [illegible] per ſe in perſonis & bonis laico- rum [illegible] brachii ſæcularis invo- ca[illegible] ut in [illegible] de [illegible] Quinto pro [illegible]
52 tex. expreſſus [illegible] *de officio ordi.* ibi: * *Ha- bent igitur Epiſcopi ſingularium urbium in ſuis diœceſibus [illegible] poteſtatem, adulteria & ſcele- ra inquirere [illegible] & iudicare ſecundum quod canones [illegible] abſque impedimento alicuius, & cum opus fuerit [illegible] publicum convocet auxilium.* * Vbi hanc opinionem ſequitur Abb. & Alciatus, &
53 [illegible] eſt, [illegible] † ſi Summus ponti- fex, qui [illegible] Epiſcopus eſt, non habet gladium [illegible] poteſtatem in actu, quia illud in principes temporales [illegible] ut in c. *novit. de iudic.* ubi Felinus *in fin.* Innocen. *in cap. [illegible] de foro competent.* ſed ſo-
54 lum in habitu, ut † denotant verba domini. cū permittat Petro gladium temporalem, ut illo uti ibi non liceret, ſed permitteret, ut alteri uteretur pro eccleſiæ utilitate: ut *in extravagā. unam ſan- ctam, in verſ. [illegible] uterque, de maioritate, & obe- dientia.* Et late comprobavimus *in diſcurſu ſen [illegible] ad Regem noſtrum*, & latius *in quæſtione, 503. a num. [illegible]* Quomodo Epiſcopi Papæ ſub- [illegible] vendicabunt, ſuccedere domino,
55 non † eſſe diſcipulum ſuper Magiſtrum, nec ſer-
56 vum maiorem domino ſuo, & † ſic vicarius ha- bebit maiorē poteſtatē, quā ille cuius vices gerit.

Sexto, pro hac opinione poteſt adaptari tex. *in c. [illegible] Principes ſecu.* [illegible] ubi Iſidorus
57 dicit, Principes [illegible] † ſeculi poteſtatem in eccle- ſiam intra [illegible] neceſſariam: & quod non va- lent efficere ſacerdotes per doctrinæ ſermonem, ipſi hoc [illegible] per diſciplinæ terrorem, & ſic opus eſt [illegible] brachii ſæcularis, ut in *c. quoniam, circa finem [illegible]* ubi Innocent. [illegible] in Con- cilio generali [illegible] poſſe adhibendum eſſe auxiliū brachii ſæcularis [illegible] opus fuerit. Præterea, pro hac opinione [illegible] tex. *in c. [illegible]* ubi ex Concil. Carthaginenſ. mandatur, ut qui admonitione [illegible] Epiſcopi acquieſcere no- [illegible] authoritate [illegible]

tex. etiam *in c. de [illegible] 23. q. 5.* ubi [illegible] quod regulæ [illegible] hoc [illegible] ut ſi qua eccleſiaſticus [illegible] reſtituere [illegible] fecerit, excom- municetur, atque damnetur, quod ſi hæc conte- [illegible] per poteſtatem publicam [illegible] tex. [illegible] in 23. q. [illegible] Concil. Pa- [illegible] ne iudices [illegible] vel a- liquid [illegible] ex aliqua eccleſia- [illegible] communione, [illegible] ad ſatisfactionem, & Regis poteſtatem dare [illegible] Ad idem facit tex. [illegible] *quorundam de [illegible]* ubi Alexander. 3. in Concil. Lateranen- [illegible] Saracenis, & eis ſervien- tes, ab eccleſiaſtica communione [illegible] & ex- communicationi [illegible] rerum ſuarum per Principes Catholicos [illegible] pri- vatione mulctari. Pro qua opinione etiam facit
tex. † *in c. ex communicationis [illegible] § ſi vero de hære- ticis*, ibi: * *Si vero temporalis dominus requiſitus & monitus ab eccleſia, ſuam terram purgare negle- xerit ab hæretica pravitate, excommunicetur.* * 58
Ex quibus verbis [illegible] colligitur, quod Epiſco- pus de per ſe non poteſt exequi. Vltimo, pro con- firmatione huius opinionis, facit tex. † *in c. poſt miſerabilem & in c. quanto, de uſuris*, ubi In- 59
nocentius ſtatuit, quod Iudæi per excommunicatio- nem a iudice eccleſiaſtico, ad remittendum uſuras compellantur, a Principibus, & [illegible] bus per [illegible] ut etiam caverunt, *in c. [illegible] de iudæis.* Pro qua opinione facit etiam tex.
† *in cap. 2. de maledicis* ubi Gregorius Nonus, 60
loquitur de pœna contra blaſphemantes & dicit, quod ultra pœnitentias ſalutares Epiſcopi, per temporalem poteſtatem cogantur pœnam ſolve- re quadringenta [illegible] facit etiam tex. † *in*
*ca. 2. de clerico excommunicato ministrante*, ibi: 61
* *Quod ſi aliquis [illegible] Epi- ſcopus emendare minime potuerit, Regis iudicio ad requiſitionem eccleſiæ damnetur.* * Facit etiam textus in confirmatione huius opinionis † *in*
*capitul. conſulaſti, de homicidio*, ubi Epiſcopus cō- 62
tra ſacrilegos procedens, quæſivit a Summo Ponti- fice Innocentio [illegible] poſſit Regiam implorare poteſtatem [illegible] abſque ſanguinis effuſione, illi laici poſſint coerceri. & fuit reſponſum, poſ- ſe. Ex quibus iuribus hæc opinio eſt verior utpu- ta [illegible] iuris, & ſtricta diſputandi ratione, quia †
nemo iudex eſſe poteſt ultra iuriſdictionem ſibi 63
conceſſam, [illegible] rem, vel præfinitu- tū tempus nec alibi quam ubi locus iuris dicēdi dictus eſt, *lex [illegible] & quando iudex.* Sic † enim [illegible] conceſſa iuriſdictio, eſt
cōſervanda, modo [illegible] eſt, ne ordo politiæ 64
turbetur, confuſis [illegible] humanis, ut elegā- ter tradit Petrus Gregorius Tholoſanus, *in ſyn- tagmate iuris univerſi, lib. 47. [illegible] n. 10.* Quod †,
quidē nequaquā eſt in damnū, nec in præiudiciū 65
iuriſdictionis eccleſiaſticæ, ſed in eius auxiliū & favorē, ut facilius [illegible] cauſæ ad iſtū forū perti- nētes terminētur: & ſi iudices ſæculares in [illegible] & contra iuris regulas procedūt, nō eſt inconveniens nec damnū [illegible] decisione, (ut dicebat Segura de Avalos) ſed in malis miniſtris & executoribus.

Quod

66 Quam opinionem confirmant evidenter verba, †
*d. extrauag. unam sanctam, de maioritate, & obe-*
*dientia, vers. uterq;*, ibi: * *Vterq; ergo est in pote-*
*state ecclesiæ, spiritualis gladius, & materialis, sed*
*is quidem pro ecclesia, ille verò ab ecclesia exercen-*
*dus, ille sacerdotis, is in manu Regum, & militum,*
* & ibi: * *oportet autem gladium esse sub gladio*:
* ut nos etiam declaramus *in q. 739 n. 69. & 172.*
67 *& 77.* Et † nostram principalem opinionem te-
net primus omnium, Ioannes Andreas, *in addi-*
*tionibus ad speculum, tit. de officio ordinarii, ru-*
*bric. lib. 4.* ubi dicit, hanc opinionem communi-
ter teneri, præterquam in crimine hæresis. Et
hanc opinionem dicit esse veritatem Romanus,
*singulari* 103. & eandem dicit communem opi-
nionem, Petrus Ancharranus, *in regula ea quæ,*
*nume. 17. de regulis iuris. lib 6. & in capit. cum*
*Episcopus, num. 4. de officio ordinarii, lib. 6.* Ho-
68 stiensis, *in d. c. significasti*, dicens; iustiorem †
esse opinionem tenentium, quod debeat recurri
ad iudicem, quam dicit communem, Baldus,
*numer. 2. in d. c. significasti*, Boerius, *decis. 227.*
*n. 11.* ubi dicit, sic per plura arresta fuisse iudica-
tum: quam defendit, & dicit communem, Pala-
cius Rubeus, *in d. capit. per vestras, in §. sed est*
*pulchra dubitatio, num. 18. de donationibus inter*
*virum & uxorem.* Et eam dicit communem, & in
practica servatam, Iulius Clarus *libr. 5. recepta-*
*rum sententiarum. §. fin. q. 37. num. 8.* ubi dicit, sic
iudicatum fuisse per parlamentũ Parisiense: pro
qua opinione allegat, Follerium, *in practica ca-*
*nonica, fol. 97. nu. 52.* Aufrerium, *in tractat. de*
*potestate, super laic. numer. 1.* Covarruviam, *sup.*
*cap. 10. nu. 2.* Et ita observari, in Regno Cathala-
niæ, tenet Olivanus, *in tractatu. de iure fisci, c. 11.*
*a, num. 3. & 6. & in cap. 15. n. 49.* Rebuff. *de lit.*
*requisit. in præfat. nu. 19. & 20.* quam dicit com-
munem opinionem, Menchaca, *lib. 3. de succes-*
*sionum creat. §. 22. n. 17.* Pro qua opinione consu-
luit, Oldradus, *cons. 89.* qui in hanc videtur se in-
69 clinare sententiã, cum † excipiat illud nõ proce-
dere in crimine hæresis, ut *in cap. excommunica-*
*mus, el 2. de hæreticis, cap. ut commissi, eod. titul.*
*lib. 6. & in clementina, 1.* quam opinionem se-
quitur & defendit Salcedo *ad Bernardum Diaz,*
*regula, 793. vers. sed novum, & in versic. 7.* dicit,
70 quod memoriæ tenet, ita † in regali Consilio
iudicatum fuisse contra illustrissimum Archie-
71 piscopum Toletanum, non obstante, quod †
ipse fundabat suam intentionem, ex antiquissi-
ma consuetudine legitimè præscripta; cui resistit
*lex regia, 13. titulo, 15. libro, quarto, recopilationis:*
72 † *Y mandamos, que losusò dicho aya lugar, sin em-*
*bargo de qualquier costumbre que se alegue, si la*
*ha auido, porque aquela ha sido sin nuestra ciencia,*
*y paciencia.* * Et Decianus *in tractatu. criminali*
*2. parte, libro 8. capit. 3. numer. 46.* Guido Papæ,
*singulari, 770. & decisione 437. num. 6.* Et ean-
dem opinionem sequitur, & defendit novissimè
Cenedo *in suis quæstionibus canonicis q. 39.* & Gu-
tierrez *lib. 1. practicarum, quæstione 46.* ubi etiam
refert, *num. 2.* quod † ita fuit pronunciatum, &
73 declaratum Regia executoria, contra Episcopũ
Placentiæ; lata in favorem illius civitatis: & idẽ

tenet, Azeuedo (eo non citato) *in l. 4. tit. 1. lib. 4.*
*recopilationis, num. 6. in fin.* ubi dicit, quod e[x]ce-
ptis tribus criminibus lata fuit executoria con-
tra iudicem ecclesiasticum, ut non possit laicos
incarcerare, sine invocatione brachii sæcularis,
præterquam in crimine hæresis, & sacrilegii, &
stupri, ubi late prosequitur & defendit nostram
opinionem, quam dicit confirmatam esse † ex 74
dicto decreto sancti Concilii Trident. *cap. 3. ses. 25*
quem pro principaliori fundamento contrariæ
partis adduximus, qui fundatur in illis verbis,
* *Per suos proprios, aut alienos.* * quasi verbum
illud, *Alienos*, ad districtionem laicorum, & pi-
gnorum captionem referatur; & per eos sit cap-
tura facienda, quibus de iure permissum est face-
re quam opinionem sequitur Bobadilla, *in sua*
*politica libr. 2. c. 17. num. 170.* Qui intellectus
satis convenit literæ illius tex. maximè † cum 75
legum correctio sit vitanda, *capit. cum expediat,*
*de electione, lib. 6. l. 1. C. de inofficiosis dotibus* &
† in toto iure canonico, plures sunt decisiones 76
in quibus ecclesia utitur auxilio brachii sæcula-
ris, *c. dilecto 6. de sententia excommun. lib. 6.* &
*Maximè, quia si duo gladii consueverunt sibi ad in-*
*vicem suffragari, & in iuvamen alterius subventio-*
*ne mutua; frequentius exerceri:* * & est tex. *in di-*
*cto cap. 1. de officio ordinar. cap. Princeps sæcul.*
*23. q. 5. c. quoniam in fin. de officio ordinarii, c. pe-*
*timus 11. q. 1. d. c. de Ligurib. 23. q. 5. c. secundũ ca-*
*nicam, 23. q. 8. c. excommunicamus. §. si vero, de hæ-*
*ret. cap. post miserabilem, cap. quanto. de usuris,*
*2. de maledicis, cap. 2. de clerico ministrante, cap.*
*5. ses. 25.* Concilii Tridentini, in quibus iuribus
Episcopi invocant brachium sæculare contra lai-
cos Pro qua opinione adducitur, Aufrerius *in cle-*
*mentin. 1. de officio ordin.* ubi dicit, quod † in Re- 77
gno Franciæ sic fuit iudicatum, contra Episcopũ
Suesoniensem. Quam opinionem sequitur, & di-
cit communem, Paz, *in sua praxi, 2. tom. 1. præ-*
*ludio, numer. 54. & 55.* ubi allegat, Auiles, *in ca-*
*prætorum, cap. 20. numer. 4. & cap. 1. n. 12.* qui li-
mitat suprà dictam conclusionem, & receptissi-
mam sententiam *in n. fin.* quando ecclesiasticus
iudicio criminali procederet adversus laicos ad
punitionem culpæ, quia tunc benè poterit per-
sonas laicorum capere, & in carcerem detrudere,
& ita dicit in praxi observare in tribunali Episco-
pali Salmantino. Sed † indistinctè tam in pro- 78
cedendo, quàm exequendo, ad culpæ punitionẽ;
tenetur iudex ecclesiasticus invocare auxilium
brachii sæcularis: & aliter non poterit capere
propria authoritate, & incarcerare laicos. Quã
nostram opinionem tenet etiam, Belluga, *in Spe-*
*culo Principũ, rubrica, 12. §. quadam nu. 96.* Fusc.
*de visitatione, libro, 2. c. 32. nu. 1.* Lælius, *de privi-*
*leg. ecclesiæ, privilegio, 44.* Ioannes Garcia *de nobi-*
*litate, gl. 6. n. 43.* Azeuedo *in dict. leg. 14. tit. 1. lib.*
*4. & c. 16. n. 13.* Cenedo, *in collect. ad decreta c. 101.*
*numer. 12.* & plures refert & sequitur, Bobadilla
*in sua politica, prima parte lib. 2. cap. 17. n. 167.*
Anton Capp. *de iure non scripto, lib. 1. 13.* Rupe-
lanus, *instit. Forens. lib. 3. c. 8. verbo, compellendum,*
Rojas, *in singularibus fidei singulari. 16 §.* Didac.
Perez.

Perez, *in l. 4. tit. 1. lib. 3. ordinamenti, gl. de hazer*
*execucion, pag. 475. & in l. 48. tit. 19. lib. 8. pag.*
*396. col. 1. vers. & an possit iudex.* Et istam opinio-
nem sequitur Salced. *in practica ad Bernar. Diaz,*
*cap. 122. versicul. illud etiam. litera, A.* ubi dicit,
Forensis praxis hoc iam recepit. Idemque resol-
vit *in cap. 160. nu. 6.* ubi refert duas opiniones, &
censet, contrariam esse veriorem de iure com-
muni, & ex decreto sancti Concilii Tridentini,
79 sed quod † hæc contraria moribus est recepta,
& apud Hispanos de iure Regio approbata, ut ca-
vetur *in lege ordinamenti quarta, titulo, 1. lib. 3.*
80 *& † ex lege, 14. & 15. tit. 1. lib. 4. recopil.* ibi: *
*Porque assi como nos queremos guardar su iurisdi-*
*cion a la Iglesia, y a los ecclesiasticos iuezes, assi es*
*razon, y derecho, que la Iglesia, y iuezes della, no se*
*entrometan en perturbar la iurisdicion Real. Po-*
*rende defendemos, que no sean osados de hazer exe-*
*cucion de los bienes de legos, ni prender, ni encar-*
*cerar las personas, pues que el derecho pone remedio*
*contra los legos, que son rebeldos en no cumplir lo*
*que par la Iglesia iustamente les es mandado y en-*
*sennado: conuiene a saber que la Iglesia innoque el*
81 *ayuda del braço seglar.* * Et sic † non solum de
iure nostro Regio, sed de iure communi, hæc est
magis vera; & recepta sententia, quæ ab omnibus
dicitur communis & pro ea sæpius fuit iudicatū,
ut supra dictum est. Sed † etiam ex Concil. Trid.
82 ponderando verba illius (secundum Azeued. *su-*
*pra* & clarius & expressius *in d. l. recopilat.* &
ex communi observantia totius Regni: & ita pra-
cticatur in hoc Archiepiscopatu Toletano: Licet
83 † aliquando perperam, & in fraudem legis Re-
gni, postquam laici personaliter comparent co-
ram ecclesiastico ordinario, ad quem fuerunt ci-
tati, eos audire recusat, donec ipsi rei in carce-
rem sint prius detrusi: qui ad redimendam vexa-
tionem, sua sponte carcerem ingrediuntur, ubi
multum molestantur, donec solvant condemna-
tionem & expensas litis, & receptorum, quæ so-
lent condemnationem principalem superare:
quod profecto est in fraudem legis Regni cum
debeat præcedere invocatio brachii secularis. Vl-
timò pro complemento huius quæstionis est ani-
84 madvertendum, quòd † iudex sæcularis, non
statim ad requisitionem iudicis ecclesiastici tene-
tur impartire suum auxilium pro captura rei: sed
prius illi ostendi debent acta processus: & iudex
sæcularis debet esse circumspectus; an causa per-
tineat ad iurisdictionem iudicis ecclesiastici; nō
85 † vero de ipsius meritis cognoscere, an iustè, vel
iniustè sententiam protulerit, Ita Abb. *in d. c. 1.*
*nu. 12. de offic. ord.* Innocent. *in c. 1. de statu Mo-*
*nachorum, libr. 6.* Pro qua opinione consuluit
Anchar. *cons. 382,* Oldrad. 89. Federic *cons. 251.*
Roland. *cons. 37. num. 4. volum. 1.* Cavalcanus
*cons. 119.* Iacobus Berret. *cons. 3. n. 15,* ubi assignat
86 rationem, quia † non est merus executor, nec
minister. Et sequitur istam opinionem Auiles, *in*
*capitulis prætorum, cap. 20. numero. 20.* Didacus
Perez, *in lege. 4. titulo, 1. gloss. 3. ordinamenti*
Salcedo *ad Bernardum Diaz, capit. 160. numero.*
11. Mattheus de Afflictis *decisione 220. numero. 9.*
87 ubi dicit sic † fuisse decisum in Regno Neapo-
litano, sæcularem iudicem, non teneri obtempe-
rare ecclesiastico, nisi prius videat acta processus.
Et ita communiter practicatur, & apud omnes
observatur; quidquid teneant contrarium. Al-
ciatus *in dicto capit. 1. de officii ordinarii, num.*
*6.* & Marta, *de iurisdictione, 1. parte quæst, 51.* ubi
latè post hæc scripta prosequitur istam quæstio-
nem pluribus rationibus, & fundamentis: & ex
nostratibus Paz, *in sua praxi, 2. tomo, in proœmio.*
*numero, 150.* contra † quos & alios tenet Salce- 88
do, *supra*, dicens non vulgariter esse notandum,
Iulius Clarus *receptarum sententiarum §. finali,*
*quæstione 95. versiculo, quæro etiam*, Afflictis *in*
*proœmio constitut. Neapolit. numero, 60.* ubi dicūt
quod † si iudici sæculari ex processu constet de 89
iniquitate & iniustitia sententiæ, non tenetur ta-
lem sententiam exequi, licet ab ea non fuerit ap-
pellatum, & licet ipse iudex solum sit executor:
quia nō tenebitur exequi sententiam, iniquā vel
continentē notabilem errorem, secundum Inno-
centium *in cap. de iure de officio delegati* Anchar-
ranus *cons. 382.* Doctores, *in cap. pastoralis §. quia*
*verò de officio deleg.* Anton. Cuchus, *libro secun-*
*do maior titulo de Episcopis, numero 81. & 82.* Pro
qua sententia est † tex. singularis *in cap. inter* 90
*cæteras, decimo, de Iure iudica,* ibi: * *Nec ei debet*
*stare, si iniquitatem contineat manifestam.* * Vbi
notat glossa, *verbo, manifestam.* Et sic ex omnibus
supradictis resolvendum est, quod iudex ecclesia-
sticus tenetur invocare auxilium brachii sæcula-
ris, cum sua iurisdictione iam usus fuerit, & non
habet ultra quid faciat. Et † ex eadem ratione 91
iudex sæcularis, cū necesse fuerit, implorare po-
terit iudicis ecclesiastici auxilium, pro suæ sentē-
tiæ executione, adversus eos in quos ipse non ha-
bent correctionis ius, *authentica, sed hodie, C. de*
*adulteriis* Si vero iudex sæcularis neglexerit im-
partiri auxilium iudici ecclesiastico, potest excō-
municari, Penna, *in directorio Inquisitorum, ter-*
*tia parte super quæstione cincuenta y siete,* Marta,
*de iurisdictione, prima parte, capite cincuenta y*
*dos numero primo,* & aliter erit articulus violen-
tiæ, ut novissimè docet, & † tradit istam practi- 92
cam cognitionis per viam violentiæ, Caldas Pe-
reira, *quæstionum forensium, libro primo in quæ-*
*stione finali, numero veyte y nueue*, ibi: * Non o-
mittēdum tamen censeo, apud nostram Rempu-
blicam Lusitanam supremi Prætorii sæculares
iudices ecclesiasticis inhibere consuevisse ex in-
veterata & immemoriali consuetudine: literas-
que, quas * tuitivas * passim nuncupamus, con-
cessisse: quoties contra clericum, aut beneficia-
rium aut contra laicum (dum modo causæ co-
gnitio ad ecclesiasticū pertineret) lata foret sen-
tentia per ecclesiasticum iudicem. Et per laicum
seu clericum, aut beneficiarium, appellatio ad
Romanam Curiam esset interposita, nec admissa:
Hoc enim casu solent oppressi ab ecclesiasticis
iudicibus, ad supremos hos iudices, tanquam
ad sacram anchoram, confugere, quæ trans-
missâ & oblatâ coram se actorum copia, & pate-
facta iniustitia denegatæ appellationis ad Ro-
manam Curiam, cui propter Summi Pontifi-
cis dignitatem erat deferendum, has literas

oppressis

Summa Spinela, *verbo, ſepultura. el, 1 §. 1.* Quæ o-
mnia faciunt pro iudice eccleſiaſtico, ut non fa-
ciat vim inhibendo iudici ſæculari.
10 Sed † pro contraria opinione, & ſic pro iudi-
11 ce ſæculari faciunt ſequentia. Primò, quia † iudex
laicus eſt iudex competens, quãdò agitur de pri-
vando patrono ſuo iure præſentandi, ut *cap. ſigni-
ficavit, de teſtibus* ubi illud notat Felinus, & alios
refert & ſequitur Lambertinus, *de iure patrona-
tus, lib. 3. q. 9. princ. artic. 3.* Quia, cum agatur de
excludendo patrono ab ipſo iure patronatus, non
dicitur tunc cauſa ſpiritualis, & ideo iudex laicus
poteſt cognoſcere: quia tunc non agitur de titu-
lo iuris patronatus, ſed de excluſione ipſius, ob
aliquas cauſas, quod eſt diverſum, & ſic dixit
12 Baldus, *in d. cap. quanto*, ſi † patronus eccleſiæ
eſt excluſus per vim de cuſtodia eccleſiæ vacan-
tis, quod tunc poterit agere actione iniuriarum
coram iudice laico, non ſolum pro expulſione,
ſed pro turbatione. Et ſequitur Barbatia, *in d. cap.
13 quanto, verſi. ſed Baldus ſic.* Præterea, † poteſt
iudex laicus cognoſcere acceſſoriè, de iure patro-
natus, cum univerſitate temporali bonorum, in
qua includitur dictum ius patronatus, ut docet
Cardinalis, *in d. cap. quanto*, qui ad hoc ponde-
rat gloſſam, *in cap. filiis vel nepotibus, 16. quæſt. 7.*
quæ loquitur ſecundum eum, in materia confi-
ſcationis. Quam opinionem ſequitur, Abb. *in
dict. cap. quanto*, & in his caſibus tacitè, & in
quandam conſequentiam, cognoſcit iudex laicus
cum ipſa univerſitate bonorum, licèt aliàs de per
ſe non poterat cognoſcere, ut tradit Gigas, *in tra-
ctatu. de crim. læſæ maieſtatu, quæſt. 4. in principio*,
qui probat hanc eſſe communem opinionem;
quam tenet Paulus de Cittadinis, *de iure patro-
natus, queſt. 20. in decima parte princ n. 20.* & ibi;
Lambertinus, *lib. 3. q. 8. princ. articul. 8. 9. & 10.*
14 Prætetea, † ſi aliquis laicus donaverit ius pa-
tronatus, poterit iudex ſæcularis compellere do-
natorem ad obſervantiam contractus, ut declarat
Butrius, *in dicto cap. quanto*, Federicus de Senis,
*conſilio, 192.* Aufrerius, *in tractatu. de poteſtate
ſæculari, in eccleſiaſt. regula 4. fallentia, 21.* Lam-
bertinus, *ſupra, libr. 3. quæſt. 9. artic. 8. numer. 6.
15 verſic. quia iudex ſæcularis.* Et † in his caſibus,
in quibus iudex laicus poteſt cognoſcere, poſſunt
partes in laicum compromittere, etiamſi perti-
neat ad ius ſepeliendi, ut tradit Lambertinus, *ſu-
pra, 2. parte, libr. 2. quæſtion. 3. articul. 7. & libr. 3.
quæſt. 9. art. 4.* Ioannes Baptiſta, *in ſuo tractat. de
arbitr. lib. 4. c. 13.* quòd tene menti, quia iam mihi
contingit de facto.
16 Similiter, † etiam poterit iudex laicus co-
gnoſcere de expulſione violenta ſepulturæ, quã-
do lis eſt inter laicos, quia omnis violentia dicitur
iniuria perſonalis, ut notatur, *in l. fullo, de furtis*, ut
tradit Lambertinus, *dict. q. 8. art. 7.* Sebaſtianus
de Medicis, *in tractatu. de ſepulturis; quæſtione 15.
num. 45.* Decianus, *in tractatu. crimin. lib. 6. cap.
17 41.* Idem † dicendum, ſi lis vertatur ad inſtan-
tiam creditorum, ut *in l. Monumenta, C. de lega-
tis.* Decian. *ſup. lib. 6. cap. 4. num. 26* Et ſecundum
has diſtinctiones & declarationes, poteſt formari
articulus violentiæ, referendo ſingula ſingulis.

Si † verò cauſa iuris patronatus tractetur in 18
conſequentiam, reſpectu præſentationis capel-
lani, & patrono opponatur, quòd non ſit verus
patronus, & quòd illi obſtat exceptio proprieta-
tis; tunc licet hæc cauſa acceſſoriè tractetur, de-
bet terminari coram iudice eccleſiaſtico, coram
quo pendet lis proviſionis capellaniæ, & non co-
ram ſæculari: & prius tractari debet iudicium
poſſeſſorium, in quo eſt patronus, præſentandi,
quam ſit audiendus adverſarius. Quod † habui 19
de facto in lite ſatis controverſa inter Dominum
D. Fadrique de Vargas Mantique de Valencia pa-
tronum capellaniarium ſancti Ioannis de Letran
in curia Matriti, & parochum eccleſiæ ſancti An-
dreæ: & quæ ibi ſcripſi, ſic ſe habent.
Notoria † eſt iuris concluſio, quod in iudi- 20
cio ſummariſſimo poſſeſſorio, ſolum attenditur
ultima poſſeſſio, & ultima præſentatio patroni,
ita, ut virtute illius ſit manu tenendus in ſua poſ-
ſeſſione præſentandi, quæ reſultat ex ultimo actu
præſentationis, *cap. cum eccleſia Sutrina de cauſa
poſſeſſionis, & proprietatis, cap. conſultationibus*,
ubi Abb. illud notat in propriis terminis de iure
patronatus, & tenet Oldradus, *conſ. 3. 2. numer. 2.
in fin.* Decius, *conſil. 117.* & Chaſſaneus, *conſ. 20.
num. 10.* & Rolandus, *conſ. 47. num. 8.* & Milis,
*in ſuo repertorio, verbo, Patronus, numer. 6.* & Fe-
dericus de Senis, *conſ. 434.* & ultra omnes Ioan-
nes Botta, *conſ. 3. numero. 12. v. 13.* ubi illud am-
pliat, etiamſi alius eſſet verus dominus, & patro-
nus, quia pro poſſeſſore eſt iudicandum, cuius
verba ſunt, ibi: * Quia † in hoc ſummariſſimo 21
poſſeſſorio, ſolum attenditur ultima poſſeſſio, &
ſic ultima præſentatio, ut præferatur & manute-
neatur in poſſeſſione præſentandi, qui fecit ulti-
mum actum poſſeſſionis, ſive præſentationis, *cap.
cum eccleſia, de cauſa poſſeſſion. propriet.* & ita di-
cit, Oldradus, *conſ. 312. numer. 2. in fin.* Decius,
*dict. conſ. 117. columna penultim. circa principium*,
& in aliis conſiliis ſupra allegatis, & alios refert,
Cæſar Lambertinus, *in dict. tractatu. de iure pa-
tronatus, in lib. 2. in 4. articul. tertiæ quæſt. prin. in
1. part.* id procedit, ut iam dictum eſt, etiamſi a-
lius eſſet verè dominus, & patronus Abb. *in dict.
cap. conſultationibus.* Rolandus à Valle, *dict. conſ.
47. numer. 28.* quia † paria ſunt, eſſe patronum, 22
vel eſſe in quaſi poſſeſſione iuris patronatus; ut
per Card. *in conſ. 66. in 2. dubio, in principio*,
quem refert Rolandus, *ubi ſupr. numer. 27.* Et
eandem ſententiam tenet, Ioannes Gutierrez,
*lib. 3 practicarum quæſtionum, quæſt. 42. num. 46.*
Vbi dicit quod ita fuit iudicatum in facti contin-
gentia, & quod obtinuit, cuius verba ſunt. * E-
go profecto (ſalvo iudicio cuiuſque melius ſen-
tientis) cenſeo in prædicta ſpecie pro poſſeſſione
pronunciandum eſſe, reſervato & ſalvo iure pro-
prietatis partibus, ut in alio iudicio de ipſo aga-
tur, quoties poſſeſſio illa vel quaſi ſufficiens ſit,
atque iuridica, etiam ex unico actu electionis, vel
præſentationis: nempe, primo; quod bona fide
electio, vel præſentatio facta fuerit: ſecundo,
quod fuerit admiſſa & confirmata: tertio, quod
præſentatus, ac confirmatus fuerit tanquam re-
ctor in poſſeſſione rectoriæ, iuxta latius à nobis

dicta cum communi, *consil. 3. num. 1.* * & ita in facti contingentia in simili specie vidi pronunciatum, & obtinui. Et eandem sententiam pluribus citatis ego Zephalos teneo, *libro 2. practica.*
23 *qq. in quastion. 117. num. 4. y 5.* ubi resolvo, quod † hæc possessio acquiratur ex unica tantum præsentatione, secuta institutione canonica. * Como sucedio en nuestro caso; porque la ultima colacion, y possession tuuo Alonso Fernandez clerigo patron: y auiendo sucedido seme iante pleyto en este conseio, se sentencio en favor del que tenia el ultimo acto de possession. * Vt ego Zephal. refero, *in libro. 3. pp. comm. quæstione 768. num. 8. y 9. usque ad numerum* 12. & istam sententiam, & opinionem tenet Hieronym. Goncalez, *in regul. 8. Cancellariæ gloss. 45. §. 2. numer. 14.* ibi: *
24 *Semper † namque in beneficialibus attenditur ultimus status, & ultima & immediata possessio.* * Oldradus, *cons. 312. num. 2. in fin.* Rota, *decision. 1. numer. 2. de præbendis, in novis, & decision. 49. de rescriptis in antiquis,* sequitur Puteus *decisi. 2. numer. 4. lib. 3.* Cæsar de Gras. *decision. 4. de probationibus.* & ita fuit iudicatum in una Pamplo-
que ellos fueſſen iuezes en ſus proprias cauſas,
*l.1.C.ne quis in ſua cauſa ius ſibi dicat:* y aſſi las
determina el Conſeio, ſine ſtrepitu & figura iu-
dicii in vim protectionis eccleſiarum, procedien-
do por embargo contra los miſmos frutos, que
ſon temporales, ut tradit Antonius de Petra, *de
poteſt.Principis, cap.6.numer.87.* y no contra las
perſonas. Y † ſi los ecleſiaſticos ſe agraviaſſen de 18
los repartimientos, y de la taſſacion, ſon oydos en
el dicho Conſeio, adonde ſe viene a determinar
la cauſa, y remite la execucion, y repartimiento
a la iuſticia Real ẽga mas cercana, * & ita ſit, &
practicatur: quia aliter diſpoſitio Concilii Tridẽ-
tini remaneret illuſoria in damnum eccleſiarũ,
cuius patronus & protector eſt Rex noſter.

Ex † quibus convincitur opinio Martæ, *ubi ſu-* 19
*pra, num.16.* ubi dicit, quòd nunquam eſt in his
caſibus recurrendum ad Regia tribunalia, niſi ſit
periculum in mora: quia tunc recedimus à regu-
lis iuris communis, *l. de pupillo, §. ſi quis rivos, D.
de novi operis nunc.* quia generaliter eſt recurren-
dum ad Conſilium ſupremum, ubi dantur pro-
viſiones in forma ſequenti.

*Prouiſion Real, executoria contra los ecleſiaſti-
cos, librada en el Real Conſejo, para que
contribuyan en las fabricas de las
Yglesias.*

DOn † Felipe, por la gracia de Dios, Rey de
Caſtilla, de Leon, &c. A vos el nueſtro Cor-
regidor de Toledo, o vueſtro Lugarteniente en
el dicho oficio, que ordinariamente con vos reſi-
de, e a cada uno de vos, ſalud e gracia. Sepades que
pley-

pleyto se trata ante los nuestro Consejo, entre el Concejo, Iusticia, y Regimiẽto de la villa de Dosbarrios, de la una parte, y el Cardenal Arcobispo de Toledo, y las demas personas interessadas en los diezmos de la dicha villa, de la otra, e sus procuradores en sus nombres, sobre que pagassen e contribuyessen en la obra y edificio de la Iglesia de la dicha villa, por llevar, como llevan, los diezmos della, y sobre las demas causas e razones en el processo del dicho pleyto contenidas. Y parece que en la villa de Madrid, a veinte dias del mes de Marco, del anno passado de mil y quinientos y nouenta y seys, Gaspar Delesquina, en nõbre del Concejo, Iusticia, y Regimiento de la dicha villa de Dosbarrios, presentò ante los de nuestro Consejo una peticion, por la qual dixo, q̃ la dicha villa era de mas de quatrocientos vezinos, y auria mas de sesenta annos que se auia comencado a hazer en ella una Iglesia, de la qual estauan sacados los cimientos, y leuantadas las paredes, y para cubrirla, y acabarla de poner en perfecion, eran menester mas de ocho mil ducados, y la dicha villa, e vezinos della no lo podian cumplir, sino era, contribuyendo en ello el Cardenal Arcobispo de Toledo, y las demas personas que lleuauan los diezmos de la dicha villa, que era en mucha cantidad, porque la dicha Iglesia no tenia fabrica ninguna, ni el Concejo possibilidad para ello, por no tener propios para sus gastos ordinarios, e forcosos, y nos suplicò, mandassemos dar al dicho Concejo su parte, nuestra carta e provision, para que los que lleuan los dichos diezmos diessen y pagassen los dichos ocho mil ducados, o la cantidad que fuesse mos seruido, para que la dicha Iglesia se acabasse, o como lo nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, y ciertas informaciones e diligẽcias que sobre ello por nuestro mandado ante ellos embiaron los Alcaldes ordinarios de la dicha villa, y parecer que en ello dieron. Y assimismo el Vicario de la dicha ciudad, y lo dicho y alegado por parte de la dignidad Arcobispal della, y el hospital de Santiago, de los Caualleros de esta ciudad, dieron un auto en la dicha villa de Madrid, a seis dias del mes de Iunio, del anno passado de mil y quiniẽtos y nouenta y siete, por el qual recibieron el dicho negocio a prueua, con termino de treynta dias, y mandaron, se notificasse a todas las personas que tenian parte en los diezmos de la dicha villa, contra los quales se despachò nuestra carta e prouision de emplazamiento, y les fue notificado. Y porque no dixeron, ni alegaron contra ello cosa alguna, les fue acusada la rebeldia: y la parte de la dicha villa hizo cierta prouanca, de la qual se pidio e hizo publicacion, y dixo de bien prouado, y el pleyto fue auido por concluso. Y por los del nuestro Cõseio visto, mãdarõ dar, e fue dada otra nuestra carta e provision, para q̃ los dichos Alcaldes ordinarios hiziessen poner en publico pregon la obra y edificio de la dicha Iglesia, y Capilla mayor della, y con interuencion del dicho Ordinario eclesiastico, la rematassen y hiziessen rematar en la persona, o personas que a menos costa, e con mejores condiciones, e mas ventajas se obligasse a lo hazer, y hecho el dicho remate, con los autos que sobre ello passassen, escrito en limpio, signado en publica forma e manera que hiziesse fee, lo embiassen ante los del nuestro Consejo, para que en ello se proueyesse lo que conuiniesse. En cumplimiento de lo qual se truxo en pregon, y parece q̃ de ultimo remate se rematò en Diego Arze, maestro de cãteria, en trece mil ducados; y con los autos que sobre ello passaron, se truxeron, e presentò ante los del nuestro Consejo, y por ellos visto, mandaron dar traslado a las otras partes: y estando el negocio concluso, visto por los del nuestro Consejo, dieron un auto en la dicha villa de Madrid, a nueue de Hebrero, del anno passado de mil y seyscientos y uno; por el qual mandaron, q̃ lo viesse todo el nuestro Fiscal. Y auiendolo todo visto, dixo, que se le deuia denegar a la dicha villa de Dosbarrios lo que pedia para el reparo de la nueua fabrica que pretendia hazer de la Iglesia; assi porque no auia necessidad de nueua Iglesia, por ser como era la que de presente tenian muy capaz, y comoda; porque Nos, para en casos de necessitad de reparar e fabricar Iglesias, teniamos assignado el noueno, que era la tercia parte de las tercias que a Nos pertenecian por concessiones Apostolicas, por iustos e derechos titulos, libres, e inmunes de todas cargas y contribuciones, principalmente, que constaua por los dichos papeles, no ser necessaria nueua Iglesia, y que la que de presente querian hazer, era mas por gusto de los vezinos de la dicha villa, e por sus particulares comodidades, que por necessidad, ni aun conueniencia que huuiesse. Atento lo qual pidio, se hiziesse segun de suso, e sobre todo iusticia. Sin embargo de lo qual, la parte de la dicha villa concluyò, e por los del nuestro Consejo visto, lo ouierõ por concluso, e dieron un auto en esta ciudad de Valladolid, a veynte y nueue dias del mes de Iunio, del anno passado de mil y seiscientos e tres, por el qual mandaron notificar el estado del dicho pleyto al Cardenal Arcobispo de Toledo, que al presente era: y Rodrigo Suarez en su nombre, respondiendo a ello, presentò ante los del nuestro Consejo una peticion, por la qual dixo, se le deuia denegar a la dicha villa lo que pedia, por lo q̃ estaua dicho e alegado, en que se afirmaua: y porque la dicha obra auria sesenta annos que se auia comencado, sin necessidad alguna, y en la dicha villa auia un Monasterio de frayles Trinitarios, y era lugar pequenno, y la Iglesia que tenia capaz, como cõstaua por la prouãca q̃ por la dicha dignidad estaua fecha, y la q̃ en contrario se auia querido hazer, era con testigos vezinos, y officiales q̃ auian de hazer la obra, y por el consiguiente interessados. Y nos suplicò, mandassemos denegar lo que en contrario se pedia: y en caso que pareciesse conuenir, se reedificasse la dicha Iglesia, fuese mandado pagar alguna cosa moderada, en que contribuyan los herederos, y bienes de los Arcobispos passados, en cuyo tiempo se auia comencado la obra, y contestado el pleyto. De la qual dicha peticion se mandò dar traslado a la parte de la dicha villa, y Baltasar Fernandez de Velasco en su nombre, se la dio por notificada, y afirmandose

dose en todo lo dicho, y alegado por su parte, y si era necessario, lo dezia y alegaua de nueuo, y negando lo periudicial, concluia, sin embargo de lo contenido en la dicha peticion. Y por los del nuestro Conseio visto el dicho pleyto, dieron e pronunciaron en el un auto, sennalado de sus rubricas y sennales, del tenor siguiente.

Auto. * En la ciudad de Valladolid, a cinco dias del mes de Setiembre, de mil y seiscientos y tres annos, los sennores del Conseio de su Magestad, auiendo visto el negocio, que es entre el Conceio, Iusticia, y Regimiento, y la Iglesia de la villa de Dosbarrios, de la una parte, y el Cardenal de Toledo, y las demas personas interessadas en los diezmos de la dicha villa, de la otra. Dixeron, que mādauan e mandaron, se dè carta e prouision de su Magestad, para q̃ se reparta en cada un anno entre las personas que lleuā los diezmos de la dicha villa, el quinto de lo que en cada un anno montaren los dichos diezmos; el qual dicho repartimiē to de la quinta parte de lo q̃ en cada un anno mōtaren los dichos diezmos, se vaya haziendo, hasta tanto que se ayan sacado los dichos treze mil ducados, en que se rematò la obra de la dicha Iglesia. Y ansi lo proueyeron, y mandaron. * El qual dicho auto, que de suso va incorporado, fue dado e pronunciado por los del nuestro Conseio, en el dia, mes, e anno en el contenido, y fue notificado a don Bernardo de Sandoual e Roias, Arcobispo de Toledo; en su persona, e respondio, que un agēte suyo acudiria al dicho negocio. Y ansimismo se notificò al Conde de Chinchon en su persona, el qual pidio se le diesse traslado del, y durātè no se le diesse, no le corriesse termino. Y assimismo fue notificado al Licenciado Gil Ramirez de Arellano, Fiscal, el qual dixo, que se iuntasse con el pleyto, y se lleuasse para lo ver, y hasta tanto, no le corriesse termino. Y assimismo fue notificado a Felipe de Matienco, como administrador del hospital de los Caualleros, de la dicha ciudad de Toledo: el qual dixo, que hablando con el acatamiento que devia, suplicaua del, con protestacion de expressar agrauios. Y assimismo fue notificado en los estrados del nuestro Conseio en ausencia e rebeldia del Dean, y Cabildo de la santa Iglesia de la dicha ciudad, e del Prior, e Conuēto de Veles, y de don Pedro de Cardenas, que fueron citados, y emplazados, e no parecierō, ni embiaron en seguimiento del dicho pleyto. Y assimismo se despachò nuestra carta e prouision, inserto el dicho auto, para se notificar en persona a todos los susodichos, como interessados en los dichos diezmos: la qual parece fue notificada a don Diego Romero, Prior del dicho Conuento de Veles: el qual pidio, se le diesse traslado della, para hazer lo que le conuieniesse. Y assimismo se notificò al Licenciado Iuan Blanco, clerigo, Cauallero del Abito de Santiago, administrador del hospital de los Caualleros de la dicha ciudad de Toledo, en su persona: e respondio, que lo oya. Y assimismo se notificò al Dean, e Cabildo de la santa Iglesia de la dicha ciudad de Toledo, e pidio traslado, y entre tāto no le corriesse termino, el qual les fue dado: y por no embiar en seguimiento del dicho negocio, ni dezir, ni alegar contra el cosa alguna, Baltasar Fernandez de Velasco, en nombre de la dicha villa de Dosbarrios, les acuso la rebeldia, e por los del nuestro Conseio vista, la ouieron por acusada, y el negocio concluso, dieron e pronunciaron en el otro auto, en grado de reuista, sennalado de sus rubricas, y sennales, del tenor siguiente.

Auto del Conseio Real. En la ciudad de Valladolid, a veinte y tres dias del mes de Deziembre, de mil y seiscientos y tres annos, visto por los sennores del Cōseio de su Magestad este pleyto, que es entre el Conceio, Iusticia, e Regimiento, y la Iglesia de la villa de Dosbarrios, de la una parte, y el Cardenal de Toledo, y las demas personas interessadas en los diezmos de la dicha villa, de la otra. Dixeron, que sin embargo de las suplicaciones interpuestas por parte del Cardenal de Toledo, y las demas partes, confirmauan y confirmaron el auto en este negocio proueydo por alguno de los dichos sennores, en cinco de Setiembre, deste presente anno, por el qual mandaron, de se carta e prouision de su Magestad, para que se re parta en cada un anno entre las personas q̃ lleuan los diezmos de la dicha villa el quinto de lo que en cada un anno mōtaren los dichos diezmos, el qual repartimiēto se vaya haziēdo, hasta tanto que se ayan sacado los trece mil ducados en que se remitò la obra de la dicha Iglesia, en todo, e por todo, como en el dicho auto se contiene: y assi lo proueyeron e maodaron. * Y fue acordado, que deviamos de mandar dar esta nuestra carta para vos, en la dicha razon. E Nos tuuimos lo por bien: por la qual vos mandamos, que luego q̃ con ella fueredes requerido, vays a la dicha villa de Dosbarrios, y hagays informaciō, y aueригueys, y sepais que diezmos son los que ay en ella, y que personas los lleuan, y cobran, y quāto cada uno, y quanto valen de renta en cada un anno, y esto fecho, veays los dichos autos que de suso van incorporados, y los guardeys, cumplays, y executeys, y hagays guardar, cumplir, y executar, en todo, e por todo, segun, e como en ellos se contiene, y contra su tenor, y forma; y de lo en ella contenido, no vays, ni passeys, ni consintais yr, ni passar en manera alguna, en lo qual podays estar, y vos ocupar diez dias, menos los que dellos no fueren menester, y ayays, y lleueys de salario en cada uno de los que en ello os ocuparedes, saliendo fuera de vuestra iurisdicion; y no de otra manera, quinientos marauedis, y para un Alguazil, que con vos mandamos que vaya para que execute vuestros mandamientos, docientos y cincuenta marauedis, y para un escriuano del numero dessa dicha ciudad, que tenga titulo de escriuano de nuestros Reynos, ante quien mandamos q̃ passe, y se haga lo susodicho, ciento y treynta y seys marauedis, demas e aliende de los autos y escrituras, e presentaciones de testigos que ante el passaren, e se otorgaren, con tanto que no lleue tiras del registro q̃ en su poder quedare, los quales les aya e lleue cōforme al arazel de nuestros Reynos, por don de los escriviētes della han de lleuar, y los que lleuare, assiente al fin de los autos q̃ sobre ello se hizieren, y lo firme de su nombre, para que

que por ello se pueda aueriguar, si lleuò algo demasido, so pena, que lo que de otra manera lleuare, lo pagara con el quatrotanto, para la nuestra Camara, el qual dicho vuestro salario, y salario, e derechos del dicho alguazil, y escriuano, ayays e cobreys, e vos sean dados e pagados por parte de la dicha villa de Dosbarrios de sus propios e rentas, a la qual mandamos vos los de e pague luego que por vos le sea pedido: y sino os los diere e pagare, la podays hazer y hagays execucion por ellos, y lleuar e lleueys de salario por cada un dia de los que en la hazer os ocuparedes, vos, y el dicho alguazil, e escriuano, otros tantos maravedis como si entendiessseys en el negocio principal, y entretãto que en lo susudicho entendieredes, y por virtud desta nuestra carta lleuaredes de salario, no lleueys otro salario alguno por virtud de otras nuestras cartas, y comissiones que por Nos os ayan sido, o sean cometidas. Y si para lo hazer cumplir y executar, fauor y ayuda huuieredes menester, por esta natura mandamos a qualesquier iusticias, e personas a quien de nuestra parte se lo pidieredes, que vos lo den, y hagan dar, con las carceles, e prisiones que menester ouieredes, a los plazos, e so las penas que de nuestra parte les pusieredes, o mandaredes poner, las quales Nos, por la presente les ponemos e auemos por puestas, y por condenados en ellas, lo contrario haziendo. Para lo qual os damos poder cumplido, qual de derecho en tal caso se requiere, con todas sus incidencias, e dependencias, anexidades, e conexidades, y no fagades ende al, so pena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis, para la nuestra Camara, so la qual mandamos a qualesquier escriuano vos la notifique, e dello de testimonio, porque nos sepamos como se cumple nuestro mandado. Dada en la ciudad de Valladolid, a quinze del mes de Enero, de mil y seyscientos y quatro annos. El Conde de Miranda. El Licẽciado Nunnez de Bohorqs. El Licẽciado Frãcisco don Diego Lopez de Ayala. El Licenciado don Iuan de Ocon. Yo Alonso de Vallejo, escriuano de Camara del Rey nuestro sennor, la fize escriuir por su mandado, con acuerdo de los de su Consejo. Registrada. Iorge Oleal de Vergara Cañales, Iorge Oleal de Vergara.

21 * Pero † si las Yglesias fueren despobladas, entonces suceden en sus fabricas, y ornamientos, y hazieda, los racioneros de la santa Yglesia de Toledo, con cargo de repararlas, y conseruarlas en el estado que las toman; y esta es su principal renta que les esta cõcedida por Bullas de su Santidad, demas de las medias anatas, por otras Bullas Apostolicas de su Santidad, con lo qual los beneficiados, y los parroquianos estan libres de repararlas, porque toda esta carga, y obligacion tiene los dichos racioneros, a los quales se les entregan los ornamentos, y calizes, y las rentas que pertenecian a las tales Yglesias, para lo qual tienen su juez disputado para la cobranca, y anexion de los bienes: y quando no reparan las Iglesias, se les embargan los frutos por el iuez ordinario, y se tasa el valor de los gastos de la obra, y suelen dar fianças de hazer los a cierto plazo, y con esto se les da desembargo, lo qual he visto practicar muchas vezes, como su Abogado, a cuyo cargo està la defensa de sus pleytos, y causas. Lo qual se referirà mas largamente *en la question penultima*, adonde se ponen sus privilegios.

## SVMMARIVM.

1 *Excommunicati sunt in Bulla*, in cœna Domini, *turbantes iurisdictionem ecclesiasticã.*
2 *Arma ecclesiæ sunt censura.*
3 Cap. dilecto, de sententia excommun. lib. 6. *declaratur.*
4 *Rex potest clericos seditiosos, qui turbant Regiam iurisdictionem, à Regno expellere.*
5 *Resolutio quæstionũ traditur.*

## QVÆSTIO C.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo contra laicos turbantes illius iurisdictionem.*

TVrbantes † ecclesiasticam iurisdictionem sunt excommunicati per Bullam, *in cœna Domini*, que comprehendit ecclesiasticas & sæculares personas. Et sic nimirum adversus eos potest Episcopus per censuras procedere; quia omnibus Magistratibus concessum est iurisdictionem suam defendere pœnali iudicio, *l. 1. D. si quis ius dicenti non obtemperaverit*, & sic in Concilio Lugdunensi dispositum est, ut possit spiritualiter etiam, gladio utendo ecclesiastico, se defendere, & † ad arma spiritualia recurrere, quæ sunt propria ipsius ecclesiæ, atque excommunicationis sententiam in suam iurisdictionem turbãtes ferre, ut est dispositum † *in cap. dilecto, de sententia excommunicatio, lib. 6.* qui tex. reciprocè procedit & loquitur, ut diximus, contra clericos turbantes sæcularem iurisdictionem *in quæstion. 77.* quam opinionem tenet ibi, Ioannes Andreas, Geminianus, & Franciscus, Socinus, *in cap. perpendimus, num. 121. de sententia excommunication. & in cons. 137. volum. 2.* Lapus, *allegation. 37.* Capicius, *decis. 124. num. 1.* Decius, *in cap. reprehensibilis, de appellationibus*; Antonius de Butrio, *in cap. venerabilis, col. 2. de censibus.* Pro † qua sentẽtia facit, quia Reges possunt procedere contra ecclesiasticos, & Prælatos seditiosos, turbantes Regiam iurisdictionem, ut tradit Chassaneus, *in cõsuetudinibus Burgundiæ, rubrica, 1. §. 5. glossa; sed, numer. 81.* Avendanno, *de exequendis mandatis, 2. part. cap. 6. num. 12.* Covarruvias, *practicarum, capit. 35. num. 13.* Bernardus Diaz, *cap. 102.* Additionator, Salcedo, *glossa, 1.* & diximus *in d. quæstion. 77.* & † sic sequitur; iudicem ecclesiasticum vim non facere, procedendo per censuras contra laicũ turbantem suam iurisdictionem, ut contrariorũ eadem sit disciplina, ut *in l. C. de cupressis, lib. 11.* Caveant tamen Reges, & prudenter, attendant, ne prædicta expulsio clericorum fiat animi iracũdia, & dolosè: quia, ut dicebat Xefelin. *in Castre Augusto*; oportet Principem non solum nihil facere per iniuriam, sed neque omnino facere vi-

deri: nam privatis quidem hominibus satis est, nihil delinquere: principem verò decet, nec suspectum quidem esse delicti.

SVMMARIVM.

1 *An propter qualitatem presbyteratus Reus amittat privilegium immunitatis ecclesiastica, controvertitur.*
2 Cap. inter alia, de immunitate eccles. *declaratur.*
3 Lex, 4.tit.11. p.1. *declaratur.*
4 Cap.fin.de immunitate eccles. *declaratur.*
5 *Doctores pro prima opinione referuntur.*
6 *Contraria opinio, refertur.*
7 *Occidens in ecclesia, vel cameterio, non gaudet ecclesia immunitate.*
8 *Doctores pro hac secunda opinione traduntur, & quid fuit iudicatum.*
9 *Opinio Auctoris refertur in quæstione proposita.*

## QVÆSTIO CI.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo per censuras contra iudicem, qui extrahit ab ecclesia laicum, qui sine proditione occidit presbyterum.*

1 RAtio † dubitandi est, an ratione qualitatis presbyteratus, reus debeat amittere immunitatis ecclesiasticæ privilegium. sicut, si occidisset alium quemlibet hominem. Et pro reo crimi-
2 nis facit regula, tex. † *in c. Inter alia, de immunit. eccl.* ubi licet gravissima delicta reus committat, dummodo non sint excepta in illo text. gaudere debet ecclesiæ immunitate, ibi: * *Quantumcunque gravia maleficia perpetraverit, non est violenter ab ecclesia extrahendus:* * & ibi: * *Nisi publicus latro fuerit, vel diuturnus depopulator agrorũ.* *
3 Et † probat de iure nostro Regio, *lex, 4.tit.11.partit.1.* ibi: * *E los que matan, e fieren en la Yglesia, o en su cimenterio, en fuciãdose de ampararse en ella, o los que la quemam, o la quebrantan, a todos los otros defiende la santa Yglesia, que ninguno los haga*
4 *mal,* * tex. † etiã, *in c.fin.de immun. ecclesiastica,* ubi loquẽs de homicidiis, annectit, si in ecclesia, vel cæmeteriis committantur: & sic videtur excludere homicidium, qualitercunq; in personam presbyteri committatur: quia in odiosis non debet fieri extensio de persona ad personam, neque de casu ad casum, *l. qui furere, D. de statu hominũ.*
5 Et † pro hac sententia facit doctrina, Navarri, *in manuali confessorum, c.25.n.19.* ubi expresse tenet nostram sententiã, quod percutiens, vel occidens clericum, gaudeat ecclesiæ immunitate. Idem tenet, Paz, *in sua praxi, 1.tom.p.5.c.3 §.3.n.169.* Et sic iudex ecclesiasticus nõ facit vim, procedendo cõtra iudicem sæcularem, extrahentem occisorem ab ecclesia, cum debeat frui eius immunitate.
6 Sed † pro iudice laico, imo quod recto iure potuit occisorem clerici ab ecclesia extrahere, facit tex. bene intellectus, & ponderatus, *in d.c. fin. de immunitate eccles.* ubi frustra legis implorat auxilium, qui committit in legem: & presbyterum occidere, est ecclesiæ iniuriam facere; & sic non debet reus eius privilegio gaudere. Maximè, † 7
quia, si non gaudet immunitate, qui occidit in ecclesia, vel eius cæmeterio, quanto fortius non debet gaudere, qui occidit presbyterum: cum maius crimen sit, clericum occidere extra ecclesiam, quam alium in ea. Quam † opinionẽ tenet Boe- 8
rius, *decis.109.* Rebuff. *ad leges Gallia 2. tom. tit. de immunitate ecclesiarum, num.29.* Tiberius Decianus, *in tractat. criminali, lib.6.cap.28. num.11.* Prosperus Farinacius, *in suis quæstionibus criminalibus, 1.parte, quæst.28.num.28. limitat.4.* & ita dicit fuisse declaratum, Michael Ferrer. *in 3. parte, cap.150.* Quem refert & sequitur novissimè, D. Ludovicus de Peguera, *decision.221.num.8. & per totam,* ubi dicit, sic fuisse iudicatum 8. *Decembris anno* 1600. Et sic secundam istam opinionem, iudex ecclesiasticus facit vim, procedendo per censuras, ut reus remittatur ad ecclesiam.

In † qua Doctorum varietate, verius existimo, 9
reum occisorem clerici, gaudere ecclesiæ immunitate; cum regula iuris sit pro eo; & Doctores nostræ Hispaniæ, qui magis piè locuti sunt, maximè noster Navarrus: & contraria opinio est valdè crudelis, & rigorosa, dum tamen mors casualiter contingat, sine aliqua proditione: quia aliter iudex ecclesiasticus faciet vim, extrahẽdo occisorem ab ecclesia.

SVMMARIVM.

1 *Diversa sunt, Iudicem agere contra aliquem, & Iudicem inquirere in aliquem.*
2 *Laicus iudex potest inquirere contra clericum assasinum.*
3 *Bulla* Pauli 3. *refertur, contra clericos in atrocissimis delictis, ut possint à laico iudice puniri.*
4 *Pontifex potest concedere privilegium iudici laico, procedendi contra clericos.*
5 *Distinctio Autoris refertur in quæstione proposita.*
6 *Punitio delicti assasinatus contra clericum, nõ pertinet ad iudicem laicum ante realem degradationem clerici.*

## QVÆSTIO CII.

*Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non inquirat contra clericum assasinum.*

MVlta contra clericos assasinos, retulimus, *in lib.4 commun.quæstion.901.* ubi favore iurisdictionis ecclesiasticæ aliqua retulimus. Et
† hæc quæstio est ab ea multum dissimilis; quia 1
ibi agimus an iudex sæcularis possit agere contra clericum assasinum: nunc verò agimus, an possit inquirere; quod est diversum, ut *in cu.1. de homicidio, lib.6.* ubi notant Doctores. Et † pro iudice 2
laico consuluit, Tiberius Decianus, *cons.82.vol.2.*
ubi *numer.9.* refert † Bullam Pauli, 3. *anno* 1542. 3
quia conceditur licentia iudicibus sæcularibus, procedendi contra clericos in atrocissimis delictis, qui in hoc censentur delegati Pontificis, ut est gloss. *in c. laicus, 16.quæstion.7.* Felinus, *in cap. 2. de maioritate, & obedientia, num.3.* ubi ex privilegio

vilegio Pontificis, laicus iudex poteſt procedere, ut in Gallia obſervatur, ut tradit Aufrerius, *in repetitione clementinæ, 2. de officio ordinar. in 1. reg. fallentia, 13.* Guillermus Benedictus; *in cap. Raynutius, verbo, & uxorem nomine Adelaſiam, deciſ. 2. num. 47.* Sed ego non video dictam Bullam: & ſi
4 conceſſa eſt, nulla eſt dubitatio: cum † Pontifex poſſit concedere dictam facultatem Principibus
5 laicis. Et † ſic in quæſtione propoſita, diſtinguendum eſſe puto; quia aut iudex laicus procedit principaliter contra laicum aſſaſinũ, & ſecundariò contra clericũ, qui fuit ſocius criminis: vel directè procedit contra clericum, quia infamatus fuit, delictum cõmiſiſſe. Primo caſu, valebit proceſſus, & non poterit iudex eccleſiaſticus inhibere ſæculari; cum ipſe non cognoſcat principaliter de iuſtitia cauſæ, ſeu delicti clerici, ſed ſolum inquirat acceſſoriè, ad inveſtigandam veritatem delicti: in ſecundo verò exiſtimo, iudicem eccleſiaſticum vim non facere, inhibendo ſæculari: quia
6 † neq; punitio delicti, ante realem degradationẽ, neque inquiſitio pertinet ad eum, ut latiſſimè reſolvimus, *in dict. quæſt. 90.* & ſic ſunt intelligenda, tradita per Tiberium Decianum; *ubi ſupra*, quod eſt ſingulare & menti tenendum.

SUMMARIUM.

1 Cap. porro, de divortiis, *declaratur.*
2 *Uxor tenetur ſequi virum, etiam leproſum.*
3 *Contraria opinio defenditur quando ſeparatio eſt temporalis.*
4 Cap. 1. de coniugio leproſorum, *declaratur.*

## QUÆSTIO CIII.

*Utrum iudex eccleſiaſticus faciat vim, procedendo per cenſuras contra coniugatos, qui ſine iudicio eccleſiæ ſeparantur ob aliquam infirmitatem.*

PRo iudice eccleſiaſtico, in hac quæſtione
1 propoſita, videtur tex. expreſſus, † *in c. porrò, de divortiis.* Ubi ſine iudicio eccleſiæ coniuges nõ
2 poſſunt ad invicem ſeparari, maximè, quia † uxor tenetur ſequi virum etiam infirmũ, & leproſum, ut *in c. 1. de coniug. leproſorum, cap. ſi quis, 32. quæſtion. 7.* quæ iura faciunt pro iudice eccleſiaſtico, ut non faciat vim, procedendo contra coniugatos, qui iudicio proprio, vivunt ſeparati.
3 Sed † contrariam opinionem reſolvit in quæſtione propoſita, Tiberius Decianus, *conſil. 33. volum. 2.* ubi ſatisfacit difficultatibus in contrariũ adductis, ut illa iura procedãt in ſeparatione perpetua matrimonii, ſecùs in temporali, ob cauſam
4 alicuius infirmitatis; quod non prohibet, tex. † *in dict. cap. 1. de coniug. leproſ.* qui loquitur de honeſtate, hortando, & non cogendo: quare ſi iudici eccleſiaſtico conſtiterit, ſeparationem factam fuiſſe ob aliquam infirmitatem, non poterit contra illos per cenſuras, procedere; quia iura canonica, illud non diſponunt: & ſi contrarium à iudice eccleſiaſtico factum fuiſſet, erit caſus violentiæ.

SUMMAIRUM.

1 *Caſus de facto refertur.*
2 *Novitius eſt de foro Eccleſiæ.*
3 *Bona ingredientis Religionem in ipſo ingreſſu transferuntur in Monaſterium.*

## QUÆSTIO CIV.

*Utrum iudex eccleſiaſticus faciat vim, inhibendo iudici ſæculari, qui procedit contra bona Monachi novitij, non facta profeſſione.*

CAſus † iſte mihi contingit de facto in hac 1
civitate Toletana, in bonis hæreditariis Doctoris Cabreræ, Medici huius civitatis; qui relicta filia novitia in Monaſterio ſancti Dominici Regalis huius civitatis, mortuus fuit, facta diſpoſitione ſuorum bonorum in præiudicio filiæ: cuius virtute coram iudice ſæculari apprehenſa fuit bonorũ poſſeſſio parentis: conſervator verò Monaſterii mediante perſona monialis, inhibuit iudici ſæculari, ex eo quòd monialis novitia eſt de foro eccleſiæ: & fuit dubitatum, an dictus iudex conſervator faciat vim. Et licet advocati fuerint diverſi, ego ſemper fui in ea ſententia, & conſului, quod dictus iudex non faciat vim, quia † no- 2
vitius eſt de foro eccleſiæ, & ſic non poteſt conveniri coram iudice ſæculari, ut tradit Hoſtienſis, *in c. ſtatuimus, verbo, poſſe, de regularib.* Archidiaconus, Ioannes Andreas, Geminianus, & Francus, *in cap. religioſo; de ſententia excommunicat. lib. 6.* Tiraquellus, *de retractu linagier, §. 1. gloſ. 8. n. 21.* Iaſon. *in authent. ſi qua mulier, n. 59. C. de ſacroſanctis eccleſ. per tex.* à ſimili, *in l. ſtatu liber. D. de quæſtionibus*, & tenet noviſſimè Marta, *de iuriſdictione, 4. parte, centuria, 11. caſu, 121. num. 24. & 29.* ubi dicit, quòd † bona ingredientis religio- 3
nem, in ipſo ingreſſu ſunt tranſlata in Monaſterium, & mutant primævam naturam; & ſic cum filia novitia fuerit hæres patris, quia illi ſupervixit, convenienda eſt coram iudice eccleſiaſtico: & ſic iudicatum fuit per viam violentiæ in Regali Cancellaria Pinciana.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio ſolum devolvit cauſam ab eo capitulo ſententiæ, à quo fuit appellatum.*
2 *Appellans poteſt conſentire in parte, & in parte appellare, quando capitula ſunt diſtincta.*
3 *Appellatio tribuit iuriſdictionem in caſu, in quo appellatio eſt interpoſita, ſecùs in reliquis.*
4 *Capitula quæ continent diverſum factum, ſunt diverſa.*
5 *Capitula coniuncta, vel disiuncta, quando dicantur.*
6 *Pars appellabilis, trahit ſecum partem non appellabilem.*
7 * Sentencia con capitulos diferentes, * *ſunt plures ſententiæ, ut in ſententia ſyndicatus.*
8 *Reſolutio quæſtionis traditur.*

## QVÆSTIO CV.

*Utrum judex ecclesiasticus appellationis faciat vim, cognoscendo de meritis totius sententiæ, quæ continet plura capitula, quando ab uno tantum appellatum est.*

1 Appellatio † solum devolvit causam ab eo capitulo sententiæ, à quo fuit appellatum, non verò, quo ad alia capitula separata: ita Bart. *in l.appellanti, D.de appellationibus, & in l.à patre, §.1.* ubi gloss. *verbo, audiendus, D.de minoribus.* ubi Bald.Ias. *in d.scire debemus, num.5.D. de verborum oblig.* Decius, *cons.344.* Guido Papæ, *in tractatu de appellationibus, num.46.* & dicit communem Parisius, *cons.66. à numero 3.& 4.& 5.& 6. volu-*
2 *min.1.* maximè † quia nõ est inconveniens, quòd possit appellans consentire in parte, & appellare in alia parte: Bald. *in l.præsens, num.3.C. de senteñtiis & interlocutionibus omnium iudicum,* Romanus, *singul.273.* Corsetus, *in suo singulari, verb. appellatio.* Ex quibus constat, iudicem ecclesiasticum appellationis vim facere, si cognoscat in gradu appellationis de meritis totius sententiæ, ultra capitulum, à quo est appellatio interpo-
3 sita: quia † in tantum est iudex, in quantũ est appellatum, & non ulterius. Ita fuit decisum per Rotam Lucensem, apud D.Barnabas de Cornazzanus, *in decisione 63.num.1.& 5.* ubi dicit, illud
4 † procedere quando capitula non sunt connexa, sed separata; quia continent diversum factum, ut docet Baldus, *in l. ampliorem, n. m.6. de appellationibus,* Felin. *in cap.cum inter, num.6.de re iudi-*
5 *cata.* Gravetta, *cons.23.volum.1.* coniuncta † vero capitula dicuntur, quando ex consequẽtia factorum separationem non recipiunt: & in hoc casu licita est cognitio, cum cõnexio procedat semper ab eadem causa, & ex eadem radice. Ita Imola,
6 *cons.134.* Eugenius, *cons.70.num.11.* Et sic, si † una pars est appellabilis, trahit ad se aliam. Ita Frãcus, *in c.si duobus, n.2.de app.* Et est bonus tex. pro hac sententia, *in l.cum eiusdem.§ fin.D.de ædilicio edicto,* & declarat Gracian. *in decision. Provinciæ Marchiæ, decisione 60.num.6.* Quod tene menti:
7 * *Para † las sententias de residencia, y capitulos que se ponen a las personas ecclesiasticas, en que las sententias contienen diversos capitulos; que la apelacion del uno no du iurisdicion en los demas, sino es,*
8 *que sean annexos, e individuos.* * Et † si aliter iudex ecclesiasticus in appellatione procedat, faciet vim, quæ per Auditores Regios tollenda est. Et vide D. Ludovicum de Peguera, *decisiõ. 19.* qui hoc declarat.

### SVMMARIVM.

1 *Terminus est designandus ad prosequendam appellationem.*
2 *Appellatio est deserta, per lapsum termini iuris ad appellandum.*
3 *Iudicis auctoritas est vox legis.*
4 *Declaratio iudicis, est verbum legis.*
5 *Appellationem non prosequens; videtur appellationi renunciasse.*
6 *Tempus debet assignari competens ad prosequendam appellationem.*
7 *Iudex potest præfigere tempus ab actu admissæ appellationis, & ex intervallo.*
8 *Iudex delegatus potest præfigere tempus ad prosequendam appellationem.*
9 *Terminus statuitur post dilationem.*
10 *Tempus ad prosequendam appellationem est arbitrarium.*
11 *Appellatio non suspendit iurisdictionem iudicis à quo, in concernentibus faciliorem expeditionem causæ appellationis.*
12 *Termini prorogatio est facienda, quando parti non sit ius quæsitum.*
13 *Prorogatio est in dubio facienda.*

## QVÆSTIO CVI.

*Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo suam sententiam, post terminum datum ad prosequendam appellationem.*

Solet † sæpe de facto contingere in hoc consi- 1
lio Domini Archiepiscopi Toletani, quod, postquam appellatio est interposita & admissa, designatur terminus triginta dierum ad prosequendam appellationem, eoque transacto, declaratur, sententiam fuisse translatam in authoritatem rei iudicatæ, & appellationem desertam: & sic sententiam executioni tradunt. Et tunc dubiũ est, an iudex faciat vim, transacto termino ad dictam appellationem prosequendam, qui de iure potuit dari, *cap. cum causa, 8. de re iudicata, cap. cum sit Romana, 5. de appellationibus.* Et videtur dicendum, iudicem ecclesiasticum vim non facere; quia, † quemadmodum per lapsum termini 2
iuris ad appellandum, appellatio dicitur deserta; ut *in clementina, sicut, de appellationib.* sic per lapsum termini iudicis, in eius locum subrogati, sententia remanebit firma, & per consequens, recto iure est mandanda executioni, *cap.licet, 14.de sententia excommunicat.lib.6.lex, præses.C.de appellationib.*& tenet Francus, *in c.persona, in principio, eodem tit.* Federicus de Senis, *consil.27.* Afflictis, *in constitutionibus Regni Siciliæ, verb. appellationum tempora numero 3.* & ratio est, quia † 3
iudicis auctoritas est viva vox legis, *lex, nam & ipsum, 8. D.de iustitia & iure.* Et cum lex concedat iudici hanc facultatem, abbreviandi tempus ad prosequendam appellationem, illa † iudicis 4
declaratio, & pronunciatio est verbum legis, *l.4. §.duas, D.de damno infecto,* & sic quod legis authoritate fit, ab ipsa lege fieri videtur, *lex, 1. §. omnia C.de veteri iure enucleando.* Ita Baldus, *in l. fin.in principio, de temporibus appellationum.* Afflictis, *ubi supra, numero 6.* ubi concludit, illud † 5
procedere in pœnam contumacis: quia ex hoc videtur appellationi renunciasse, ut *in l. Papinian. §.si quis, D. de in officioso testamento.* Et hanc dicit communem opinionem, Bald. *in l.fin.in principio, C.de temporib. appellationũ.* Quæ † sententia 6
vera est, & practicanda, quando fuit tẽpus sufficiẽs designatũ ad prosequendam appellationẽ, secundum

dum distantiam loci, & causæ qualitatem, ut docet Francus, *in dict. c. personas, in principio, de appellation.* Quod dicit esse notandum, Bald. *in d. l. Præses, n. 2. vers. & iure civili, C. eod. tit.* & Gravat. ad Vestrium, *lib. 7. c. fin. n. 24. vers. & quoniam.*

7 Et † non solum iudex potest præfigere tempus ab actu admissæ appellationis, sed ex intervallo, ut concludit Vestr. *in sua praxi, sup. cap. fin. nu. 3. lib. 7.* Et ita in Rota fuit iudicatum, *titul. de appellationibus, in novis, decision. 40. alias, 246.* & tradit Florianus, *in clement. 1. de appellationibus, quæst. 28.* & ibi Cardinalis, *q. 29. n. 23.* Imola, *n. 4.* Ancharran. *n. 5. vers. octavo collige*, ubi dicit hanc opinionem esse tutiorem, Felin. *in d. c. personas, vers. sola delatio appellationis, n. 3.* & ibi Decius, & Francus, *num. 9.* Et ita fuisse iudicatum in Rota testatur Rota, *decis. 40. de appellation. in novis,* Lancel. *de attent. tit. de appellat. pendente, n. 86. limitat. 1.* Milis, *in suo repertorio, verbo, iudex, qui detulit,* Francus, *in disputatione sua pratorij, super 2. dubio, n. 3. tom. 3. in 2. parte*, ubi ampliat, hoc procedere non solum in iudice ordinario, sed
8 † etiam in delegato, qui assignat rationem, *numer. 26.* quia iudex à quo, potest exercere ea, quæ tendunt ad exitum causæ appellationis, super eo, in quo iudex ad quem, non possit procedere; cum id non possit fieri per iudicem ad quem, qui non potest abbreviare terminum iuris, cessante causa periculi, ut *in c. oblatæ, de appellat.* quæ opinio confirmatur ex text. *in cap. 1. §. post hac, de appellat. lib. 6.* ubi dicitur, quod † talis terminus sta-
9 tuitur post dilationem, ponderando dictionem, *post*, quæ est apta comprehendere actum, qui fit ex intervallo, ut tenet Bartolus, *in l. fructus, D. soluto matrimonio,* Francus, *in cap. 1. in primo notabili, de constitutionibus, lib. 6.* Tiraquellus, *in l. si unquam, §. & postea, num. 12. usque ad 23. C. de re-*
10 *vocandis donationibus.* Et † quantum sit hoc temporis intervallum, statur arbitrio iudicis, ut tradunt Doctores, *in cap. cum M. Ferrariensis, de constitutionibus,* Imola, *in l. qui alienum, §. final. D. de*
11 *acquirenda hæreditate*, quia † nunquam per appellationem est suspensa iurisdictio iudicis à quo, in concernentibus faciliorem expeditionem causæ appellationis, *cap. cum teneamur, 17. de appellationibus,* ubi Francus, *num. 2.* dicit esse menti tenendum, & Federicus, *consilio, 98.* quoniam iudex ad quem non offenditur, sed potius coadiuvatur, ut docet Ioann. *in cap. cum appellationibus, notabili 2. de appellationibus, lib. 6.*

Unum tamen non omittam pro complemento huius quæstionis, quod est utile in praxi, in his
12 cognitionibus per viam violentiæ: quod † si prorogatio termini fuerit post tempus iam elapsum, & post ius parti quæsitum, tunc dicitur appellatio deserta, & non debet amplius in præiudicium partis terminus prorogari: quod secus est) ut supra diximus) si ante lapsum termini prorogaretur; quia, cum tunc non sit ius parti quæsitum, licita est prorogatio toties, quoties iudici visum fuerit, cum arbitrio illius sit concessa prorogatio, & moderatio, ut *in cap. cum sit Romana, de appellat.* ita Francus, *in d. c. sæpe, nu. 18.* quem sequitur *decis. 2.* Rotæ, apud Gracianum, *in n. 28. & 29.* & secundum istam resolutionem sunt terminandi articuli per viam violentiæ, cum casus de facto contingat. Et † in dubio prorogatio termini est 13
facienda, ne ius partis pereat ex negligentia procuratoris, prout dicimus de appellatione, glossa, *in l. qui restituere, in fin. D. de rei vindicatione.* Socinus, *cons. 59. n. 1. lib. 4.* Gracianus, *decisio. 9. numer. 4.* & ita hodiè practicatur apud doctos iudices, licet alij adhærentes cortici verborum, contrarium intendant.

SUMMARIUM.

1 *Actus iudicialis, qui requirit figuram iudicij, non potest celebrari diebus feriatis.*
2 Lex, dies festos, C. de feriis, *declaratur.*
3 *Appellatio est actus omni tempore permissus.*
4 *Die feriato potest fieri omnis actus extraiudicialis.*
5 *Appellatio est actus extraiudicialis, & potest interponi die feriato.*
6 *Concessis extremis, conceduntur media.*
7 *Appellatio die feriato interposita, non est nulla.*
8 *Dies termini feriati, non computatur in termino.*
9 *Feria quando sint concedenda, remissivè.*

## QUÆSTIO CVII.

*Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, non admittendo appellationem intra decem dies, quia in die festo fuit interposita.*

SOlet multoties de facto contingere, ne decem dies ad appellandum, de iure canonico concessæ, labantur propter dies feriatos & festivos, vel coram iudice, vel Tabellione, iudicialiter, & extraiudicialiter appellationem interponi; & dubitatur de viribus ipsius. Et † si est actus iudicia- 1
lis, qui requirit ordinem & figuram iudicii, non potest celebrari diebus feriatis, ut *in toto titulo de feriis, & † in l. dies festos C. eod. titul.* ibi: *Dies 2
festos maiestati Altissimi dedicatos, nullis volumus voluptatibus occupari; neque ullis exactionum vexationibus profanari,* lex, 34. titulo, 2. partita, 3. Et sic iudex ecclesiasticus non videtur vim facere, non admittendo appellationem in die feriato, maximè, si non sit periculum in mora.

Sed contraria opinio verior est, & teneda, quia
† appellatio est actus omni tempore permissus, 3
etiam die feriato, in Dei honorem, ut docet Abb. *in cap. fin num. 13. de feriis.*

Et est text, de iure civili, ubi casus deciditur, *in cap. 1. de feriis,* ubi illud notat Baldus & Felinus *in cap. cum M. Ferrariensis, num. 56. de constitutionibus,* ubi assignat rationem; quia † omnis actus ex-
traiudicialis potest fieri die feriato, *in d. l. dies fe- 4
stos,* prout † est appellatio, quæ interponitur à
sententia definitiva, extraiudicialiter in domo; 5
cum non requiratur partis citatio, quæ esset necessaria si actus fuisset iudicialis, *ca. 1. nos in quenquam, 2. q. 1. cap. inter quatuor, de maioritate, & obedientia,* & ita fuit decisum in Rota, *decisio. 40. de appellationibus in novis.* Et sicut die feriata po-

test appellatio interponi, similiter & potest admitti; quia † concessis extremis, conceduntur
6 media, *l. tria prædia, D. servitutib. l. Oratio, D. de sponsalibus, l. ad rem mobilem, D. de procuratoribus.* Ita Salicetus, *in l. prima, ad finem, numero quarto, de feriis,* Felinus, *in cap. significaverunt, vers. decimo, in 6. declaratione, de iudiciis.* Et † sic non po-
7 test opponi de nullitate appellationis, ut tradit Baldus, *in l. quadragınta. C. de feriis,* Alexand. *consil. 53. num. 13. volum. 5.* Et ita iudicatur in Parlamento Galliæ, ut tradit Franciscus Marcus, *decis. 410. in prima parte.* Et in Rota Provinciæ Marchiæ, ut tradit Gracianus, *decisio 5. num. 9. & 10.* & ita de iure, & æquitate, & consuetudine in nostra Hispania practicatur; & in iudicio ecclesiastico, & sæculari est tenendum & in dubio est iudicandum, quod non sit deserta appellatio, propter lapsum temporis, & vide Menoch. *lib. 2. de præsumptionibus, in præsumpt. 95.* ubi dicit, quòd dies non currit de momento ad momentum, ne-
8 que † dies feriati sunt computandi in termino; ut fuit resolutum apud Gracian. *decision. 124. a num. 1. & fin.* & tenet Paulus de Castro, *in l. 1. D. si quis cautionibus.* Decius, *cons. 34. n. 5.* quod tene men-
9 ti: & † quando feriæ sint concedendæ tradit Amatis, *decis. 26.* & quid in causis ecclesiasticis, *num. 9.* & in fiscalibus.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio admittitur à reiectione appellationis.*
2 *Contraria opinio refertur.*
3 *Distinctio traditur in quæstione proposita.*

## QVÆSTIO CVIII.

*Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, reiiciendo appellationem à declaratione, quod appellatio non sit admittenda.*

DVbitatum fuit in Rota, *sub die 26. Octobris, anno 1594.* ut refert Gracian. *decision. 8. n. 1.*
1 an † detur de iure communi appellatio à reiectione appellationis. Et partem affirmativam tradit Bartol. *in l. 1. C. quorum appellat. non recip.* quē sequitur Contardus, *in l. unica. q. 5. C. si de moment. possess. fuerit appell.* & sic secundum istam doctrinam, iudex ecclesiasticus facit vim, reiiciendo appellationem, quia fortassis causa est executiva, in qua appellatio reiicitur quod ad effectum suspēsivum.
2 Sed † contrariam opinionem dicit veriorem, Gracian. *sup. n. 1.* ubi resolvit, per omnes iudices Rotæ ita iudicatum fuisse, quod non possit appellari à reiectione appellationis, & sic iudex ecclesiasticus faciet vim exequendo appellatione reie-
3 cta. In † qua re pro resolutione quæstionis distinguendum esse arbitror, quod aut iudex causā non cognitā reiecit appellationem, vel causā cognita, & parte citata. In hoc ultimo casu non est admittenda appellatio ad effectū retardādæ executionis; ita docet Bart. *in d. l. si. ni si.* ubi Mathesilan. *n. 4. C. quorum appellat. non recip.* Natta, *cōsil. 529. num. 30.* Cephalus, *cons. 185. num. 3. lib. 2.* Contard. *in d. l. unica, q. 5. n. 9. & q. 1. n. 27. usque ad 31.* secùs verò, si in continenti appellatio reiiciatur, ut tradit Gracian. *sup. n. fin.* & sic violentiæ articulus est terminandus.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio est admittenda, quando causa sunt coniuncta, & una est appellabilis, & altera non.*
2 *Appellatio concedenda est, quando datur expēsarum condemnatio.*
3 *Doctores pro prima opinione referuntur.*
4 *Contraria opinio defenditur.*
5 *Subhastationis actus est cōsecutivus possessionis.*
6 *Qui exequitur actum consecutivum possessionis, non innovat, licet causa sit executiva.*
7 *Appellatio non admittitur, quando sententiam constat esse iniquam ex ipsis actis.*
8 *Verba decisionis cuiusdam Marchiæ pōderatur.*

## QVÆSTIO CIX.

*Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo appellatione remota, per quam confirmatur tenuta, & subhastatio bonorum.*

POst latam sententiam in causis executionis, & possessionis, solet altera sententia proferri, per quam mandatur, bona subhastari, & plus offerenti concedi. Quæ sententia non solum continet possessionem emptoris, sed dominii privatione debitoris. Et † sic, quoties duæ causæ sunt simul complicatæ, & coniunctæ, quarum una appellationem respuit, & alia concedit, si sententia feratur super utraque, admittenda est appellatio ab utraque, ut tradit Baldus, *cons. 141. num. 7. lib. 1.* quòd dictum dicit memoria dignum Cotta, *in memorialibus, verbo, mixtum,* Menoch. *remed. 9. de adipiscend. possess. n. 321.* Et pro hac opinione, pluries fuisse in Rota iudicatum, tradit Contardus, *in l. unica, C. si de moment. possess. limitat. 2. n. 45. in fin.* & docet idem Bald. *cons. 266. num. 4. libro 3.* Et sic, cum subhastatio bonorum, & adiudicatio rei venditæ, plus offerenti concedatur, iam hoc præceptum non continet solam nudam possessionem, sed mixtam cum proprietate; & cū excedat terminos simplicis possessionis, datur in totum de iure appellatio, licet non datur in simplici possessorio, ut tradit Contardus, *sup.* & Gracian. *in decisione Rotæ, 9. numero 1.* ubi dicit, illud procedere, maximè † si detur expensarum con- 2
demnatio; cùm in dubio appellationi sit deferendum, ut tradit Socin. *cons. 39. lib. 4.*

Ex qua resolutione videtur dicendum, iudicē ecclesiasticum vim facere, exequendo appellatione remota, cùm ista sententia non contineat merum factum possessorium, sed mixtum cum proprietate; & cū appellatio esset admittenda, datur vis, & attentatum in executione, ut † tradunt, 3
Doctores, *in capit. non solum, de appellationibus, libr. 6.* Laucellot. *de attent. appellat. pend. in prima*
*fatione*

faitone, num. 108. Lapus, alleg. 2. num. 5. Paris. cons. 28 num. 22. libr. 4. Olascus, decisione Pedemontana, 5. numer. 11. & in decisione Provinciæ Marchiæ, nona, numero fin. apud Gracianum, 12. Iulij, anno 1596.

4 Sed † salva pace tantorum virorum, & decisionum, verius credo, in casu proposito iudicem vim non facere, neque attentare, exequendo appellatione remota: quia † iste actus subhastationis, & venditionis bonorum, licet tangat proprietatem, est consecutivus possessionis, & sine eo possessio esset frustratoria, & parvi effectus, & fortassis damnosa. Et † sic recto iure decisum est, iudicem non attentare, qui exequitur actum consecutivum possessionis, & qui eam continuat, non innovat. *capit. cum teneamur, de appellationibus*. & ita fuit iudicatum in Rota, *anno* 1570. prout refert Quintilianus Mandosius, *titulo de inhibitionibus, quæstione*, 22. *numer*. 14. & 13. ubi refert plures decisiones pro hac nostra sententia, in quibus fuit iudicatum, actus possessorios factos in continuationem possessionis, non esse attentatos, post appellationem, & inhibitionem, ut nos resolvimus *in q*. 61. *a nu*. 6. *cum seqq*. quod est menti tenendum.

7 Si † verò ex ipsis actis constet de iniustitia & iniquitate sententiæ possessionis, vel, * *de remate*, * quia appareat ex aliquo instrumento liquido, debitum fuisse solutum, tunc admittenda est appellatio, etiam quoad effectum suspensivum, & executio, & subhastatio bonorum est impedienda, ut docet Alexan. *cons*. 106. *n*. 27. *lib*. 3. Menoch. *de adipiscenda, num*. 850. & 854. *remed*. 4. Gabriel, *cons*. 36. *in princ. lib*. 6. & hæc fuit causa principalis, ut appellatio fuerit admissa, *in d. decis. Marchiæ*, ut constat ex verbis Graciani, *num*. 7. *vers*. & *quatenus, ibi*: † * *Præsertim simulationis, ad quā ostendendam fuit producta apocha solutionis census, de quo agimus, subscripta à Patrigano venditore dicti census, 19. Octobris, anno 1591. in qua falsitas est detecta, cum ex adverso fuerit adhibita fides curati, probans quod Patriganus decessisset, 17. Iunij, 1591. & sic per quatuor menses, & duodecim dies antea, quam dicta apocha fuerit, quod sufficit pro verificanda manifesta iniustitia, & nullitate.* * Ex qua causa iustissimè admissa fuit appellatio, licet causa fuisset possessoria, & contineret sententia actus consecutivos possessionis; quia veritas præfertur iuris rigori, ut resolvimus *in quæstione fin. numer*. 5. ubi plures Doctores refero pro hac sententia, quæ sæpè in tribunalibus versatur, & per consequens cordi affigenda est.

(8 in margin beside "quatenus, ibi")

## SVMMARIVM.

1 *Appellans potest suæ appellationi renunciare.*
2 *Distinctio Auctoris traditur.*
3 *Appellatio est communis, & utrique parti ius quæritur.*
4 *Renunciatio appellationis in præiudicium tertij nihil operatur.*
5 *Declaratio conclusionis traditur, & eius resolutio.*

## QVÆSTIO CX.

*Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequēdo suam sententiam, quando appellationi interpositæ fuit renunciatum.*

NOtissima iuris regula est, quòd † appellans potest suæ appellationi renunciare, *l. si quis libellos*, 28. C. *de appellationibus*, Aymon, Cravett, *consilio*, 115. *numero*, 12. Et sic causa devolvitur ad eum statum, ac si à principio non fuisset appellatum. Ergò, quemadmodum esset exequenda sententia translata in rem iudicatam, ita & eodem modo, licet à principio sit interposita appellatio, si tali appellationi per appellantem renunciatum fuerit, & per consequens, iudex exequendo non facit vim. 1

Sed † in hac quæstione proposita distinguendum est, quia aut pars adversa adhæret appellationi adversarii, vel non; in primo casu, non potest exequi sententia, licet appellationi renunciatum sit; quia † in hoc casu appellatio est communis, & utrique parti est ius quæsitum, ut docet Imola, *in capitul. interposita*, §. *illi. de appellationibus*, Afflictis, *in constitution. verbo appellationum tempora. in fine, libro secundo, rubrica*, 45. & † sic nihil operatur renunciatio in præiudicium tertii. Ita Baldus, *in l. omnem honorem, C. quando provocat. non est necesse*, Tiraquellus, *de utroque retractu, in fin. tituli*, §. 30. *num*. 25. Gomezius, *de triennali possession. quæstio*. 54. quod † etiam subintellige, re integra, quia si appellans se præsentavit coram iudice ad quem, & pars fuit citata, ut compareret coram iudice appellationis, tunc per hanc citationem est etiam ius quæsitum parti, non modò appellanti, & eo invito non potest appellans suæ appellationi renunciare, ut tenet Rota, Provinciæ Marchiæ, *decision*. 23. *numer*. 2. apud Gracianum. Et sic secundum hanc distinctionem, iudex ecclesiasticus potest vim facere, vel non facere, quod nota; quia sæpè contingit de facto, in utroque foro, ecclesiastico & sæculari. Et vide *l*. 9. *titul*. 23. *part*. 3. ubi Gregor. 2 3 4 5

## SVMMARIVM.

1 *Sententia contra sententiam trāslatam in rem iudicatam, non valet, sed vid. n*. 5.
2 *Contraria opinio refertur.*
3 *Iudex, potest retractare suam sententiam, si pars non opponat exceptionem rei iudicatæ.*
4 *Iudex debet iudicare de re, de qua cognovit.*
5 *Sententia contra sententiam translatam in rem iudicatam est nulla, quando fuit opposita exceptio Rei Iudicatæ.*
6 *Declaratio quæstionis traditur.*

## QVÆSTIO CXI.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, retractando, sententiam translatam in rem iudicatam, non opposita exceptione ab adversario.*

1 REgula iuris est, quod † iudex, non possit pronunciare contra sententiam translatā in rem iudicatā, *lib. 1. C. quando provocare non est necesse, l. 1. C. sententiam rescindi non posse. l. 15. titulo, 11. partita, 3.* ubi Gregorius, & tradit Gratus, *cons. 79.* & Franciscus Marcus, *decisione, 465. numero, secundo,* Ioannes de Monte Sperelo *consilio, 289. in 2. parte,* Ioannes Botta, *consilio 84.* & Franciscus Vivius, *decisione, 57. libr. 1.* Gracianus, *decis. 50, numero 5. & decisione, 129. à numero primo, & 197. numer. quart.* & sic iudex ecclesiasticus faciet vim, cognoscendo de meritis sententiæ, quæ transivit in rem iudicatam, in tantum, quod si revocatur, non est necessaria appellatio, quia est nulla ipso iure, ut *in d. l. 1. C. quando provocare non est necesse.*

2 Sed † his non obstantibus, contraria opinio est tenenda, quando pars non opposuit exceptionem rei iudicatæ, & per probationes vel instrumenta constitit de iniustitia primæ sententiæ, ut in casu
3 suprà tradito, *in quæstione, 110.* quia † tunc potest iudex retractare sententiam, ut docet eleganter, Innocent. *in capit. cum dilecta, in fine glossæ magnæ, de rescriptis,* quem dicit ab omnibus approbari, Alexan. *cons. 63. n. 21. libr. 4.* quia pars per non oppositionem dictæ exceptionis, videtur tacitè renunciare sententiæ; & sic iudex † postquā
4 de ipsius sententia cognovit, de ea iudicare debet, *l. de qua re, D. de iudiciis.* Ita Ioannes de Amicis, *cons. 33. n. 35.* ubi declarat, quando pars non opposuit exceptionem rei iudicatæ, ante litis contestationem, ita Romanus, *cons. 74. in fin.* Lancellotus qui dicit communem *de attentatis. cap. 34. quæst. 31. n. 4.* Seraphin. *de privileg. iurament. 22. numer. 52.* Rebuf. *in l. quod iussit, numer. 149. de iudicata,* Felinus, *in cap. qualiter, & quando, el. 1. n. 33. versi. quarto fallit. de accusat.* Afinius, *in sua praxi, §. 13. num. 6. & 7.* Et prima † sententia, & eius funda-
5 menta procedunt, quando fuit opposita exceptio rei iudicatæ, & ea nō obstante, iudex processit ad ulteriora, tunc facit vim, & sententia contra sententiam translatam in rem iudicatam, est nulla.
6 Et † secundum istam doctrinam, est terminandus articulus per viam violentiæ. Quam, sententiam declarat & limitat Gracianus, *in decisionibus Provinciæ Marchiæ, decisione 31. numer. 3. & 4.* videlicet, quando adesset res iudicata ob causam desertam, propter lapsum fatalium, ut tradit, Rota, *titulo de re iudicata, in antiquis, decisi. 12. alias 604.* quod tene menti.

### SVMMARIVM.

1 *Paupertas excusat ad appellandum, & prosequendam appellationem.*
2 *Lites fiunt hodie immortales, & vitas hominum excedunt.*
3 *Appellatio verbalis non requirit expensam.*
4 *Pauper, qui potest petere litis expensas, non excusatur propter inopiam.*
5 *Resolutio huius quæstionis traditur.*

## QVÆSTIO. CXII.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequēdo suam sententiā, quando appellatio non fuit prosequuta propter inopiam appellantis, reyciendo, hanc exceptionem, appellatione remota.*

INopiæ † & paupertatis impedimentū, contingens in persona appellantis, excusat ipsū, 1
si propter ipsius paupertatem impeditus fuerit prosequi appellationem interpositam intra tempus à iure, vel iudice statutum, ita Innocentius, *in cap. ex ratione, num. 2. versiculo, qui appellat,* vbi Francus, *numer. 8. versicul. circa primum. et appellat.* Cardinalis, *cons. 87. numer. 5. versic. nunc videndum,* per textum *in auth. ntic. de his qui ingrediuntur de appellat. §. 1.* Quæ sententia in tantum vera est, quod si propter paupertatem aliquis non appellavit, reservatur tempus appellandi, ut quocunque tempore illam possit interponere, *l. si procuratorem, §. si ignorantes, in fin.* ibi gloss. *verb. non permisit, & verbo, inopia, D. mandati,* glossa, *in l. invitus, C. de procuratoribus.* Doctores, *in c. non iniustè eodem titulo.* Et sic iudex ecclesiasticus faciet vim, exequendo appellatione remota, non admittendo, contra lapsum temporis exceptionem inopiæ, quæ sæpe solet in iudiciis cōtingere; maximè hodiè, cum † lites fiant im- 2
mortales, & vitas hominum penè excedant, ut dicit tex. *in l. properandum C. de iudiciis,* quod tamen limita, quando appellatio potest viva voce interponi; quia tunc paupertas non excusat. Ita Guillermus Benedictus, *in cap. Rainutius, 1. p. verbo, & uxorem nomine Adelasiam, numero, 144. de testam.* Guido Papæ, *quæstion. 436. numero, 21. versicul. decimo quarto quæro,* quia † talis ap- 3
pellatio non requirit expensam *l. 1. in fin. cum sequentibus, D. de appellation. l. litigatoribus, C. eodem titulo.* Si † verò pauper possit petere litis 4
expensas à iudice, vel à parte, tunc non excusatur omittens prosequi appellationem; quia fuit in culpa, non petendo tales sumptus, ut advertit, Felinus, *in cap. si qui testi, in fin. numer. 9. versic. & in quartum, de testibus.* Ex † qua resolutione 5
fuit conclusum in Rota apud Gracianum, *decisione, 44. numero, 11.* non constare de desertione appellationis, si paupertas fuerit probata, quia debet excusare à prosecutione appellationis, gloss. *fin. in l. minoribus, C. de his quibus ut indignis.* Baldus, *in l. acceptam, in fin. quæst. 23. numer. 35. C. de usuris, & in, l. fin. numero, 5. C. de conditionibus insertis* Quod tene menti, quia sæpe de facto contingit. Et secundum hanc distinctionem potest resolvi articulus violentiæ.

### SVMMARIVM

1 *Appellatio non admittitur in causa mercedis.*
2 *Advocati servire dicuntur.*

3 *Servitium non debet excedere spatium trium annorum, ad id exequendum.*
4 *Resolutio quæstionis, & practica.*

## QVÆSTIO CXIII.

### *Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequẽdo sententiam in causa mercedis, appellatione remota.*

Licet regula sit, quod appellatio in dubio sit admittenda, ut *in l. qui restituere*, ubi gloss.
1 *de rei vendicatione*; tamen † ista regula limitatur in causa mercedis; quia, ne retardentur salaria famulorum & servitorum, est sententia exequenda appellatione remota, ut docet Rebuffus; *de sentent. provisionalibus, articul. 3. gloss. 7. num. 1.* & non solum hoc procedit, & est exequendum in servitoribus & famulis, sed etiam in omnibus operariis, ut tradit, Rebuffus, *supra, num. 2.* quia, quoad istum effectum executionis sententiæ (nõ obstãte appellatione) onieès æquiparãtur. Quod etiam ampliat Gracianus, *decisi. 53. n. 3.* ad advocatos & professores, qui habent stipendia, quoniam
2. 3 † omnes servire dicuntur; quod † intellige secũdum nostram pragmaticam Regiam, si salarium non excedat trium annorum spatium, ut docet Duennas, *regul. 206.* Alvarus Valascus, *consultatione, 135. in 2 parte*, Gutierrez, *de iuramento cõfirmatorio, c. 1. n. 24.* & dicam *in quæst. 133.* Idemque procedit & habet locum in famulis Cardinalium & Prælatorum, ut disposuit *Bulla* Pii, *5. 33.* quam refert Gracianus, *ubi sup, n. 6. & nu. fin.* ubi dicit, ita fuisse iudicatum per Rotam, *anno 1595. die 7.*
4 *Novembris*. Et † secundum hanc declarationem iudex ecclesiasticus non faciet vim, exequendo sentẽtiam mercedis trium annorum, appellatione remota: quod tempus est computandum à cessatione servitii; quia eo durante, non est tempus limitatum, nisi respectu advocatorum, ut in pragmatica Regia noviter sancitum est; licèt ea non obstante, vidi iudicatum contrarium in Regali Cancellaria Pinciana, favore Doctoris Martini Illefonsi de Herrera, advocati huius civitatis, cui salaria decem annorum fuerunt soluta, non obstante transcursu temporis; ex eo, quod continuè advocat pro suo clientulo, quod est iuri & æquitati consonum.

## SVMMARIVM

1 *Sententia lata in iudicio, possessionis, est executioni tradenda appellatione reiecta.*
2 *Sententia lata in iudicio possessionis connexo cum proprietate, non exequitur; appellatione remota.*
3 *Nudum possessorium non habet adiunctam proprietatem.*
4 *Mixtum possessorium, habet connexitatem cũ proprietate.*
5 *Duæ causæ complicatæ habentur pro una, quando respiciunt unum effectum.*
6 *Quando aliquid fit propter aliud, consideratur illud, propter quod illud est.*
7 *Quando aliquid fit contemplatione alterius, consideratur causa principalis.*
8 *Resolutio quæstionis traditur.*
9 *Articulus est violentia, cognoscere in iudicio proprietatis, omisso possessorio.*

## QVÆSTIO CXIV.

### *Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo sententiam in iudicio possessorio, quæ habet admixtam causam proprietatis.*

Sæpe diximus, sententiam † in iudicio pos- 1
sessionis latam, esse executioni tradendam, non obstante appellatione, ut *in l. unica*, *C. si de momẽt. possess. fuerit appell.* & tradit Caputaquensis, *decisione, 226. libr. 1.* & Gracianus, *decision. 55.* Quæ † sententia non habet locum, quando cau- 2
sa est connexa; quæ procedit ab eadem ratione; quia tunc pars appellabilis trahit ad se in connexis, partem non appellabilem Ita Francus, *in cap. si duobus, numero, 2. de appellation.* & si fuerit innovatum, dicitur constare de attentatis; quia † 3
non potest dici nudum possessorium, cum iudex in sententia aliquid addit ultra possessionem; nã
† efficitur mixtum ratione alterius causæ, & ra- 4
tionis admixtæ, Cõtardus, *in d. l. unica, verbo, complicatio, nu. 10 & 16.* & † sic duæ causæ compli- 5
catæ habentur pro una; maximè, quando respiciunt unum eundemq; effectum. Ita Ias. *in l. scire debemus, D. de verborum oblig.* Et † quando unũ 6
est propter alind, cõsideratur illud, propter quod illud est, & dicitur unum, *l. Iulianus, D. de legat. 3.* & similiter, si duo ex uno fonte oriuntur, unum tantum reputatur; ut tradit, Chassaneus, *cons. 1. n. 22.* Ægidius, *decis. 379. in fine.* Et † quando ali- 7
quid fit contemplatione alterius, inspicitur illud, cuius contemplatione fit actum, ita Bart. *in l. si servo legato, §. si testator, de legat. 1.* Aymon, *cons. 231. numer. 16.* maximè, quia semper debemus considerare, non ipsum actum simpliciter, sed in quo fit contemplatio, *l. si pater, §. qui duos*, ubi Bald. *de adoptionibus.* Decius, *cons. 283. columna, 5.* Aymon, *cons. 91. num. 6. & cons. 231. numer. 16.* & sic, cum sint duæ simul complicatæ, quarum una admittit appellationem, alia non, si sententia simul feratur sub utraque, poterit appellari tam ab una, quam ab alia. Ita Baldus, *cons. 141. lib. 2.* Menochius, *de adipiscenda possess. remed. 3. numero, 187. & de recuperanda. remed. 9. numero, 319.* Contardus, *ubi supra.* Qui refert plura exempla de sententiis latis in possessorio, in quibus admittitur appellatio, quando aliqua causa connexa est adiuncta, & non separata; quia tunc admittenda est appellatio. Et ita fuit iudicatum in Rota Provinciæ Anconæ, ut tradit; Gracianus, *decision. 60. in fin.* & Amatis, *decision. 15.* ubi latè prosequitur & declarat istam quæstionem. Et
† cum casus contingat per viã violentiæ, ita deci- 8
dendus est, declarando, iudicem vim facere, exequendo appellatione remota, & † etiã faciet vim, 9
si cognoscat ordine non servato, &, omisso iudicio possessorio, agatur de proprietate, tex. singularis,

Executio primæ sententiæ, & appellabilis, & ordinaria causa censetur, donec causa per tres sententias conformes fuerit terminata; ut colliges ex traditis per Lancellotum, *de attentatis*, *2. parte, cap. 4. in præfatione, numero 572. & in cap. 12. limitatione, 24. numer.* 18. & ita resoluit Rota, *decision.* 132. *in prima parte diversorum*, Pontanus, *de alimentis, c. 19. n. 7.*

2 Rursus, facit pro hac sententia, quia † postquam aliquod instrumentum guarentigium fuit vulneratum, ex imperitia iudicantis, proferendo sententiam in via ordinaria, à qua fuit appellatum, tunc semper causa remanet ordinaria, ut fuit decisum, in dicta decision. Rotæ, 132. & tradit Gonçalez alias decisiones *in regula Cancellariæ, 8. gl. 6. numer.* 202. ubi refert plura similia pro confirmatione huius conclusionis, prout nos tradimus, *libro 4. commun. contra communes, q. 1. nu. 869. cum sequentibus.*

Sed his non obstantibus, contraria opinio verior est, & tenenda, quia
3 † semper debemus cõsiderare initium causæ; *l. ex, si filiusfamilias, D. de verborum obligation.* & sic si prima sententia habet executionem paratam, non obstante appellatione, multo fortius secunda, confirmatoria primæ: & in casu fortiori tradit Parladorius, *libro 2. rerum quot. 5. par. §. 15. numer. 2. versicul. sed illa*
4 *difficilis.* ubi tenet, quod † licet prima sententia * *de remate* * revocetur in gradu appellationis, quod semper durat effectus executionis, usq; per definitivam terminetur; & si illud procedit revocata sententia, quanto magis confirmata. Et
5 ratio potissima est, quia † quando causa est summaria in prima instantia, pariter etiam debet esse summaria, & executiva in secunda; ut eleganter resoluit. Vincentius de Franchis, *decision. 136. in*
6 *prima parte*, ubi dicit, esse † statutum magnæ Curię dans executionem sententiis, quando sunt datæ super iudicio assistendi, non obstante appellatione, quòd, si post appellationem devolutivam talis sententia, quæ fuit executioni mandata, revocetur in secunda instantia non obstante appellatione erit exequenda secunda sententia, sicut & prima, ut diximus, *dict. lib. 4. quæstion. 1. nu. 895.* & sic iudex ecclesiasticus appellationis non faciet vim, exequendo suam sententiam confirmatoriam primæ; quia effectus executionis per primam appellationem fuit impeditus, non per secundam. Et ita fuit in Rota iudicatum per Vestanum, *decision. 111. alias, unica de Aegidiana, tit. de probationibus, lib. 2.* Contard. *ubi supra, quæstion. 4. num. 8. & quæst. 1. num. 106.* Et ratio finalis, &
7 potissima est, quia † quando duæ sententiæ sic se habent, quòd secunda est executio primæ, si non appellatur à prima, neque à secunda, appellandum erit, tanquam habente necessariam consequentiam à prima. Ita Baldus, post glossam, *in l. cum exceptione, §. hæc autem actio, D. quod metus causa*, Felinus, *in cap. quo ad consultationem, num. 18. de re iudicata.* Capicius, *decisione, 1. numer. 22. versiculo, alia autem ratio, & decisione, 34. numer. 2.* Lancellotus, *de attentatis, limi-*
8 *tatione, 53. numer. 35. & 36.* Ex † quibus concludimus, iudicem ecclesiasticum appellationis vim non facere, exequendo suam sententiam confirmatoriam; appellatione reiecta, quoad effectum suspensivum, in omnibus, in quibus de iure, vel ex forma alicuius statuti, prima sententia erat exequibilis, & executioni tradenda, non obstante appellatione; quia si appellatio esset admittenda à secunda sententia, ex eo quod partes non opposuerunt in prima instantia, semper dicendum esset, admittendam fore appellationem in omnibus instantiis, ut consideravit Rota, & tradit Gracian. *decision. 74. num. 8.* ubi sic fuisse iudicatum affirmat.

## SVMMARIVM.

1 Cap. 18. session. 24 Concilii Trident. *declaratur.*
2 *Constitutio* Pij Quinti *refertur, ad hoc ut sententia exequatur in provisione concursi, appellatione remota.*
3 *Examinatores concursi, non faciunt vim exequendo appellatione remota provisionem beneficiorum.*
4 *Verba Concilij ponderantur.*
5 *Contraria opinio proponitur, sed impugnatur. num. 10.*
6 *Beneficium ecclesiasticum, per concursum est conferendum magis idoneo.*
7 *Cessante ratione decisionis, debet cessare, quod ex ipsa decisione sequitur.*
8 *Episcopus peccat mortaliter, conferendo beneficium minus idoneo, licet non teneatur ad restitutionem.*
9 *Appellatio à sententia, & provisione facta in concursu, est interponenda ad Metropolitanum.*
10 *Resolutio quæstionis traditur.*
11 *Idoneus, vel minus idoneus, an quis sit, relinquitur iudicis arbitrio.*
12 *Sententia est exequenda, licet unus sit nobilior, alter doctior, & sint suffragia æqualia.*

## QVÆSTIO CXVII.

### *Utrum iudex ecclesiasticus, & examinatores beneficiorum curatorum per concursum, faciãt vim, exequendo sententiam provisionis, beneficij appellatione remota.*

Sanctissimè dispositum est, † *in c. 18. sess. 24.* 1
Concilii Tridentini, beneficia curata, per cõcursum, & examen, dignioribus oppositoribus esse conferenda, ibi: * *Et ex iis Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicaverit, ad quem spectavit eam conferre.* * Idemque est dispositum † per constitutionem *Pij Quinti*, cuius 2
verba retulimus, *libr. 3. commun. quæstion. 1. numer.* 881. ibi: * *Et provisi ab ecclesia, causa appellationis huiusmodi pendente, non amoveatur.* *
Ex † quibus verbis manifestè colligitur, iudicem 3
ecclesiasticum examinatorẽ, vim non facere, exequendo appellatione remota, ne ecclesia diu vacare contingat sine certo rectore, ut latè in aliis provisionibus beneficiorũ & capellaniarũ resol-

vimus.

solvimus ubi suprà, quæst.24. & libro, 4. quæstion.
4 1.numer.827.cum sequentibus. Et † probant expressè verba dicti Concilii circa medium, ibi: * Omnibusq; supradictis casibus, non cuiquam alteri, quam uni ex prædictis examinatis, & ab examinatoribus approbatis, iuxta supra dictam regulam, de ecclesia provideatur; neque prædictorum examinatorum relationem, quo minus executionem habeat, ulla devolutio, aut appellatio, etiam ad sedem Apostolicam, sive eiusdem sedis Legatos, aut Vicelegatos, aut Nuncios, seu Episcopos, seu Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas interposita, impediat, aut suspendat. * Ex quibus verbis clarè deducitur nostra dubitatio, & comprobatur, iudicem ecclesiasticum, & examinatores concursi, vim non facere, exequendo provisionem, & collationem beneficii curati, appellatione remota; quia talis appellatio in hoc casu solum habebit effectum devolutivum, & non suspensivum.

5 Sed † his non obstantibus, videtur dicendum
6 contrarium, quia † Concilium Tridentinum solum dat facultatem Episcopi conferendi bene-
7 ficium magis idoneo, ergò denegatur illa facultas conferendi minus idoneo; & sic † cessante ratione Concilii Tridentini, in qua fundatur tota illius decisio, debet cessare illud, quod sequitur ex illa decisione, videlicet, quod non admittatur appellatio, ut denotát verba dicti decreti, ibi: * Quã uni ex prædictis examinatis, & approbatis iuxta supra dictam regulam. * Regula enim est, quod Episcopus eligat, quem cæteris magis idoneum iudicaverit, & tunc non admittitur appellatio, ad impediendam executionem; ergò si collatio fuerit facta minus idoneo, non procedit di-
8 spositio Concil. Tridentini, cum † Episcopus peccet mortaliter cõferendo beneficium digno, omisso digniori, licet non teneatur ad restitutionem, ut tradit. Navart. in manuali, cap.17.nu.74. Farinacius, decision.638 & 674. Sairus, decisio 32. de pœnitentiis, & Ioannes Aloisi Rici collectan. 631. in fin. ubi hoc declarat, & melius collectan.
9 712. ubi declaratur dictum cap.18.sess.24. & sic † in hoc casu iniustitiæ licita est appellatio ad Metropolitanum, vel Pontificem, & coram suis examinatoribus poterit appellans provocare provisum ad novum examen; & si constiterit de iniustitia prioris electionis, revocabitur sententia, & conferretur parochialis magis idoneo per iudicẽ appellationis, si collatio spectabat ad Episcopum, ad quem fuit appellatum, ut tenet, Gracianus, disceptation.forens.2.parte, c.211.ex num.30.

Hæc sunt, quæ possunt movere animum auditorum, ad revocãdam collationem per viam vio-
10 lentiæ, factam spreta appellatione. Sed † verius est, & tenendum; & iudicandum, iudices examinatores vim non facere, exequendo appellatione
11 remota, quia † idoneitas, vel qualitas maioris idoneitatis, relinquitur arbitrio iudicis in dicto decreto, ibi: * Quem magis idoneum iudicaverit. * Et ista idoneitas, non solum respicit maiorem literarum facundiam, & facilitatem recitandi lectionem, quam animi virtutem, & modestiam, quæ in his electionibus consideranda est. Et sic fuit iudicatum in Rota, apud Gracianum, decisio. 97. in fin. num. 23. ibi: * Dummodo dicta appellatio interim non impediat, aut suspendat, quo minus electio per Episcopum prius facta, demandetur executioni, ita ut provisus ab ecclesia non amoveatur, pendente dicta causa appellationis. * Quam quæstionem prosequitur post hæc scripta Nicolaus Garcia, de benefic. 9. parte, c.2.§.1 ex n.236. & 242. qui est omnino videndus cum casus de facto contingat. Idem fuit iudicatum in Rota, etiamsi † 12
suffragia sint æqualia, & unus sit nobilior, alter doctior, ut dicit, Nicolaus Garcia, supra, 5.p.cap. 4. num.165.

## SVMMARIVM

1 *Appellatio non admittitur nisi à sententia definitiva, vel interlocutoria, quæ habet gravamen irreparabile.*
2 Cap.20.sess.24. Concil. Trident. de reformatione, *declaratur.*
3 *Præceptum de exhibendo, est interlocutorium.*
4 *Prima opinio confirmatur.*
5 *Secunda opinio defenditur.*
6 L. fin. in principio, C. de bon. quæ liber. *declaratur.*
7 *Præceptum de exhibendo, habet vim definitivæ.*
8 *Præceptum de exhibendo, est interlocutorium.*
9 *Exhibere recusans, potest incarcerari, licet sit nobilis.*

## QVÆSTIO. CXVIII.

*Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo præceptum de exhibendo, appellatione remota.*

APpellatio † non admittitur de iure cano- 1
nico, nisi à sententia definitiva, vel interlocutoria, quæ trahit secum gravamen irreparabile, ut disponitur, † in cap.20. sessio.24. Concil. 2
Tridentin. de reformatione, capit. 1. in fin. session. 13. eodem titul. & sic, cum † præceptum de ex- 3
hibendo sit interlocutorium, ut in authentic. de heredibus & Falcidia; in §. nos autem dabimus, verbo, decreto, Geminianus, in cap. fin. columnæ fin. versiculo, sed quid de præcepto, num.13. de re iudic. libro, 6. & in præcepto de exhibendo ita concludit, Aretin. in l. fin. §. iussus, versic. sed pro concordia, D. de appellation. Et † sic, cum hoc præ- 4
ceptum de exhibendo, neq; sit sententia definitiva, neque contineat damnum irreparabile, videtur dicendum, iudicem ecclesiasticum vim nõ facere, procedendo ad executionem appellatione remota. Et in propriis terminis, quod à præcepto de exhibendo non admittatur appellatio, tenet, Bart. in dicta l. fin. §. iussus, in fin. D. de appellation. Nizol. in cõcordantia glossarum, numero. 206. versicul. sexagesimosexto fallit, glossa, 6. Speculator, titulo de appellat. §. in quibus, num. 12. versic. sed nunquid in actione.

Sed † pro contraria parte facit tex. in † l. fin. 5. 6
in principio, versic. necessitate, ubi glossa, verbo, imponenda, C. de bonis quæ liberis, ubi ex tali præcepto nascitur obligatio & actio: & † sic tale præ-

præceptum habet vim definitivæ, ut concludit Baldus, *in l. error, num. 10. versic. 4. quæritur, C. de iuris, & fact. ignorant per d. l. fin. §. iussus.* Quæ lex non obstat priori resolutioni, quæ vera est & tenenda; quia, licet ibi conceditur appellatio in præcepto de exhibendo, ex eo procedit, quia ultra præceptum de exhibendo, fuerat etiam lata sententia super interesse, propter iuramentum in litem, prout constat ex verbis *dict. §. iussus, vers. an post iusiurandum*, & sic dicta appellatio, non conceditur propter mandatum exhibitionis, sed propter iusiurandum, spreto mandato, & facta condemnatione ad interesse, ut declarat Aretinus, *in dict. §.* dicens, esse notandum in practica, Quod etiam voluit Speculator, *in dicto, §. in quibus, num. 12.* ubi inquit, quòd quando aliquis desiit possidere rem, quæ petitur exhiberi, poterit appellari, quia subiacet periculo iuramenti in litem, vel interesse, quod est gravamen, prout est

8 periculum petitorii. Quam sententiam sequitur, Gracianus, *decision. 97.* ubi dicit, quòd † præceptum de exhibendo, est interlocutorium, & executivum; & sic iudex non facit vim, proce-

9 dendo appellatione remota: imò † poterit incarcerare clericum, & nobilem, qui neglecto mandato iudicis, non voluerit exhibitionem facere, ut tradit Burgos de Paz, *in suis quæstionibus civilibus. q. 5. à num. 18. cum sequentibus*, & ita vidi iudicatum, & practicatum.

## SVMMARIVM.

1 *Appellatio est de minori ad maiorem iudicem provocatio.*
2 *Appellatio gradatim interponi debet.*
3 *Appellatio est interponenda coram iudice à quo.*
4 *Debitus honor iudicibus est deferendus.*
5 *Contraria opinio defenditur.*
6 *In Consilio supremo Regis appellatur coram suis Auditoribus, & Senatoribus.*
7 *Appellatio coram Superiore valida est de iure.*
8 *Appellatio facta coram iudice ad quem, ex post facto notificanda est Iudici à quo, vel Parti.*
9 *Resolutio quæstionis traditur.*
10 *Sufficit quod appellatio interponatur per verba æquivalentia.*

## QVÆSTIO CXIX.

### *Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo suam sententiam, à qua non fuit appellatum coram eo, sed coram iudice appellationis.*

1 Appellatio † est de minori ad maiorem iu-
2 dicem provocatio, quæ † gradatim debet interponi, ut tradit Gigas, *consil. 81.* Franciscus Marcus, *decision. 639. in 2. parte, num. 2.* Gracia-
3 nus, *decision. 145. num. 2.* Et † sic debet interponi coram iudice à quo, qui protulit sententiam; non verò coram iudice ad quem, quia coram eo est facienda præsentatio appellationis: & sic ob hanc causam, multoties agitur de nullitate in Curia Romana; eò quia appellatio non est interposita coram iudice à quo, prout de iure requiritur, *l. 2. §. dies, D. quando appellandum sit, capit. ut debitus honor, de appellation.* gloss. *in capit. suggestum, eodem titulo, in ultima opinione*: & sic, cum agatur de facto illius iudicis, qui sententiam protulit, & dicitur, quod gravaverit, coram eo appellatio interponenda est, ut † debitus honor illi 4
iudici deferatur ita Francus, *in cap. fin. num. 19. de appellat. l. fin. C. quando provocare non est necesse*, & tradit Lapus, *allegatio. 38.* maximè, si potuit haberi præsentia iudicis à quo; secundum Imolam, *in cap. fin. colum. 5.* ubi Francus, *num. 42. de appellationibus*, & sic iudex ecclesiasticus non facit vim, exequendo suam sententiam, à qua nõ est appellatum coram eo, quia paria sunt, non esse, inutiliter esse, *l. quoties, D. qui satisdare cogantur*, & paria sunt, non appellare, vel inutiliter appellare.

Sed † contraria opinio verior est, & tenen- 5
da, & ita iudicatur in omnibus tribunalibus Hispaniæ, maximè † in Consilio supremo Regis, 6
ubi cum petitione gravaminũ interponitur appellatio; idemque Advocati observamus in hoc consilio domini Archiepiscopi Toletani, in sententiis Vicariorum, & Suffraganeorum: quæ † 7
appellatio valida est de iure, ut tradit Gracianus, *decision. 138. numer. 5.* dum modo † ex postfacto 8
notificetur iudici, vel parti. Ita Archidiaconus, *in dicto cap. fin. de appellat. lib. 6.* Lapus, *allegat. 38. num. 3.* Paulus de Leat. *in clementina, causam, de electione, verbo, absentium*, qui subdit, quod sufficit, ut appellatio notificetur iudici intra triginta dies: sed hoc dictum caret ratione: verius est, quòd notificatio sit faciẽda intra decem dies, concessos ad appellandum, ut tradit Bertrandus, *cons. 63. lib. 3.* Ruinus, *consil. 113. numer. 18. volum. 4.* Idem tenet Sigismundus Scaccia, *in tractatu. de appellat. quæstio. 7. in 9. declarat, à numer. 38.* vel die tertio, quod notificatio fiat tempore executionis sententiæ, quæ debet impediri, si constiterit coram iudice appellationis fuisse appellatum. Quæ sententia servatur in Curia Romana, ubi non reiicitur appellatio, licet sine causa, & in absentia iudicis fuerit facta, ut tenet Francus, *in cap. appellatio, nu. 3. in fin.* ubi Geminian. *nu. 2. de appellat. lib. 6.* Speculat. *tit. de appell. §. qualiter.* Et † secundum hanc distinctionem est terminã- 9
dus in quæstione proposita, articulus per viam violentiæ. Sed quid si appellatio interponatur, coram Notario, vide Ioannem Aloisi Rici, *collectanea*, 1355. Et † quid si non dicatur appello, 10
sed aliis utatur verbis, veluti proclamo, conqueror, disputat Scaccia, *quæst. 4. artic. 2. n. 19.* ubi dicit, sufficere, quòd utatur verbis æquivalentibus, ut *in c. ad audientiam, de appel.* ubi Francus, *n. 1.*

## SVMMARIVM

1 *Sententia lata favore unius, ubi causa est communis, prodest omnibus correis.*
2 Lex 5. tit. 23. partita, 3. *ponderatur.*
3 *Resolutio quæstionis traditur.*
4 *Appellatio non prodest correo, qui in sententiã consentit.*

## QVÆSTIO CXX.

### *Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo sententiam contra unum ex correis, qui non appellavit, si appellatio ab aliis interposita sit.*

1 CErtissima regula iuris est,quod † ubi causa est communis, sententia lata favore unius, prodest alteri;& similiter,appellatio ab uno interposita, impediet executionem, ita probat tex. *in l. 1. C. si unus ex pluribus appellaverit, & in l. fin. eod. tit.* ibi: * *Si in una eademq; causa unus appellaverit, eiusque iusta appellatio pronunciata est, ei quoque prodest, qui non appellaverit.** Idemque est dispositum, de iure nostro Regio, † *in l.*
2 *5. ti. 23. partit. 3.* ibi: *Acaciendo que diessen sententia sobre alguna cosa que fuesse mueble, or ayz, que perteneci esse a muchos comunalmente, si alguno dellos se alcode aquel iuyzio, ò siguio el alcada en manera que vencio. no tan solamente haze pro a el, mas aun a sus companneros, bien assi, como si todos, ouiessen toma do alcada.** Vbi Gregorius, movet, & resoluit † hanc quæstionem, *verbo, todos,* ubi
3 dicit illud esse notandum, quod per appellationem unius ex sociis, impeditur executio sententiæ contra alterum, qui non appellavit; qui allegat Imolam, *in l. si qui separatim, §. fin. D. de appellation. per legem primam. D. nihil innovari appellation. pendent.* quam opinionem sequitur Lancellotus *de attentatis, ampliatione, 11.* quem etiam sequitur, Gracianus *decision. 142. numer. 5.* ubi hoc declarat & tenet in terminis, Aluarus Valascus, *tomo. 1. consultatio. 51. numer. 24.* & Sigismundus Scaccia *in tract. de appellationibus q. 5. n. 58* ubi hanc dicit communem opinionem. Et sic secũdum supradictam resolutionem, iudex ecclesiasticus faciet vim; exequendo suam sententiam contra correum debitorem, qui non appellavit, si ab alio consocio appellatio interposita fuerit.

Quæ † sententia temperanda est, quando
4 correus consentit, & approbat sententiam contra eum latam; quia tunc appellatio consocii nihil prodest & transit in rem iudicatam, ut declarat, Francus, *in cap. una sententia versiculo, septimo requiritur, de appellat.* & Lanfrancus *decis. 60.* quia sententia tacitè, vel expressè approbata, transit in authoritatem rei iudicatæ, ut resolvit, Aym. Gravet. *cons. 163. num. 13.* & licet prima sententia fuerit revocata in gradu appellationis, non prodest revocatio correo, qui non appellavit, cõstito de approbatione, ut fuit decisum. † *in d.*
5 *deci. 142. in fin.* apud Gracianum, ibi: * *Vnde mirum si non debent gaudere appellatione quã ignorarunt, & per consequens, non proderit victoria sententia lata in causa appellationis ad favorem unius appellantis, illis, qui non appellarunt, neque nocebit aliis contra quos non fuit appellatum.** Quod tene menti, quia sæpè de facto contingit.

SVMMARIVM.



QVÆ-

## QVÆSTIO CXXI.

*Utrum iudices appellationis domini Archiepiſcopi Toletani faciant vim, cognoſcendo in gradu appellationis à ſententiis iudicum conſervatorum.*

1 IVdices † appellationum Domini Archiepi-
ſcopi Toletani, cognoſcunt in dicto gradu ap-
pellationis, à ſententiis latis à Vicario Archiepi-
2 ſcopi: quia † licet ſit idem tribunal reſpectu iu-
riſdictionis ordinariæ, eſt diverſum, reſpectu Pri-
matiæ Hiſpaniæ, quia ab Archiepiſcopo, appella-
tur ad Primatem, ut docet, Speculator, *titulo de
appellatione, §. nunc tractemus*, Iacobinus, *de con-
ciliis, artic. 1. ſub nu. 255.* Greg. Tholoſanus, *tit. de
appellat. lib. 4. c. 2. nu. 2.* Sigiſmund. Scaccia, *eod.
tit. q. 8. nu. 27.* ubi illud reſtringit ad Primates Cō-
ſtantinopolitanum, Alexandrinum Antiochenū,
3 Hieroſolymitanum: Et proſequitur † noſtram
concluſionem noſter concivis, Doctor Ioannes
de Narbona, magnæ ſpei, & virtutis iuvenis, *in
ſuo tractatu. de appellatione Vicarij ad Archiepi-
ſcopum, & eius conſilium*, ubi ita intendit illius
conſilii iuriſdictionem ampliare, qui *in 2. parte
fundamento 2. n. 5.* reſoluit noſtram quæſtionem,
dicens, licitam eſſe appellationem ad dictum cō-
ſilium, non ſolum à ſententiis Vicariorum, & ſuf-
fraganeorum, ſed etiam à ſententiis iudicum cō-
ſervatorum, licet ſint Delegati ſedis Apoſtolicæ:
quia Deus Archiepiſcopus eſt ſupremus iudex
conſervator omnium conſervatorum: ad quod
ponderat verba cuiuſdam Bullæ conceſſæ Reli-
gioni Sancti Iacobi, ubi ad querelam, & petitio-
nem ipſorum ſublata fuit iuriſdictio dicto conſi-
lio. Ex quibus rationibus, & fundamentis, to-
tam iuriſdictionem Apoſtolicam conſervato-
rum, evertere conatur: & ſic, ſi illius opinio, (li-
cet nova & ſingularis) eſſet vera, & iuri conſona,
non facerent dicti iudices, vim cognoſcendo in
gradu appellationis, à dictis conſervatorum ſen-
tentiis.

4 Sed † ſalva pace noſtri dilectiſſimi concivis,
contraria opinio verior eſt, & tenenda, tam de
iure, quam de conſuetudine illius tribunalis:
5 quia † licet iudices conſervatores in prima in-
ſtantia cognoſcant tanquam ordinarii, de cauſis
eccleſiaſticis, ut tradit Navar. *conſ. 3. de offic. dele-
gati, num. 1. in 1. p.* illud eſt quo ad effectum, ut
6 † comprehendantur in ſuis cognitionibus &
violentiis, ſub diſpoſitione Concil. Trident. *c. 20.
7 ſeſ. 24.* in † ſe tamen illorum iuriſdictio eſt A-
poſtolica, & delegata à Pontifice, ut dicit Navar.
8 *d. conſil. 3. n. 3.* Et † ſic ab eorum ſententiis non
appellatur ad Metropolitanos ordinarios. Imò
neque ad Legatos natos, vel de latere: nec con-
ſuetudo in hoc erit valida, neque aliquid poteſt
operari, ita docet Additio ad Speculatorem, *tit.
de iudice delegato, §. fin. n. 34. verb. ventum*, & An-
char. *conſ. 132. in primo dubio*. Mandoſ. *in praxi
ſignaturæ, verb. conſervatoria*, Natta, *in additioni-
9 bus ad Alex. conſ. 12. lib. 6.* & ſic † cum ſint dele-
gati Apoſtolici, ut in Concil. Trid. *c. 14. ſeſ. 7.* ibi:
* *Tanquam in hoc ab ipſa ſede delegatus*, * & pro-
batur, *in c. 1. de offic. delegati*, ibi: * *Vbi conſerva-
tores, quos plerunq; concedimus, à manifeſtis iniu-
riis & violentiis*, * *l. 1. tit. 2. lib. 8. recopil.* ibi: * *Los
conſervadores dados por nueſtro muy ſanto Padre*, *
ſequitur quòd † ſint maiores quolibet ordina- 10
rio, etiam Legato de latere, tex. *in c. ſtuduiſti, de
offic. delegati*, & ſic † appellatio non debet eſſe 11
de maiore ad minorem iudicem, *c. 2. de conſuetu-
dine, lib. 6.* imò † neque par in parem habet im- 12
perium, neque minor in maiorem, *l. nam & ma-
giſtratus, D. de receptis arbitris, l. ille à quo, §. tem-
peſtivum, D. ad SC. Trebellianum.* Et † cum iu- 13
dices conſilii domini Archiepiſcopi ſint ordina-
rii, (quomodocunque conſiderentur) ſenten-
tiam maioris iudicis & ſuperioris corrigere, aut
de ipſis ſe intromittere, & iudicare non poſſunt,
*c. inferior, de maioritate & obed.* in tantum, quòd
† neque conſuetudo aliquid poterit operari, ut 14
docet Præpoſitus, *in c. dilecto, de appel.* Gozad.
*conſ. 761.* Aymon, *conſ. 148. num. 4.* Decius *in cap.
referente, nu. 8. de præbendis*, quòd expreſsè pro-
bat tex. *in d. cap. 2. de conſuetudine, lib. 6.* ubi ex-
cluditur omnis conſuetudo: quia † appellare 15
ad iudicem inferiorem, eſt contra ſubſtantiam
appellationis, *cap. cum contingat, de foro compe-
tent. cap. conqueſtus, 9. quæſtion. tertia*, & tradit
Gratianus, *deciſion. 24. numer. 12.* ubi, *numer. 10.*
reſolvit, non valere conſuetudinem, quòd appel-
letur à maiori, ad minorem, ad hoc ut inferior
poſſit cognoſcere degeſtis per ſuperiorem, ita
Anchatanus, *d. conſ. 132.* Præpoſitus, *in d. c. dile-
cto*, Gozadin. *conſ. 76.* Aymon. *conſ. 148. num. 4.*
Quæ ſententia in tantum vera eſt, quod ſi ordina-
rius Toletanus procedat in aliqua cauſa, cum au-
thoritate ordinaria & Apoſtolica, ut in diſpenſa-
tionibus, & reliquis commiſſionibus, ſi ferat
ſententiam, non appellatur ad primatem, & per
conſequens, neque ad dictum conſilium, ut tra-
dit Sigiſmundus Scaccia, *de appellat. q. 8. num. 89.
declarat. 1.*

Rurſus, pro hac opinione pondero noviter,
verba † Concilii Tridentini, *cap. 5. ſeſſ. 14.* ibi 16
† religioſi non poſſunt conveniri corā Epiſcopis 17
in prima inſtantia, non obſtante *cap. 20. ſeſſ. 24.*
quia *d. c. quintum* Concilii excludit dictam co-
gnitionem, ibi: * *Quocunque etiam prætextu, aut
colore ſuffragentur ad hoc, ut coram Epiſcopo, ſive
alio ſuperiore ordinario, in criminalibus & mixtis
cauſis accuſari & conveniri, ac contra eos inquiri
aut procedi poſsit.* * Ecce ubi tota iuriſdictio, &
cognitio ordinariis denegatur in prima inſtan-
tia, ergò neq; in ſecunda appellationis; quia aliàs
inutiles & fruſtratoriæ eſſent Religioſorum con-
ſervatoriæ, ſi in gradu appellationis dicti ordina-
rii poſſint cognoſcere, & iudicum conſervato-
rum ſuperiorum ſententias revocare, cui reſolu-
tioni non obſtant, † verba Bullæ, Pii Quinti, ubi 18
noſter Archiepiſcopus Toletanus, * *conſervator,
ſupremus appellatur*, * quia † aliud eſt, quòd ſit 19
conſervator ſupremus, & aliud, quod poſſit co-
gnoſcere in gradu appellationis à ſententiis iudi-
cum conſervatorum inferiorum; quia licet plu-
res ſint iudices cōſervatores, unus ſuperior, & al-
ter inferior, nō poteſt unus, licet ſuperior, in gra-

du appellationis se intromittere in iurisdictione alterius, neque de meritis sententiæ aliorum cognoscere, nisi habeat specialem commissionem & delegationem à Pontifice maximo: quia alias daretur maxima confusio, si unus iudex conservator posset revocare sententiam alterius, sine
20 speciali commissione. Et † cum omnes ecclesiastici constituti in dignitate, possint esse iudices conservatores, ex eo noster Archiepiscopus appellatur conservator supremus, ad hoc, ut possit tanquam constitutus in maiori dignitate, eligi conseruator à religiosis, non verò ad illum effectum, ut possit per viam appellationis de aliorum conservatorum causis cognoscere, & iudicare;
21 maximè, quia † solum tanquam Archiepiscopus, & tanquam Primas Hispaniæ, exercet ordinariam iurisdictionem, non verò Apostolicam super alios.

Præterea non obstat casus specialis, ab eo adductus, excludens iurisdictionem, in causis ordinis sancti Iacobi, in quibus dictus Archiepiscopus, neque sui iudices appellationum, possunt cognoscere; quia respondetur, quod non est bona consequentia, Archiepiscopus nõ potest cognoscere, tanquam supremus conservator, per viam appellationis, in causis ordinis sancti Iacobi, ergo poterit cognoscere in omnibus aliis causis: quia †
22 licet casus exceptus, firmet regulam in contrarium, ut *in l. nam quod liquide.§. final. D. de penu legata*, & inclusio unius iurisdictionis sit exclusio alterius, *l. cum prætor, D. de iudiciis*, illud procedit, quando regula esset pro domino Archiepiscopo in his cognitionibus, non verò, quando est in contrarium, ut in nostro casu, & constat ex decreto Concilii Tridentini: & sic illa prohibitio, de qua in dicta Bulla, magis confirmat nostrã conclusionem; nã si generaliter loquendo, ordinarii Metropolitani non possunt cognoscere in gradu appellationis, à sententiis Apostolicis latis à iudicibus cõservatoribus, & in ea Bulla denegatur dicta cognitio: ergò nihil cõcludit assertio; cum † regula & exceptio sit eiusdem naturæ,
23 & omnibus religiosis illudmet concederetur, si dictum Consilium domini Archiepiscopi velit per viam appellationis agnoscere in causis conservatorum. Et cum iudices dicti Consilii sunt semper doctissimi & sapientissimi, ipsi confirmãt nostram sententiam, quia non solum non cognoscunt in dicto gradu; imò † si de facto appelle-
24 tur, ut per imperitiam Advocatorum aliquando solet contingere, repellunt dictam appellationẽ, ut partes eam prosequantur corã iudicibus Apostolicis à Pontifice deputatis; quia nolunt mittere falcem in messem alienam. Et † sic non so-
25 lum opinio Doctoris Ioannis de Narbona non procedit de iure; imò consuetudo dicti tribunalis, in quo versamur per triginta annos, est in cõtrarium, ut etiam diximus *in q.15. n. fin.* & secundum hãc resolutionem est terminandus articulus violentiæ.

Vltimò nota, quod † cum isti iudices con-
26 servatores debeant esse in dignitate constituti, ideo non possunt canonici eligi in conservatores nisi habeant dignitatem, ut tradit fray Manuel Rodriguez *in sua summo, verbo, iuezes, c.184. n. 1.* & Anton de Butr. *in c. cognoscentes, n.133. de constitut.* quia maiorem dignitatem habent iudices conservatores, quam delegati glossa, *in c. statutũ de rescript. lib.6. verb. canonicis*, ubi Gomezius, *n. 88.* & sic potest esse iudex conservator, existens in dignitate in ecclesia collegiata, licet eam non habeat in ecclesia Cathedrali, ut tradit Gracian. *in decis.170. n.7.* ubi *n.9.* defendit, quod † Vica- 27
rius Episcopi potest esse iudex conservator, ut tradit, Papin. *tit, de offic. & potestate, sede vacante, c.10. in 2 p. n.16.*

Ex † quibus resolvenda est quæstio nostra, & 28
tenendum, dictos iudices Consiliarii domini Archiepiscopi Toletani vim facere si intendant in gradu appellationis cognoscere, à sententiis latis à iudicibus conservatoribus, à Põtifice Delegatis, & omnia per iudices Regios venient revocanda & annullanda, & causa est remittenda ad iudices appellationis Apostolicos; quia aliàs daretur absurdum, quod ordinarius qui est inferior, revocaret, quod iudicavit superior Apostolicus & vide Alu. Valasc. *2. p. consul. 153.* ubi latè & noviter agit de iurisdictione iudicum conservatorum, quæ est satis damnosa in Republica, in prima instantia; quia sufficerent iudices ordinarii ecclesiastici, in prima instantia.

## SVMMARIVM.

1 *Compromißi exceptio impedit executionem sententiæ, si fuerit acceptatum; ut in n. 4.*
2 *Compromisso pendente, non currunt fatalia.*
3 *Iurisdictio censetur suspensa per cõpromissum.*
4 *Acceptio compromißi requiritur ad impediendam executionem.*
5 *Exceptio compromißi impedit executionem sententiæ.*
6 *Resolutio quæstionis traditur.*
7 *Sententia an habeat executionem, si post eam non intercedat, remißivè.*

## QVÆSTIO CXXII

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo sententiam translatam in rem iudicatam, non obstante exceptione compromißi, & quid de fatalibus durante cõpromisso.*

Solent † quandoque partes post rem iudi- 1
catam vel appellatione pendente, causam compromittere in iudices arbitros; & causã compromissi pendente, iudex agit ad instantiam unius partis de executione sententiæ, cui opponitur exceptio compromissi, vel quia tempus fatalium, eo pendente, non currit: & his exceptionibus reiectis, apppellatione remota, exequitur suam sententiam in quo casu vim facere iudicandum est; quia per compromissum prorogatur instantia ut docet Bartol. post glossam, *in authent ica si tamen in fine C. de appellation* Cassad. *decisio. 9. eodem titu.* Guido Papæ; *decis. 115. & 24.* Lanfrancus *decis. 474.* Capicius *decisione undecima, numero decimo quarto.* Mathesilanus, *notabi. 24.*

Vnde

2 Vnde † nimirum compromisso pendente non currunt fatalia, Bart. *in l. eos, §. Apostolos, in fin. C.*
3 *de appellation.* ubi dicit, quod † de consensu partis est suspensa iurisdictio, & causa principalis, & appellationis, devoluta ad dictos iudices arbitros. Ita Francus, *in cap. ex ratione, num. 21. de appellat.*
4 quod † intellige, si compromissum fuerit acceptatum, ut tradit Decius, *in d. c. ex ratione, numer. 8. vers. & prædicta conclusio, de appellatio.* & hanc dicit communem opinionem, Anton. Gabr. *tit. de arbitris, conclus. 4. numer. 2.* Anchar. *cons. 284.* Gracian. *decis. 173. num. 10.* & sic resoluit, Paz, *in*
5 *sua praxi, 4. p. 1. to. c. 3. num. 20.* Quod † exceptio compromissi impedit executionem sententiæ; & Parlador. *lib. 2. rerum quotidianarum, c. fin. 5. p. §. 11. numer. 24.* quod pluries habuit de facto, opponens dictam exceptionem, ob quam suspensa
6 fuit & impedita via executiva. Et † sic in nostro casu, iudex ecclesiasticus faciet vim, exequendo sententiam propter transcursum fatalium, vel post translatam sententiam in rem iudicatam, si fuerit opposita & probata exceptio compromissi, à iudicibus acceptati; & si reiecta exceptione procedat ad ulteriora, poterit pars gravata interponere appellationem ad Pōtificem, & per viam violentiæ omnia reponentur: quia per compromissum fit novatio, & facta novatione non exequitur sententia, *l. 4. §. si ex conventione, D. de re iudicata,* & tradit novissimè, Caldas Pereira, *quæ-*
7 *stionum forensium, 35.* ubi explicat; an † sententia habeat executionem paratam, si post eam novatio interveniat.

## SVMMARIVM.

1 *Visitatores habent iurisdictionem ad visitandum opera pia, & confraternitates laicorum.*
2 *Visitator potest compellere confratres laicos, rationem reddere bonorum confraternitatis.*
3 Cap. 9. session. 22. Concil. Tridentin. *ponderatur.*
4 *Rationum redditio esset nullius momenti, si nō sequeretur debiti solutio.*
5 *Sententia quà condemnat ad præstandum computum, condemnat etiam ad solvendum.*
6 *Rationum redditio, duo continet, videlicet dare computum, & reliqua solvere.*
7 *Episcopus est executor piorum locorum.*
8 *Laici, ratione administrationis piorum locorū sunt subditi Episcopo.*
9 *Ratio reddi debet, ubi administratio est gesta.*
10 *Visitator potest pluries in anno visitare, donec solutio fiat.*
11 *Resolutio quæstionis traditur.*
12 *Appellatio quo ad effectum suspensivum non admittitur à correctione, & visitatione: secus, si detur privatio, vel excessus.*
13 *Morum correctio est causa executiva.*
14 *Recusatio non admittitur in visitatione.*
15 *Visitatio facta compilato processu non est exequenda.*

## QVÆSTIO CXXIII.

*Utrum iudex ecclesiasticus visitator faciat vim, procedendo contra confraternitates laicorum ad reddendam rationem, & an admittenda sit appellatio à decreto visitationis & executionis.*

ALiqua circa materiam quæstionis prænotavimus *in q. 32. & q. 27. & in prima p. gl. 6. num. 20.* ubi agimus, qualiter visitatores possunt vim facere in executione suarum sententiarum, vel procedendo contra laicos in rebus profanis, & temporalibus. Nunc verò pro perfecta declaratione huius materiæ, aliqua referre libuit, ultra in dictis locis tradita, cum sæpè casus propositus contingat de facto. Et pro iudice laico facit consilium Cardinalis, *cons. 11. 13. & 531.* ubi dicit, Rectores laicos hospitalis, esse conveniendos coram iudice laico, & coram eo est ratio administrationis reddenda. Et sequitur Alvarus Valascus, *1. p. consult. 105. num. 47.*

Sed contraria opinio verior est, & tenenda, quando hospitale est publicum, & non privatum, ut ipse Valascus declarat, *ibi, n. 35.* quia † cum visitatores *ex c. 8. sess. 22. de reformatio.* habeant ius 1
visitandi opera pia, & confraternitates laicorum, qui eam exercent, non possunt declinare iurisdictionem à visitatione, (prout aliqui faciunt) vel appellatione interponere à decreto visitationis, vel executionis, facto iam computo rationum, in his casibus, & similibus; dūm non detur excessus à sententia visitatoris, quæ exequenda est appellatione remota. Neq; in hoc dictus visitator vim facit, ut pluries fuit decisum per sacram Congregationem Concilii Trid. ut docet, Gracian. in simili casu *decis. 188. n. 10.* dicens, quod † si dicti lai- 2
ci administratores bonorum ecclesiæ, in reddenda ratione Episcopo, vel eius visitatori, *iuxta,* † *c.* 3
*9. session. 22.* inveniantur debitores, potest visitatores eos compellere per censuras, & executionem bonorum, debita liquida & calculata solvere: quia † non censentur redditæ rationes, nisi 4
restitutio debiti cum effectu fiat, & debitum satisfactum sit; & aliter rationū redditio esset nullius momenti, ut benè consideravit, Bald. *in l. cum testamento, num. 4. versi. modo quæritur, C. de testamentaria manumiss. per legem cum servus, D. de conditionibus & demonstrat.* Idem sequitur Socinus, *in l. quamvis, n. 1. eod. tit. & in cons. 24. nu. 38. lib. 1.* & Menoch. *de arbitr. cas. 209. nu. 24.* Pro qua sententia potest expendi, & ponderari optima decisio, Matth. de Afflict. 57. ubi dicit, quod † sententia, in qua condemnatur aliquis, ad præstandum computum, & rationem administrationis, condemnat etiam virtualiter ad solvendum, 5
& extenditur ad id, de quo non loquitur: quia † 6
reddere rationem duo continet, primum, cōputum dare, secundum, reliqua restituere, & solvere, *l. si ita fuerit, §. idem quæri, D. de manumissis testamento, lex, purè, in fin. D. de fideicomm. libertat. lex, non solum, §. is qui rationes; D. de liberatione legata,* & alias parum operaretur visitatio,

nisi etiam posset visitator compellere debitores, ad solutionem, ut docet Archidiaconus, *in cap.*
7 *1. §. sanè, de censibus, libro 6.* maximè † cum Episcopus & qui illius vicem gerit, sit executor visitationis piorum locorum, ut *in d. cap. 8. sess. 22.*
8 *de reformat.* Et † sic laici ratione administrationis rerum ecclesiasticarum sunt subditi iurisdictioni ecclesiasticæ, *capit. iudicatum, 89. distinctione*, ubi glossa, *verbo, inter eos, ad medium, cap. is qui appell. §. nulli quoque officialium, 2. quæst. 5.* Socinus, *de foro competent. in præfat. in prin. vers. primò ratione administrationis, ut in c. licet eod.*
9 *tit, & in c. 2. de iudiciis*, & † sic ubi administratio est gesta, ibi & ratio reddi debet, *lex prætor §. his etiam, D. de edendo, lex hæres absens, §. 1, de iudiciis*, Bald. *in l. 1. C. ubi de ratiociniis agi oporteat.*
10 Quæ † sententia in tantùm vera est, & procedit, quod ad istum effectum recuperandi debitum, poterit visitator pluries in anno exigere rationem administrationis à dictis laicis, quando prima redditio non fuit finalis & plena, cum restitutione, & solutione reliquorum, ut docet, Franc. *in c. unico. § præsenti, in fin n. 5. de clerico ægrotante*, & sic fuit decisum in Regno Aragonis, ut tradit Sese. *decis. 38.* & declarat Menoch. *de arbit. cas. 209, li. 2. cent. 3.* & Gratian. *supr. n. fin.* & Franciscus Vivius *decision. 153.* & sequitur post hæc scripta, Ioannes Aloisi, *collectanea 714.*
11 Ex † quibus colliges, visitatores exequendo, ut visitando laicorum confraternitates, vim non facere: & si de facto causa remittatur ad Curiam Regis per viam violentiæ, iterum remittenda est causa ad iudicem visitatorem, declarando vim non facere; quia alias nunquam debita solverentur piorum locorum, & defunctorum ultima elogia defraudarentur. Et sic vidi iudicatum pro hac opinione in Regali Cancellaria Pinciana, ut diximus *in quæst. 71. à numer. 22.* ubi declaratur.
12 In † causis verò concernentibus visitationem, & morum correctionem, appellatio non habet effectum suspensivum, quod de iure communi erat dispositum, ut *in cap. ad nostram, 3.* ubi Felinus *in fin. de appellat.* Franciscus *in cap. reprehensibilis 26. numero nono versicul. tertiò nota. de appellation.* quod hodie est clarius dispositum *in cap. 1. session. 22. cap. 10. session. 24.* Quæ iura ad unguem servanda sunt, dum sententia solum contineat visitationem personæ, & morum, correctionem; secus verò si privationem administrationis, vel beneficii; quia tunc appellatio admittenda est ad utrumque effectum, ut diximus, *in quæstione. 74. numero, 24. & in glossa 6 numer. 20.*
13 Quia † visitatio morum est causa executiva, & summaria; in qua neque admittitur appellatio,
14 neque † recusatio. Si † verò ordine iudiciario
15 procedatur compilato processu, tunc & recusatio & appellatio ad utrumque effectu est admittenda. Et sic intelligendus tex. *in dict. cap. 10. sess. 24.* ut fuit declaratum per Sacram Congregationem ut tradit Gracianus, *in decision. Rotæ Provinciæ Marchiæ. decision. 188. num. 4.* & Amatis, *decisio, 25. numer. 6.* ubi ita fuit iudicatum: * *Lo qual es de notar, no solo para las visitas que se hazen a los legos administradores de obras pias sino tambien a los ecclesiasticos que son Rectores, y administradores de hospitales, como los desta ciudad de san Iuan Bautista, de Santiago, & reliquis* * dummodo non sint sub protectione Regis. * como los hospitales de la Misericordia, y del Rey, y san Lazaro desta ciudad, * ut *in cap. 8. & 9. sess. 24.* Concil. Tridentin. ut diximus *quæstion. 14. numer. 984.* & tradit in terminis, * En los hospitales de la Misericordia, * Alvarus Valascus, *2. part. consultation. 105, à num. 36. & 62.* * Y resuelue, que pueden vender sus bienes sin licencia del ordinario. * Et sic sequitur, quod non sunt illi subiecta, ut diximus, *glossa, 8. nu. 6.*

## SVMMARIVM.

1 *Ordinem iustum observare, res longè est præstantissima.*
2 *In casibus præcedentiæ competunt interdicta etiam possessoria.*
3 *Appellatio non admittitur à mandato præcedentiæ, quo ad effectum suspensivum*
4 *Iudex ecclesiasticus dirimit controversias præcedentiæ.*
5 *Præeminentiæ aut cõsiderantur ratione possessionis, vel consuetudinis.*
6 *Præcedentiæ materia remissivè.*
7 *Consuetudo præcedentiæ est servanda.*
8 *Pontifex definit causas præcedẽtiæ inter Principes.*

## QVÆSTIO CXXIV.

*Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo sententiam appellatione remota in casu præcedentiæ.*

CVm † rerum omnium præstantior sit ordo, quo rectè omnia geruntur, moderantur, atque conservantur, maxima inprimis habenda est gratia Deo, quod sua illa immensa bonitate, atque sapientia, quibus nos summopere diligit, cælestia tam miro ordine constituerit, ut allii aliis præsint, allii aliis pareant, ut habetur *in rubr. titul 6. part. 1.* Deinde hominibus illis, qui in terris Dei locum obtinent, divino afflati numine, militantem ecclesiam, triumphantis instar, ordine pulchro distribuit, & constituit, ut habetur *in cap. ultimo, 89. distinctione*, ibi: * *ordo Concordiam habet, alit, atque fovet*, * & sic huius mundi universitas, alia nulla poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus ordo hanc differentiam servaret. Quo circa, qui non ambitu & superbia de ordinis observatione contendit, laudem meretur; nam ii nihil aliud agere videntur, quam ut à Deo ordinata, & rectè constabilita, tueantur; ita pariter ii naturam defendunt humanam; quia nec omnes per ordines inter summos, neque omnes inter novissimos constituit, ut *in authentico de Monachis, § ordinata*, quod iura Pontificia, & Cæsarea observari iustè studet. Siquidem statuit ius Pontificium, ordinum gradus & dignitatum fore observandos, ut *in capite solitæ de maioritat. & obedient. cap. 11. ut debitus dem-*

de appellat. cap. ex ore, de privilegiis. Idemque ius Cæsareum statuit, ut in l. honor, § gerendorum, l. ut gradatim, D. de muneribus, & honor, & per totum titulum, C. ut dignitatis ordo servetur, lib 12. & de iure divino damnantur illi, qui ambitu & gloriæ cupiditate, prima loca usurpare conantur, ut habetur, Math. 23. & est bonus tex. in l. ad splèdidioris, C. de diversis officiis, lib. 12. & ob hanc causam, solet plerunque controverti hæc quæstio in iudicio ecclesiastico, super præeminentiis, & honoratiis in ecclesiis, & in processionibus, & in aliis rebus: * Como sobra la paz, y el echar el agua bendita, sentar se en meior lugar en las Yglesias, y sobre lleuar las varas del santissimo Sacramento el Iueues Santo, y tener la llaue, y el yr a la mano derecha en las processiones, o lleuar in-
2 signias en meior lugar, & similibus. In † quibus competunt interdicta possessoria, ut tradit Tiraquellus, de nobilitate, cap. 20. num. 55. & 51. Otalor. in eodem tractatu, 5. part. § fin. num. 15. & Ioannes Garcia, de nobilitate, gloss. 18. numer. 44. & gloss. 48. § 3. num. & copiose Cassaneus, in Catalogo gloriæ mundi, 1. part. consideration. 12. & ex text. de iure Regio, in l. 32. titul. 21. part. 2. & tradit Vincentius de Franchis, decision. 153. nu. 4. in 2. part. & novissimè Gracianus, discept. forensium, 1. part. cap. 310. qui loquitur contra amoventes scamnum in ecclesia, & plures casus præcedétiæ refert, in 2. part. cap. 295. in quibus casibus solet controverti, an sit locus appellationi, à mandato vel sententia iudicis, in casibus præcedentiæ? quod sæpe de facto contingit inter confraternitates, & monasteria. In qua re est quædam constitutio felicis recordationis, Gregorii, 13. su-
3 per præcedentia in processionibus, ubi † non admittitur appellatio quo ad effectum suspensivum à mandato præcedentiæ, ut tradit Ruginal. in tractatu, de appellation. §. 2. cap. 3. num. 698. & 699. quem sequitur Sigismundus Scaccia, de appellationibus, quæst. limitation. 6. membro 2. num. 37. qui loquitur in præcedétia, in ecclesia, in loco, & in processionibus, & vide cap. 13. session. 25. Concil. Tridentin. idem tenet Aloisi Ricii, in collecta. 147. in fin. ubi agit de casib. præcedentiæ, & in collect. 665. & in casu de facto contingenti, ita fuit
4 iudicatum, in Rota, ut tradit Gracianus, decisio. 232. ubi resolvit, ad † Episcopū pertinere, desinire controversias, quæ solent oriri in processionibus inter confraternitates laicorum; quia licet non sint personæ ecclesiasticæ, habet locum, cap. 13. session. 25. de reformat. quem tex. sic intelligit, Cenedo, in suis quæstionibus, quæst. 26. numer. 19. quia modus circa ordinem & locum incedendi in processionibus, & similia, actiones sunt spirituales, ut tradit Navarrus, cons. 3. de foro competente, num. 6. lib. 2. ob hanc causam, iudex ecclesiasticus controversias dirimere debet, quæ contingere consueverunt in his actibus ecclesiasticis, qui concernunt cultum divinum; cùm iudex laicus in his rebus nullam possit exercere iurisdi-
5 ctionem, ut in cap. benè quidem, 96. distinctio. Et istæ † præeminentiæ, aut debent considerari ratione possessionis, vel ratione antiquitatis, sive in rebus publicis, sive privatis, ut docet Gracianus, supra, numero 1. & disceptation. forens. lib. 2. capite 298. ubi loquitur de præcedentia parochi contra canonicos, in sepeliendo corpora defunctorum, & Seraphinus Olivanus, decision. 326. nu. 3. & 1323. in 2. part. ubi habens maiorem dignitatem præferri debet, & qui habet ultimam præeminentiam, ut tradit Aloisi Rici, supra, numero 1. & col. 470. & Annania, allegation. 131. & † plura 6 circa materiam præcedentiæ tradit Gamma, decision. 1. Cephalus, cons. 1. volumin. 5. Tessaurus, decis. 1. Azevedo, in Curia Pisana, lib. 1. cap. 1. & 2. & 3. & libro 2. cap. Menochius, cons. 51. & 52. Petrus Gregorius, in syntagmate iuris, libr. 15. & 18. cap. 3. & 4. Ex quibus colliges, iudicem ecclesiasticum posse cognoscere inter laicos in his præeminentiis ecclesiasticis, & vim non facere, exequendo sua mandata appellatione remota, sine præiudicio possessionis: & † semper est consue- 7 tudo observanda, Barbat. cons. 5. volum 1. ut fuit resolutum apud Seraphinum, decis. 716. volum. 1. & decis. 402. Bobadilla, in sua politica, lib. 2. cap. 18. num. 228. & Salazar, de usu & consuet. c. 7. n. 14. c. constitutis, el. 1. de appellatio. Si † verò lis fuerit 8 orta, inter Reges & Principes, qui non recognoscunt superiorem in temporalibus super præeminentiis, tunc Romanus Pontifex est adeundus, ut tradit Anastasius Germonius, de sacrorum templorum immunit. lib. 3. cap. 13. num. 60.

## SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non impedit executionem, secundum plures.*
2 L. 2. §. videamus, D. de eo quod metus causa, *declaratur.*
3 *Qualitas semper durat, & conservatur in suo esse, quando semel fuit im quæsitum.*
4 L. finalis, C. de remissione pignoris, *declaratur.*
5 *Pignus semel liberatum ab obligatione hypotheca, perpetuo durat liberatum.*
6 *Actus legitimus, perfectus, & consummatus, licet perveniat ad casum, à quo non poterat incipere, non vitiatur.*
7 *Restitutio est in pristinum statum rei positio.*
8 *Litibus finis est imponendus, ne vitas hominum pene excedant.*
9 L. penultima, D. de collusione detegenda *declaratur.*
10 *Executio sententiæ, non impeditur per collusionem.*
11 L. 1. C. in integrum restitutione, postulata ne quid novi fiat, *declaratur.*
12 *Restitutionis beneficium nunquam est in consideratione ad impediendum effectum iuris communis.*
13 *Causa semel extincta amplius non debet suscitari.*
14 L. servus, 30. D. de obligationibus, & actionibus, *declaratur.*
15 L. 1. tit. 12. lib. 4. recopillation. *declaratur.*
16 *Contraria opinio in quæstione principali proposita defenditur.*
17 L. si prætor, §. Marcellus, de iudic. *declaratur.*

18 Lex secunda, C. de falsis, *declaratur.*
19 *Restitutio habet naturam appellationis.*
20 L. si causa cognita, C. de transactionibus, *declaratur.*
21 L. penultima, D. de auctoritate tutor. *declaratur.*
22 *Restitutio impedit executionem; etiamsi requirat altiorem indaginem.*
23 Cap. suscitata, de in integrum restitutione, *declaratur.*
24 *Restitutio tantum affert, quantum abstulit læsio.*
25 *Restitutio in integrum impedit executionem de iure Regio.*
26 *Restitutionis exceptio impedit executionem, tam sententiæ, quam instrumenti publici.*
27 *Restitutio in integrum habet effectum suspensivum.*
28 *Iudex dicitur attentare, qui restitutione pendente, procedit ad executionem sententiæ.*
29 L.2.tit.26.part.3. *declaratur pro hac opinione.*
30 *Resolutio in quæstione proposita traditur.*
31 *Nuncius missus ad Regem ad petendam restitutionem expectandus est, & executio interim suspenditur.*
32 *Iudices pesquisitores sunt magni executores suarum sententiarum, appellatione & restitutione remota.*
33 *Probatio læsionis, debet concludere ad impediendam executionem.*
34 *Clausula,* * quod exequatur, quod est ad exequendum, * *declaratur.*
35 *Clausula,* * sine retardatione solutionis, pensionis, * *declaratur.*
36 *Restitutionis exceptio de iure Regio, contra instrumentum, vel sententiam intra decem dies alleganda, & probanda est.*
37 L.64. Tauri, *declaratur.*
38 *Iudex non debet coarctare tempus ad probandam læsionem.*
39 *Restitutio conceditur de iure canonico, cessante calumnia.*
40 *Calumnia non sufficit, quod sit præsumpta, nisi fuerit manifesta.*
41 *Restitutio denegatur, facta iam executio sententiæ.*
42 *Casus de facto proponitur.*
43 *Sententia nondum executioni tradita, non exequitur petita restitutione.*

## QVÆSTIO CXXV.

*Utrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo suam sententiam, translatam in rem iudicatam, exclusa restitutione in integrum, & reiecta appellatione.*

VAldè utilis, & necessaria se offert disputanda & explicanda quæstio, circa quam variè sæpè iudicatur, ut docet Ioannes Garcia, meritissimus quondam fisci patronus, *in tractatu de Hispanorum nobilitate, gloss.6.§.2.num.17.* ubi dicit,
plures casus de facto in hac controversia cōtigisse: & † partem negativam huius quæstionis te- 1
net, Augustinus Beroius, *cons.119.vol.3.* ubi resolvit, quod nunquam nullitas, nec restitutio in integrum principaliter petita, impedit executionem, & affirmat hanc esse communem opinioné, quam tenet Baldus, *in dict. l.1. C. ne liceat tertio provocare, num.26.* (cuius dictum declarat Ioannes Garcia, *supra, nu.28, cum sequentibus*, & Sfortia, *de restitutione 1. part. quæst.15. articul.3. nu 35. & in quæst. 42. artic.7. & in quæst. 43. articul.1.*)
pro qua facit ratio † tex. *in l. videamus, versic. suf-* 2
*ficit, D. de eo quod metus causa*, ubi † res, quæ se- 3
mel acquisivit aliquam qualitatem, perpetuò durat, & conservatur in suo esse, & non mutatur per
causam supervenientem; ut contingit in casu, † 4
*l.fin.C. de remissione pignoris*, ubi, quando res, seu persona semel est liberata, & exempta ab aliquo onere, vel obligatione, non reincidit in primam obligationem, etiam causa cessante. Et sic resol-
vit text. ille, quod † res semel liberata ab obliga- 5
tione hypothecæ, non reincidit in primam causam & obligationem, etiamsi revertatur in potestatem debitoris, cuius bona præsentia & futura generaliter obligantur; & ratio potest desumi,
*ex l.fin.C. de nuptiis*, ubi † actus perfectus, legiti- 6
mus & consummatus, non vitiatur, licet perve-
niat ad casum primævum. Et † sic licet restitutio 7
sit in pristinum statum rei positio, *l. quod si minor, §. restitutio, D. de minoribus*, non tamen virtute i-
psius debet † executio sententiæ impediri, quia 8
alias lites fierent immortales, & vitas hominum penè excederent, & æquitati convenit, & rigori iurgantiū cōtroversias celeriter terminari, *l. properandum, C. de iud. c. finem litibus, de dolo & contumacia.*

Secundo, pro ista sententia, & opinione facit
textus singularis, † *in l. penultima, D. de collusio-* 9
*ne detegenda*, ubi causa semel finita per sententiá, si resuscitetur per viam collusionis, qua mediante petitur rescissio sententiæ, quod in isto casu, lite pendēte super collusione, debet persona ingenua
manuteneri in sua possessione; & sic † sententiæ 10
executio non impeditur per collusionem. Ergo à fortiori, nec per restitutionem in integrum. Ter-
tio pro ista opinione facit tex. † *in l.1. C. in inte-* 11
*grum restitutione postulata ne quid novi fiat*: Ergo sequitur, quod, si nihil est innovandum, non revocabitur executio, ex remedio restitutionis in
integrum, imo litis finis est expectandus; quia † 12
beneficium restitutionis nunquam est in consideratione, ad impediendum effectum iuris communis, *l.4.§ primo, D. de fideicomm. libert. l. si minor, D. de acquirenda hæreditate.* Vbi notabiliter deciditur, quod si minor beneficio ætatis restituatur adversus hæreditatis aditionem ab ipso factam; tamen portio sua vacans per abstentionem factam beneficio ætatis, non accrescit coheredi invito, licet alias, si iure ordinario esset repudiata, accresceret: & sic sequitur, quod beneficiū speciale non alterat ius quæsitum per ius commune; & per consequēs, petitio restitutionis non debet impedire effectum executionis sententiæ, acqui-
situs parti, per regulas iuris cōmunis, quia † causa 13
semel

ſemel extincta amplius non debet ſuſcitari, l. qui
res §. aream, D. de ſolutionibus, l. inter ſtipulantem,
§. ſacram, D. de verborum obligationibus, l. eius qui
delatorem, §. fin. D. de iure fiſci, tex. notabilis, in
14 † l. ſervus, 50. D. de obligationibus & actionibus.
Vbi ſi homo liber effectus ſit ſervus pœnæ, pro-
pter delictum, & ad libertatem poſtea ex Princi-
pis beneficio ſit reſtitutus, non reincidit in pri-
mævam creditorum obligationem; quia ſemel
liberatus per ſententiam, ſemper remanet libe-
ratus, l. cum ſervus, D. de adimendis legatis, & ſe-
quitur Avendan. in capitulis prætorum, 2. parte,
cap. 30. numero 7. & in declaratione ad l. 4. nume-
ro 45. Rebuffus, in tractatu, de literis civi. artic.
ultimo, gloß. 6. num. 13. & facit lex ordinamenti 4.
15 titulo 8. libro 3. quæ eſt † lex 1. tit. 12. lib. 4. Recop.
ubi non ponitur reſtitutio ad impediendam exe-
cutionem, licet aliæ adducantur exceptiones. Ex
quibus videtur dicendum, iudicem eccleſiaſticũ
non facere vim exequendo ſententiam, reiecta
in integrum reſtitutione.
16 Sed † pro contraria opinione, ut impediatur
executio, facit in propriis terminis opinio, Bart.
in l. 4. §. condemnatum, num. 4. in fin. D. de re iudi-
cata, ubi ait, ſi quæratur, an in integrum reſtitu-
tio petita adverſus ſententiam impediat execu-
tionem, quod eadem diſtinctio admittenda eſt,
quæ in quæſtione de nullitate, videlicet, quod aut
reſtitutio requirit altiorem indaginem, & tunc
non ſit ſuſpendenda, aut nõ requirit altiorem in-
daginem; quia in continenti poteſt probari, &
tunc impedit executionem. Pro qua ſentẽtia ad-
17 ducitur tex. † in l. ſi prætor, §. Marcellus, D. de iudi-
18 ciis, melior tex. † in l. 2. C. de falſis, ibi: * ſalva e-
xecutiones criminis debitorem ad ſolutionem com-
pelli debere: * quam opinionem ſecutus fuit Bar-
tolus & Paulus, ſup. idem Paulus, in dict. l. unica,
C. in integrum reſtitutione poſtulata, idem Bart.
in l. defendente, D. de authoritate & conſ. tutor. &
in d. l. ſi prætor, §. Marcellus, Beroius, deciſ. 65. n. 7.
Suarez, in l. 2. titul. * de los goviernos, * l. 3 for. leg.
verſic. quartò quæritur, Lancellotus, de attentatis,
2. parte, cap. 8. num 10. & 15. Imol. in dict. l. 4. §. cõ-
demnatum. Vbi ſine aliqua diſtinctione reſolvit,
quod reſtitutio petita impediat executionem, aſ-
19 ſignans rationem; quia † reſtitutio habet naturã
appellationis, l. unica D. & C. nihil innovari appel-
latione pendente. Ergo cum appellatio de ſua na-
tura impediat executionem ſententiæ, ſequitur,
quod & reſtitutio, l. Præſes, D. minoribus, & eſt bo-
20 nus tex. † in l. ſi cauſa cognita, C. de tranſactioni-
bus, ibi: * Appellationis, vel in integrum reſtitu-
21 tionis ſolennitate ſuſpenſa non eſt, * tex. etiam, †
in l. penultima, D. de authoritate & conſ. tutor. ubi
reſtitutio impedit executionem ſententiæ, quam
ſequitur Romanus & Alexand. in l. 3. §. ſi ſervus,
D. de acquirenda poſſeß. Imola, in l. qui à latronib.
§. 1. D. de teſtam. Baldus, in rubrica, de edicto D. A-
driani tollendo. Speculat. in titul. de executione, §.
1. in principio, Innocentius, in c. paſtoralis, §. præ-
terea de officio ordin. Afflictis, deciſ. 36. numero 3.
Cumanus, in d. §. condemnatum, ubi dicit, quod
22 iſta opinio communiter tenetur, quod † reſtitu-
tio impediat executionem, etiamſi requirat al-
tiorem indaginem contra Bartoli diſtinctionem,
ſupr. & ſequitur Alexander, ibi, dicens iſtam opi-
nionem eſſe magis communem ſecundum Ca-
noniſtas, † in cap. ſuſcitata (per illum textum) de 23
in integrum reſtitutio, quam defendit Iaſ. in d. §.
condemnatum, numer. 36. & dicit receptiſſimam,
Covarruvias, practic. quæſtion. quæſtione 15. nu-
mero 7. & ratio fundamentalis eſt, quia † tantum 24
affert reſtitutio, quantum abſtulit læſio,
l. fin. C. de ſent. paß. & reſt. melior text. in l. ſi ex
cauſa, D. de minoribus, qui expreſsè decidit iſtam
quæſtionem, & pro eius deciſione eum ponderat,
Otalora, de nobilit. 3. part. cap. 6. num. 18. ubi dicit,
quod hæc opinio eſt magis iuridica, quamvis in
Regali Cancellaria aliquando contrarium fuit
iudicatum; & † extante lege Regni ſupra, iſtam 25
opinionem ſequitur Paz, pluribus citatis, in ſua
praxi, 4. p. 1. tom. c. 3. n. 9. & alios nos referimus, in
quæſt. 48. num. 16. quam ſequitur Azevedo, in d.
l. 1. tit. 21. num. 174. lib. 4. recopillat. ubi tenet cum
Alexand. eſſe magis communem opinionem, et-
iamſi reſtitutio requirat altiorem indaginem, ſi-
ve † loquamur ad impediendam executionem 26
ſententiæ, ſive inſtrumenti publici. Pro qua opi-
nione facit deciſio, Petr. de Beuntend. 85. nu. 14.
ubi dicit, reſtitutionem † in integrum habere ef- 27
fectum ſuſpẽſivum: & † dicitur attentare iudex, 28
qui procedit ad executionem ſententiæ, petita re-
ſtitutione, ut tradunt Francus, in cap. bonæ, nu. 36.
de appellation. & ſequitur Milis, in ſuo repertorio,
verb. executio, & noſtram principalem opinionẽ
ſequitur, Mattheus de Afflictis, deciſion. 356. n. 3.
Capell. Tholoſſan. ubi Aufred. deciſ. 54. Hoſtien-
ſis, in ſua ſumma, verbo, an executio, tit. de in in-
tegrum reſt. Abb. conſ. 87. Cephalus, conſ. 180. nu.
20. lib. 2. & hanc dicit communem opinionem,
Ruinus, conſ. 34. num. 5. lib. 5. Covarruvias, practi-
car. cap. 25. num. 7. verſic. 12. Pro qua opinione fuit
iudicatum in una portione Segovienſi, 12. Martij,
anno 1544. ut tradit Moedanus, deciſion. 177. in
rubric. de reſtitut. in integrum, ubi dicit eſſe ma-
gis communem opinionem, & eam ſequitur, A-
ſinius, de executione, cap. 2. §. 31. limitationi, in
princip. & Villalobos, in ſuo ærario communium,
litera E. num. 116. & alios refert, & ſequitur, Pe-
trus Robert. Lancellotus, titul. de reſtitution. in
integrum, in princip. num. 15. & 18. Pro qua opi-
nione eſt tex. de iure regio, † in l. 2. tit. 26. part. 3. 29
ibi: * Otroſi dezimos, que mientras durare el pley-
to de la reſtitucion, que no deve ſer fecho en el nin-
guna coſa nueva, * Quæ † opinio, tam de iure cõ- 30
muni, quam regio, eſt verior & receptior, & ab
ea non eſt recedendum in iudicando, & conſulẽ-
do. Quod non ſolum procedit in cauſis civilibus,
verum etiam in criminalibus, in quibus à cõmu-
niter accidẽtibus executio eſſe ſolet maioris præ-
iudicii. Ita Roman. in l. poßideri, §. ſi ſervus, D. de
acquirenda poſſeßion. Paulus, in d. §. condemnatũ,
ubi Alexand. num. 29. Boerius, deciſ. 65. num. 9.
Capella Tholoſſana, 20. & 54. ubi Aufrerius, Ro-
dericus Suarez, in l. 2. tit. de los goviernos, lib. 3.
for. verſ. quarto quæritur. Ioannes Garcia, de nobi-
litate, gloßa 6. §. 2. num. 23. quod ſatis piè ampliat,
Milis, ſupra, verbo, executio ſententiæ, etiamſi † 31
Nun-

Nuncius ſit miſſus ad Regem ad petendam reſti-
tutionem; quia eſt expectandus Nuncius; & in-
32 terim non fiet executio: quod † malè audiunt iu-
dices peſquiſitores, qui totam felicitatem ſuæ cō-
miſſionis collocant in executione ſententiæ, et-
iamſi habeat damnum irreparabile; quia ex hoc
ad apicem maioris dignitatis aſcendere intendūt,
& ſæpè verſa vice contrarium illis contingit, ut
tradit Parladorius, *lib.2. rerum quotidiani cap.1.*
33 *nu.23.* Requiritur † tamen probatio concludens
læſionis, ut admittatur hoc beneficium reſtitu-
tionis, maximè ſi adverſus tres ſententias confor-
mes imploretur, ut tradit Rota, *de reſtitutione in
integrum, in antiquis, deciſion.* Palæotus, *deciſio.*
304. quem refert & ſequitur Lancellotus, *ſupra,
num.35.* ubi hanc dicit magis communem opi-
nionem, quā ampliat, *num.54.* etiamſi † in com-
34 miſſione ſubſiſtat clauſula, *quod exequatur, ſi quid
ſit exequendum*; quia adhuc, ſi petatur reſtitutio
in integrum, & iudex procedat ad executionem,
dicitur novare & attentare, ut fuit reſolutum in
una Toletana matrimonii, coram domino Ora-
dino, *31. Iunij, anno 1556.* quod eſt mirabile, & mé-
35 ti tenendum † in executionibus penſionum, ubi
ſemper additur clauſula, * *ſine retardatione ſolu-
tionis penſionis.* * Quia ſi petatur reſtitutio ex cau-
ſa legitima, & probetur læſio, non ſunt exequen-
dæ literæ penſionis: alias tanquam innovatum &
attentatum revocabitur; ut in Regali Cancella-
ria Pinciana in quadam cauſa beneficiali huius
civitatis Toletanæ, in qua, non obſtantibus ex-
ceptionibus oppoſitis contra executoriales, fuit
facta executio, quæ tanquam attentata, annulla-
ta fuit, & alios caſus refert Lancellotus, *de atten-
tatis, 1. part. cap.1. num.32. & 34. in fin. & in 2. par.
in præfat. num.304. & 312.* ubi plures refert deci-
ſiones: & in alio caſu idem refert Gutierrez, *ca-
nonicarum quæſtionum, cap.4. num.28. & 29.* Ho-
36 die † verò de noſtro iure Regio in cauſis civili-
bus, ſive executio procedat ex contractu publico,
& guarentigio, ſive ex ſententia translata in au-
thoritatem rei iudicatæ, exceptio reſtitutionis al-
leganda & probanda eſt, intra decem dies: aliàs
ſentētia mādabitur executioni, nōn obſtante ap-
37 pellatione, vel nullitate, ut cavetur † *in l.64. Tau-
ri.* Si verò cauſa fuerit criminalis, arbitrio iudicis
relinquitur, quantò tempore talis exceptio ad re-
38 tardandam executionem probanda ſit: caveat †
tamen iudex in limitatione temporis, ne ſit ita
nimis coarctatū, ut reus difficillime, & penè im-
poſſibile de iure poſſit, & innocentiam ſuam do-
cere; maximè ſi executio ſit retractabilis, cū vul-
gare ſit, quod non aufertur illud, quod differtur:
quæ omnia arbitrio ſapientis iudicis relinquun-
tur, *l.3. D. de teſtibus*, quam opinionem ſequitur,
Antonius Canarius, *in tractatu de executione in-
ſtrument. quæſt.21.* & Franciſcus Marc. *in deciſio.
249. num.2.* quæ opinio licet de iure civili proce-
39 dat, ut tradit Afflict. *ſup. deciſ.356.* attamen † de
iure canonico admittitur cum grano ſalis, quan-
do non eſt præſumptio calumniæ, ut *in cap. ſuſci-
tata, de in integrum reſtitutione*, quam diſtinctio-
nem ſequitur Cephalus, *conſ.116. num.15. lib.5.*
Sed profectò hæc reſtrictio non eſt admitten-
da, ſed generaliter & indiſtinctè reſtitutio eſt cō-
cedenda, donec in termino probationis læſionis
conſtet de calumniā, quia † non ſufficiet, quod ſit 40
præſumpta, niſi fuerit evidens & manifeſta, ut
ſentit Robertus Lancellotus, *ſup. nu.5. & 51. cum
ſequentibus.* Quod † ſecus intelligerem, quando 41
facta iam executione, fuit petita dicta reſtitutio,
quia tunc non revocabitur talis executio per re-
ſtitutionem. Ita Ioannes Andreas, *in additioni-
bus ad Speculum, titul. de ſupplicatione, §. differt
autem.* Et Rota Bononienſis, *deciſ.85.* Si verò ex-
ecutio ſententiæ non ſit in totum completa cum
effectu, adhuc admittenda eſt talis reſtitutio; ut
† nuper fuit iudicatum per dominum Nuncium 42
in quadam cauſa decimali, ſuper certo noveno,
favore huius Univerſitatis, & Collegii divæ Ca-
tharinæ, contra eccleſiam oppidi de Caſarrubios,
in † quā admiſſa fuit reſtitutio in integrum, ad- 43
verſus ſententiam iam diu translatam in authori-
tatem rei iudicatæ, contra dictum Collegium, ex
eo quòd nondum erat executioni tradita, ut te-
net eleganter Auguſtinus Berous, *conſ.119. nu.1*
quem refert Burſatus. *conſ 74. n.25. lib.1.* & Lan-
cellotus, *ſup. num.231. cum ſequentib.* Gracianus,
*deciſ.162.* quæ ſententia verior eſt, & ex ea reſol-
vendum, iudicem eccleſiaſticum vim facere, de-
negando reſtitutionem appellatione remota.

## SUMMARIUM.

1 *Exceptio nullitatis an impediat executionem ſententiæ: ubi de text.* in l.4. §. condemnatum, D. de re iudic.

2 *Executor debet admittere nullitatis exceptionem, licet ſuper eā pronunciare non poſſit.*

3 *Nullitas notoria, ſeu evidens quæ ſit.*

4 *Nullitate remota, non cenſetur remota notoria & manifeſta.*

5 *Nullitatem adverſus executionem ſententiæ, vel proponi incidenter, vel principaliter, multum intereſt.*

6 *Exceptio compenſationis an impediat executionem ſententiæ.*

7 *Nullitas in continenti probata admittitur, & num.9. & 10.*

8 *Interpretatur* clementina 1. de re iudicata.

9 *Nullitas ex defectu iuriſdictionis nunquam cēſetur ſublata.*

10 *Interpretatur* clementina unica de ſequeſtratione poſſeſ. & fruct.

11 *Exceptio nullitatis provebiens ex defectu iuriſdictionis, opponi poteſt contra tres ſententias conformes, & num.13. & ibi etiam interpretatur* dicta clementina unica.

12 *Defectus iuriſdictionis qualis debet eſſe.*

13 *Exceptio nullitatis impedit executionem ſententiæ, quando executio retractari non poteſt, licet alias non impediret.*

14 *Item quando infertur præiudicium irreparabile, etiam per ſententiam in poſſeſſorio.*

15 *Tertius comparens pro ſuo intereſſe, impedit executionem trium ſententiarum conformium. Etiamſi ipſi reo principali non competeret talis exceptio, & n.19.*

16 Ter-

16 *Tertius impedit restitutionem fieri spoliato.*

17 *Exceptio trium conformium sententiarum non obstat tertio.*

18 *Tertius comparens pro suo interesse, potest quascunq; exceptiones allegare, iudicem recusare, & appellare, & restitutionem petere, & alia.*

19 *Tertius se opponens an impediat executionem sententiæ.*

20 *Executio in tertium fieri non potest.*

21 *Instrumenta quantumcunq; guarentigia, contra tertias personas, non habent paratam executionem.*

22 *Fallit, ubi in instrumento apposita est clausula de non alienando, cum hypotheca speciali ejusdem rei: tunc enim fit executio contra tertium.*

23 *Executio etiam contra tertium fieri potest, si ad sit instrumento pactum ingrediendi possessionem rei propriâ authoritate, & clausula constituti.*

24 *Ius exequendi instrumenta, activè non competit tertio, cum quo instrumentum celebratum non est.*

25 *Executio non potest fieri contra debitoris debitorem, qui non est instrumento primi creditoris nominatus.*

26 *Instrumentū obligatorium filij non est exequēdum contra patrem, habentem peculiū filij.*

27 *Executio potest fieri contra tertium possessorem etiam non citatum, & negotio etiam non liquidato, quando in instrumento appositū est pactū de capiendo, & cōstitutū precarij.*

28 *Ius exequendi an transeat contra singularem possessorem, remissivè.*

## QVÆSTIO CXXVI.

*Vtrum iudex ecclesiasticus ordinarius, vel executor faciat vim, non admittendo exceptionē nullitatis sententiæ ex defectu iurisdictionis, post tres conformes, & quid de aliis exceptionibus.*

EST & alia non vulgaris, in iudiciis & foro cōtroversa, & à Rabulis exagitata quæstio, an
1 † exceptio nullitatis impediat executionem sententiæ? Et primo constat, eam sententiam, quæ nulla est, non valere, neque sententiam dici posse, tex. *in l.4.§. condemnatum, D. de re iudic.* ubi Iurisconsultus, * *Condemnatum* (inquit) *cum accipere debemus, qui rite condemnatus est, ut sententia valeat. Cæterum si aliqua ratione sentētia nullius momenti sit, dicendum est, condemnationis verbum non tenere.* * Hactenus, I.C. ex cuius responso deducitur, actum de iure invalidum pro non actu reputari, *l. non putavit, § non quavis, D. de bonorum posses. contra tabulas, & in l. quoties, D. qui satisdare cogant.* Hincque multa inferuntur per Ripam, *ibi, colum.1.* Felinum, *in c. ex tenore, n.4. de rescriptis,* & Hippolytum, *in l. fin. numer.16. de quæstione,* plura etiam, & ad longum per Gigantem, *de pensio. quæst.29. à num.6.* multo plura per Vantium, *de nullitatib. rubrib.8. quoties & intra quod tempus, à num.17. cum sequentib.* ad quæ curiosum remittimus lectorem *ad num.52.* item aliquid per Rebuff. *2. tom. ad leges Galliæ, tit. de rescriptis, fol.19. n.95. & per eundem, 3. tit. de citatio. in præfat. quæst.2. fol.48 num.21.* plura etiam per Nevizanum, *cons.70. n.1. per totum, in quæstio.9.* An executor sententiæ de executionibus oppositis possit cognoscere, latè disputatur per Menoc. *de arbit. quæst.38. lib.1.* & an exceptiones requirentes altiorem indaginem admittendæ sint, vel reservandæ sint in finem litis, vide eundem Menochium, *de arbit. q.33. lib.1.*

Quoniam autem propositę quæstionis assertio *ad § condemnatum*, tanquam à fonte deducitur, præmitto, condemnatum, per sententiam nullam, non dici condemnatū, & consequenter in eū executionem fieri non posse: quod Bartol. *ibid.* intelligit, quandò nullitas est notoria: quæ est cōmunis sententia secundum Covarr. *pract. quæst. c.25. in princ.* & ante eum resolvunt Doctores, *in d. l.4 §. condemnatum*, ubi Bart. & post alios, Ripa, *n.11. & 28.* & Alexand. *consil.33. in fin. lib.1. & cons.95. lib.2. n.8.* ubi dicunt, nullitatem in continenti probādam impedire executionem. Est bonus casus, *in l. fin. C. si ex falsis instrum.* tradit Ripa, *n.11.* ubi dicit communem, & Alex. *ubi sup.* & Ias. *n.12. & 17.* uterq; *d. § condemnatum*, quod eo casu, quod nullitas est notoria, & manifesta, nempe constās ex actis, facilius admitti debeat, ex eod. Bart. *d. § condemnatum, & ibi* Ias. *nu.12. & 16.* Sic etiam, licet regulariter executio trium conformium sententiarum, per nullitatis exceptionem impediri non possit, etiamsi sit evidens nullitas, tamen impedit, cum ex eisdem actis resultat, & cū in continenti probanda obiicitur, ut late probat Menoch. *de arbit. cent.1. casu.9 fol.143.* Sic etiam impeditur trium sententiarum executio, restitutione in integrum, & oblatis in continenti probationibus super læsione, ut ibi probat, Menoch. *n.3.* hoc autem, quod dicitur, statim & in continenti, totū relinquitur iudicis arbitrio, secūdū veriorē sententiā, de qua per Menoch. *ibid. n.5.*

Imo si benè advertamus, huiusmodi nullitas in totum evertit ac labefactat sententiam, & tollit executionem, ut tradit Bald *in l. ab executione, n.8. C. quorum appell.* Roman. *cons.51. in princip.* iuvat in terminis, quod tradit Bald. *in l. unica, n.2. C ne liceat in una eademq; causa,* resolvens, notoriam, nullitatem impedire executionē sentētiæ, etiam tertii, quamvis aliud statuatur, *in clem.1. de re jud.* quæ sic intelligi debet, ut non procedat in nullitate notoria, & ex actis constante; sequitur Cuma. *d § condemnatum, n.2.* Hippol. *in rub. C. de probat. n.160.* Covar. *d c.25. n.2.* & est ratio in promptu, dictæ clementinæ rigorem fundari in præsumpta excipientis calumnia, qui post rē tertio loco iudicatam de nullitate excipit: quæ quidem calumnię præsumptio cessat, quoniā de nullitate notoria ex actis constat. Ergo cessare debet illius clementinæ dispositio, ex vulgata regulā, *c. cum cessante, de appell. l. adigere, §. quamvis, D. de iure patron.* & consequenter, clementinæ verba etiam si universalia sint, sunt civiliter intelligenda, nisi de nullitate evidenter constet, secundum quod habetur, *in l. si à quo, D. ut in posses. legat. l. 3. §. ibid. D. ad exhibend. l. ille à quo, §. si de testa. D.*

ad

*ad Trebellian.* & notatur, *in l.1 C. de edicto divi Adriani toll.* similis enim ratio, præsertim in lege, aliorum iurium determinationem recipit, *l.1.§. denique D. quod vi, aut clam.* notatur per gloss. & ita Oldrad. *consf.* 106. resolvit eleganter, Octav. *lib.8. Isagog.c.1.n.7.fol.* 248. *sub rub. de nullitate,* cui addo Bertrandum, *consf.250.n.15.& seq. libr.2.* Barbatiam, *lib.1.consf.18.in princ. & consf.37. lib.2. & consf.20.lib.3.* & Grammaticum, *consf.civili.43.* & postremo, Rebuff. 1.*tom.ad leges Galliæ,fol.367. n.4.* ad quæ advertisse non videtur, de his dubitans Romanus, *sing.287.* & vide Covar. *pract.ca.* 24. Florez de Mena, *variat.lib.1.q.1.ex n.*18.

2 Tanti † enim momenti est evidens nullitas, ut etiam ab executore sententiæ admitti debeat, ne dum ab eo, qui sententiam tulit: licet enim executor non possit pronunciare super nullitate sententiæ, sed debeat remittere ad iudicem, qui eam tulit, tex. *in cap. de cætero, de re iudicat.* Bartol. *in l. D. Pio, in princip.n.9.D.eod.* receptus ex Iasone, *ibi,num.12.* tamen nullitas si sit notoria, potest etiam executor de ea pronunciare, & cognoscere, ita Romanus, *consf.51.* Imol. *consf.127.n.3.* Felin. *in c. de cætero, n.4. de re iud.* Gigas, *de pensio. q.fin.n. 22.* & probari videtur ille casus, *in l. si prætor, §.1. D. de iudiciis:* & est ratio, quia ideo executor non pronunciat de nullitate, ne inferior infringat factum superioris, Bart. *ubi supra,* quæ ratio cessat, quando nullitas est notoria: tunc enim ipsa sententia se infringit, argum. *l. vetere, D. de itinere actuq; privato.* Et ideo hoc casu inferior intromittit se de facto superioris, Bald. *in l. adversus, n.1. C. si adversus rem iudicatam,* Socin. *consf.83. n. 23. libro 4.* quamvis non desint, qui putent, executorem hoc casu debere executioné suspendere, nullitatisq; cognitionem iudici, qui sententiam tulit remittere, iuxta adnotata, *in d. c. de cætero, de re iudic. d. l. à D. Pio, n.9.* Iason. *ibidem n.12.* Alexan. *d.§. condemnatum, n.25.* quod me Hercule, mihi magis probare visus est Iureconsultus, *in l. si prætor D. de iudiciis,* quatenus executori negat exceptionum cognitioné, eamq; præsidi, qui sententiam tulit, omnino remittendá, coram quo, *ibid. §.1.* docet, liquido de nullitate constitisse.

3 Intelligo † autem nullitatem notoriam, seu evidentem esse, quæ constaret ex actis, ut sentit Bart. *d.§. condemnatum,* explicatus à Iasone, *n.8.* & tradit Decius, *in cap. quoniam contra n.6. de probat.* nullitas enim patés & manifesta dicitur, quæ apparet ex facie actorum, quia ex actis fit notoriũ, nec comprehenditur in statuto de nullitate, tradit Socin. *consf.3. lib.1.n.fin.* & ibi additio, ubi plura ad hanc rem: & defectus evidenter ex actis apparet, & dicitur defectus patens, Alex. *consf. 219. ponderatis his, n.25.lib.6.* Felin. *in c. inter cæteras, de re iud. & in cap. de cætero, eod. tit.* tradit Nevizanus, *consf.70.n.3.* & nullitas probatur per inspectionem actorum: quia, quod ibi non reperitur, factum non præsumitur: eritq; concludens, & legitima probatio: quia negativa coarctata ad certam scripturam, est probabilis per oculorum inspectionem. Nam illud, quod non reperitur in actis, neq; in processu, præsumitur ac fingitur nõ factum, *c. cum ad sedem,* ibi: * *Prioris acta iudicij recensentes, quia neque per dicta testium, nec confessionem partium (cum nullæ penitus in iudicio facta fuerint, nobis constare, &c.* * *de restitut. spoliat. c.1. de litis contest. l. fin. C. de rebus credit.* ubi quod legata non fuerint facta, probatur ex facie testamenti, & ibi per scribentes, declarat Decius, *consil.424. proponitur, col. fin. lib.3.* & melius, *consil. 468. pro resolutione, col.2. in princ. lib.4.* & Alex. *consf. 123. consf. scripsit, col.9. vers. præterea, lib.4.* tradit Vantius, *de nullitat. rub.7. à quo, & quibus modis debeat nullitas probari, n.12. & 13.* ubi usque *ad num.18.* pluribus comprobat similibus.

Ex † quibus nullitate remota per statutum, reiecta vel exclusa non intelligitur nullitas ex facie actorum resultans, cum talis dicatur evidens & notoria, quæ omnem malitiam, & calumniam excludat, ut per Alex. *consf.282. col.1. n.3. lib.3. & consf.56.n.17.lib.4. & consf.77.lib.2.n.2.* & Decius, *cõsf.8.n.7.lib.1.* remota enim exceptione, seu nullitate, non intelligitur de notoria & manifesta, *cap. inter cæteras, & ca. qua fronte, & c. pastoralis, de appellat. c. veniens, 2. de testibus,* gloss. *in cap. ex quæst. verbo, appellationem, de restitution spoliatorum,* gloss. *in c. suscitata, verbo, sententiæ, de restitutio, in integr.* facit, *l.2.* & ibi, gloss. *C. de edicto divi Hadr. tollen.* & gloss. *verbo, imperfectam, in l.1.§. sive autem, D. de tab. exhibend. & l. si in alterius, in fin. C. si minor seu maior. dixerit, cum aliis,* de quibus per Abbatem, *in cap. super eo, de officio deleg.* Anton. Corset. *singul.90. alias. verbo, exceptio, vers. si statutum tollit exceptionem;* tradit Vantius, *de nullitat. rubr.4. num.51. fol.39.* ubi refert plures prædictam sententiam tenentes, scilicet, quod nullitas notoria & manifesta, statuto seu dispositioni nullitates reiicienti non includatur, sed illo non obstante proponi possit, & impediat executionem: talis enim nullitas ex actis resultans, & notoria, non indiget aliqua propositione, seu allegatione, ut tradit Vantius, *ubi sup. n.52.* ut dicemus *in q. fin. nu.4.* facit ad hanc rem quod tradit Bartol. *in l. Divus, D. testament. in mil.* idem Bartolus, *in l.1.§. pauci, D. quod vi aut clam.* & Ioan. Andr. *in additio. ad Speculat. tit. de sentent. prolat. §. ut autem,* Bald. *in l.2. col.1. de except. rei iudic.* & Canonist. *in c. item cum quis de restitut. spoliatorum,* & Alex. *consf.33. vol.1. n.1.* ubi dicunt, quod si ex forma statuti provisum est, quod contra sententiam vel instrumentum guarentigium nulla possit opponi exceptio, tamen semper poterit opponi, quod illa non est sententia, vel istud non est instrumentum, ratione alicuius nullitatis; quod tradit etiam, Gemin. *in c. si quando, 4. de rescriptis, in 6.* 4

Cæterum † cum nullitas in iudicio, vel principaliter, vel incidenter deduci possit, cuius rei plura congessit exempla, Vantius, *de nullit. rubr. 6. quod & quibus modis, n.1. cũ sequentib.* apparet inter hos duos casus longam esse differentiam; & suprá dicta, cum incidenter proponitur in iudicio, intelligenda sunt: sin autem nullitas seorsum & principaliter in iudicio deducatur, regulariter executionem non impedit. Nam si propono, testamentum esse nullum, non impeditur hæreditatis aditio, *l. cum quidá in fine, l. cũ falsum, l. Pannonius,* 5

*§. rei*

*rei ff. de acquirenda hæred.* tradunt Barr. & Bald. *in l. ſuus hæres, C. de repud. hæred.* & plures refert Vantius, *ubi ſupr. d. rubr. 9. n. 29.* ubi ſubdic huius concluſionis rationem, quia, cum nullitas in judicio ordinario principaliter propoſita, deſideret ſententiam, quæ in effectu nihil aliud facit, quã actum evacuare, & executionem impedire, ſi in continẽti per ſimplicem nullitatis propoſitionem executio impediretur, eſſet dare executionem ſententiæ nondum latæ, contra regulas juris communis, *l. 1. C. de exceptio rei jud.* ideo fit executio, ſalva remanente quæſtione nullitatis, *arg. c. ſuſcitata, de reſtit. in integ. l. 2. C. ad l. Corn. de falſis, auth. quæ ſupplicatio, C. de precib. Imper. offer.* quæ tamen concluſio non ita indiſtinctè intelligẽda eſt, tuncq; demum executionem nõ impedit nullitatis q̃ſtio principaliter deducta, quando ſc. talis executio foret retractabilis; alias ſi eſſet irretractabilis, procul dubio impediret, ut declarat, Bald. *in l. ab executione, C. quorum appell. non recip. & in l. 1. col. fin. l. qui accuſare, & in l. eum qui duas,* ubi Salicet. *C. de adulteriis:* plures cõgeſſit Vãtius, *de nullit. fol. 59. n. 31.* Sin a. nullitas incidenter, puta per modum exceptionis, in judicio propoſita fuerit, cũ talis exceptio dicatur ſummaria ac peremptoria, & præjudicialis, ſi altiorẽ indaginem non expoſcit, executionem impedire conſuevit; ut ſuperius reſoluimus, & eſt cõmunis ſententia, ſecundum Bart. *ubi ſupr. d. rubr. 6. n. 32.* ubi plures refert.

Vigete tamen videtur in contrarium, Bart. doctrina, *in l. auſertur. §. qui compenſationem, in fin. ff.*
6 *de jure fiſci,* ubi tenet, per † exceptionem ſententiæ, ſi condemnato iam, nulla competebat dilatio ad ſoluendum, ꝙ etiam tenet Bart. *in l. fin. n. 7. ff. de compenſatio.* & ſequuntur relati per Iaſ. *in §. in bonæ fidei, n. 73. inſtit. de actionibus,* & dicit communem Alex. *conſ. 94. n. 1. lib. 4.* ubi, *n. 3.* explicat, de mente prædictorum eſſe, hoc procedere, & ſi probatio offeratur in continenti, nec impediri executionem ſententiæ: ergo à fortiori, exceptio nullitatis, cuius probatio offertur in continẽti, non impediret executionem ſententiæ: nam facilius impeditur executio; per exceptionem cõpenſationis, quã nullitatis, *l. penult. ff. de confeſſ.* adeò ꝙ dicat Bart. *in l. 1. n. 3. ff. de juris & fact. ignorantia,* & ibi Iaſ. *n. 16.* Cuma. *in d. §. condemnatum, in fin.* per exceptionem compenſationis, ſemper impediri executionem ſententiæ: à quibus tamen cavẽdum arbitror ex ſupra dictis, & diverſum arbitror in uno caſu, vel in altero: quoniam executio ſententiæ, non impeditur, per compẽſationis exceptionem, ut reſoluit Bart. *in d. §. qui compenſationem,* ſi benè intelligatur, cuius ſentẽtiam interpretatur, & à calumnia defendit, Alex. *conſ. 61. li. 3. per totum, incip.* Et ſi puto, ꝙ maximè procedit in hoc Regno, in quo nullum tempus datur judicatis, ut ſuperius reſoluimus; ſed ſtatim fit executio. Vnde cum nullę temporis induciæ indulgeantur, interim non impediet executionem, cum liquidari non poſſit. Nam quando opponitur compenſatio, debet admitti liquidatio intra illud tempus, q̃ reo datur ad ſoluendũ; & ſi reo nullum tempus daretur ad ſoluendum, ſimiliter nullum tempus daretur ad liquidandum, ut probat, Bart. & Alex. *ubi ſupr.* Quam tamen exceptionem reſpuendam non cenſeo, imò admittendam, eiuſq; liquidationem, poſt cæptã executionem, & pignorum captionem, interim dum pręconia ſecundum Regni conſuetudinem currunt, prodeſſeque ad minuendam ſortis partem, ante factam pignorum venditionem publicam; vel addictionem, dum opponatur & probetur intra decem dies, ſecundum noſtram legem Regni.

Cæterum † cum nullitatis evidens & manife- 7
ſta ex actis opponitur exceptio incidenter, cum dubitetur de viribus & robore ipſius ſententiæ, ipſiuſque virtus ex aperta nullitatis nebula oſtendatur, nulla ratio permittit, interim eã ſententiam executioni mandari, quæ nulla in continenti arguitur, ac in diſcrimen nullitatis adducitur. Neq; enim interim ſentẽtia dici poteſt, quæ impugnatur. Et hæc jure communi attento, procedunt ſine dubio; talis enim exceptio nullitatis impedit executionem ſententiæ, quãdo poteſt in continenti probari per inſpectionẽ actorum, *l. ſi prætor, §. Marcellus, ff. de iud.* & eſt cõmunis opinio Doctorum, teſte Alex. *conſ. 33. viſo themate, n. 9. vol. 1.* ubi dicit, tunc proniorem eſſe oportere judicem, ad non exequendam dictam ſententiam; quia conſtat illã eſſe injuſtã, ut notat Innocent. *in c. cum, R. in fin. de officio de leg.*

Ex quib. ſuccedit nobis interpretatio tex. † *in* 8
*clem. 1. de re jud.* ibi: ** Nullatenus admittatur,** ubi, ſi quis reportaverit tres ſententias conformes ſuper poſſeſſorio, vel petitorio, nullus admittitur ad agẽdum de nullitate earum, antequã fuerint executioni demãdatæ, nec pp eas nullitatis exceptiones impeditur executio. Quæ tamen concluſio intelligenda eſt, niſi nullitas ſit notoria ex actis, ut ſuperius reſoluimus: aliàs verò; non admittitur exceptio nullitatis, etſi pars offerat, ſe in continenti velle probare, ut ea clementina aliquid ſpeciale inducat in tribus ſentẽtiis; Iaſ. & Ripa, uterq;, *n. 15. in d. § condẽnatum,* Alex. *conſ. 77. n. 12. lib. 2.* Couarr. *pract. qq. c. 25. n. 2.* Quib. adde ſpecialitatem in hoc conſiſtere; ꝙ in terminis illius clemẽtinæ, non admittitur exceptio nullitatis, et in continenti probanda; ſed reſervatur, poſtquã facta fuerit executio: ut ille tex. clarè innuit. Et notat Aretin. *conſ. 75. in fin.* licet quando una tantum præcedit ſententia; admittitur exceptio in continenti probanda; in eo ſenſu, ut ſi probetur ante factam executionem, ſuſpendatur executio, ut ſuperius notavimus.

Ex quibus animadverto, ꝙ, ubi lex jubet fieri executionẽ, non obſtãte exceptione, licet nõ cẽſeatur excluſa exceptio notoria ex actis, excluditur tñ ea, q̃ in continẽti ꝓbari poteſt, ut per Alex. *conſ. 94. li. 4.* contra Panorm. *in c. ſuſcitata, n. 7. de reſtit. in integ.* licet Panormitanũ ſequatur; Felin. *n. 9.* Dec. *n. 9. in c. ex parte, n. 2. de offic. deleg.* & Iaſ. *in l. juris gentiũ, §. quod ſere, n. 15. ff. de pactis.*

*ad Trebellian.* & notatur, *in l.1 C.de edicto divi Adriani toll.* similis enim ratio, præsertim in lege, aliorum iurium determinationem recipit, *l.1.§. denique D.quod vi, aut clam.* notatur per gloss. & ita Oldrad. *cons.106.* resolvit eleganter, Octav. *lib.8. Isagog.c.1.n.7.fol.248. sub rub. de nullitate,* cui addo Bertrandum, *cons.250.n.15.& seq. libr.2.* Barbatiam, *lib.1.cons.18.in princ. & cons.37.lib.2. & cons.20.lib.3.* & Grammaticum, *cons.civili.43.* & postremo, Rebuff. *1.tom.ad leges Galliæ, fol.367. n.4.* ad quæ advertisse non videtur, de his dubitans Romanus, *sing.287.* & vide Covar. *pract.ca.24.* Florez de Mena, *variar.lib.1.q.1.ex n.18.*

2 Tanti † enim momenti est evidens nullitas, ut etiam ab executore sententiæ admitti debeat, ne dum ab eo, qui sententiam tulit: licet enim executor non possit pronunciare super nullitate sententiæ, sed debeat remittere ad iudicem, qui eam tulit, tex. *in cap.de cætero, de re iudicat.* Bartol. *in l. D.Pio, in princip.n.9.D.eod.* receptus ex Iasone, *ibi, num.12.* tamen nullitas si sit notoria, potest etiam executor de ea pronunciare, & cognoscere, ita Romanus, *cons.51.* Imol. *cons.127.n.3.* Felin. *in c.de cætero, n.4.de re iud.* Gigas, *de pensio. q.fin.n.22.* & probari videtur ille casus, *in l.si prætor, §.1. D.de iudiciis:* & est ratio, quia ideo executor non pronunciat de nullitate, ne inferior infringat factum superioris, Bart. *ubi supra,* quæ ratio cessat, quando nullitas est notoria: tunc enim ipsa sententia se infringit, argum. *l.vetere, D.de itinere actuq; privato.* Et ideo hoc casu inferior intromittit se de facto superioris, Bald. *in l.adversus, n.1.C. si adversus rem iudicatam,* Socin. *cons.83. n.23. libro 4.* quamvis non desint, qui putent, executorem hoc casu debere executionē suspendere, nullitatisq; cognitionem iudici, qui sententiam tulit remittere, iuxta adnotata, *in d. c. de cætero, de re iudic.d.l.à D.Pio, n.9.* Iason. *ibidem n.12.* Alexan. *d.§.condemnatum, n.25.* quod me Hercule, mihi magis probare visus est Iureconsultus, *in l.si prætor D.de iudiciis,* quatenus executori negat exceptionum cognitionē, eamq; præsidi, qui sententiam tulit, omnino remittendā, coram quo, *ibid. §.1.* docet, liquido de nullitate constitisse.

3 Intelligo † autem nullitatem notoriam, seu evidentem esse, quæ constaret ex actis, ut sentit Bart. *d.§.condemnatum,* explicatus à Iasone, *n.8.* & tradit Decius, *in cap.quoniam contra n.6.de probat.* nullitas enim patēs & manifesta dicitur, quæ apparet ex facie actorum, quia ex actis fit notoriū, nec comprehenditur in statuto de nullitate, tradit Socin. *cons.3 lib.1.n.fin.* & ibi additio, ubi plura ad hanc rem: & defectus evidenter ex actis apparet, & dicitur defectus patens, Alex. *cons.219. ponderatis his, n.25.lib.6.* Felin. *in c.inter cæteras, de re iud. & in cap.de cætero, eod.tit.* tradit Nevizanus, *cons.70.n.3.* & nullitas probatur per inspectionem actorum: quia, quod ibi non reperitur, factum non præsumitur: eritq; concludens, & legitima probatio: quia negativa coarctata ad certam scripturam, est probabilis per oculorum inspectionem. Nam illud, quod non reperitur in actis, neq; in processu, præsumitur ac fingitur nō factum, *c.cum ad sedem,* ibi: * *Prioris acta iudicij recensentes, quia neque per dicta testium, nec confessionem partium (cum nulla penitus in iudicio facta fuerint, nobis constare, &c.* * *de restitut.spoliat. c.1. de litis contest. l.fin.C.de rebus credit.* ubi quod legata non fuerint facta, probatur ex facie testamenti, & ibi per scribentes, declarat Decius, *consil.424. proponitur, col.fin.lib.3.* & melius, *consil.468. pro resolutione, col.2.in princ.lib.4.* & Alex. *cons.123. cons.scripsit, col.9. vers. præterea, lib.4.* tradit Vantius, *de nullitat. rub.7. à quo, & quibus modis debeat nullitas probari, n.12 & 13.* ubi usque *ad num.18.* pluribus comprobat similibus.

Ex † quibus nullitate remota per statutum, reiecta vel exclusa non intelligitur nullitas ex facie actorum resultans, cum talis dicatur evidens & notoria, quæ omnem malitiam, & calumniam excludat, ut per Alex. *cons.282. col.1. n.3. lib.3. & cons.56.n.17.lib.4. & cons.77.lib.2.n.2.* & Decius, *cōs.8.n.7.lib.1.* remota enim exceptione, seu nullitate, non intelligitur de notoria & manifesta, *cap.inter cæteras, & ca.qua fronte, & c.pastoralis, de appellat. c.veniens, 2.de testibus,* gloss. *in cap.ex quest.verbo, appellationem, de restitution spoliatorum,* gloss. *in c.suscitata, verbo, sententiæ, de restitutio, in integr.* facit, *l.2.* & ibi, gloss. *C. de edicto divi Hadr. tollen.* & gloss. *verbo, imperfectam, in l.1.§.sive autem, D. de tab. exhibend. & l.si in alterius, in fin. C.si minor seu maior. dixerit, cum aliis,* de quibus per Abbatem, *in cap.super eo, de officio deleg.* Anton. Corset. *singul.90. aliàs. verbo, exceptio, vers. si statutum tollit exceptionem,* tradit Vantius, *de nullitat.rubr.4.num.51.fol.39.* ubi refert plures prædictam sententiam tenentes, scilicet, quod nullitas notoria & manifesta, statuto seu dispositioni nullitates reiicienti non includatur, sed illo non obstante proponi possit, & impediat executionem: talis enim nullitas ex actis resultans, & notoria, non indiget aliqua propositione, seu allegatione, ut tradit Vantius, *ubi sup.n.52.* ut dicemus *in q.fin.nu.4.* facit ad hanc rem quod tradit Bartol. *in l.Divus, D.testament.in mil.* idem Bartolus, *in l.1.§.pauci, D.quod vi aut clàm.* & Ioan. Andr. *in additio. ad Speculat. tit. de sentent. prolat.§.ut autem,* Bald. *in l.2. col.1. de except. rei iudic.* & Canonist. *in c. item cum quis de restitut. spoliatorum,* & Alex. *cons.33.vol.1.n.1.* ubi dicunt, quod si ex forma statuti provisum est, quòd contra sententiam vel instrumentum guarentigium nulla possit opponi exceptio, tamen semper poterit opponi, quod illa non est sententia, vel istud non est instrumentum, ratione alicuius nullitatis; quod tradit etiam, Gemin. *in c. si quando, 4. de rescriptis, in 6.*

Cæterum † cum nullitas in iudicio, vel principaliter, vel incidenter deduci possit, cuius rei plura congessit exempla, Vantius, *de nullit. rubr.6. quod & quibus modis, n.1.cū sequent ib.* apparet inter hos duos casus longam esse differētiam, & supra dicta, cum incidenter proponitur in iudicio, intelligenda sunt: sin autem nullitas seorsum & principaliter in iudicio deducatur, regulariter executionem non impedit. Nam si propono, testamentum esse nullum, non impeditur hæreditatis aditio, *l.cum quidā in fine, l.cū falsum, l.Pannoni*

rei ff. *de acquirenda hæred.* tradunt Bart. & Bald. *in l. suus hæres. C. de repud. hæred.* & plures refert Vantius, *ubi supr. d. rubr. 9. n. 29.* ubi subdit huius conclusionis rationem, quia, cum nullitas in judicio ordinario principaliter proposita, desideret sententiam, quæ in effectu nihil aliud facit, quã actum evacuare, & executionem impedire; si in continẽti per simplicem nullitatis propositionem executio impediretur, esset dare executionem sententiæ nondum latæ, contra regulas juris communis, *l. 1. C. de exceptio rei jud.* ideo fit executio, salva remanente quæstione nullitatis, *arg. c. suscitata, de restit. in integ. l. 2. C. ad, l. Corn. de falsis, auth. quæ supplicatio, C. de precib. Imper. offer.* quæ tamen conclusio non ita indistinctè intelligẽda est, tuncq; demum executionem nõ impedit nullitatis q̃stio principaliter deducta, quando sc. talis executio foret retractabilis; alias si esset irretractabilis, procul dubio impediret, ut declarat, Bald. *in l. ab executione, C. quorum appell. non recip. & in l. 1. col. fin. l. qui accusare, & in l. cum qui duas,* ubi Salicet. *C. de adulteriis:* plures cõgessit Vãtius, *de nullit. fol. 59. n. 31.* Sin a. nullitas incidenter, puta per modum exceptionis, in judicio proposita fuerit, cũ talis exceptio dicatur summaria ac peremptoria, & præjudicialis, si altiorẽ indaginem non exposcit, executionem impedire consuevit; ut superius resoluimus, & est cõmunis sententia, secundum Bart. *ubi supr. d. rubr. 6. n. 32.* ubi plures refert.

Vigere tamen videtur in contrarium, Bart. doctrina, *in l. aufertur. §. qui compensationem, in fin. ff.* 6 *de jure fisci,* ubi tenet, per † exceptionem sententiæ, si condemnato iam, nulla competebat dilatio ad soluendum; q etiam tenet Bart. *in l. fin. n. 7. ff. de compensatio.* & sequuntur relati per Ias. *in §. in bonæ fidei, n. 73. instit. de actionibus,* & dicit communem Alex. *cons. 94. n. 1. lib. 4.* ubi, *n. 3.* explicat, de mente prædictorum esse, hoc procedere, & si probatio offeratur in continenti, nec impediri executionem sententiæ: ergo à fortiori, exceptio nullitatis, cuius probatio offertur in continẽti, non impediret executionem sententiæ: nam facilius impeditur executio, per exceptionem cõpensationis, quã nullitatis, *l. penult. ff. de confess.* adeò q dicat Bart. *in l. 1. n. 3. ff. de juris & fact. ignorantia,* & ibi Ias. *n. 16.* Cuma. *in d. §. condemnatum, in fin.* per exceptionem compensationis, semper impediri executionem sententiæ: à quibus tamen cavẽdum arbitror ex supra dictis, & diversum arbitror in uno casu, vel in altero: quoniam executio sententiæ, non impeditur, per compẽsationis exceptionem, ut resoluit Bart. *in d. §. qui compensationem,* si be[illegible]lligatur, cuius sen[illegible] tiam interpretatu[illegible]nia defendi[illegible] *cons. 61. li. 3. per to*[illegible]si puto, q procedit in ho[illegible]io nullu[illegible] datu[illegible]atis[illegible]esoluit[illegible] ti[illegible]ulle te[illegible] non im[illegible] possi[illegible] debet[illegible]

tio intra illud tempus, q reo datur ad soluendũ; & si reo nullum tempus daretur ad soluendum, similitèr nullum tempus daretur ad liquidandum, ut probat, Bart. & Alex. *ubi supr.* Quam tamen exceptionem respuendam non censeo, imò admittendam, eiusq; liquidationem, post cæptã executionem, & pignorum captionem, interim dum præconia secundum Regni consuetudinem currunt, prodesseque ad minuendam sortis partem, ante factam pignorum venditionem publicam, vel addictionem, dum opponatur & probetur intra decem dies, secundum nostram legem Regni.

Cæterum † cum nullitatis evidens & manifestã ex actis opponitur exeptio incidenter; cum 7 dubitetur de viribus & robore ipsius sententiæ, ipsiusque virtus ex aperta nullitatis nebula ostendatur, nulla ratio permittit, interim eã sententiam executioni mandari, quæ nulla in continenti arguitur, ac in discrimen nullitatis adducitur. Neq; enim interim sentẽtia dici potest, quæ impugnatur. Et hæc jure communi attento, procedunt sine dubio; talis enim exceptio nullitatis impedit executionem sententiæ, quãdo potest in continenti probari per inspectionẽ actorum, *l. si prætor, §. Marcellus, ff. de iud.* & est cõmunis opinio Doctorum, teste Alex. *cons. 33. viso themate, n. 9. vol. 1.* ubi dicit, tunc proniorem esse oportere judicem, ad non exequendam dictam sententiam; quia constat illã esse injustã, ut notat Innocent. *in c. cum, R. in fin. de offic. de leg.*

Ex quib. succedit nobis interpretatio tex. † *in* 8 *clem. 1. de re jud.* ibi: * *Nullatenus admittatur,* * ubi, si quis reportaverit tres sententias conformes super possessorio, vel petitorio, nullus admittitur ad agẽdum de nullitate earum, antequã fuerint executioni demãdatæ, nec pp eas nullitatis exceptiones impeditur executio. Quæ tamen conclusio intelligenda est, nisi nullitas sit notoria ex actis, ut superius resoluimus: aliàs verò non admittitur exceptio nullitatis, etsi pars offerat, se in continenti velle probare, ut ea clementina aliquid speciale inducat in tribus sentẽtiis, Ias. & Ripa, uterq; *n. 15. in d. § condemnatum,* Alex. *cons. 77. n. 12. lib. 2.* Couarr. *pract. qq. c. 25. n. 2.* Quib. adde specialitatem in hoc consistere; q in terminis illius clemẽtinæ, non admittitur exceptio nullitatis, et in continenti probanda, sed reservatur, postquã facta fuerit executio: ut ille tex. clarè innuit. Et notat Aretin. *cons. 75. in fin.* licet quando una tantum præcedit sententia; admittitur exceptio in continenti probanda; in eo sensu, ut si probetur antè factam executionem, suspendatur executio, ut superius notavimus.

[illegible]x quibus animadverto, q, ubi lex jubet fieri [illegible]utionẽ, non obstãte exceptione, licet nõ cẽ[illegible]r exclusa exceptio notoria ex actis, exclu[illegible]r tñ ea, q̃ in continẽti pbari potest, ut per A[illegible] *cons. 94. li. 4.* contra Panorm. *in c. suscitata, n.* [illegible]*nteg.* licet Panormitanũ sequatur; [illegible]*. 9. in c. ex parte, n. 2. de offic. de leg.* [illegible]*itiũ, §. quod fere, n. 15. ff. de pactu.*

Hinc accepta velut occasione examinãda est Bartoli sententia, *in l. 4. § condemnatũ, ff. de re jud.* ubi inquit, exceptioné nullitatis, quæ in continenti probari nõ potest, nõ impedire executionem, per text. quẽ ipse expendit, *in l. fin. C. de ord. cogn* ibi: * *Et tunc causa:* * an verò text. ille hoc ꝓbet, videndus est *ibi*, Ripa, *n. 28.* conclusio tamen in se vera est, exceptionẽ nullitatis, quæ in continenti probari potest, impedire executionẽ sententiæ, Alex. *cons. 65. col. 2. vol. 5.* Roland. à Valle, *cons. 1. nu. 9.* adeo, ꝙ exceptio quæ in continenti probari nõ possit, debeat reijci à judice, Bart. *in l. fin. in fin. C. si ex falsis instru.* Alex. *cons. 94. n. 3. li. 4.* Aretin. *cons. 75. n. 11.* & perfecta jam executione, tunc admitti poterit, Paul. *d. § condemnatum, n. 2.* & ibi Iason. *n. 18.* idem Ias. *cons. 85. col. 1. libr. 1.* Sed contrarium, imò semper admittendã fore nullitatis exceptionem, forti argumento probat Cuman. *in d. § condemnatũ, n. 2. ad fin.* Resolutio igitur sit, admittendam quidem fore exceptionem: sed non ad impediendam executionem. Vnde cognitio debet esse ordinaria: licet, quando agitur de impedienda executione, summaria sit, *lex. à divo Pio, §. si super rebus, ff. de re jud.*

9 Limitatur † autem cõmunis sententia, quando exceptio nullitatis fundatur in judicis incõpetentia: tunc enim impeditur executio, etsi in continenti probari non possit. Angel. *in l. fin. n. 4. C. si ex falsi. instru.* Alex. *d. § condemnatum, n. 22.* & *ibi* Ias. *n. 19.* Ripa, *n. 23.* allegantes glossam *finalem in clement. vnica, de sequestratione possess. & fructuũ*, quæ tamen hoc non dicit, sed tãtùm, semper admittendam esse dictam exceptionẽ incompetẽtiæ; & non benè infertur: admittitur exceptio, ergo impeditur executio: & sic veriorẽ esse sententiam, contra communem, quam etiam secutè tenuit Gigas, *de pensionibus, q. vltima, n. 21.*

10 Quamobrem ex gloss. † *in d. clem. vnica, de sequestr. poss. & fruct.* ibi: * *Nulla tamen opponi poterit.* * eleganter infero, quod lex generaliter tollẽs exceptionẽ nullitatis, nõ cẽsetur tollere eã, quæ procedit ex defectu jurisdictionis; commẽdat Felin. vbi latè de materia *in rub. de foro comp. & in c. pastoralis, n. 11. de except.* Hippol. *singul. 10.* Vnde licet *clem. 1. de re jud.* reijciat exceptionem nullitatis, nõ tamẽ videtur reijcere istã incompetentiã, Covar. *pp. qq. c. 25. n. 4* nullitas. n. ex defectu iurisdictionis est maxima; vtpotè ab ipsa causa efficiente ꝓveniens: judex namq; est potissima pars judicii, basis & fundamentũ, duxq; & Imperator judicii vocatur, per Bald. *in rubr. C. si à non competente judice.* Vnde judicatũ dici non potest ab eo, qui ius dicendi nõ habuit, *l. 1. §. fin. ff. ad SC. Tertull. l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quisq; iur. l. 2. in fin. ff. de pœnis.* Et huiusmodi nullitas statuto nõ cõprehenditur, vel sub alia dispositione nullitates reijciente, vt sentit glos. *in clem. vnicã, de sequest. poss. & fruct.* scripsit Angel. *in l. non erit, §. dato, ff. de iureiur.* Felin. *in cap. ex parte, 2. fallent. 7. de offic. deleg. & in rubr. de foro comp. vers. tertium fundamentum, & in c. pastoralis, vers. amplia etiam de except.* Et illa gloss. est magis communiter approbata, secund. Alex. *cons. 79. causa & lite, in fin. lib. 7.* Idem tradit Marsilius, *cons. 76. n. 13. & cons. 81. n. 38. vol. 2.* Socinus, *cons. 83. in fin. vol. 4. pro clariori*, Rebuff. *1. tom. ad leges Franciæ, tit. de sent. execut. art. 3. gloss. 2. per totum. fol. 346. n. 3.* Vantius, *de nullitat. ex defectu iurisdict. nu. 4. fol. 103.* Vnde huius nullitatis exceptio proveniens ex iurisdictionis defectu, executionem sententiæ impedit, gl. *in d. clem. 1. de sequestr. possess. & fruct.* & sensit Calcan. *cons. 16. n. 48.* & tradit Menoch. *de arbitr. q. 98. n. 8.*

Qua † de causa nullitatis exceptio, quæ ex defectu iurisdictionis provenit, potest opponi 11
etiam contra tres sententias conformes, contra quas regulariter non potest opponi aliqua exceptio, donec fuerint executæ, text. *in clem. 1. de re iudicat.* Ancharran. *cons. 78. excellens domine, col. 3.* Socin. *cons. 274. col. penult.* Decius, *cons. 38. circa primum, vol. 1. cons. 5.* Claudius, *in l. in provinciali, §. quio pus, ff. de novi operis nunc.* Stepha. Bertrand. *cons. 130.* Quemadmodum, per glos. *in d. clem. 1. de sequestr. poss.* Calcan. *cons. 113. in causa illorum, vers. & hæc exceptio nullitatis.* Rebuff. *1. tomo ad leges Franciæ, tit. de sent. execut. art. 3. gloss. 2. per tot. fol. 340.* idem tradit Pomates, *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. lit. C.* Vnde nullitate per statutum vel aliàs remota, non includitur nullitas ex defectu iurisdictionis, etiam quod essent latæ tres sententiæ conformes, vel iuratũ non dicere de nullitate, comprobat eleganter Vantius, *de nullitat. rubr. 4. quis possit dicere de nullitate, nu. 37. fol. 56.* & huiusmodi nullitatis exceptio ex defectu iurisdictionis proveniens executionem impedit, vt tradit Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 98. n. 8.* Potestas enim ac iurisdictio in omni actu, pro constanti à lege, ex mente statuentium continuò præsupponitur. Idcircò cum deficiat potestas iudicantis, non potest dici, quòd sit sententia, vel quivis alius actus iuridicus, prout à lege, seu statuto præsupponitur, latissimè Vantius, *vbi supr. n. 38. & 39.* ideoq; semper opponi potest, quod nõ est sententia, ex quo talis non erat iudex, vt ipse cõprobat, *n. 40.* cuius fundamenta referre, erit supervacuum. Satis erit lectori loca recensere fideliter, ex quibus possit plures auctoritates hauriri. Vnde prædicta exceptio, quod executor iurisdictione careat, potest opponi contra merum executorem, vt tradit Gigas, *in executore literarũ reservationis pensionis, de pensio. qu. fin. nu. 20. & 21.* Quæ tamen intelligenda sunt, quando nullitas est notoria, & evidens, vt possit in continenti probari: per ea quæ tradit Bald. & Doctores *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud.* vbi dicitur, in executione sententiæ opponi posse evidentẽ & notoriã sententiæ nullitatẽ, vel quæ in continenti probari possit ad executionẽ impediendã: quod superius resolvimus satis copiosè. Notoria enim nullitas prævalet sententiæ, etiam super executione latæ, glossa notabilis *in c. & si non cognitio, 25. qu. 2.* quam glossam sequitur Imol. *in clem. 1. col. 9. vers. nunquid, de re iudi.* vbi docet, quod merus executor parere non tenetur superiori, visa

notoria

notoria nullitate sententiæ, ad quod plura allegat Rom. *cons. attentis his*, quem refert & sequitur Felin. *in c. de cætero, col. 1. vers. primus est, de sent. & re jud.* Gigas, *q. fin. n. 22.* potestque nullitas opponi coram executore, non quòd super illa executor possit aut debeat pronunciare: sed huiusmodi incidentem quæstionem ad superioré remittere, & interim (si de exceptione constabit) in exequendo supersedere poterit, vt tradit Vantius, *de nullit. in rubr. coram quibus nullitas proponi possit, n. 22.*

Vlterius prædictis suffragantur, quia, quamvis ab eadem sententia non licet tertio provocare, *c. sua nobis, de appell. & l. vn. C. ne liceat in vna eademq; causa*, iterum tamen de nullitate dici poterit: nam si opponeretur de tribus conformib⁹, & re judicata, & quòd vlterius non sim audiendus, nec amplius quæstio refricanda exceptione rei judicatæ obstante, *l. fin. C. de fide instrum. l. 2. C. si ex fals. instrum.* & per Bart. *in l. si expreßim, col. 3. in princip. ff. de appell. & in l. 1. col. penult. C. quando provoc. non est necess.* & Anchar. *in clem. 1. col. 1. in fi.* & ibi Ioan. de Imol. *in princ. de re judic.* talia opponenti replicare potero, non posse dici judicatū, neque sententias, cum omnes, vel saltem aliqua ipsarum, vitio nullitatis manifestè subiaceant, ideoque non posse, nec debere tali nomine nuncupari, vt *d. §. condemnatum, & in l. 1. §. fin. ff. ad SC. Tertull. & l. non putavit, §. non quavis, ff. de bon. poss. contra tabul. & in l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quisq; juris.*

Propterea quamvis de nullitate primæ sententiæ fuisset dictum, ac subinde per tres sententias conformes declaratum, sententiam, quæ ex vitio nullitatis impugnabatur, validam, liceṫq; de viribus primæ sententiæ, vlterius stantibus dictis tribus conformibus, hæsitari non possit, poterit tamen de viribus primæ, vel secundæ, vel tertiæ confirmatis, adhuc queri & disputari. Quod eleganter scripsit Vantius, *de nullit. rub. 8. quoties & intra quod tempus, n. 3. & 4.* ne tamen lites tot nullitatibus in infinitum protrahantur, statutum est, quod habenti tres conformes sententias contrarius, non audiatur super nullitate illarum, vel alicuius ex eis, donec plenariè executioni fuerint demandatæ, vt *in dict. clem. 1. de re judic.* cuius text. dispositio, quamvis non procedat, quando sententiæ ex defectu iurisdictionis impugnantur, vt suprà comprobavimus ex gl. communiter recepta, *in clem. 1. de sequestr. poss.* huiusmodi tamen exceptio non ita indistinctè ac resupinè recipienda est; nec per quamlibet simplicem propositionem, assertæ nullitatis ex defectu jurisdictionis, tot conformium sententiarum retardanda est executio, neq; calumniis indulgendum. Sed eo duntaxat casu quis esset audiendus, quando saltem summariè de exceptione, ac non calumnia proponentis constare cœpisset, quod comprobat Vantius, *sup n. 5. subdens numeris sequentib.* in Romana curia scripta super nullitatib. post tres cōformes sentētias, nō concedi, nisi cum clausula, * *Sine præiudicio trium conformiū sententiarū*: * Et nullitates, ne impediant, provideri cōsuevisse in Rom. curia per viā rescripti. Itē nec solet Princeps servare defectū jurisdictionis, nec valerent literæ cōcedentes, q̄ nō obstāte defectu jurisdictionis, Princeps confirmaret sententiam: his verbis vtitur Gomezi⁹, *in compendio vtriusque signaturæ, fol. 74.* q̄ est notandū secund. Rebuff. *1. tomo ad leges Franciæ, tit. de sentent. executorijs, artic. 3. gloss. 4. num. 8.* contra impetrantes literas regias: vt tales literæ confirmantes sentētiam à iudice competente latam, non valeant.

Vt iam igitur hanc quæstionem absolvamus, adverto, istam evidentem nullitatem ex actis constantem seu apparentem, judicem, etiam nō citata parte & non vocata, & etiam ea absente, revocare posse, secundum glos. *fin. in c. tua*, & ibi declarat, Dominic. per illum textum, *de officio Vicarij.* Scripsit Abb. *in causam quæ, 3. notab. de rescript.* Ægidius, *conclus. 207. auditor. ad fin.* & Felin. *in c. cùm olim, col. 7. de re jud.*

Declaranda † tamē sunt prædicta, procedere, quando defectus iurisdictionis talis est, vt consensu partium suppleri non possit: aliàs enim, si coram iudice incompetente lis ageretur, videtur inducta prorogatio iurisdictionis, *l. 1. ff. de judicijs*, & tradunt Bart. & Bald. *in l. 1. C. de iurisd. omn. iud.* & consequenter cessat exceptio incompetentiæ, *l. fin. C. de except.* & ita colligit Panor. *in d. c. pastoralis, de except. nu. 15.* & ordinatio regia, *lib. 3. tit. 73. §. penult.* 11

Vltimò † quæ à nobis superiùs præmissa est regula, exceptionē nullitatis non impedire executionē sententiæ, non semper perpetuā est, habetq; locū, quando retractari & revocari potest executio, quando verò esset irrevocabilis, seu irretractabilis, seu irreparabilis, tunc vtique nullitatis exceptio impedit executionē ac suspēdit. Qua de causa pendente nullitate, non esset permittenda executio, & ita tradit Paulus de Leaz. *in clem. 1. de iudicijs*, quem ibi sequitur Petrus de Ancharran. & alij. Bald. *in l. ab executione, C. quorum appell. non recip.* vbi expressè inquit, quòd vbi executio est irretractabilis, executio impeditur per exceptionē nullitatis. Eandem sententiā observavit, *in l. 1. col. vlt. C. de his qui accus.* idem Bald. *in l. 2. ff. de ferijs*, idem Bald. *in l. 1. C. in integr. restit* post idem Bald. *in l. eum qui duas, ff. ad L. Iul. de adult.* idem Bald. *in l. si feriatis, ff. de ferijs*, sentit idem Bald. *in l. 1. C. ne liceat tertiò provoc.* dum dicit, *clem. 1. de re jud.* non habere locum in criminalibus: tradunt Imol. & Ludov. Rom. *in l. non solùm, §. morte, ff. de novi operis nunc.* notat idem Imol. *in l. qui à latronib. ff. de testament. & in l. 3. § Sempronius, ff. de acquir. poss.* Alexand. *cons. 17. n. 6. vol. 1.* & addenda est decisio Rotæ, 384. *incipit, licet in novis*, & videndus est Romanus, *singular. 288. incipit: clement. vt calumniis*, & Angel. *in l. fin. C. si ex falsi. instrument.* Paulus Castr. *in l. 4. §. condemnatum*, & ibi Alexander, *ff. de re judicat.* & tradit Angelus *de malefic. verb. præsente Gaio*, & *§. appel-* 12

§.*appellāte, colum*.8.tradit Iaſ.*in l.3.§.ſi ſervus quē, ff.de acquirenda poſſeſſ & conſ.*60.*vol.*1 *colu*.3. Hippolyt.*notab*.686.Bartol.*conſ*.44.*etiamſi lib*.1.Ripa,*in l.4.§.condemnatum,n*.21.*ff.de re judicat*. Menoch.*de arbitrarijs,q*.98.*n*.7.*lib*.1.facit in hanc rē, quod eleganter tradit,*in l*.1.*colum.vlt.C.qui accuſ. non poſſ.* vbi inquit, quod quando aliter periculum reparari non poteſt; exceptio admittitur, vbi alias non admitteretur, & not. per Cyn. in ſimili,*in l. fin.qu*.9.*C.de compenſat.* & facit quod habetur,*in l*.2.*& 3.ff. de ferijs, & l.Senat.ff. de officio præſid.* Similiter videmus,quod etiam in caſibus, in quibus petitio reſtitutionis in integrū, non impediret executionem ſententiæ,tamen ſi executio irreparabilis eſſet, vtique executio ſuſpenderetur, vt tradit Bald.*in l.* 1. *C. in integrum reſtitut.poſtul.verſ. propterea ne quid fiat*, vbi inquit, quod pendente petitione reſtitutionis in integrum non poterit fieri executio ſententiæ per capturam,vel carcerationě perſonæ. Quod in ſimili notat.*in l.2.ff.de appellat.recip.* & ita etiā tenet Paulus de Caſtro,*in l*.4.§. *condemnatum, ff. de re judicat.* not.Alexander, *conſ*.17.*requiſitus, num.6.vol.*1. vnde Bald.*dict.l*.1.*C.in integrum reſtitution poſt.* appellat carcerem præiudicium irreparabile, adeo, quod illo caſu, per petitionem reſtitutionis in integrum, poſſit impediri tunc executio ſententiæ,quæ aliàs impediri non poſſit: & tamen quamvis ſit carceratus, poteſt excarcerari, & etiam poteſt agere actione iniuriam, per quam conſequitur etiam damnum, & iniuriam, ſi iniuſtè fuit incarceratus,*l*.1. *C.qui bon.ced.poſſ.l.ſi creditor,in fin.ff.de privileg. cred. l.ſi verò.§.1.ff.qui ſatiſd.cogant.* & notat.Bald. *in l.fin. §.& ſi præfatam,C.de jure deliberand.* & notat Angel.*in l.nemo carcerem,C.de exactor.tributorum, libro* 10. tamen quia ille actus carcerationis ex toto eſt irreparabilis, propter incommodum, & aliqualem infamiæ notam, debet impediri ſeu ſuſpendi eius executio.

Ex quibus,(vt res clarior appareat exemplis) licet à ſententia lata in poſſeſſorio de jure civili non appellatur, *l.* 1. *C. de momentanea poſſeſſione*, tradit & explicat Menoch. *de recuperanda poſſeſſ. num*.319. *remed*.9 *fol*.9. Dueñas, latè, *regul*. 44. quia in petitorio parti provideri poterit.

14 Fallit † tamen, ſi per ſententiam in poſſeſſorio inferatur præiudicium irreparabile, Bald. *in d l*.1.& Ripa,*in l*.4.§.*condemnatum, nu*.21.*ff. de re jud.* & Iaſon.*ibi eod.n.* idē Iaſ.*in l.3.§.ſi ſerv*[9], *n*.9.*ff. de acquir. poſſ.* tradit Rebuff.1.*tom. ad leges Franciæ,tit.de ſentent.execut articul.7.gloſſ.9.num*.19. Licet enim à ſententia interlocutoria appellari non poſſit,*l.ante ſententiam,C.quorum appell.non recip.& l.2.ff.de appellat.recip.* tradit Rebuff.1.*tomo,ad leges Franciæ.tit.de ſentent.interlocut.gloſ.*1. *fol.*402.Dueñas, *regul.* 52. tamen vbi ſententia interlocutoria infert gravamen irreparabile, ſeu præiudicium,tunc admittitur appellatio, vt tradit Iaſon.*conſ*.60.*vol*.1.*num*.5.Rebuff.*vbi ſupr. num*.2.idem tradit Dueñas,*dict.regul*.52. *limit*,1. & Anton. Gravatius, *in additionibus ad Octavian. libro* 3.*Iſagog.cap*.10.*num*.6.*fol*.73. *verb. quo argumento*. Idem erit in executione, vt in ea ſit ſuperſedendum, ſi facta contineat damnum irreparabile, vt probant Doctores, *vbi ſuprà citati*, Iaſon, *in d.§.ſi ſervus,nu*.6. Vnde ſimiliter, quando obijcitur exceptio illa, latam eſſe ſententiam per falſas allegationes. Et ſi hæc exceptio altiorem indaginem requireret, attamen per eam executio ſuſpenditur, ac differtur: donec ſuper ea cognitum fuerit, latè Ripa, *in l*.4.§.*condemnatum,n*.22. *de re judicat.* vbi multos huius opinionis Doctores refert, ſequitur Menochius, *de arbitrarijs, qu.* 98.*num*.8. Qua de cauſa ſummo cum judicio in Tholoſano Senatu fuit deciſum, exceptionem nullitatis impedire executionem trium conformium ſententiarum, in quadam cauſa matrimoniali, quas quis obtinuerat adverſus quandā virginem, quam in vxorem poſtulabat, vt apparet *ex deciſ*. 430.quam ad id notat Rebuff.1.*tomo ad leges Franciæ, tit.de ſentent.execut.artic*.17.*gloſſa* 1.*nu*.16.*folio* 426. Idem *artic*.7.*gloſſa* 11. *fol*. 368. Et idem ſi peteretur ſeparatio matrimonij, & licentiam concedi cum alio contrahendi: quia pendente nullitate, non permitteretur executio: quoniam ſecuto matrimonio non poſſet executio retractari, quod ita tenet Ioann. de Imol.*in clementina prima, de re judicata*, & tradit additio Aufrerij, *ad prædictam deciſionem*.

Similiter quoque nullitatis exceptio impedit apprehenſionem perſonæ, quæ fieret pro executione ſententiæ. Nam per capturam perſonæ fieret iniuria quædam, quæ non poſſet aboleri, Bald.*in d.l.*1.*C.de in integrum reſtitut.poſtul.* Felin. *in cap.cum ſuper eo,colum. penultima, de re judicat.* Bertrandus,*conſ*.3.*etiam ſi verum ſit, in fin. volu*.1. tradit. Silvan. *conſ*.17. *num*. 2. Rebuff. *vbi ſuprà, num*. 16. & quod captura perſonæ habeat damnum irreparabile, tradit Paulus, *in dicto §. condemnatum,num*.3. Alexand.*conſ*.17.*nu*.7. *& conſ.* 19.*volum*.1. & Boërius, *deciſ*.65.*num*.9.quamvis contrarium tenuerit Deci[9], *conſ*.37.*ad fin*. Iaſon. *dict.§.condemnatum,num*.38. *aliàs, num*.24. Ripa, *num*.22.quibus ſatisfacies cum Baldo, *in l.2. n.6. C.de Epiſcop.audien.* cui addenda eſt, *lex fin. C. de abolition.* quando autem dicatur ſententia continere gravamen irreparabile, explicat Dueñas, *regula* 52.

Vltimò † adverto, quòd licet executio trium ſententiarum conformium impediri non poſſit, 15 per victum: etiam ſi allegeт illarum nullitatem, tamen tertius comparens pro ſuo intereſſe poterit impedire, ſecundum ea, quæ habentur, *in capit. cum ſuper, de re judicat.* vbi notat Ioannes Andreas, *in princip.* & idem notat Antonius, *ibidem,in* 2. *notab.* & tenet expreſsè additio Aufrerij, *ad Capellam Tholoſſan*.430.*in fin*. Tertius enim ratione pleni, vel qualis qualis præiudicij, poteſt executionem impedire, & de nullitate dicere, quod comprobat eleganter Vantius, *de nullitat.rubr.3.capit.quis poſſ.dicere, de nullitat, à num*.3. *cum*

cum sequentib. Illudq; generale est, vt nullitatem objicere possit, & de nullitate actorum dicere, quæ inter alios acta sunt, persona in actu, vel judicio principaliter non comprehensa: sive persona huiusmodi fuerit necessarius defensor, puta, quod ab aliquo ex litigatorib⁹ in iudicio nominatus extiterit, *juxta l. 2. C. vbi in rem actio, & cap. quoniam frequenter, §. in alijs, vt lite non contest.* & per Bald. *in authent. Nunc si hæres, columna* 1. *C. de litigiosis*, sive nunc fuerit vocatus, sive pro suo interesse ad causam sponte, ad executionem impediendã accesserit, ratione sui interesse ac proprij præjudicij nullitaté proponere, vel eam jam propositam prosequi poterit, *arg. l. ille à quo, §. 1. juncta l. ita tamen, §. quoties, ff. ad SC. Trebell.* & ibi; Bart. *& in l. si quis libertatem, ff. de petit. hæred. & l. Titia, ff. soluto matrim.* prout talis persona posset ratione sui præiudicij appellare, vt habetur *in l. suspecta, ff. de inoffic. testam. & l. si perlusorio, & l. si à creditore*, & vtrobiq; Doctores *ff. de appellat. l. superatus ff. de pignorib. l. à Divo Pio, § si super rebus, ff. de re jud. l. si parentes, C. de evict. capit. 2. in fin. vt lite pendente, in cap. cum super, de re jud. cap. veniens*, 2. vbi latè per scribentes, *de testib.* ponit Rota, *decisione* 282. *nota qualiter, in antiquis*, & Alexander, *cons. 101. in princ. lib. 5.*

16 Quæ † conclusio adeò vera est, vt licet secundum vulgares juris regulas, spoliat⁹ ante omnia restituendus sit, si tamen tertius contra spoliatũ agentem, vt omnia restituatur, objiciat rem esse suam, restitutionem fieri spoliato impedit, restitutoriæq; sententiæ executioné, ex his quæ tradit Abb. *in cap. in literis, num. 7. & n. 33. de restitut. spoliator.* Eandem quoq; sententiam fuisse observatam in Camera Imperiali, testatur Mynsingerus, *observat. 1. centur. 2.* vbi plures auctores allegat Alexand. *in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 33. fallentia 16.* & ibi Ripa, *n. 79.* Rubeus, *n. 155.* & Zasius, *n. 66. de acquir poss.* idem Rubeus, *cons. vlt. n. 7.* Claudius de Sesellis, *in l. celsus, n. 29. ff. de vsucap.* Guido Papæ, *singul. 276.* Iacobus Novellus, *in praxi, tit. spoliatus de facto, incipit, vulgaris est regula, n. 38. vers. limita trigesimò octavò*, quam sententiã post prædictos probat Iacobus Menoch. *1. remedio, recuper. possess. n. 372.* vbi etiam ampliat, allegatq; pro hac conclusione textum, *in l. bona fides, vers. quod si ego D. depositi.* Qué præter alios egregiè declarat Franciscus Connanus, *libro 4. Commentariorum juris civil. c. 67. nu. 12.* contra tertium enim cessant illæ rationes, quæ à legislatoribus ad reprimendam spoliatoris audaciam cõsideratæ sunt. Ex quibus apparet, tertium proprietatem rei ad se pertinere objicientem, spoliato restitutionis executionem impedire.

Ampliatur etiam prædicta regula, vt procedat, etiamsi ipsi reo in causa principaliter existente, non competeret nullitatis exceptio. Finge enim hæredem institutum esse, qui contra legatarios seu fideicommissarios nullitatem testamenti objicere non potest: filius tamen præteritus, vel alius quilibet ad causam, forsan inter hæredem & legatarios motam, pro suo interesse veniens, nullitatem eiusdem testamenti proponere poterit textus, *in l. ita tamen, §. quoties*, & ibi Bart. *in princip. cum alijs juribus per eum allegatis, ff. ad SC. Trebellian.* & sequitur decisio Neapol. 235. *an tertius, ad finem*, prout etiam videmus in cessione: licet enim cedens non possit de nullitate aut simulatione cessionis opponere: illud tamen potest tertius, prout Bartol. *in l. per diversas, C. mandati*, quem sequitur Alexander, *cons. 36. viso. in princip. libro 2.* Quinimò † eidem tertio, pro suo interesse nullitatem opponenti, non obstaret exceptio trium conformium sententiarum, iuxta terminos, *clementina 1. de re judicat.* vt voluit Cardin. post Ioann. de Lignano, quos refert & sequitur Felinus, *in cap. veniens, colum. 6. in princip. de testibus*, & videatur decis. Rotæ, *sub rubrica de sentent. & re judicat. in antiquis, & decis. 165. nota quod vbi sunt, eodem titulo*, & tenet Alexander, *cons. 63. viso, col. fin. libro 3. & cons. 84. in causa, colum. 3. in princip. eodem libro.* 17

Nec exceptio spolij & attentatorum ipsi tertio obstaret, quo minus illis non purgatis, etiam in causa possessionis, seu proprietatis, audiri possit: iuxta notata per gloss. *in c. non solum, & capit. Romana, §. in alium, de appellationibus, libro 6.* Ioann. Monach. *in capit. cupientes, de electione, eodem libro*, & tenet Rota, *decisione 438. fuit dubitatum, pone quod, & 149. si inter Titium, in novis*, & Abb. *in dicto capitul. in literis, colum. vltima, de restitut. spoliatorum, & in cap. super spoliatione, 3. notab. de ordin. cognit*, Ioann. Milis, *verbo, exceptio spoliationis*, Felinus, *in dicto capitulo veniens, colum. 4.* Quod est intelligendum, dummodo iste tertius comparens, ab ipso spoliante, vel attentante, causam non habeat, vt declarat decisio Neapolitan. 354. *in causa, num. 21.* Prout etiam non obstaret eidem tertio confessio seu renunciatio ipsius rei principaliter conventi, vt docet Bald. *in authentic. nunc si hæres, col. 2. C. de litig.* & Canonistæ, *in dicto cap. cum super, de re judicat.* & sentit Alexander, *cons. 188. viso processu, colum. fin. libro 2.* Quamobrem tertius, quando ei ex confessione alterius præiudicium generatur, potest probare contrarium pro suo interesse, vt resolvit Anton. Gomez, *3. tom. cap. 1. nu. 76. colum. penultima, ad medium, versicul. adde tamen, & vers. num. 90.* Minus etiam obstaret suspensio petitorij: quia hic tertius, suspensione huiusmodi non obstante, in petitorio audiri debet, secundum Rotam, *decis. 185. vers. nota quod vbi quis, in antiquis, & decis. 149. si inter, in novis*, tradit Vanti⁹, *de nullit. rubr. quis possit dicere de null. n. 20.*

Sed † his nõ obstantib⁹, imò iste pro suo interesse cõparens, vel ad impediendum sententię executioné, potest quascunq; exceptiones, ex persona sua sibi competentes, allegare, ac in iudicium deducere, veluti si alleget iudicẽ suspectum, vel eum recuset, vt *in cap. cum super, de officio delegat.* Abb. & Francus, *in capit. speciali, quæstione decima, de appellationib.* Corset. *singul. verbi* 18

*recusatio*: vel etiam fori privilegium opponat, quod potest facere, si iste comparés foret defensor necessarius, vt *in cap. clericum nullus, 11. q. 1.* & ponit Abb. *in cap. quoniam frequenter, nu. 27. vt lite non contestat.* Quamvis in hoc Legistæ contrarium teneant, per text. *in l. venditor, ff. de judicijs.* Potest etiam ex eius persona, etiã post publicationem, & causæ conclusionem, restitutionẽ petere, vt per Bald. *dict. authentic. nunc si hæres, C. de litig.* & Afflictis, *decis. 15. vtrum si autor, & decis. 235.* ac testes examinare, vt *ibidem*, & per Bart. *in l. si perlusorio, ff. de appellat. cum pluribus similibus*, congestis per Felin. *in capit. qualiter & quando, 1. col. 7. vers. 2. limita nisi tertius, extra de accusat.*

Prout etiam potest tertius pro suò interesse semper appellare, vt per Felinum, *cons. 49. n. 9.* qui potest etiam exceptionem declinatoriam omissam à partibus opponere, vt ibi per eum, *num. 11.*

Parique ratione, licet sit prohibita appellatio quo ad principalem, & eius hæredes, non tamen quo ad tertium: nam licet à principali removeatur appellatio, non tamen à tertio, vt tradit Rebuff. 1. *tom. ad leges Galliæ, titul. de lit. oblig. art. 1. gloss. 10. nu. 11.* idem Rebuff. *eodem tit. art. 2. gloss. num. 63. & 64.* vbi dicit, quòd si tertius appellet, impeditur executio.

19 Cœterum †in materia executionis, an tertius se opponens eam possit impedire? Mihi non admodum displicet distinctio Mynsingeri, *in suis observationibus, centur. 3. observat. 73.* Vbi communiori Senatorum sententia tres casus distinguẽdos esse dicit: videlicet, quod aut in re vacante fiat executio, id est, à nemine possessa, & tunc tertius contradictor illam impediat: & ita procedat text. *in cap. veniens, de testibus.* Aut verò fiat executio in re per alium possessa, & tunc tertij contradictione non obstante, executio fieri possit, *l. Sticho, ff. de rei vind.* tamen victor de restituendo cautionem præstabit, si tertium obtinere contingat. Cui sectioni suffragatur regula juris, quæ habet, quod quando executio fit super re, super qua cognitio præcessit, & sentẽtia lata est, non impeditur à tertio se opponente, sed illi cavetur de indemnitate; quam regulã probat textus, *in l. à quo, & l. sequenti, ff. de rei vend. & l. cum idem, ff. de petit. hæred.* & ita per illa jura concludit Bart. notabiliter, *in l. à Divo Pio, §. si super rebus, n. 2. ff. de re jud. & d. l. cum idem.* idem Bartol. *in l. si alienam rem, ff. de solut. & in l. ita tamen, §. quoties, n. 2. ff. ad SC. Trebell.* Innocent. *in cap. cum super. de re jud. n. 4.* & ibi Felinus, *nu. 11. & in cap. veniens, 2. num. 7. de testib.* Iason. *in d. §. si super rebus, num. 17.* & ibi, Alexand. *n. 24.* & ibi Vincent. de Hercul. *n. 32.* tradit novissimè Anton. Gravatius, *in addit. ad Octavian. lib. 5. Isagoges, cap. vltimo, n. 26. fol. 151.* quam regulam scripsit Bernard. Diaz, *regu. 266.* & post eum Petrus Dueñas, *regula 274.*

Cui sententiæ accedit etiam simile; nam & in beneficialibus, tertius se opponens executioni sententiæ latæ super beneficio, non impedit executionem, præstita cautione victo, de eum defendendo contra tertium, ita tenet Innocent. Ioann. Andr. & Doctores, *in cap. 1. de conceß. præbend. lib. 6.* Felin. *in d. cap. veniens, num. 7. vers. tertia conclusio, de testib.* Iason. *in d. §. si super rebus, nu. 17.* Afflictis, *in cap. si duo hòmines, n. 33. de pace tenenda, & eius violat. in vsib. feudorum, & in cap. Imperialem, §. præterea inter duos, nu. 69. de prohib. feudi alienat per Frideric*, idem Anton. Granat. *vbi suprà, n. 26.*

Tertium membrum distinctionis est, aut cõdemnatio in vna re facta est, & in alia fit executio; & tunc tertius executionem impedit; teste Bartolo, *d. § si super rebus*, cui adhæret Imola, *dicto cap. veniens.* Quam distinctionem, licet non sic fulcitam, Mynsingerus refert, & sequitur Anton. Grauat. *in addition. ad Octavian. lib. 5. Isagoges, cap. vltimo, num. 26. ad medium.* Similiter quoque creditor habens nomen debitoris hypothecatũ, potest impedire executionem sententiæ latæ in favorem cessionarij, debitoris: Non enim debitor, qui habet hypothecatum nomen creditoris, potest illud alij debitori concedere; imò si cedat, poterit creditor denunciare & inhibere debitori, ne solvat cessionario, & hoc modo impedire executionem sententiæ latæ in favorem cessionarij contra debitorem, vt expressè consuluit Alexand. *cons. 17. per totum, volum. 1.* cùm enim facta executione, non possit manere salvum jus creditori, quod habet in nomine sibi hypothecato seu obligato, consequens est, *vt in* hoc executio fieri non possit. Nam creditor habet jus in nomine debitoris sibi obligato, text. *in l. nomen, C. quæ res pig. oblig. posit, & l. si convenerit, ff. de pignorat. action.* ac proinde facta executione sententiæ latæ, pro ipso cessionario, contra debitorem condemnatum, erit extinctum nomen debitoris, quia illud extinguitur, quamprimum satisfactum est obligationi, qua creditori obstringebatur, & sic erit extinctum, quod erat obligatum creditori, text. est *in l. fideicommissa, §. si rem, ff. de legat. 3.* nam solutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio, *l. nulla, l. obsignatio, C. de solut. & in princ. quib. modis tollit. oblig.* & debitor solvens liberatur, vt *in l. vero procuratori, ff. de solut. l. solutum, §. soluto, ff. de pignorat. action.* Nec rursus creditor agere posset adversus cessionarium aliquo remedio: nam actione personali non potest; quia creditor habens prædictũ nomen debitoris obligatũ, habet vtilem actionem personalem contra ipsum debitorem debitoris sui, *l. postquam, C. de hæred. vel act. vend. & d. l. nomen*, & ibi notatur. Quæ tamen actio personalis non potest creditori contra cessionarium competere, facta executione sententiæ: quia nullus contractus, vel quasi, est gestus inter dictos creditores, & dictum cessionarium, cuius occasione possit dari, vel nasci aliqua actio personalis cõtra dictũ nomẽ, juxta tex. *in l. si in area, ff. de condict. indeb. & l. Paulus, ff. de doli exceptio.* & personalis actio non sequitur possessorem rei, *l. 1. §. si hæres, ff. ad Trebellian. l. non adversus, C. si cert.*

*si certum petat. l. penult. C. de oblig. & actio.* Vnde licet ad dictum cessionarium pervenerit pecunia, vel res data in solutum, tamen non ob id possit dari actio personalis creditori, contra illud nomen, ex dictis juribus. Nec rursus utilis actio hypothecaria, adversus dictum cessionarium competeret, facta executione sententiæ, duplici ratione: Primò quia, ut scriptum reliquerunt, Iacob. de Aretin. & Cyn. & Raim. *d. l. nomen*, non competit utilis hypothecaria creditori habenti obligatum nomen debitoris; quia hypothecaria solet solam possessionem rei hypothecatæ avocare, *l. si cum venditor, in princ. ff. de evictio.* Item quia per hypothecariam creditor consequitur res obligatas; *l. si fundus, §. si domus, & §. in venditore. ff. de piguor.* quo circa, cum pecunia vel res debitoris, quæ perveniunt ad cessionarium, non sint ipsum nomen, quod est quid corporale; consequens est, ut hypothecaria non competat ad petendum ipsum nomen obligatũ, sed peteretur id, quod in nomine debetur, quod aliud est, *l. si sponsalib. §. fin. in fin. ff. de jure dotium,* & ita tenet, Goffred. ut refert Cyn. & Raim. *ibidem,* & idem tenet, Angel. *in l. grege, §. cum pignori, ff. de pignor. & d. l. nomen,* vel etiam & alia tutior ratio accommodari potest: nam etiamsi utilis hypothecaria de jure possit competere creditori in rebus ipsius debitoris, cuius nomen est sibi creditori ab alio suo creditore obligatum, ut est quorundam sententia, tamen facta executione sententiæ in favore cessionarij, contra debitorem debitoris principalis, non posset competere creditori utilis hypothecaria in reb. prædictis, evidenti ratione; quia, si verum est, debitore soluente ipsi cessionario, extingui omnem actionem personalem, competentem primo creditori, contra debitorem, quam etiam creditori causam & nomen obligatum habenti, ut *institut. quibus mod. tollit. oblig. in princ.* Itemq; extinctam esse personalem actionem per solutionem; necessarium est fateri, omnem obligationem, & hypothecariam actionem esse extinctam, text. *in l. etiam liberatur, ff. quibus mod. pign. vel hypoth. sol. in princ. & in l. novatione, ff. de novatio.* Extincta enim ipso jure principalis obligationis, extinguitur & accessoria, ut est vulgare. Apparet igitur ex prædictis, creditorem, cui salvum jus non remaneat adversus nomen hypothecatum, posse jure optimo executionem impedire, propter irreparabilem suæ actionis jacturam & præiudicium. Facit etiam in confirmationem, quod scripsimus *supr. n. 15.* Nec obstat text *in l. cum idẽ, ff. de petitio. hæred.* ubi unius petitio non impedit executionem alterius petitionis, qui prius ad sententiam pervenit, sed est possessori cavendũ. Probat etiam text. *in l. is à quo, 58. ff. de rei vind.* ubi si duo vindicant eãdẽ rem ab eodem possessam, primo vindicanti traditur præstita cautione, & notat Innocent. *in c. cum inhibitio. de clandest. despons.* & Angel. *in d. l. cum idem penult.* ubi limitat textum, quando præiudicium esset irreparabile, ut tunc executio suspendatur, secus, aliter, ut *d. l. penultima.* Nam in proposita specie casus, de quo supra, versatur circa tex. *in l. 3. C. de novatio.* cum enim hic creditor habeat utiles actiones, præfertur cessionario, qui ex cessione nõ potuit habere, nisi exercitium directarum, etiamsi lata esset sentẽtia pro cessionario contra debitorem.

Pari † quoque ratione, quemadmodum tertius impedit executionem sententiæ, secundum traditam à nobis regulam: ita etiam quasi ex eodem fonte descendit, quod nec in tertium executio fieri potest, non nominatum in judicio, ita expresse tenet Bald. *consil. 149. vol. 3.* Facit etiam, quod notat, Bald. & ibi, Ioann. de Imol. *in l. si bina. ff. de injusto rupto,* idẽ, Bald. *in l. si pro patern. in fin. C. de dot. promiss.* ubi tradunt, quod is, qui non reperitur instrumento, non potest ex illo prætendere executionem, nec activè, nec passivè: quamvis ex eo interesse prætendat. Facit etiam text. cum sua materia, *in l. à Divo Pio, §. si super rebus. ff. de re judicat,* facit quod tenet, Iason. *in l. juris gentium, §. prætor ait n. 9. ff. de pactis,* ubi inquit, quod, si ex statuto publica instrumenta statim paratam habeant executionem, & contra eam nulla possit opponi exceptio; illud utique intelligendum est, quando agitur contra illum, cum quo factũ fuit instrumentum: secus cõtra tertium. Quam sententiam ante eum tenuit Angel. *in l. si unus. §. ante omnia, ff. de pactis,* Ioan. de Imol. *in clem. 1. n. 11. ff. de re judic.* & eandem opinionem tenuit idem Iason. *in l. certi condictio, §. quoniam. n. 10. ff. si cert. petat.* idem Ias. *in l. si unius. §. aute omnia, num. 4. ff. de pactis, & in l. Imperatores, in princ. n. 2. ff. de transactio.* 20

Hinc † videmus, obligationes ac instrumenta quantumvis prægnantia & guarentigia, contra tertias personas in eisdem non comprehensas, non habere solitum favorem, nec eo modo exequi posse, quo in personas obligatas & contrahentes exequerentur, ut magistraliter voluit, Innocent. *in cap. quia, 5. de judiciis,* & Bald. *in l. 1. columna, 2. C. comm. de leg.* Alex. *in l. 1. §. fin. in princ. ff. ad Trebellian.* Francus, *in c. ex ratione, q. 5. de appellat.* Felin. *in c. cum super. colum. 6. vers. amplius dixit, de re judicat. cum aliis,* de quibus per Alexand. *cons. 95. visis, colum. 3. vers. unum est, & cons. 88. viso processu, colum. 1. in princ. lib. 2.* Decius, *cons. 198. n. 5. lib. 1.* & ponit idem Alex. *cons. 86. latatus, in fin. lib. 7. & optimè cons. 83. viso, col. fin. lib. 3. & cons. sequent. col. 2. in fin.* idem tradit, Maranta, *de ordin. judic. in d. 6. part. fol. 657. n. 32.* Duennas, *regula, 275. limitat. 6.* idem tradit, Rebuffus, *1. tom. ad leges Galliæ, tit. de lit. oblig. art. 2. gl. 1. n. 63.* ubi dicit etiam, quod instrumenta contra tertium non exequuntur, quia cum tertius non sit obligatus, nec nominatus in instrumento, non patietur executionem. Quamobrem cum jus exequendi passivè sit personale quid, non sequitur rem, *l. 1. §. si hæres percepto fundo, ff. ad SC. Trebellian.* Vnde eleganter infero, quod si annua pẽsio super aliquo fundo inter privatos constituatur, tertius, seu singularis illius fundi possessor, non possit actione personali pro illa pensione 21

 conve-

convenîri, per textum *in l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt.* & per alia jura, quæ allegat Guido Papæ, *dec. 576.* Longè aberrant creditores, qui petunt executionem instrumenti guarentigij, habentis paratam executionem, contrà tertios possessores bonorum debitoris hypothecatorum: imò juris ordine servato, debent hypothecariam intentare, ut tenet Angel. *in d. §. si hæres*, quem ibi sequitur Alexander, & Bal. & Iason. *in l. quadam, §. nihil interest n. 7. ff. de edendo*, sequitur, *in l. juris gentium, ff. prætor ait, n. 11. ff. de pactis*, idem Iason. ubi plures allegat, *in l. si unus, §. ante omnia, n. 4. & 5. ff. eodem, in l. 3. in princ. n. 2. ff. de transaction.* Maranta, *de ordin. jud. 6. part. princ. 3. actu, n. 32. pagin. 957.* & optimè Ripa, *in d. l. 1. §. si hæres, n. 1.* & Roder. Suarez, *limit. 1. in l. post rem judicatam, D. de re jud. per totum*, & sequitur Aviles, *c. 10. prætorum, verbo, executio, n. 2. & 56.* ultra quos testatur cõmunem, Cyfuentes, *in l. 64. Tauri, v. 17. dubitatur.*

Quæ conclusio verissima est, ne dum si agatur jure personali exequendi, sed etiam si actione hypothecaria agatur contra tertium possessorem: licet enim illa contra principalem debitorem nominatum in instrumento rectè exequi valeat, tamen contra tertium singularem rei possessorem est ordinaria, & ordinariè agendum est, non executivè quæ fuit singularis Bald. *decis. in leg. 1. num. 6. Cod. commun. de leg.* quem sequitur, Petr. Ancharran *in c. canonum statuta, de constit.* & Decius, *in cap. super eo, n. 5. de officio de leg.* ubi etiam additio, & idem *in c. cum teneamur, n. 6. de appellation.* Felin. *in c. cum super controversia, n. 15. de sentent. & re judicat.* Iason. *in d. §. prætor ait, n. 11. & d. §. ante omnia, n. 5.* idem Iason *in d. l. certi conditio. §. quoniam, 11. si cert. petat.* Ripa, *d. §. si hæres, n. 2.* Suarez, *ubi supra, d. limitat. 1. ad leg. Reg. n. 2. & 4.* Aviles, *ubi supra, n. 56.* & Bened. de Barziis, *in tract. de guarentigiis, q. 9. princ. col. penult. vol. 5. fol. 286.* Afflictis, loquens in reditibus annuis impositis per censum, super fundo, *dec. 95.* ubi inquit, quod hoc casu ordinaria via agendũ est, & tradit novissimè Avend. *l. 4. & 5. de las exceptiones, lib. 3. ordinament. num.* & Suarez, *ubi supra* asserit, se irritam fecisse quandam executionem: ut enim, quando super aliqua re vel fundo constituitur jus reale census, vel possessionis, licet speciale sit, ut tertius eius fundi possessor possit rectà via conveniri hypothecaria ad solutionem census, vel ad ipsum fundum cẽsualem, vel emphyteuticum tradẽdum, et nulla præmissa excussione in principalem debitorẽ, quia hypotheca hic fortior est & efficacior aliis, ut eleganter tradit Couarr. *lib. 3. variarum, resolut. c. 7. n. 6.* cum tamen hæc hypotheca irregularis sit, id accipiendum est, ut via ordinaria, non executiva, agendum sit.

22 Quod † tamen limitandum est, nisi in instrumento apponatur clausula, de non alienando, cũ hypotheca speciali eiusdem rei, tunc alienatio & dominij translatio impeditur per textum, *in l. si creditor, §. fin. ff. de distract. pignorum, cum aliis* quæ late congessit, Gutierrez, *in repetitione, l. nemo potest, ff. de legat. 1. n. 28.* ac proinde facta alienatione in tertium, res perinde habetur juris intellectu, atq; si in bonis primi debitoris remansisset, & juste quidem in tertium possessorem, penes quem detentatio & nuda possessio existit, executio fieri potest, & via executiva adversus illum procedi: quoniam actio hypothecaria contra primum debitorem est executiva, sicut ipsum principale executivum contra eius personam, juxta doctrinam Baldi, & omnium, quos supra retulimus: Et in terminis ita tenet, Suarez, *ubi supr. n. 5.* & Couarruuias, *lib. 3. variarum, cap. 7. n. 6. vers. illud tamen*, ubi loquitur in executione annui reditus ad ipsum tertium possessorem habentem jus à debitore, sequitur Gutierrez, *d. l. nemo potest, n. 38.*
Limitatur, † 2. in casu, 23
*l. creditores, C. de pign.* si adsit instrumento pacti & facultas ingrediendi possessionem rei propria authoritate, pro solutione debiti, & simul cum pacto adsit clausula cõstituti: tunc rectè adversus tertium possessorem via executiva agi potest, Maranta, *ubi supr. n. 33.* quæ est communior opinio, ut concludit, Anton. de Fano. *in tract. de pignorib. 4. p. principali, n. 21.* & Gutierrez, *n. 39.* Et licet sit remota appellatio ab eo, contra quem fit executio, non tamen quo ad tertium: quia sicut instrumentum non prodest tertio, ita neq; potest ei nocere, Rebuff. *ubi supra, n. 64.* Si-
militer † quoque, neque active jus exequendi 24
competit tertio, cum quo instrumentum celebratum non est. Vnde si statutum permittat instrumenta habere paratam executionem, prout habent in hoc Regno, *per l. 4. titul. 8. lib. 3. ordin.* hoc intelligendum est ad petitionem creditoris, cum quo instrumentum celebratum est, non tertij, etiamsi illius intersit, ut tradit Bald. *in l. si pater, C de dotis promiss.* & ibi est casus, quòd uxori non competit actio ad dotem promissam marito. Ratio est, quia in contractibus persona extrinseca non subintelligitur, *l. si ita stipulatus, §. Chrysogone. ff. de verbor. obligation.* de quo dicto Bald. meminit. Alexand. *in l. 1. §. si hæres, ff. ad SC. Trebellian.* Aretin. *cons. 8. col. fin.* Ias. *in d. l. juris gentium, §. prætor ait*, Decius, *cons. 198. colum. antepenultim. & cons. 416.* & hanc quæstionem eleganter, ut cætera, disputat Suarez, *in repetitione, l. post rem judicatam, D. de re jud. in declaratio. ad legem Regni, limit. 2. fol. 294.* unde potest opponi exceptio, quod is, qui executionem petit, non est in instrumento comprehensus vel nominatus: tũc enim si non fuerit hæres aut successor, aut causam à creditore habeat, repelletur *l. ad probationem, C. de probatio.* late comprobat Rebuff. *1. tom. ad leges Fran. tit. de lit. oblig. art. 1. gl. 9. n. 28.* idem Rebuff. *art. 2. gl. 1. n. 63. & 64. fol. 92.* unde executio, pro muliere, mortuo marito, fieri non potest pro dimidia debiti parte in instrumento contenta, et instante uxore, quæ habet dimidiam partẽ ex illo debito; quia non habet jus cessum à marito: & quia non est in instrumẽto nominata per supra dictam rationem, ita Rebuff. *d. num. 28. & 29.* secus si instrumentum debiti fuerit factum

viri & uxoris nomine: tunc enim utriusq; nomine exequetur, ut tradit, Masluer relatus per Rebuff. *dicto n.29.*
25 Sic † etiam contra debitorem debitoris, qui non est in instrumento primi creditoris nominatus, non potest fieri executio. Bart. *in l.1. ff. de his quæ in testam. delent.* etiamsi debitoris debitor esset obligatus secūdo creditori sub instrumento; quia primus creditor non apparet ibi nominatus, unde potest repelli, eo, quod instrumentum non cantat de eo, ut docet; Bald. *in l. si pater, C. de dotis promiss.* tradit, Rebuffus, *ubi supra, n.31.*
26 Et † idem instrumentum obligatorium filij, non exequetur contra patrem, etiam habētem peculium filij, ut docent Socinus & Iason. *in l. cum filiusfamilias, ff. de verb. obligat.*

27 Quæ † tamen conclusio locum non habet, ubi in instrumento appositum est pactum de capiendo, & constitutum precarij: tunc enim potest fieri executio contra tertium possessorem, etiam non citatum: & etiam negotio non liquidato, ita notabilitèr concludit Franc. Aretinus, *consil.21.n.4. vers. his tamen non obstantibus,* Bartol. Scayn. *cons.82.n.8. volum.3.* Gozadin. *cons.18.n.15. & cons.42.n.3. & 11. & 15. in fin. & cons. 95. num.9.* Guido Papæ *decis.356.* Albert. Brun. *cons.93.n.8.* Alexander, *cons. 8. n. 5. vol.6.* Bartolus, *in repetition. l. creditores, n.25. C. de pignor.* & ibi Salicetus, *colum.8. vers. quæro octavo,* Baldus *cons. 58. volum. 5.* Imola, *in c. potuit, colum.13. versiculo, nota etiam, quando emphyteuta, de locat.* Paulus Castrensis, *cons.10.n.4. vers. ex his etiam dico, lib.1.* Andr. Tiraq. *in tract. de jure const.1.p.n.42.*

28 Et † an jus exequendi transeat contra singularem successorem, vide latè & elegantèr disputantem, Roder. Suar. *ad d. legem, post rem judicatam, in declaratione ad legem Regni, in verbo, que las cumpla. fol.289. cum seqq.* Plura etiam circa tertium, pro suo interesse comparentem, vide per Vantium, *de nullit. in rubr. quis possit dicere de nullitate, à n.5. cum seqq.* ubi eleganter regulam depinxit cum limitationibus, quem videat lector curiosus, & omnia hæc prudentèr attendat, quia sunt practicabilia, & prosunt ad terminandos articulos violentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Res judicata inter easdem personas pro Veritate habetur.*
2 L.1.C. si ex fals. instrum. *explicatur.*
3 *Falsitas quibus casibus probetur per testes.*
4 *Vtens falso instrumento, præsumitur illud fabricasse.*
5 *Qualitas corruptionis adjecta accusationi, non est necessario probanda.*
6 *Testes corrupti pecunia puniuntur, licet falsitas non probetur.*
7 *Qualitas nisi probetur, reus est absolvendus.*
8 *Sententia lata ex falsa probatione non tenet.*
9 *Infra quadriennium peti debet restitutio.*
10 *Quando agitur criminaliter de falso, infr.20. annos potest agi.*
11 *Condemnatus potest ad interesse de falso agere intra triginta annos.*
12 *Sententia lata ex falsis instrumentis est valida, nisi is pro quo lata fuit, sciat falsas esse probationes.*

## QVÆSTIO CXXVII.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo sententiam translatam in rem iudicatam, non obstante exceptione falsitatis, appellatione remotâ.*

DVbitant Doctores, an possit impediri executio sententiæ, q̃ transivit in rem judicatam opposita exceptione falsitatis. Et prima fronte videtur dicendum, judicem ecclesiasticū non facere vim; quia † res judicata, inter easdem partes pro veritate habetur, *l. ingenuum, ff. de statu hom. l. res judicata ff. de regulis juris.* Secundò facit pro hac sententia, *l. 1. C. de errore calculi,* ubi error calculi non nocet, nisi res judicata sit; ergo interveniente re judicata, nō debet rescindi sētētia propter erroris defectum, ergo nec ob falsum instrumentum repertum; de cuius textus intellectu agit Paulus, *in l. error facti, n.6. C. de juris & facti ignor.* Avend. *in cc. pp. 2. part. c.10. n.39.* Gutierrez, *de jurament. confirm. 1. part. c.40. n.9.* Roland. *cons.49. n.46. lib.1.* Baeça, *de decima, c. 2. n. 6.* & Munnoz de Escou. *de ratiociniis, c.38. n.3.* ubi dicit, quod exceptio erroris potest opponi in via executiva & vide *legem, cum testamento, C. de juris & facti ignor. l. error,* ubi Padilla, *C. eod. l. 30. tit.11. partit. 5.* & quæ diximus, *libr.2. commun. contra commun. q. 652.* & vide, *l.4. tit.26. p.3.* 1

Sed his non obstantibus, contraria opinio in quæstione proposita verior est & tenenda; & in terminis allego textum expressum, † *in l. 1. C. si ex falsis instrumentis,* ibi: * *Si tabulæ testamenti, quas secutus proconsul vir clarissimus, sententiam dixit, falsas dicere vis, præbebit notionem suam, non obstante præscriptione rei judicatæ, quia nondum de falso quæsitum est,* tradit Maranta, *de ordin. judiciorum 6. parte. folio 536. n. 145.* & per illum textum, notant *ibi,* Bart. Bald. & omnes. Et quoniam illa Imperatoris constitutio est elegans in sua decisione, illud adverto, quod is, contra quem lata est sententia ex falsis instrumentis, potest falsitatem allegans retractare sententiam, nec illi obiici potest, quod sciebat instrumenta falsa, & à sententia non appellavit. Quod videtur probari ex ratione, *d. l. 1.* ibi: * *Quia nondum,* * & ex generalitate, *l. 2. C. si ex fals. instrum.* ibi: * *Et qui non provocaverunt, si instrumentis falsis se victos esse probare possunt, cum de crimine docuerint ex integro de causa audiuntur,* * quod ex juris regulis firmavit, Paulus, *in l. divus, ff. de re judic. n.2.* quicquid, Felinus, *in c. licet, n.27. de probat.* contrà teneat, qua etiam ratione non excusabitur victor, pro quo est lata sententia, allegans se ignorasse instrumenta esse falsa, glossa recepta, *in l. penult. verbo præcipimus, C. de transact.* & dixi, *in q. 840.* & Menchaca, *controvers. usu frequent. c.36.* 2

Ex quibus à cessante ratione infertur, quod si de

de falsitate instrumenti jam actum fuit, non audietur de illa agens; & sic retractari jam non poterit sententia. *l. fi. ad fi. C. fide instrum.* gl. & communis, *d. l. 1 si ex fals. instrum:* & hoc est intelligendum, non modò si civiliter, sed etiam si criminaliter agere vult, ut colligitur *ex d. l. 1. & ex l. qui agnitis. ff. de excep.* ubi Socin *n. 6.* Hoc defendit & probat ordinatio Regia Lusitaniæ, *li. 5. tit. 42. §. fine.* Nec obstat, *lex unica, C. quando civilis actio*, qua limitatur non pcedere, quando civiliter actū est de facto, ex quo resultat, delictū nō fuisse commissū, quo casu impeditur criminalis accusatio sup eodē facto, Cyn. *ibi q. 3.* cōmuniter receptus.

3 Quod † autem diximus de instrumēto falso, dicendum est ēt de testib. falsis, si pp eorum testimonia feratur sententia, gl. *verb. corruptis, in l. divus. ff. de rē jud.* q̄ ibi post alios probat, Ias. *n. 18.* Alex. *in l. si ex falsis, n. 9. C. de transact.* Dec. *in c. licet, n. 19. de probatio.* quæ falsitas probanda est per instrumenta; quoniā post publicatas attestationes alia probatio, quā instrumentalis, non admittitur, gl. *verb. productione, in fin. in authent. at qui semel, C. quomodo. & quando judex.* notatur *in c. cum dilectus. de fide instrum.* ubi usq; ad conclusionē in causa admittuntur instrumenta, & post illam ēt in secunda instantia produci possunt, quia cessat timor subornationis, Panor. *ibi ad fi.* ordinat. *lib. 3. tit. 66 §. penult.* amplianda; ut per gl. *2. in fi. in c. series, de testibus*, & ibi, Panormitanus, *n. 4.*

Ex quibus patet, falsitatem per testes probari non posse; q regulare est; quia post latam sententiam; & sic post publicatas attestationes, super eisdem articulis aut contrariis admitti testes non possunt, *clem. 2. de testib.* Panorm. *d. c. licet, n. 21.* & ibi Felin. *n. 24.* Socin. *regul. 105.*

Sunt tamen duo casus, in quibus falsitas per testes probari potest. Primus, quando testes aliqd deposuerunt, q in articulis non erat specificatū; tunc enim contrarium potest per testes probari post publicationem testium, *c. ex tenore, 35. de testib.* & ibi Panormitanus, omnino videndus, *n. 6.* Bart. *d. authent. at qui semel, n. 27.* Bald. *in l. si quis testib. n. 3. C. de testib.* Secundus casus est, quando allegatur; testes falsa deposuisse per corruptionem, quæ qualitas nova est, & novus censetur articulus, *arg. l. jus civile, 6. ff. de justit. & jur.* quare admitti possunt testes, ut *c. fraternitat. 17. de testib.* Paulus, *d. l. divus, ff. de rē judicat. column. 2. ad medium* Imola, *n. 2. ad finem*, & Alex. *n. 5.*

4 Advertendum † tamen, contra utentem falso instrumento psumptionē esse, eundē ipsum falsum fabricasse, ut *in l. major. C ad L. Corn. de falsis*, ibi: * *Si suam innocentiam probat*, * ex quo Butrig. & Bald. hoc colligunt; sequitur Alex. *cons. 77. n. 1. lib. 1.* Ias. *in l. unius, n. fi. C. de testam. & cons. 169. n. 3. lib. 4.* Hippol. *in praxi, in §. diligenter, n. 94.* Ordin. *lib. 5. tit. 9.* Adverto tamen, tex. *in c. inter dilectos. versicul. unde, de excessib. prælat.* contra sentire, & *ibi* not. Palac. *n. 4.* quare contra tenuit, Paulus, *n. 3. in l 2. C. de fide instr.* Aym. Crau. *cons. 315. per totum.* Quapropter resoluendum cum gl. *2. in l. si falsos, 8. C. de falsis*, utentem falso instrumēto, ita demū præsumi, falsum fabricasse, si illo u[...]tur usq; ad sententiam. Aliter enim si ante d[...]stat, cessat præsumptio, nec punitur quasi falsarius. Quod ēt colligitur ex gl. *fi. in l. 3. C. si reus, vel accusator*, & ex gl. *fi. in l. 3. C. de fide instrum.* Ex qua resolutione infero in terminis *legis, divus, ff de re jud.* cum victor fuerit usus testibus falsis usq; ad sententiā; punietur de falso, etsi aliud non probetur, & proinde cavendum est à Paulo Castr. *ibi post principium*, dum dicit, ideo ibi probādam testium corruptionem, quia si probaretur sola falsitas, pducens non erat puniendus, sequitur Ias. *ibi n. 12. & 19.* Soci. *in l. qui agnitis, n. 9. ff de except.* Dec. *in c. 2. n. 13. de rescript. & in c. licet, n. 24. de probat.* Potest tamen defendi Pauli traditio, quoniā ille tex. inquit, rem esse severè vindicandā, & sic pœna ordinaria, de qua *in l. 1. §. fi. ff. L. Corn. de falsis*, ad quam necessario probanda est corruptio.

Aliter enim, qui fuit usus testib. falsis usq; ad sententiam, sine illorum corruptione, extraordinariè punitur *l. falsi, 13. §. 1. ff. de falsis*, Cynus, *in l. 2. C. de fide instrum.* Afflictis, *q. 31. n. 3.* & Hippolyt. *in l. si in rixa, ff. ad L. Corn. de sicariis. n. 54.*

Illud † tamen adverto ex Alexand. *d. l. divus, de re jud. n. 12.* proponenti sententiā fuisse latam per testes falsos, & pecunia corruptos, satis esse, q probet falsitatem, licet non probet corruptionem. Ea enim qualitas corruptionis immutare non debet falsitatis condemnationem, ex gl *ibi. vers. corruptis*, quā opinionem prius tenuit, Paul. *ibi, n. 3.* Bal. *in l. 1 n. 11. C. de condict. indebiti.* subscripsit Felin. *in c. 2. n. 30.* & ibi Dec *n. 13. de rescr.* Felin. *in c. licet, n. 41.* & Dec. *24. de probatio.* quos nō juvat tex. *in l. 4. §. fi. ff. de noxalib.* ibi: * *absolutione facta*, * ubi probatur oppositum, imò, q deficiente qualitate pposita, debet reus absolui, licet probetur crimē deductū. Quod verum est illo casu, quo qualitas mutat modum actionis & cōdemnationis, ut *in l. 2. in princ. ff. illo tit.* aliter enim, si non mutat, debet sequi condemnatio, ut docet, Bart. *in l. denunciasse, §. qui tamen. n. 2. ff. ad L. Iul. de adulteriis.* Cæterū Bart. *in d. l. divus, n. 3.* & Ias. *20.* post Imol. *n. 3.* contrariū tenent, imo q in his terminis debet ferri sententia absolutoria, nō probata qualitate corruptionis, & fatetur cōmunē, Alex. *n. 12.* pro quib. est tex. *in c. licet, ad mediū. de probat.* & facit, *c. ab eo, 31. de electione. li. 6.* ex regul. *l. Fulcin. 7. §. 1. ff. quib. ex causis in possess. eatur, & l. 3. §.* hoc autem; ibi gloss. *verbo competere, ff. de itinere actuq; privato.* Nec obstant, quæ superius à nobis adducta sunt. Quoniā respondeo, eā qualitatē (sc. q testes pecunia corrupti fuerint) mutare modū condēnationis, ut supra resoluimus. Nec verū est, q alij tradunt, qualitate non probata ferendā esse sententiā condemnatoriā, si illa non mutat modum condemnationis. Contra enim probat text. *in l habebat, 13. ff. de institor. action.* & intellige prædicta, quando per modum qualitatis in eadē oratione, deducitur testis fuisse pecunia corruptus, & falsum dixisse. Secus vero, si eque principaliter corruptio pponatur, quia tunc sufficit alterum probare, ex gloss. 1 in

cap. 2. de rescriptis, facit, l. propter litem, 24. vers. 1. ff. de excusat. tutorum, Bart. in d. l. divus, n. 5. receptus ex Iasone, ibi, n. 22.

6 Adverto † etiam ad puniendos testes sufficere, probari eosdem fuisse corruptos pecunia, licet non probetur falsitas, ut probatur d. l. divus, in fin. ff. de re jud. l. 1. §. 1. juncta, gl. verbo, advocationem, ff. de falsis, & ibi Hippol. n. 6. Felin. in c. licet, de probat. n. 30. ex quibus non sufficit, testes fuisse corruptos in genere, non pecunia, ut probatur in d. c. licet, de probat. ad med. Quin imo nec sufficit precibus fuisse corruptos, Bart. d. l. divus n. 7. Alex. n. 9 Ias. 27.

7 Quod † vero diximus, non probata qualitate proposita, esse proferendam sententiam absolutionis, probat Iureconsultus, in l. habebat, ff. de inst. act. 20. juncta gl. 2. ibi, & hoc secundum Ioann. quam ibi probat Bart. & communis, secundum Pinel, in l. 2. C. de rescind. vend. pag. 148. n. 31. ibi enim habetur, quod, ubi est actum ad mutuum, ex aliqua certa causa sive qualitate, si qualitas illa non probatur, debet reus absolui, quamvis mutuum probetur, ad q̃ illum tex. commendant plures citati per Tiraq. lib. 2. retract. in fin. n. 98. & Boerium, q. 42. n. 17. ex quibus, ubi qualitas in libello proposita non probatur, reus debet absolui, quamvis illa qualitas non mutet modum condemnationis. Hinc etiam comprobari potest gl. in l. Pannonius, 85. §. rei. vers. potest, ad fin. ff. de acquirend. hæred. quia juxta interpretationem, Bar. ibi, n. 3. & Aretin. n. 8. probat, quod licet in libello criminali dies exprimi non debeat, l. 3. ff. de accus. si tamen exprimatur, debet probari, alias debet reus absolui. Quæ intelligenda sunt secundum text. in d. l. habebat, in fin. quod nihilominus in alio judicio illud idem potest peti, non obstãte exceptione rei judicatæ, ex Alberico, Paulo, & Fulgos. ibi, & Pinel. ubi supr. n. 32. & sic debet limitari, l. 4. §. fin. ff. de noxalibus action.

8 Sed † an sententia lata ex falsis probationibus valida sit; textus in d. l. 1. C. si ex fals. instrum. probat, quod sic: quatenus adversus illam concedit restitutionem, quæ adversus actum validũ conceditur, l. in causæ, 17. in princ. ff. de minoribus, ita Bart. in l. divus ff. de re judicata, in fine, communis ex Ias. n. 8. & in l. admonendi, n. 10. ff. de jurejurand. licet, Parisius, in cap. cum venerabilis, de exceptionibus, putet, sentẽtiam esse nullam, quod etiam voluit, gl. 1. §. appellatur, instit. de exceptio. voluerunt & alij quorum meminit, Couarr. in c. alma mater, de sentent. excommun. 1. p. §. 11. n. 14.

Sed communis est prima sententia, secundũ
9 † quam infra quadriennium est agendum adversus huiusmodi sententiam, l. final. C. de tempor. in integrum restitut. & tenuit gl. fin. in d. l. divus, communiter recepta. Infertur etiam, non posse excipi de falsitate antequam restitutio imploretur, l. exceptiones, 7. in fin. C. de except. tenet gl. penultima, in l. qui agnitis, 11. ff. de exception. quam sequitur Alexand. in l. si ex falsis, n. 7. C. de transactionibus, dicit communem Ias. d. l. divus, n. 30. & l. nam postea quam § si minor, n. 26. de jurejurand. Adverto tamen text. in d. c. cum venerabilis, ad mediũ, & c. licet, de probation. post princ. probare, posse excipi de falsitate, neq; facere mentionem de restitutione prius impetrata; quare per illa jura Canonistæ communiter tenent oppositum, secundum Socin. d. l. qui agnitis, n. 15. ad medium, tenuit etiã Bart. d. l. divus, in fin. & defendit Alciatus, in d. l. si ex falsis, n. 15. Sed nihilominus recedi non potest à priori sententia, ex Socin. d. n. 15 ad fin. qui dictis juribus variè respondit; eius tamen responsiones impugnat Decius, d. c. licet, n. 21. magis cõmunis responsio est, illa jura intelligi prehabita restitutione, ita Paul. ad fin. Imola, n. 10. Alex. n. 18. d. leg. divus, & Ias. n. 30. dicit communem, Ias. d. §. si minor, n. 16. Ego tamen adverto, ea jura clarius intelligenda, de exceptione falsi, quæ in se includit petitionem restitutionis: quia restitutio per viam exceptionis peti potest, l. nam postea, 9. §. si minor. ff. de jurejur. nec est necesse, petere illam formaliter; quia sufficit petere illud, quod absq; restitutione concedi nequit. Quoniam tacite videtur petita restitutio, tanquam necessarium antecedens, gl. in c. conquestus, vers. juxta, de religios. domibus, quam commendat Ias. d. §. si minor, n. 16. quare, quia in dictis juribus excipiatur de falso, & petatur, sententiam non obstare, necessario dicendum est, petitam fuisse restitutionem. Et sic communis solutio absque divinatione procedit.

Ex quibus infertur explicatio, ad l. penult. C. de transactionib. & dicendum est, quod licet exceptio sit perpetua, l. pure, §. final. ff. de doli exceptione. Hæc tamen exceptio falsi, quia debet continere restitutionem, non durabit ultra quadriennium, d. l. nam & postea, §. si minor, juncta, d. l. fin. C. de tempor. in integrum restitut. facit, l. Papinianus, §. filius, & quod ibi, Angel. & Paulus, D. de inofficioso testam.

Quod intelligo, quãdo civiliter fuit actum, adversus sententiam: secus † vero, si criminali- 10
ter condemnatus agat de falso; quia tunc infra. 20. annos potest agere, & per quandam consequentiam infringere sententiam latam text. est, in l. 2. C. si ex falsis instrum. ibi: * Cum de crimine docuerit: commendat Parisius, in c. cum venerabilis, n. 69. de exceptio. Imol. d. l. divus, n. 8. ff. de re jud. & constat hanc esse communem sententiam ex Vivio, lib. commun. opinion. verbo accusatio falsi, & sic debet intelligi, l. final. C. si ex falsis instrumentis, & c. cum venerabilis, de except. quatenus probat, infra 20. annos, posse retractari sententiam, probata falsitate. Agnovit enim Summus Pontifex, posse criminaliter condemnatum agere infra annos 20. & per consequentiam, probata falsitate, sententiam rescindi, licet hoc non fuerit allegatus Panormitan, ibi, n. 42. hic enim modus agendi de crimine criminaliter, durat annis 20. l. querela, C. ad L. Cornel. de falsis. Quare in terminis l. divus, ff. de re judicata, cum jubeatur, crimen puniri, & sic præsupponatur, actum fuisse criminaliter, per consequentiã rescinditur sententia usque ad annos 20. licet gloss. final. ibi, & Doctores commu-

communiter contradicant, quorũ sententia admitti potest, quãdo civiliter fuit actũ, quia tunc infrà quadrienium est agendum, *per supra dicta.*

11 Insuper † condemnatus potest ad interesse de falso agere, *juxta, l. qui nomine, 25. ff. de L. Cornel. de falsis*, & tũc infra annos 30, potest agere gl. *final. in l. divus*, gl. etiam *in l. si prætor, 75. vers. admittere, §. Marcellus, D. de judic.* Dec. *in c. licet, n. 21. ad fin. de probation.* sed hoc casu sententia firma permanet: quia satis est actorem obtinere interesse, *argum. l. rescriptum, §. si pacto, ff. de pactis*, Alex. *d. l. divus, n.* 16. & Iason. 29.

12 Quod † a. diximus, sententiam ex falsis instrumentis esse validam, intelligas, nisi is, pro quo lata fuit, sciat falsas esse probationes, ut voluit gl. *in l. si prætor. 75. §. final. ff. de jud. verb. sciens*, ibi: * *Videtur ipso jure*, * quam ibi probat Bart. *n.* 2. Ias. *in l. si is adquem, n. 16. ff. de acquirend. hæred.* Felin. *in c. sicut, n. 23. de re judica.* Cui sentẽtiæ nimis obstat *l. divus, ff. de re jud.* ubi scribitur, huiusmodi sententiam esse validam, & per restitutionem rescindendam; Circa concordiam variãt Doctores, ut per Alex. *in l. qui Roma, §. duo fratres, n. 14. ff. de verborum oblig.* Cõmunis concordia est, ꝙ *d. lex, divus*, ꝓcedat, quando contra præsentem fuit lata sententia, tex. vero & gl. *d. l. si prætor. §. si* quãdo contra absentem, qui tex. relatus ad principium, hoc casu videtur locutus, Ias. *d. l. divus, n. 4.* Paris. *in c. cum venerabilis: n. 71. de exceptionib.* Fulgosius tamen *d. §. fin. n. 3. & l. 2. n. 2. C. si ex fals. instrum.* hanc concordiam improbat, ea ratione, q͠a absurdum est, absentem & sic contumacem melioris esse conditionis, quã præsentem, seu obedientem, *c. contingit, de dolo & contum. l. servus, ff. quod vi, aut clam.* sequitur Dec. *in d. c. cum venerabilis, n. 32. & c. licet, de probat. n. 21.* Sed à communi recedendum non est, respondeoq;, nonnunquã contumacẽ esse melioris conditionis, quã præsentem, ut per Mathesalan. *singulari, 17.* & in isto casu viget ratio, quia ꝑ absente judex partis vicem sumit. *l. ampliorem, 37. in princ. C. de appell.* & ibi Bart. quare falsum fabricans, judicem ipsum decipit, & propterea durius est cum eo agendũ, *argum. l. debuit, 17. ff. de his qui notantur infamia.*

Ex quibus apparet, sententiam à judice prolatam in casu præmisso esse nullam, virtute falsi testamenti, restitutionisq; beneficio saltem rescindendam, non per viam nullitatis, ut per Benedict. de Plumbino, *in l. qui agnitis ff. de except. à n. 12.* & Curtium, *in l. admonendi, ff. de jurejur. n. 35.* sed per viam restitutionis.

## SVMMARIVM.

1. *Lex Toleti terminorum declaratur, quæ est* lex, 3. tit. 7. lib. 7. recopilationis.
2. *Lex Toleti prædicta an comprehendat personas ecclesiasticas, controvertitur.*
3. *Qui totum dicit, nihil excludit.*
4. *Iudicium finium regundorum, est declaratorium dominij.*
5. *Qui declarat, nihil de novo inducit.*
6. *Contraria opinio defenditur.*
7. *Actio finium regundorum continet causam proprietatis.*
8. *Agens actione finium regundorum, tenetur probare dominium rei petitæ.*
9. *Actor sequitur forum rei.*
10. *Lex Toleti nõ loqtur contra ꝑsonas ecclesiasticas.*
11. *Rex non habet potestatem faciendi leges, contra personas ecclesiasticas.*
12. *Lex Toleti corrigit jus commune.*
13. *Personæ ecclesiasticæ sunt conveniendæ in suo foro, ex lege Toleti.*
14. *Casus de facto refertur.*
15. *Licentiatus* Villoueta de Montoya *Regius Senator, laudatur.*
16. *Sententia lata in judicio terminorum est exequẽda, appellatione remota, in foro seculari.*
17. *Sententia in actione finiũ regundorum, non exequitur de jure canonico, appellatione remota.*
18. *Appellatio censetur permissa, ubi non reperitur prohibita.*
19. *Causa divisionis terminorum, habet admixtam causam possessionis & proprietatis.*
20. *Quæstio hæc fuit decisa, in decisione Amatis.*
21. *Resolutio quæstionis per viam violentiæ traditur.*

## QVÆSTIO CXXVIII.

*Vtrum judex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo judici sæculari finium regundorum, ut non procedat contra personas ecclesiasticas, & monasteria, ad restitutionem terminorum, & an restitutio sit facienda appellatione remota.*

SOlent plerũq; monasteria, & personæ ecclesiasticæ, occupare terminos publicos alicuius villæ, vel civitatis, ad quorum petitionem in supremo Regis consilio deputantur judices terminorum, ad exequendam legem Toleti, q̃ † est 1
*lex, 5. tit. 3. lib. 7. ordinamenti, & lex. 3. tit. 7. lib. 7. recop.* in quib. legibus datur plenissima facultas procedendi contra quascunq; personas, & universitates. Et † solet controverti, an in disposi- 2
tione illarum legum sint comprehensæ personæ ecclesiasticæ. Et prima frõte videtur, ꝙ sic, ex generalitate illius legis, quia † qui totũ dicit, nihil 3
excludit, *lex in agris, ff. de acquirendo rerum dominio, lex, age cum Geminiano, C. de transactionib.* Secundò, confirmatur hæc sententia, quia † judi- 4
cium finium regũdorum de sui natura est declaratorium dominij, ut docet Baldus, *in lege si quis, n. 3. C. finium regundorum, vers. nota.* Et sic non agitur de gravamine, quia † qui declarat terminos 5
ad aliquem pertinere, de novo nihil inducit, ut docet Cardinalis, *in clem. constitutionem, §. 1. n. 2. de electione, & in clem. statutum, n. 4. eodum tit.* Fulgosius, *cons. 147. in fin.* Gabriel, *cons. 3. de reg. jur.* ergo judex ecclesiasticus videtur vim facere, procedendo per censuras contra judicem sæcularem terminorum; cum ipse nihil judicet adversus ecclesiasticas personas, nec eius bona, sed solum declaret, dictos terminos ad alium pertinere, & injustè fuisse occupatos.

Sed

6 Sed † contraria opinio verior est, & tenenda
7 in judicando & consulendo, quia † actio finium
regundorum, continet in se causam proprieta-
tis, vt *in d.l.si quis.C finium regundorum*, vbi Bald.
& Paul. & Rota Bononient. *decis.86.* vbi *n.2.* di-
cit communem opinionem, & sequitur Cepha-
lus *cons.63.nu.8.libr.1.* Contard. *in l.vnica, C. si de*
*moment pos.p.13.n.99.* Secundò facit pro hac sen-
8 tentia, quia † agens actione finium regundorũ,
tenetur se probare dominum, vt per longã dis-
putationẽ docet Faber, *in §.quadam actiones, n.32.*
*institut.de action.* quem sequitur Ang. *ibi, n.11. per*
*l.3.C.finium regund.* vbi Iai. *n.72.* Hieron. de Mõ-
te, *in suo tractatu, de finib.reg. c.41. nu.3.tom.3. p.2.*
*tract.* & sequitur Marcus Ant. de Amatis, *decis.*
*19.n.fin.* & vide Bald. *cons.379. & 420. volum.1. &*
*cons.286.vol. 2. & cons.468.vol.3 & cons.445.vol.*
*5.* Iason. *cons.6.vol.1. & cons.200.vol.2.* vbi latè de-
clarat nostram materiam, & sic cum agens hoc
remedio finium regundor. sit actor, & teneatur
probare dominium contra reum conventum,
9 sequitur, † quod tenetur sequi forum rei, *l. actor,*
*C. de probation cum vulgatis.* Tertiò, pro hac
10 opinione facit. quia † *dicta l. Toleti* non loquitur
contra personas ecclesiasticas, & per verba ge-
neralia non sunt comprehensæ, ex † defectu po-
11 testatis & jurisdictionis, vt tradit Abb. & Do-
ctores, *in capit. ecclesiæ sancta Mariæ, de constitut.*
*authentic. cassa & irrita, C. de sacrosanct. eccles.*
Dueñas, *regula*, 100. Sese, *in parte, decision. in de-*
*cis.113.num.64. & 65.* textus, *in c. final.* vbi gloss.
12 *de vita & honestate clericorum.* Et † cùm illa dis-
positio sit nova, corrigens *legem judex, C. de judi-*
*cijs*, non debet extendi, maximè contra personas
ecclesiasticas, vt docet Mexia, *ad declarationem*
*legis Toleti, primæ partis, fundamento 2.n.3.* Aven-
daño, *libr. de exequend. mandat. cap.4.num.17. vers.*
*cæterùm*, & Azevedo, qui movet hanc quæstio-
nem, deficiens in fundamentis, *in l.3. titulo 7. libr.*
13 *7. recopillat. à num.3.* vbi dicit, quod † personæ
ecclesiasticæ sunt conveniendæ in suo foro, vt
docet Salcedo, *ad Bernard. Diaz, capit.55. vers. ta-*
*men si clericus.* Ex quibus clarè deducitur, judi-
cem ecclesiasticum vim non facere, inhibendo
14 judici sæculari à cognitione causæ. Quod † ha-
beo hodie de facto, in causa Monasterij sancti
Clementis huius civitatis Toletanæ, adversus
quod proceditur, actione finium regundorum,
per ipsam civitatem, coram domino Licentiato
15 † *Villoueta de Montoya*, judice terminorum à su-
premo Regis consilio nominato, viro nobili,
ingenio, ætate, & prudentia præclaro, qui æqua
lance omnibus justitiam præbet litigantibus;
qui post hæc scripta Regi⁹ Cõsiliarius designa-
tus est in Senatu Hispalensi. Iste enim judex in-
tegerrimus, virtute suæ commissionis, procedit
contra dictum Monasterium, pro restitutione
terminorum loci de Vañuelos, qui olim fuit vi-
cus huius civitatis, & hodiè ruinâ est dirutus, &
dicto Monasterio traditus, facta quadã permu-
tatione, Regis consilio auctoritate approbata.

Et his nõ obstantibus, agit civitas cõtra dictum
Monasteriũ, ipsum verò allegat, dictũ judicem
esse incompetentẽ, & nullã adversus eius bona
habere iurisdictionem, neq; esse in sua cõmissio-
ne concessam cõtra personas ecclesiasticas: quæ
causa nondum est iudicio huius viri decisa. Sed
huius rei occasione motus fui, vt istã ꝓponerẽ
quæstionẽ, cuius resolutio necessaria est in his
cognitionib⁹ p viã violentiæ: & si ipse iudex nõ
se abstineat à causæ cognitione, & per iudicẽ ec-
clesiasticũ fuerit per cẽsuras inhibitus, profectò
nõ faciet vim, & causa ad tribunalia ecclesiasti-
ca est remittenda, vbi dicta civitas, virtute legis
Toleti, poterit suam causam prosequi, vt Docto-
res suprà citati resolvunt.
Nunc † verò ad secundã partẽ accedendũ est, 16
in qua dubitatur, an sentẽtia lata in hoc iudicio
finiũ regundorũ, sit executioni tradenda, nõ ob-
stante appellatione? Et appellationẽ nõ esse ad-
mittendã, tenet obiter Azevedo, *in d.l.3. tit.7. n.*
*49.* qui allegat Avendañum. *supr.n.16.* & probat
dicta lex Toleti, ibi: * *Lo qual todo mandamos, que*
*assi se haga, e cumpla, aunque la parte que juniere*
*fecha la tal ocupacion apele de tal juez pesquisidor, e*
*de la sentencia que diere, o la aya por ninguna, o vse*
*de otro qualquier remedio contra la sentencia.* * Per
quã legẽ nõ solũ excluditur appellatio, sed etiã
nullitas, vt cavetur *in l.64. Tauri.* Quã sententiã
& opinionẽ tenet Mexia, *1.partis, fundament.1. n.*
*10.fol.3.* & sic videtur dicendũ, judicem ecclesia-
sticum, qui exequitur suam sententiam termi-
norum, appellatione remota, vim non facere.

Sed his non obstantib⁹; contrariũ verius pu-
to, quia illa jura procedunt de iure Regio in tri-
bunali sæculari, vbi est appellatio denegata per
legislatorẽ, qui habet facultatẽ legis condendæ.
Nos † verò loquimur in iudicio ecclesiastico, in 17
quo nulla est terminatio nec decisio canonica,
quæ tollat appellationem in hoc iudicio finium
regundorũ: & † quando appellatio nõ reperitur 18
ꝓhibita, censetur permissa, vt docet Francus, *in*
*rubrc. de appellat. n.18.* Et ratio est, quia appellatio
est favorabilis, & potius pro appellatione, quã
ꝓ sentẽtia, præsumitur: & ꝙ in hoc iudicio finiũ
regund. appellatio sit admittenda, tenet singula-
riter Baldus, *in cap. quæ in ecclesiarum, n. cincuenta*
*y vno, de constitut.* quẽ sequitur Marcus Anton. de
Amatis, *decis.19.num.8. & 9. & finali.* Vbi dicit,
quòd † causa divisionis terminorum habet ad- 19
mixtã causam possessionis & ꝓprietatis, vt tra-
dit ipse Baldus, *in d. l.si quis, n.3. C. fin. regund.* Ce-
phalus, *cons. sesenta y tres, n.8. lib.1.* Contard. *in d.*
*l.vnica, C. si de momentanea possessione fuerit appel-*
*latum, quæstione 13. num. nouenta y nueue, & nume-*
*ro ciento y diez y nueue.* Et † ita in simili casu fuit 20
decisum *in dicta decisione* Amatis, *decima nona,*
vbi dicitur, appellationi esse deferendum in
causa finium regundorum. Et † per conse- 21
quens, judex ecclesiasticus faciet vim exe-
quendo suam sententiam appellatione remota,

quia illud de jure canonico nō est decisum: neq; jus civile est servandum in terris ecclesiæ, quando est contrarium iuri canonico, & communi, vt tradunt Doctores, *in capit.1. & 2. de novi operis nunc.* & sic quælibet lex est servanda in suo foro. Quod tene menti, quia sæpè defacto contingit: & ante legem Toleti vide quod erat dispositū, de jure communi, *in l. Agraria, ff. te termino moto,* & de iure Regio, *in l.30.tit.14.p.7.* vbi latè Gregorius, quam materiā exornat, & declarat Menochius, *de arbitrar.lib.2.casu.393.vsq; ad nu.23.*

## SVMMARIVM.

1 *A quolibet judice potest appellari.*
2 *Appellatio est defensio.*
3 *Appellatio est præsidium innocentiæ.*
4 *A sententia judicis, qui non recognoscit superiorem, non appellatur.*
5 *De substantia appellationis est, quod interponatur de minori ad maiorem.*
6 *Opinio esset hæretica, in quæstione proposita, dicere, à Pontifice ad Concilium posse appellari.*
7 *Duo capita in ecclesia Dei non sunt constituenda.*
8 *A Papa malè informato appellari potest ad ipsum melius informandum.*

## QVÆSTIO CXXIX.

### *Vtrum Pontifex Maximus faciat vim, non admittendo appellationem ab eius sententia interpositam, ad Concilium generale.*

1 REgula juris est, quòd † à quolibet judice potest appellari, vt tradit Speculator, *tit. de appellatione, §. videndum restat in principio, libro 2.* Bartolus, *in l. à proconsulibus, n.3. de appellationib.* Barbatia, *in tractatu, de Card. legat. de lat. q.5.n.12.* Maranta, *in suo speculo, parte 6. articul.2. verbo, & quandoq; appellatur, num.246.* Ferrar. *in tractat. de appellation. libr.2.cap.3.in princip.* Marchesanus, *in tractatu de commissionib. 2. parte, cum commiss. appellat. capit.1. num.56.* & novissimè Sigismundus Scaccia, *in tractat. de appellation. qu.16. num.1.*
2 Quia † appellatio est defensio, & sic per Pontificem tolli non debet, *l.1. ff. de appellationibus,* & quòd appellatio concernat defensionem ab iniusta sententia: &
3 † sit inducta ad præsidium innocentiæ, scribit Francus, *in rubric. de appellat. num.24.* & tradit Scaccia, *suprà, limit.1. num.1.* & sic videtur dicendum Pontificem vim facere, non admittendo appellationem.

4 Sed his non obstantibus, contraria opinio verior est & tenenda: quia † sicut à sententia Principis, qui non recognoscit superiorem, non appellatur, vt *in l.1. ff. à quib. appellare non licet, & in cap. cuncta per mundum, 9. qu.3.* qui loquitur in Pontifice, & tradit Speculator, *vbi suprà, §. videndum restat, in princip. lib.2.* Rebuffus, *in tractat. de appellat. artic.7. gloss.2. num.17. vers. decimo tertio.* Rolandus, *cons.94. num.1. libr.1.* Rota, diversorum, *decis.5. num.4 in 2. parte,* ita neque à sententia Pontificis, vt declarat Speculator, *vbi suprà,* & Francus, *suprà, n.2. vers. requiritur,* Ruginel, *in tractat. de appellationibus, §.2 cap.2. num.9.* Et ratio est: quia † de substantia appellationis est, quod interpōatur de minori judice ad maiorem, 5
vt resolvit Scaccia, *vbi suprà, quæst.2. num.1. & sub num.6.* sed Pontifex non habet superiorem, ergo ab eius sententia non potest appellari, vt docet Rebuffus, *suprà, art.3. gloss. vnica, num.8.* & sic non facit vim, non admittendo appellationem, & exequendo appellatione remota: quia à Papa, ad Concilium appellari non potest, vt docet Iacobantius, *de Concilio, libro 10. artic.1. num.35. vsq; ad 90.* vbi dicit, quòd † tenere contrarium 6
esset hæreticum; quia † esset constituere duo 7
capita in ecclesia Dei: & quod illi, qui appellant, sint excommunicati per Bullam *in cæna Domini,* tradit Ruginel. *in tractatu, de appellationib. §.2. num.10. vers. regula,* & sequitur Sigismundus Scaccia, *in eodem tractatu, qu.8. num.63.* Quæ † 8
sententia non procedit, si appelletur à Papa malè informato, ad eundem benè informandum, vt ipsemet corrigat: quia hæc appellatio seu supplicatio est admittenda, ita Card. Iacob. *in tract. de conciliis, libro 10. artic.1. nu.59.* Martinus Laudensis, *in tract. de Principe, qu.41.* Rota, diversorum, *decis.50. n.10. tom.2.* Card. Albanus, *in tractat. de potestate Papæ, 2. parte, num.8. parte 1.* & Sigismundus, *vbi suprà, nu.65.* quia cunctos ipse judicaturus, à nemine est judicandus.

## SVMMARIVM.

1 *Concilium Provinciale dicitur, cui præest Archiepiscopus.*
2 *Appellatio interponitur ad Papam à Concilio Provinciali.*
3 *Appellatio interposita fuit à Concilio Toletano Provinciali.*
4 *Si contendatur super Papatu, appellatur ad Concilium Generale.*
5 *Concilium Generale judicat de Papatu.*
6 *Concilium congregatum de voluntate Papæ, si in eo Papa non fuerit, appellatur ad ipsum Pontificem.*
7 *Papæ attribuitur tota Concilij determinatio.*

## QVÆSTIO CXXX.

### *Vtrum Concilium Generale, vel Provinciale, faciat vim, non admittendo appellationem ad Pontificem.*

PRo declaratione huius quæstionis animadvertendum est, quòd Concilium Provinciale 1
dicitur, cui præest Archiepiscopus, vel Patriarcha, seu Primas, vt tradit Cardinalis Iacobanci^9, *in tract. de cōcilio, lib.1. art.1. sub n.19. vers. quod autem,* & † à sententia in hoc cōcilio prolata ap- 2
pellatur ad Papam, *cap. sicut, excellentium, 13 4.4.*

Cardin.

Cardin. Alexandrinus, *in rubric. de appellation. 34. vers. sed quid.* Gregorius Tholosanus, *in tractatu, de appellat. libr. 3 cap. 6. num. 2. vers. sed certe* Rugin. *in tractatu, de appellation. §. 2. cap. 2 n. 14.* & sic faciet vim Concilium Provinciale, si appellatione spreta exequeretur sententiam, * * Tas † si vemos que el Cōcilio Toledano Provincial està à suspēdido por la apelacion que delse interpuso per algunos*
4 *Prelados.* * Si † verò concilium sit generale, & fuerit legitimè congregatum, super contentione Papatus, tunc à dicto concilio non appellatur, cum non habeat superiorem in ecclesia: quia
5 non est aliquis superior Papa deficiente: & ideo ipsum Concilium judicat de Papatu, vt tradit Gardinal Iacobanc. *vbi suprà, libro 10. artic. 2. n. 5. & 6.* & eum sequitur Sigismundus Scaccia, *in tractatu, de appellation. qu. 8. num. 100. in versiculo,*
6 *limit. 2.* Si † verò concilium generale congregetur de voluntate Papæ, si in eo Papa non præfuerit, potest ad ipsum Papam appellari, vt tradit Iacoban. *sup. artic. 2. in fine, n. 7.* at verò si præfuerit concilio, tunc non est admittenda appellatio;
7 cùm † tota determinatio concilio tribuatur Papæ, qui non habet superiorem, ad quem liceat appellari, vt docet Alexand. *in rubr. de appellatio. num. 36. in fin.* Rebuff. & Gregor. Tholosanus, quos refert & sequitur Sigismundus Scaccia, *vbi suprà, num. 100. vers. limita. primò, & in quæst. 16. limit. 2.*

## QVÆSTIO CXXXI.

*Vtrum congregatio Cardinalium faciat vim, exequendo sententiam appellatione remota.*

A Sententia Cardinalis posse appellari, scribit Cardinalis Alexand. *in rubrica de appellation. num* 40. & Martinus Laud. *in tractatu, de Cardinal. qu. 67.* quod est verum, etiamsi esset legatus Papæ, vt docet Scaccia, *supra in tractat. de appellation. q. 8. n. 99. & q. 16. n. 1. limit. 3.* quæ sententia non procedit, in sentētia lata à cœtu Cardinalium, vt tradit Martinus Laudens. *in tractat. de Cardin. qu. 66.* & Ruginellus, *in dicto tract. §. 2. cap. 1. nu. 27.* idem dicit in sententia lata à legato de latere, vt resolvit Sigismundus Scaccia, *q. 16. limit. 10.*

Et cùm hæc quæstio typis mandaretur, *die 15. Aprilis hoc anno* 1618. fuit electus Cardinalis illustrissimus, & excellentissimus *Dux de Lerma, Rojas, & Sandoual*, cum magna lætitia, & admiratione totius Regni, qui cum esset in temporalibus mundi Monarcha, voluit etiam in spiritualibus, ecclesiæ Princeps esse, vt Deo & Regi suo serviret, qui vtinam per multa sæcula vivat, prout Hispaniæ Regnum desiderat, in cuius humeris totum Regni pondus sustinetur.

## SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in judicio possessorio, exequitur appellatione remota.*
2 *Appellatio nunquam est prohibita, respectu notoriæ iniustitiæ.*
3 *Appellare potest prohibitus appellare, quando illi sit notoria iniustitia.*
4 *Appellatio est admittenda, ante missionem in possessionem.*
5 *Exclusio appellationis in judicio possessorio intelligitur de sententia justa, non iniqua.*
6 *Appellatio admittitur, quando in judicio possessorio inordinatè proceditur.*
7 *Gravamen inordinati processus, non potest reparari per appellationem.*
8 *Appellatio conceditur à sententia possessorij, quando gravamen est irreparabile.*

## QVÆSTIO CXXXII.

*Vtrum Iudex ecclesiasticus faciat vim, qui exequitur suam sententiam iniustam, in judicio possessorio.*

SEntentia † lata in judicio possessorio est exe- 1
quenda appellatione remota, vt *in l. vnica, C. si de moment. possessione fuerit appellatum*, & diximus *in quæstione* 10. Cuius † resolutio est limi- 2
tanda, si notoriè sententia fuerit iniusta: quia tunc potest appellari à sententia meri possessorij, & judex faciet vim, exequendo sententiam Ita Bald. *in d. l. vnica, nu. 5. vers. de novo quæro*, Abb. *cons. 55. lib. 2.* Lancellotus, *in tractatu. de attentat. 2. part. cap. 12. limit. 25. nu. 15. vers. secundò.* Achilles Person. *in tractat. de adipiscenda possessione, sub num. 347. vers. præterea*, Ioannes Baptista Pontanus; *in tract. de spolio, lib. 4. cap. 3. num* 50. dicens, quòd nunquam est prohibita appellatio, respectu notoriæ iniustitiæ, ita Contardus, *in d. l. vnica, limit. 9. nu. 2.* Et assignat rationem Bartol. *in l. 2. ff. de appellat. recipiendis, num. 5.* dicens, quòd † 3
respectu notoriæ iniquitatis, nunquam intelligitur prohibita appellatio; dicens, quòd possum appellare, si contra iustitiam auferatur mihi jus possessionis; & loquendo de sentētia quæ pronunciatur, vt hæres mittatur in possessionē, tradit Cucchus, *in l. fin. C. de edicto divi Adrian. Tollend. num.* 447. Menoch. *de adipiscenda possess. remedio, 4. qu. 100. declarat. 2 n. 850.* & Achil. Personal. *in tractatu, de adipiscenda possess. sub nu.* 334. dicens: quod, si post latam sententiam, demittendo hæredem in possessionem, non dato contradictore; compareret contradictor ante executionem sententiæ, id est, ante missionem in possessionem, tenetur judex illum admittere:
& † si appellatio interponatur, non est senten-
tia exequenda, imò judex faciet vim, non admit- 4
tendo appellationem. Quia † exclusio appella-
tionis in iudicio possessorio, intelligitur de sen- 5
tentia iusta, & non de iniqua, vt tradit Sigismundus Scaccia, *de appellat. q. 18. limitat. 6. membr. 7. à num. 97.*

Idemque † est resolvendum, quando judex 6
procedit inordinatè in judicio possessorio, quia tunc datur appellatio ab inordinato processu. Ita Bald. *in cap. ex conquestione, nu. 1. de restitutione spoliatorum, & in l. 1. C. de appellation. & consultat.*

Covarruvias, *practicarum, cap.23.n.8. circa finem.* Natta, *consf.221.n.4.libr.1.* Menoch. *de adipiscenda possess. remedio 4.qu.99.num.*808. Marchesanus, *in tract. de commission.2. parte, in commiss. appellat. cap.2.nu.46.limit.4.* Grammaticus, *decis.65.sub num.82.* Zavallus, *in constitut. Marchiæ, lib.6.cap.2. verbo civili*, quem refert & sequitur Scaccia, *in tract. de appellat.q.17.limit.6 membr.7.n.113.* & ra-
7 tio est, quia † gravamen inordinati processus nõ potest reparari per appellationem à definitiva super possessorio: quia licet à possessorij senté-
8 tia non detur appellatio, tamen quando † gravamen non potest reparari per appellationẽ à definitiva, tunc datur appellatio ab illo gravamine, ita Contardus, *in repetitione legis vnicæ, limit. 18. sub num. 22.* & aliam rationem assignat Scaccia *suprà, vers. ratio melior erit.* Et sic secundum has distinctiones & declarationes, poterit advocatus formare articulos violentiæ, & judex causas decidere.

## QVÆSTIO CXXXIII.

*Vtrum Iudices subsidij, & excusati, faciant vim, exequendo sententiam appellatione remota.*

HAnc quæstionem movet Rebuffus, *in tractatu de pensionibus, q.95.n.3.* vbi dicit, quod solutio subsidij est facienda appellatione remota, idem tenet Ruginel. *in tractatu de appellat.§.2. cap.3.n.278.* & Sigismund. Scaccia, *in eod. tractat. q.17.lim.7.n.6.* idem cavetur, in quadam schedula Regiã, lata *Anno* 1583. de qua mentionem facimus, & eius literam referimus, *libr. 4. communi. q.1. n. 283. Por la qual, no solo se ex cluyo appellacion pero no se puede llenar el processo por via de fuerça à ninguna tribunal. Y lo mismo es para la cobrança de la limosna de las Bullas de Cruzada, con inhibicion de los demas tribunales, como se contiene en la dicha cedula. Y assi los dichos juezes no hazen fuerça executando sus sentencias, sin embargo de apelacion: pero si la causa fuesse temporal. por ser deuda civil, y contra lego, cediendo vn ecclesiastico su deuda, no se deue en este caso, entender la dicha cedula Real. porque redundaria la dicha cession en ofensa, de la jurisdiciõ Real, y de sus subditos.* * Quod est menti tenendum. Et quando debitum non procedit ex decimis, dantur provisiones annullandó consignationem.

## SVMMARIVM.

1 *Appellatio in causis pijs non est admittenda.*
2 *Salarium famuli est solvendum appellatione remota.*
3 *Salarium est sine retardatione solvendum.*
4 *Clientuli solent in causa succumbere, quando non solvunt salarium advocatis.*
5 *Sententia solutionis salarij, semper est exequenda, appellatione remota.*
6 *Quantitas mercedis est consideranda, vt sententia exequatur, vel non.*

## QVÆSTIO CXXXIV.

*Vtrum Iudex ecclesiasticus faciat vim, qui exequitur sententiam solutionis salariorum, famuli, advocati, procuratoris, & aliorum, appellatione remota.*

SEntentia † lata in causis pijs, solet exequi appellatione remota, vt docet Alexander, *in addit. ad Bartol. in l. mella, verbo appellatio. ff. de alimentis, & cibarijs legat.* Nicellus, *in tractat. de concordia glossarum, fallent. 6.nu.39.* Et ratio est, quia quod est pium, celeriter executioni mandari debet, & per consequens, appellatio non suspendit executionem; *l. fin. D. de appell. recipiendis.* Ex quã ratione inferunt Doctores, quod in causa dotis, non admittitur appellatio, quia pia est; neque † in causa petentis mercedem, vt tradit Rota, diversorum, *decis.764.n.3.part.1.* quam refert & sequitur Rugelinus, *in tractat. de appellat. §.2.cap.3.n.280.* & diximus, *in qu.114.* quam opinionem ampliat Sigismundus Scaccia, *in tractat. de appellat.qu.17.limit.8.n.9.* etiamsi non constet de paupertate famuli; quia illud, non tam ex paupertate, quàm ex servitio procedit: * *Quia scriptum est de jure divino, † non morabitur opus mercenarij tui apud te, vsque ad mane,* * & dicit vnum singulare, si verum esset (vt quilibet solvat salarium sine retardatione) videlicet, quod † ij, qui procuratoribus, advocatis, famulis, patrocinij mercedem, seu verius, honorarium nõ solvuunt, quod quandoque succumbunt in causa; aut illius finem, consumpto iam causæ valore, vix tertij hæredes vident, & sic non est habéda consideratio, an indigeat mercede ad se alendum, vel non indigeant, vt tradit Rebuffus, *articul.3.gloss.7 n.1.&2.* & nostram opinionem principalem tenet Azev. *l.9.tit.15.li.4.recop.n.38.* vbi dicit, ꝙ † sentẽtia solutionis salarij est exequenda, nõ obstãte appellatione seu oppositione. Idẽ tenet Mandosius, *in tractat. de monitorijs, q.56.* & Gracianus, *disceptation. forens. cap.257. n.44.* vbi eleganter & magistraliter declarat hanc materiam, & dixi *in qu.112.* Paz. *in sua praxi, 4. parte, 1. tom. cap.1. nu.56.* & Flores Diaz. de Mena, qui latissimè prosequitur hanc materiam, *libr.1. variarum quæstionum, num.23.* Quam sententiam novissimè declarat Rodriguez, *de executionib. cap.1. artic.3.nu.25.* vbi dicit, quòd † respectu appellationis est consideranda quantitas petita; & qualitas petentis: & sic arbitrio judicantis illud relinquit, dum petitio non excedat triennium ex *l.9.tit.15.lib.4.recopil.* Quæ distinctio mihi satisfacit: & sic secundum supra dictam resolutionẽ judex ecclesiasticus faciet, vel non faciet vim: quod supremi Regii Senatores circumspicient, pro causarum varietate & æquitate, vt diximus *in hac 2. parte, qu.114.* & talis solutio salariorum omnibus præfertur, vt tradit Gracianus, *supra, num.26.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non admittitur in executivis.*
2 *Appellatio est admittenda, quoad effectum devolutivum.*
3 *Obligatio cameralis, ex quatuor componitur, quæ habent paratam executionem.*
4 *Stylus Curiæ Romanæ facit jus.*
5 *Compensatio non admittitur in obligatione in forma cameræ.*

## QVÆSTIO CXXXV.

*Vtrum Iudex Ecclesiasticus executor obligationis in forma Cameræ, faciat vim, exequendo appellatione remota.*

Obligatio facta in forma cameræ, est executiva, vt resolvit Sigismundus Scaccia, *in tractatu de appellat. lib. 1. cap. 62. n. 17. qu. 4.* idq; ex
1 hac ratione deducit, quòd † sicut in executivis non admittitur appellatio; sic neq; in sententia lata, exequendo instrumentum camerale; quæ sententia exequitur appellatione remota, vt tradit Vestr. *in sua praxi, libr. 7. capit. 3. n. 17. vers. am-*
2 *plius*, vbi dicit, quòd † solum appellatio est admittenda, quoad effectum devolutivum, non retardata executione, vt docet Lancellotus, *de attentat. 2. part. cap. 21. limit. 53. in princip. num. 59.* Marchesanus, *in tract. commiss. 2. parte commiss. appellat. pendente, n. 27.* Ruginellus, *in tract. de appellat. §. 2. cap. 3. n. 127. & 130.* Tesaurus, *decis. 26.* & sex privilegia refert huius obligationis Cameralis, Ioannis Aloisi Ricij, *in decis. 64. & in collectaneis collectan. 452. in 2. parte*, & rationem assignat Scaccia, *vbi suprà, qu. 17. limit. 9. num. 5.* quia
3 † licet obligatio Cameralis non habeat paratā executionem, vigore alicuius statuti, vel consuetudinis, exequitur tamen obligatio, quia cōponitur ex materia, quę de jure communi est exclusiva appellationis. Primò componitur ex confessione judiciali debitoris, & deinde ex pręcepto facto contra ipsum debitorem cōfessum. Secundò componitur ex susceptione præcepti ad solvendum. Tertiò ex susceptione censurarum, & mandati. Vnde sic obligatus habetur, ac si esset judicialiter confessus, vel de debito constaret per rem judicatam, vt tradit Hieronymus Gabriel. *cons. 67. n. 8. libr. 1.* Quartò componitur ex pacto & expressa renunciatione, qua debitor jurejurando promittit, & renunciat appellationi, & juri appellandi: quod pactum excludit appellationem, vt docet Paulus de Castro, *in l. post rem judicatam, n. 3. ff. de re judicata.* Ex quibus cōstat, iudicem executorem non facere vim, exe-
4 quendo sententiam appellatione remota. Et † ita observat stylus Curiæ Romanæ, qui facit ius, *c. quam gravi, de crimine falsi*, quod ampliat Scaccia, *suprà, n. 24.* etiamsi obligatio non sit liquida, sed veniat liquidanda, vbi refert plures declara-
5 tiones: & † etiamsi opponatur compensatio, vt tradit Sese. *in suis decisionibus Aragoniæ, decis. 90.*

## QVÆSTIO CXXXVI.

*Vtrum Iudex ecclesiasticus faciat vim, non admittendo appellationem à mandato de exequendo.*

Vide circa resolutionem huius quæstionis, plures declarationes & limitationes, quas refert Sigismundus Scaccia, *in suo perutili tractatu, de appellationibus, q. 17. limitat. 10.* ex cuius doctrina colliges veram practicam huius quæstionis, si casus de facto contingat: quia requirit altiorem indaginem, & tempus non instat.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium plenum, quomodo intelligatur.*
2 *Clausula,* *conscientiam tuam oneramus,* *quomodo intelligatur.*
3 *Quod committitur conscientiæ alicuius, committitur libero arbitrio.*
4 *Appellatio admittitur in arbitrarijs.*
5 *A sententia judicis, qui malè arbitratus est, potest appellari.*
6 *Concordia opinionum traditur.*
7 *Patrono, quando dicatur relicta electio, in nominatione capellani.*
8 *Patronus, cui sua conscientia oneratur, potest eligere etiam indignum.*
9 *Patrono, qui potest liberè nominare, non est movenda quæstio, si benè, vel malè nominet.*
10 *Conscientia est quidam vir bonus, qui in corde loquitur.*

## QVÆSTIO CXXXVII.

*Vtrum Vicarius generalis, cui causa dispensationis fuit à Pontifice commissa, cum clausula,* *tuam conscientiam oneramus,* *possit exequi suam sententiam, appellatione remota.*

Solet Pontifex causam alicui delegare, cum clausula, de qua suprà, quæ denotat liberum arbitrium: & post sententiam latam interponitur appellatio ad Pontificem; & dubitatur, an talis appellatio habeat effectum devolutivum, vel suspensivum? Et dictam sententiam latam a judice, qui habet liberum arbitrium, exequendam esse appellatione remota tradit Felinus, *inc. super his, limitat. 1. n. 8. de appell.* Menochius, *de arbitrarijs, libro 1. quæstione 70. num. 13.* Simoncel. *in tractatu de decret. libr. 1. titul. 1. num. 8.* decisio Lucensis, 42. *num. 21.* Prosperus Farinacius, *in quæstionibus criminalibus, libro 1. quæstione 17. numero 30.* Rugellinus, *in tractatu de appellationib. §. 9. gloss. 2. quæstione 4. numero 43.* vbi † loquitur 1
de pleno arbitrio, & de mero arbitrio; quia, licet sententia fuerit lata à judice habēte simplex arbitriū, nō admittitur appellatio, quo ad effe-

ctum suspensivum, vt scribit Speculator, quem sequitur Rota, *decis.* 47. *nu.* 3. *de appellat. in novis*, Marchesanus, *in tractat. de commiss.* 1. *part. in commiss. appellat. in Romana Curia, cap.* 6. *nu.* 53. *&* 55.
2 vbi scribit, quod † ea clausula, * *Super quod conscientiam tuam gravamus*, * operatur, vt causa cēseatur remissa arbitrio boni viri, & sic tollit appellationem, vt tradit Menochius, *supra, qu.* 70. *nu.* 6. *&* 11. vbi testatur esse crebriorem opinio-
3 nem: & † quod idem operetur, quòd causa committatur libero arbitrio judicis, vel quod eius conscientia oneretur, vt vtroque casu non admittatur appellatio, vt tradit Francus, *in rubrica de appellat. n.* 11. Felinus, *in cap. super his, n.* 11. *limit.* 4. *fallent.* 13. *de appellat.* Rebuffus, *in tractat. de appellat. artic.* 3. *gloss. vnic. num.* 2. *&* 3. Tiraquellus, *de retractu lignagier.* § 4. *gloss.* 1. *num.* 11. Gregorius Tholosanus, *in tractat. de appellat. lib* 3. *cap.* 15. *n.* 1. Et ratio huius opinionis est, quia solus Deus est superior conscientiæ; vnde non potest ad alios superiores appellari, vt docet Francus, & Gregorius Tholosanus, *dict. cap.* 15. *n.* 13. Et sic secundum istam opinionem, judex ecclesiasticus, datus cum dicta clausula, non faciet vim, exequendo appellatione remota.

Sed contrariam opinionem, imò quod judex
4 delegatus faciet vim, quia in arbitrarijs admittitur appellatio, docet Francus, *in cap. cum sit Romana, n.* 11. *in fin. de appellat.* dicens, quod † si iudex
5 malè arbitretur, possit appellari, etiam in commissis suo arbitrio. Idem tenet *in capit. cum paratis, sub numero* 46. *in fin. de appellat. n.* 45. Simoncellus, *vbi, supra, lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 8. Menochius, *cons.* 42. *sub num.* 21. Covarruv. *variarum, resolut. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 1. *vers. Secundò adversus*, Farinacius, *suprà, q.* 17. *nu.* 28. *vers. contra hanc extensionem.* Et sic secundum istam opinionem faciet vim, non ad-
6 mittendo appellationem. Sed † pro concordia opinionum, dicendum est, quod prima opinio procedat quo ad effectum suspensivum, quia nonobstante appellatione, iudex potest exequi suam sententiam. Secunda vero opinio procedat, quo ad effectum devolutivum, quia nō obstante dicta commissione, si excedat modum arbitrandi, poterit iudex appellationis sententiā revocare. Ita colliges ex gloss. *in clement.* 1. *verbo, oneramus, de iure patronatus*, Ias. *in* §. *sed ista quidē, n.* 136. *instit. de actionib.* Felinus, *in cap. super his, sub n.* 11. *limit.* 4. *de accusationib.*

Ex quibus de facto consultus respondi, quod
7 † si in fundatione capellaniæ, relinquatur patrono electio capellani, vt eligat magis idoneū, cum clausula, * *Super quo conscientiam tuam oneramus:* quod tenet electio facta ab ipso, etiamsi nominetur clericus in minoribus constitutus,
8 & omittatur sacerdos: quia † tota dispositio relinquitur arbitrio patroni, & cui ita data est facultas, etiam indignum eligere potest, vt *in l. cum quidam,* 24. *ff. de leg.* 2. quia in hoc casu cessat judicium rationis, & efficitur merè voluntatis, vt *in cap. non solum, de regularib. & transf. ad Religio. libro* 6. & quod soli dicto patroni sit standū, cùm eius conscientiæ electio relinquatur, tenet gloss. *verbo, conscientiam, in capit. statutum,* §. *assessorem, de rescriptis, lib.* 6. & tradit Mascardus, *de probat. conclus.* 414. *n.* 1. nec † est referenda quæstio si bene fecerit, vt *ibi* docet glossa, & Corneus, *cons.* 9
349. *n.* 6. in tantum, quod solus Deus, & non aliꝰ judex est cognitor, si malè fecerit, vel arbitratus fuerit, vt tradit Mandosius, *cons.* 24. *n.* 4. Natta, *in repetition. clementina, sæpè, n.* 57. *de verbor. signific.* Cavalcanus, *decis.* 46. *n.* 119. *in* 3. *p.* quia secūdum Bald. quem refert Iason. *in d.* §. *sed ista quidem, de actionibus*, conscientia † est quidam vir bonus, 10
qui in corde loquitur, & sic non habet judicem superiorem, neq; arbitratorem, vt docet Iason. *in l. de pupillo,* §. *novum, n.* 3. *ff. de novi operis nunciat.* Quod tene menti, quia sæpè in fundationibus capellaniarum, de facto contingit: prout vidi in capellania * *de Ciudad Real,* * fundata à Ferdinādo Poblete, cuius patrona est D. Florencia de Zespedes, vxor Didaci de Zevallos, divi Iacobi equitis.

SVMMARIVM.

1 *Syndicatoris sententia, quando potest exequi appellatione remota.*
2 *Sententia syndicatus non exequitur, vltra tria millia marapetinorum.*
3 Capitul. 1. sessione 13. Concilij Tridentini *procedit in visitatione, & correctione*
4 *Sententia contra officialem quando est exequenda, in syndicatu.*
5 *Dispositio civilis est conformis juri canonico, circa hunc articulum.*
6 *Servandum est jus Regium, vbi contrarium non est dispositum de jure canonico.*
7 *Sententia, quæ continet diversa capitula, non exequitur vltra tria millia marapetinos, secùs de consuetudine.*

## QVÆSTIO CXXXVIII.

*Vtrum iudex ecclesiasticus datus ad iudicandum, faciat vim, exequendo suam sententiam appellatione remota.*

DIversis † modis proceditur de jure nostro 1
Regio, quando prætores, & illorum officiales, syndicantur: quia † nulla sententia exe- 2
quitur, vltra tria millia marapetinorum, vt cavetur *in l.* 17. *tit.* 7. *lib.* 3. *recop.* quam declarat Azeved. *in l.* 2. *&* 14. *tit.* 7. *lib.* 3. *recop.* & Ioan. Gutier. *lib.* 1. *pp. q.* 39. Bobadilla, *in sua politica, libr.* 5. *cap.* 1. *nu.* 249. *&* 250. & Curia Philippica, 4. *p.* §. *quinto, n.* 3. *&* 4. vbi illud ampliat, in sententia lata per Episcopum, * *Contra los notarios Apostolicos, por el nombrados, aunque se a de suspension, o privacion dellos: el qual se funda,* † *in c.* 1. *sess.* 13. Concilij, cuius decisio procedit in visitatione morum, & correctione, vt explicuimus *in prima parte huius tract. gloss.* 6. *n.* 154. & tradit Lancell. *de attentatis,* 2. *par. c.* 12. *lim.* 19. Sed nos loquimur in causa syndicatꝰ, quæ in multis differt à visitatione morum, cùm agatur

agatur de exceſſibus commiſſis in officio, & de punitione delictorum tam de officio, quam ad
4 querelam & petitionem partis. Et † ſic in quæſtione propoſita, omiſſa lege Regni, & ſtylo particulari alicuius civitatis, vel provinciæ, jure cõmuni inſpecto, talis ſententia lata in ſyndicatu à judice, contra ſuos officiales, pro delicto commiſſo in officio, eſt exequenda, appellatione remota, *lex, nulli*, ubi Bart. Paul. & Bald. *C. quorum appellat. non recipiantur*, & ex tex. *in c. ei qui, §. nulli quoq;, 2. q. 6.* & tradit Socin. *regul. 24.* Iaſ. *in l. qui juriſdictioni, n. 9. ff. de juriſdict. omn. jud. in fallentia, 8.* Rebuff. *in tract. de appellat. art. 7. gl. 2. n. 3. verſ. 3.* Greg. Tholoſ. *in eodem tract. li. 5. c. 2.*
5 Et † ꝙ hæc ſententia procedat tam de jure civili, quam canonico, tradit Francus, *in rubric. de appell. n. 22.* quem refert & ſequitur Sigiſmundus Scaccia, *in tract. de appell. q. 17. limit. 16. n. 2.* Et ſic ſecũdum hanc opinionem, judex eccleſiaſticus, non facit vim, exequendo ſuam ſententiam ſyndicatus, appellatione remota. Quæ ſententia temperanda eſt de jure Regio (ꝙ † ſervandum eſt de jure
6 canonico, cum non habeamus contrariam diſpoſitionem, *ut in c. 1. & 2. de novi operis nũciatione*)
7 quia † ſi ſententia excedat tria millia marapetinos, non exequitur ultra tria millia marapetina ut reſoluit Bobadilla, *ubi ſupr. n. 150.* quia ad illã ſummam habet judex ſyndicator taxatam juriſdictionem ſine appellatione, in exceſſu verò admittenda eſt appellatio, * *y para eſto ſe dan proviſiones inhibitorias,* * ut tradit Scaccia, *ubi ſup. n. 9. verſ. quidquid ſit in puncto juris.* Sed contrariũ video practicatum, quando ſunt capitula ſeparata ob cauſas diverſas, quia tunc, quot capita, tot ſententiæ.

## SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio non ſuſpenditur per appellationem.*

2 *Appellatio non ſuſpendit executionem cenſurarum.*

3 *Sententia excommunicationis dicitur medicinalis.*

4 *Excommunicatus, licet appellet, poteſt denunciari.*

5 *Sententia excommunicationis conditionalis, ſuſpenditur per appellationem.*

## QVÆSTIO CXXXIX.

### *Vtrum iudex eccleſiaſticus, declarando aliquem eſſe excommunicatum poſt interpoſitam appellationem, faciat vim.*

1 EXcommunicationis † ſententia, nõ ſuſpenditur per appellationem, ut tradit Pontifex, *in c. paſtoralis, §. verum. de appell.* ita Doctores, *in c. is cui, §. ſane, de ſententia excomm.* Bellamera, *dec. 313.* Capella Tholoſ. *dec. 298.* quam regulam cũ ſex declarationib. tradit. Alex. Trentacinq *lib. 2. variarum reſol. reſolut. 5.* Proſper Farin. *in quæſtionib. crim. limit. 5. n. 178.* & dixi *in lect. 1. p. n. 328.* Pro qua ſententia expẽdo bonum textũ *in c. per tuas, 40. de ſententia excommuni. & dictum c. is cui, eod. tit. lib. 6.* ubi † appellatio non ſuſpendit execu- 2
tionem cenſurarum, & erit reus excommunicatus appellatione pendente. Et eſt ratio, quia
† ſententiæ cenſurarum ſunt medicinales, & ve- 3
niunt principaliter ad corrigendũ, & ſic nec prætextu frivolæ appellationis impedietur correctio, ut tradit Abb. *in c. ſæpe, n. 15. de appell.* & aliàs 12. rationes tradit, Abb. *in d. c. paſtoralis, §. verum, n. 7.* quare † licet appellet excõmunicatus, poteſt 4
denunciari, ut *in d. c. paſtoralis,* & tradit Lancell. *de attent. 2. p. c. 12. limit. 21.* quem ſequitur Sigiſm. Scacc. *in tract. de appell. q. 18. limit. 22. n. 1. & 4.* Quã
† concluſionem limitabis, ſi ſententia fuerit cõ- 5
ditionalis, vel temporalis, ut ſi illud non fiat intra tale tempus, ſit excõmunicatus: quia in hoc caſu, ſi à tali excommunicatione appelletur, ſuſpenditur ipſo jure effectus excõmunicationis, & nec erit excommunicatus, nec poteſt denunciari, ẽt tranſacto tempore, ut declarat Lancell. *ubi ſupr. limit. 22. n. 30.* & declarat Scacc. *ſupr. n. 13.* ubi poſuit plures declarationes, ſecũdum quas judex Regius poterit cauſam definire, & noviſſimè Alex. Trentacinq. *lib. 2. reſolut. in reſolut. 5. de appell. per totam,* ubi ponit ſex declarationes.

## QVÆSTIO CXL.

### *Vtrum Iudex eccleſiaſticus faciat vim, abſolvendo reum à cenſuris, non obſtante appellatione actoris.*

DIximus in quæſt. ſuprapoſita, appellationem non ſuſpendere excommunicationis cenſuram, quia trahit ſecum paratã executionẽ: & ſic, ut contrariorum eadem ſit diſciplina, dicendum eſt, in quęſt. propoſita, non eſſe validam appellationem, quo ad effectum ſuſpẽſivum, abſolutione excommunicationis, ut tradit Guido Papæ, *in tract. de appell. q. 110. n. 74.* Lancell. *de attent. 2. p. c. 12. n. 106. limit. 3.* Rugin. *de appell. §. 2. c. 3. n. 6.* & Scacc. *ubi ſupr. q. 17. limit. 22. n. 20.* Et ſic judex eccleſiaſticus non faciet vim, exequendo ſuam ſententiam excõmunionis abſolutionis, appellatione remota: quia hæc executio ſententiæ eſt favorabilis animæ, & non præiudicat cauſæ principali.

## QVÆSTIO CXLI.

### *Vtrum iudex eccleſiaſticus faciet vim, exequendo ſuam ſententiam demolitionis operis, interpoſita appellatione.*

FActa novi operis nunciatione, nihil eſt innovandum, intra tempus à jure præfixum, ſive denunciatio fiat jure, vel iniuria, *c. 1. de novi oper. nunciat. l. 8. tit. 32. p. 3.* ubi Greg. Anton. Gom. *in l. 46. Tauri*, ubi eleganter declarat hanc materiam, licet omiſerit præſentem quęſtionem, quę jam mihi de facto contingit in hoc conſilio Domini Archiepiſcopi Toleti contra Licentiatum Cameno., In qua reſolvendum eſt, ſententiã demolitionis eſſe exequẽdam appellatione remo-

ta, l.1. §. *sed si is, ff. de novi oper. nuncia.* ubi denegatur audientia illi, qui post edictum prætoris novum opus contraxit, & is, cui denegatur audiētia, non appellat. ut tradit Scaccia, *de appell. q.17. limit.1.* & *in limit.* 31. resoluit nostram quæstionem. Quam tenet Lancell. *de attent.3.p.c.28.n.* 78. & Rugin. *in tract. de appell.* §.2.c.3.n.262. Et est ratio, quia denunciatio novi operis est quædam appellatio extrajudicialis, ut docet Bart. *in l.1.n.* 8.q.9. *ff. de novi operis nunc.* & sic judex dicitur attentare, post denunciationem, & omnia veniunt revocanda, remedio attentatorum, ut docet gl. per illum tex. *in c. non solum, verbo,* * *Reducendū,* * *de appellationibus, lib.6.* & tradit Feirara, *cautela* 58. Lancell. *supr. c.18.n.63. & 64.* Pro qua sententia est textus à nemine ponderatus, *in c.3. in fin. de novi oper. nunciation.* ibi: * *Ideoq; mandamus, quatenus si est ita, revocato in irritum, quidquid post appellationem hujusmodi inveneritis attentatum.* * Et sic in quæstione proposita dicendum est, judicem ecclesiasticum vim non facere, exequendo suam sententiam demolitionis ædificij, appellatione remota: quia aliàs redderetur ferè inutilis talis denunciatio, & cautio de demoliendo ædificium. Et ita fuit judicatum, non obstante appellatione, & notificata regali provisione per viam violentiæ, ex dictis rationibus.

SVMMARIVM.

1 *Appellari potest à peritorum relatione.*
2 *Calculatio dicitur partium transactio.*
3 * Los alcances hechos por los contadores nombrados por las partes, y aprovados por juez, se executan sin embargo. *
4 *Confeßio recepti administratoris non exequitur.*
5 * Cuentas sin cargo, y descargo, no son cuentas, * *& sic non sunt exequendæ.*

## QVÆSTIO CXLII.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo sententiam calculatorum, appellatione remota.*

DVbium est in jure, an judex exequēdo sententiam suam, per quam confirmat judiciū calculatorum, appellatione remota, faciat vim. Et partē affirmativam videtur confirmare, Hieronym. Gabr. *cons.43.n.3. li.1.* & Marches. *in tract. de commis.1.p.c.22.n.54.* ubi dicit, ꝙ † à peritorum relatione potest appellari, & talis appellatio suspendit executionē. Sed in quæstione proposita contraria opinio est verior, & tenenda, ut scribit, Bartol. *in l.2.n.3. C. de jure fisci, lib.10.* quia calculatores electi à partibus, censentur esse arbitratores, ut scribit, Alex. *cons.21.n.8. & 12. lib.7.* à quorum sententia non datur appellatio, ut resoluit Scacc. *q.17. limitat.14.n.14.* maximè, quia † talis calculatio dicitur partium transactio, ut tradit Alex. *cons.21.n.9.* & sic quando talis calculatio cōfirmatur per sententiam, habet paratam executionem, quæ non suspenditur per appellationem, ut docet Scacc. *ubi sup. q.17. limit.35.n.5.* & de jure Regio tradit, Gutier. *lib.1.pp.q.37.* ibi: * *Que † los alcances hechos por Contadores de conformidad; siendo confirmados por sententia de juez competente, se executem sin embargo de apelacion.* * In tantum ꝙ † confessio recepti non potest exequi, ut tradit Auenda. *de exequend. mandat.2.p.c.* 10.n.31. Bobad. *in sua politica, lib.5.c.8.n.72. & 78.* Gutier. *de tutelis, 3.p.c.1.n.35.* Parlad. *lib.2. rerum quotid. c. fi.1.p.* §.6. *ex n.1.* Fachin. *li.8. controv. q.58.* decisio Genuēsis 191.n.6. & eleganter, Munnoz de Scobar, *in suo tract. de ratiocinijs, c.21. à n.20.* ubi ponderat *legem. 3. tit. 5. lib. 9.* ibi: † * *por cargo y descargo,* * quia antea, quam expēsi ratio habeatur, in suspenso erit, quanta sit reliqua. Et ita cōcludit, Scobar, *n.22.* ꝙ judicatur in Regali Cancellaria Pinciana, & novissimè Rodrig. *de execut. c.1. art.3. à n.20. & 21.* & practicam procedendi tradit Autor Curiæ Philippicæ, *2.p.* §.4. *verb. cuentas, n.2.* ubi resoluit nostram quæstionem, ꝙ judex nō facit vim, exequendo appellatione remota, * *quando los contadores estan conformes, o cō tercero en discordia.* * Secus verò non servata illa forma, ut tradit, Gutier. *ubi supr.* quod nota, * *para las cuentas que se toman a Roque del Valle, receptor de la santa Yglesia,* * in quibus non fuit servata forma juris.

## QVÆSTIO CXLIII.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, procedendo contra laicos Alchimistas, adoratores dæmonum, blasphemos, excommunicatos per annum, Sortilegos, imagines deturpantes. Incantatores, libros prohibitos habentes, & contra laborantes in diebus festivis, & dantes pocula amatoria, apostatas, Renegatos, Ensalmatores, maleficos, thesaurum quærentes artibus magicis, & comedentes carnes in diebus prohibitis.*

HÆc proposita quæst. plures continet casus in quibus sigillatim possem formare articulum violentiæ. Sed brevitati consulendo, cum casus de facto contigerit, videbis eos congestos *in praxi Episcopali* Cærolæ, *verb. casus,* ubi eos & alios refert, & fundat favore jurisdictionis ecclesiasticæ, in quibus judex ecclesiasticus non faciet vim procedendo contra laicos, qui similia crimina perpetrarunt: & plures casus refert Curia Philippica, *3.p.* §.2. *del fuero eclesiastico,* & Bobad. *lib.2.c.17. & 37. & 47.*

## QVÆSTIO CXLIV.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciet vim, exequendo contra laicum pro legato pio dotis, vel alimentorum; vel relicto alicui pio loco, capellæ, vel hospitali.*

DE Iure nostro Regio est pœna imposita cōtra laicū, qui coram iudice ecclesiastico convenit

venit laicum, ut *in l. 10. tit. 1. lib. 4. recop.* qua inspecta, videtur dicendum, judicem vim facere, & actorem in pœnam legis esse condemnandū, ut docet, Azeued. *in d. l. 10. à n. 49. cum seqq.*

Sed contraria opinio verior, & receptior est, quia judex ecclesiasticus est competens in solutione legati pij: quia laici in concernentib. pietatem subduntur Episcopo, *gl. 1. & ult. in c. relatum, de testam.* ubi Couuar. & nostram quæstionem resoluit, Ioan. Gutier. *li. 3. pp. q. 29. à n. 2.* ubi tenet contra Azeued. & tam de jure communi, quam regio, fundat suam opinionem. Si verò aliquis præveniat, ipse erit judex, & non poterit inhiberi altero.

S V M M A R I V M.

1 *Causæ possessoriæ celeritatem desiderant.*
2 *Inhibitio judicis appellationis, in executivis non admittitur.*
3 *Cōtraria opinio in quæstione proposita refertur.*
4 *Distinctio proponitur.*
5 *Appellatio in judicio possessorio aliquando admittitur.*
6 * Inhibitorias sin vista de processo, no son validas.

## QVÆSTIO CXLV.

*Vtrum iudex ecclesiasticus appellationis faciat vim, inhibendo in iudicio possessorio iudici à quo.*

1 CAusæ † possessoriæ sunt celeriter terminādæ, ut supra demonstratum est, in tantum, quod appellatio non suspendit executionem, ut *in l. 1. C. si de momen. possessione fuerit appellatum;* & tradit Antonius Gomez, *in l. 45. Tauri, n. fin.* Molina, *lib. 3. de Hispanorum primog. c. 13. n. 9.* Gutier. *1. p. canon. c. 34. n. 99.* Solis, *de censibus lib. 2. c. 1. n. 11.* Gracian. *reg. 413.* & de jure canonico illud procedere, tradit Lancell. *de attent. 2. p. c. 12. n. 19.* & Iosephus Ludovicus, *decis. 20.* Bernard. Diaz, *reg. 56. limit. fin.* Couarr. *pp. c. 23. n. 8.* Alex. Trentacinq. *variarum resol. lib. 2. in resol. 14. per totam,* ubi declarat hanc materiam *legis unicæ.* Quibus sic propositis, dubitatio est, an valeat inhibitio judicis ad quem? & an virtute illius sit retardanda executio sententiæ? Et † ex supra traditis, videtur dicendum, judicem ecclesiasticum appellationis vim facere, quia virtute inhibitionis, intendit executionem, ut tenet Sigism. Scacc. *in tract. de appell. q. 17. limit. 6. membr. 2. n. 24.* ubi dicit, quod quæ fierent post inhibitionem, non dicerentur attentata, & cum hac opinione transit, *in membr. 7. n. 103.*

3 Sed † contrariam opinionem defendit, Aufrer. *ad Capellam Tholosanam, dec. fin. n. 5.* ubi limitat dicta jura, quando datur inhibitio: quia tūc judex à quo debet retardare executionem, quā opinionem sequitur Lancell. *de attent. 2. p. c. 12. limit. 25. p. principali, n. 16. & 17.* & de communi observantia agit, Aufrer. *supra.*

4 In † qua varietate distinguendum esse puto; quia aut inhibitione exprimitur aliqua justa causa appellandi, quæ constat ex actis, & tunc appellatio debet admitti, quo ad effectum suspēsivum, & devolutivum; & sic inhibitio recto jure procedit, ita Bart. *in l. fin. n. 2. vers. sequitur. ff. de appellat. recip.* Bald. *in l. quisquis n. 1. in fin. C. quorum appell. non recip.* & † quod appellatio admittatur etiam in judicio possessorio, quando ratio appellandi est in promptu, tradit, Contard. *in d. l. unica, q. 1. n. 8.* Si verò appellatio non sit legitima, ex causis contentis in ipso processu, tunc executio non retardatur, & judex ad quem, faciet vim, inhibendo judici à quo, ut tradit Contard *d. q. 1 n. 37.* & sequitur, Sigism. Scacc. *d. q. 17. limit. 6. membr. 7. n. 103. & in vers. infero,* * † *Adonde lo trae por singular para las inhibitorias que sin vista de processo da la Rota, y el Auditor de la Camera,* * q̄ non sunt paredę, nisi prius eis cōstiterit, de meritis judicij possessorij, viso pcessu; q̄ habui de facto, & sic obtinui. Quia, ut dicit, Scaccia, *de appellationib. q. 10. art. 4. vers. imo,* quòd tanta inducitur facilitas inhibendi in Roma, ut notarij in suis indicibus ponant decretum, quod judex inhibuit, & volunt ex hoc appellantes introducere stylum. 5 6

## QVÆSTIO CXLVI.

*Vtrum iudex appellationis faciat vim, proferendo sententiam definitivam, post lapsum temporis, ad prosequendam appellationem.*

POst terminum à jure concessum ad prosequendam appellationem, nō admittitur appellans, nec appellatus, cū appellatio remaneat deserta. ita pbatur, *in clem. si appell. de appellat.* Et sic sētētia definitiva lata in causa appellationis, post lapsum tēporis prosequēdæ appellationis, non valet, tanquam lata à non suo judice, ita tradit glossa *magna, in d. clem. si appellationem, per illum textum,* & tradunt Hostiensis; & Butriu., *in c. extat, de appellationibus,* Alex. *cons. 114 n. 5. vol. 1.* Rota, *dec. 605. tit. de appellationibus in antiquis,* ubi dicit ita fuisse observatum in Curia Romana. Et ratio est; quia sententia lata à non suo judice, est nulla, *c. at si clerici, de judiciis,* & sic, cum sententia lata post lapsum prosequendę appellationis, dicatur lata à non suo judice, sequitur, quòd sit nulla: quia perinde est, ac si non fuisset appellatum, & sic jurisdictio redit ad primum judicē, *lex secunda, in fine, C. de temporib. appellation. lex. si contra, C. de appellationibus.* Ex quibus manifestè consequitur, judicem ecclesiasticum appellationis, vim facere, exequendo suam sententiam latam, post lapsum temporis ad prosequendum eam: & si à tali sententia appelletur, non est exequenda, ut declarat Alexander Trentacinq: *lib. 2. variarum resolutionum, in resolutione 5. tit. de appellationibus,* ubi illud declarat, & limitat, quando intervenit aliquod legitimum impedimentum, quia tunc est audiendus, ut docet Abbas, *in c. ex p. elsegundo, de rescriptis,* Federicus de Senis, *cons. 198.* Rota, *decis. 65. in novis, titulo de appellationibus,* Bellamera, *decis. 207.*

QVÆ-

## QVÆSTIO CXLVII.

*Utrum iudex ecclesiasticus appellationis faciat vim, inhibendo iudici à quo, à tota causa, quando non fuit appellatum, nisi ab uno articulo separato.*

REgula juris est, quod in tantum judex appellationis potest in causa procedere, in quantum est appellatum ab eo: quia in articulo non appellato, non est judex, ut tradit Paulus Parisius, *cons. 66. n. 5. & 9. lib. 1.* ubi resoluit, quod ubi sententia continet plura capitula separata, si appellatur ab uno, in reliquis sententia transit in rem judicatam, & mittetur executioni: quia quot capita, tot sententiæ. & sic, licet multa capita sint definita unica scriptura, & unico contextu probationis sententię, tamen tot sunt sententiæ, quot sunt capitula. Et sic inhibitio non debet operari effectum ultra casum, in quo appellatio est interposita. Quare si inter partes litigetur super diversis prætensionibus, vel super diversis pecuniarum summis, ex causa separata debitorum, non committitur attentatum, nisi respectu illius capituli, vel summæ à qua fuit appellatum, ut docet Lancell. *de attentatis, limitatione 2. sub n. 17.* & sic judex ecclesiasticus videtur vim facere, inhibendo judici à quo in tota causa, & in omnibus capitibus, à quibus non fuit appellatum: & sequitur istam opinionem Francus, *in c. super eo, n. 5. de appellationibus.*

Sed pro judice appellationis, est verior & receptior opinio, & practica, qui potest suspendere jurisdictionem in tota causa, & sic etiam quo ad articulum separatum, in tantum, quòd processus, post dictam inhibitionem causatus, esset ipso jure nullus, ita Alexand. *cons. 89. n. 9. libr. 1.* Rota, *decis. 1. aliàs, 138. de officio delegati, & decis. 65. aliàs, 461. de appellationibus,* quas decisiones refert, & sequitur, Lancell. *2. p. c. 12. limit. 19. n. 2.* Ego verò existimo, vim facere judicem appellationis, inhibendo in articulo non devoluto, & non appellato, nisi causæ sint connexæ, & adjunctæ, ut videtur sentire Sigismund. Scacc. *in tract. de appellationib. q. 18. limitat. 47. membro. 1. n. 27.* ubi dicit, quod decisiones Rotæ procedunt in articulis connexis; & sic, cum tota causa principali datur inhibitio, & est pareda: secus, si capitula fuerint distincta & separata; quia tunc judex appellationis, inhibendo judici à quo à tota causa, faciet vim.*

## QVÆSTIO CXLVIII.

*Utrum vicarius generalis huius Archiepiscopatus Toleti faciat vim, inhibendo vicario foraneo, à cognitione causæ.*

SÆpè vidi controverti, an isti Vicarij foranei possint inhiberi à tota causa, per vicarium generalem huius Archiepiscopatus? Et nuper fuit casus valdè controversus cum vicario * de *Ciudad Real*: * quia ex eo, quod fuit inhibitus à nostro vicario generali, in quadam portionariorum huius sanctæ Ecclesiæ Toletanæ causa, per viam violentiæ fuit delata ad Regalem Curiam Pincianam; ubi fuit decisa nostra quæstio favore vicarii generalis, ad quem tota causa fuit remissa. Quia, sicut potest appellari ab eorum sentētiis ad vicarium generalem, ut tradit, Rota *decision. 3. n. 8. de officio vicarij, in novis.* Abb. *in c. relatum, n. 8. vers. hinc est, de officio delegati* potest similitèr inhibitoriam adversus eos concedere: quia vicarius generalis Archiepiscopatus est omnibus foraneis superior, in præventione & appellatione, Rota, *diversorum, decis. 1131. p. 1.* Mohedanus, *decis. 5. de appellationibus,* Marchesanus, *in tract. de commission. 2. commiss. appellat. cap. 9. sub n. 19.* Et ratio est, quia iste vicarius reputatur pro delegato, & in vicaria delegata, potest appellari à vicario foraneo, ad vicarium generalem ordinarium, ut tradit, Baldus, *in l. à Proconsulibus, n. 1. in fine, de appellationibus.* & ex eo dicitur delegatus, quia causæ certæ sunt ei commissæ, circa personas, vel res, ut tradit, Ancharranus, *in cl. 2. n. 7. de rescriptis.* Quod non procedit in vicario generali ordinario, qui non habet causas limitatas, nec territorium, & sic dicitur ordinarius: & nostram opinionem tenet novissimè, Sigismūd Scacc. *in tract. de appellationib. q. 7. n. 26.* & ita est tenendum, & iudicandum, quando casus contingat.

## SVMMARIVM

1 *Dubitatur, an Iudex sæcularis cognoscere possit contra milites divi Iacobi, Alcantara & Calatravæ.*
2 *Opinio Doctoris Navarri fundatur.*
3 *Milites ordinum dicuntur religiosi, & gaudent privilegio fori.*
4 *Concordia restringit aliquos casus graves, in quibus dicti milites conveniuntur coram judicibus sæcularibus.*
5 *Prima opinio practicatur favore militum.*
6 *Dicti milites vocantur religiosi.*
7 *Qui percusserit militem Calatravæ, incurrit excommunicationem de qua* in capitul. si quis suadente diabolo, 17. q. 4.
8 *Decisio Regni Portugalliæ refertur.*
9 *Rex tanquam Magister ordinum est prælatus militum.*
10 *Rex non potest judici laico causas dictorum militum delegare, partibus reluctantibus.*
11 *Contraria opinio proponitur.*
12 *Dicti milites judicantur sæculares, cum gestent habitum sæcularem, & ducant uxores.*
13 *Milites ordinum, non faciunt tria vota solemnia religionis.*
14 *Doctores pro contraria opinione referuntur.*
15 *Dicti milites inter personas sæculares numerantur.*
16 *Sicut uxorati non possunt esse religiosi, similiter neque ipsi milites.*

17 Ca-

17 *Caput religionis militum, eſt perſona ſæcularis, & non eccleſiaſtica.*
18 Rex noſter Philippus, 3. *eſt magiſter ordinum divi Iacobi, Alcantaræ, & Calatravæ, & aliorũ.*
19 *Rex noſter Hiſpaniæ, tanquam etiam Rex Luſitaniæ, eſt Magiſter ordinis Ieſu Chriſti.*
20 *Membra non debent à capite recedere.*
21 *Milites ſancti Ioannis ſunt eccleſiaſtici, quia non ducunt uxores, & dicuntur religioſi.*
22 *Reſolutio quæſtionis traditur.*
23 *Caſus de facto refertur in cauſa domini Ferdinandi de Tolèdo equitis divi Iacobi.*

## QVÆSTIO CXLIX.

*Vtrum iudex conſervator militum divi Iacobi, Alcantaræ, Calatravæ, & ſancti Ioannis, faciat vim, procedendo per cenſuras contra iudicem ſæcularem, ut ſe abſtineat à cognitione, contra dictos milites.*

1 VIdimus † ſæpiùs de facto dubitari, an judex
laicus poſſit civilitèr & criminalitèr procedere, tam ex officio, quam ad partis petitionem,
adverſus dictos milites ſancti Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, & an inhibitio ſuorum judicum conſervatorum, vel conſilij ordinum, ſit
obtemperanda, & an cauſa ſit remittenda per
viam violentiæ ad Regia tribunalia, ſicut contingit in cauſis eccleſiaſticis? Et † partem affir-
2 mativam, ꝙ judex conſervator non faciat vim,
procedendo per cenſuras contra judicem laicũ,
tenet Navarr. *de reditibus eccleſiaſticis, q. 1. n. 55. & q. 3. n. 27. & 29.* ubi tenet; hos † milites eſſe reli-
3 gioſos, & gaudere privilegio fori, & per conſequens, eſſe conveniendos coram ſuis judicibus conſervatoribus, per Bullas ſuarum conſervatoriarum nominatis: quam ſentẽtiam tenet idem Navarr. *conſ. 21. lib. 3. & conſ. 13. tit. de rebus eccleſ.* Calderinus, *conſ. 30. tit. de regularibus*, Sylveſter, *in ſua ſumma, § eccleſia, n. 4. & § religioſi, el. 1. n. 3.* & Camillus Palermus, *in proœmio conſt. Regni Neapol. lib. 2. c. 19. § præfatis, in addit. n. 4.* quæ opinio eſt in praxi recepta, ut tradit Flores Diaz, de Mena, *lib. 2. variarum, q. 21. § 15. n. 215.* & Burgos de Paz, *conſ. 17. n. 215.* Gregor. *in l. 1. tit. 7. p. 1. verb. milites, ad fin.* Azeuedo, *in l. 14. tit. 5. n. 4. lib. 3. recopilation.* Ahumada, *in l. 1. tit. 7. part. 1. gl. 1. n. 1.* & alios refert, Bobadilla, *in ſua politica, lib. 2. c. 19. n. 10. litera E.* * *Adonde † refiere, que por una concordia*
4 *ſe limitò el caſo de traycion, y otros delitos graves,*
*ſiendo Preſidente de las Ordenes el Conde de Oſorno:*
*y † lo miſmo ſe ha de praticar, aunque el delito ſea*
5 *menos grave, como ſe comet a en el oficio, como ſi el*
*Cavallero de Abito fueſſe juez, o Regidor, o Familiar, o Secretario del ſanto Oficio.* * Quia tunc coram judicibus ordinariis ſæcularibus ſunt conveniendi, & puniendi, ut diximus, *lib. 4. comm. q. 1. n. 610.* Ioann. Garcia, *de nobilitate gl. 9. n. 33.* ubi dicit, ſic vidiſſe obſervatum. Et ratio noſtræ
principalis concluſionis eſt, quia † iſti vocantur 6
religioſi, ut *in cap. tuarum*, ubi gloſſa, *de privileg. cap. dudum, de decimis.* Et ſic † qui manus violen- 7
tas injecerit in militem ordinis Calatravæ, incurrit excommunicationem, de qua *in cap. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4.* ut ex Bulla Innocentij 3. tradit Gracianus, *regula, 175. n. fin.* Et ſic † fuit de- 8
ciſum in Regno Portugalliæ, ut tradit, Cabedo, *deciſ. 61. n. 6.* ubi dicit, quod † Rex tanquam Ma- 9
giſter ordinum, non † poteſt illorum cauſas lai- 10
co judici delegare, partibus reluctantibus.
Sed † contrariam opinionem firmat, & ſic 11
pro judice ſæculari facit, quia † dicti milites 12
non ſunt religioſi, ſed ſæculares, cum geſtent
habitum ſæcularem, & ducant uxores, & † non 13
faciant tria vota ſolemnia religionis, caſtitatis,
paupertatis, & obedientiæ: ita † Sarmiento *in 1.* 14
*defenſione ad 55. & 56. monitoriorum Navarri*, Molina, *de Hiſp. primogen. lib. 1. cap. 13. n. 98.* & tenet, Laſarte, *in tract. de gabellis cap. 19. n. 92.* Xironda, *in eodem tract. 7. in principio, n. 47.* ubi hanc dicit
magis communem opinionem, quòd † inter ſæ- 15
culares annumerentur, idem tenet Auend. *in cc. pp. c. 26. num. 11. in 2. parte*, Ioannes Gutierrez, *de gab. 7. parte, q. 99. ex num. 12. & in lib. 2. pp. quaſt. 111. n. 2.* & diſputat Menchac. *lib. 3. quæſt. illuſtr. c. 105. ex nu. 143. & lib. 3. de ſucceſſ. creat. § 30. n. 306.* ubi refert duas opiniones, & fray Manuel Rodrig. *quæſt. 1. de regularibus*, Couarruuias *in 4. decret. 2. parte, § 1. n. 18.* Soto, *lib. 7. de juſt. & jure, q. 4. articulo 3.* Et ratio eſt quia † uxorati non poſ- 16
ſunt eſſe religioſi, ſimilitèr nec iſti milites, ita Bart. *in l. ſemper, § quibuſdam ff. de jure immunitatis*, Bal. *in l. officiales, in fin. C. de Epiſcopis & clericis*, Abbas, *in cap. nullus, de foro competenti, & in cap. quamvis, de decimis*, Barbatia, *in cap. inquirendum, de peculio clericorum* ubi dicit, quòd iſti milites magis æquiparantur militibus armatæ militiæ,
quam clericis. Quæ † ſententia confirmatur ex 17
eo, quia ſæcularis, & non eccleſiaſticus, eſt caput dictarum religionum, & magnus Magiſter
ordinum: prout † eſt noſter Rex Hiſpaniæ, quia 18
eſt Magiſter ordinis ſancti Iacobi del Eſpada, Alcantaræ, Calatravæ, ſanctæ Mariæ de la Mer-
ced: & † tanquam Rex Portugalliæ eſt eques 19
ordinum Ieſu Chriſti, & tanquam Dux Burgundiæ habet ordinem equitum aurei Velleris, * *que llamamos del Tuſon*, * Et etiam eſt Magiſter equitum de la Vanda, ut tradit, Camillus Borell. *de Regis Catholici præſt. cap. 74. ex n. 1. & 4.* ex quibus rationibus manifeſtè deducitur, dictos milites coram judice ſæculari eſſe conveniendos,
cum caput ſuæ religionis ſit ſæculare, ne † mẽ- 20
bra diſcedant à capite contra juris regulas.
Quæ concluſio procedit reſpectu militum ordinis ſancti Iacobi, Alcantaræ, & Calatravæ
Secus † verò in militibus ſancti Ioannis; quia 21
ipſi verè religioſi judicantur, cum non ducant uxores, ita Felinus, *in cap. 2. n. 8. de foro competent.* Chaſſaneus, *in conſuetudinibus Burgund. rubrica 5. § 5. ſub num. 18. & in Catalogo gloriæ mundi, d. part. conſid. 4.* Duennas, *regul. 100. numer. 5.* Navarr.
Auend.

Avend. Azeued. *ubi supr.* & Tiberius Decianus, *in tract. crimin. 1. tom. lib. 4. c. 9. n. 36.* Gutierrez. *supra, q. 95. n. 12 in fin.* ubi dicit, hos milites gaudere privilegio canonis, & fori, ut tradit, Oldrad. *cons.* 118. Belluga, *in speculo Princip. rubricu. 7. n. 7.* Gregor. Tholosan. *syntagm. juris, lib. 15. 2. parte. c. 34.* Gregor. *in l. 1. tit. 1. gl. 1. in fin.* ubi Ahumada.

22 In † qua Doctorum varietate, licet pro utraque parte sint fortissima & validissima fundamenta, primam tamen superius relatam video semper in praxi observatam apud suprema tribunalia Regia: Sed ego in puncto juris, & de stricta disputandi ratione, non possum non secundam opinionem veriorem judicare, ex rationibus & fundamentis, de quibus supra: Sed minimè mutanda sunt ea, quæ certam habuerunt interpretationem, quia sic senatus censuit,
23 ut *in l. si de interpretatione, ff. de legibus.* Et † cum casus iste dum hæc scriberem de facto contigisset,* en una causa que se fulminò contra don Fernando de Toledo, Cauallero del Abito de Santiago, y sennor dei Ygares, Regidor, y Alferez mayor desta ciudad, el qual declinò jurisdicion del el Corregi dor desta ciudad, y se valio de su juez conseruador, el qual puso entredicho, y se sacò la ordinaria por via de fuerça del Consejo supremo de su Magestad, adonde consta de autos le remitio la causa a la Real Chancilleria de Valladolid, adonde se vio el processo, y se declarò, que el juez conseruador no hazia fuerça, y con esto se acudio al Consejo de las Ordenes, y se dio mandamiento para soltarle de la prision en que le tenia la justicia Real, y se puso preso por el dicho Consejo de Ordenes en el Monasterio de san Agustin desta Ciudad, con pleyto homenage, de que se presentaria en el dicho Consejo de Ordenes,* ubi causa agitatur, & ita pluries vidi judicatum.

## SUMMARIUM.

1 *Vacatio beneficij probatur ex resignatione facta causa permutationis.*
2 *Resignans privatur suo beneficio, per resignationem.*
3 *Resignatarius habetur pro mortuo, & privatio inducitur ipso jure.*
4 *Resignatio facta coram Papa, vel ordinario, statim abdicat jus, in tantum, quod resignans remanet sine titulo.*
5 *Resignatio sub conditione facta est nulla, donec conditio adimpleatur in forma specifica.*
6 *Contraria communis opinio proponitur.*
7 *Resignatio si non habeat effectum, possunt permutantes redire, ad beneficia resignata.*
8 *Beneficium resignatum causa permutationis, non vacat simpliciter, sed ita demum, si conferatur.*
9 *Ius quod alteri non quæritur, à me non abdicatur.*
10 *Concordia opinionum refertur.*
11 *Titulus novus est necessarius, quando primus fuit extinctus.*
12 *Resignatio conditionalis, vel respectiva, non sortitur effectum, conditione non secuta.*
13 *Resignatio conditionalis, quæ non habuit effectum, perinde est, ac si facta non fuisset.*
14 *Possessio beneficij, & actio spolij, remanet penes resignantem, si conditio non sit impleta.*
15 *Conditio suspendit actum in eventum conditionis.*
16 *Gratia conditionalis est imperfecta, conditione non secuta.*
17 *Conditio nihil ponit in esse, donec conditio impleatur.*
18 *Summus Pontifex non intendit admittere resignationes conditionales, conditionibus non impletis.*
19 *Renunciatio facta ex certa causa est nulla, si causa non sequatur.*
20 *Renunciationes habent tacitam conditionem, ut pacta serventur.*
21 *Renunciatio ex quacunque causa non habeat effectum, non perditur jus beneficij.*
22 *Resignatio beneficij, ad cujus titulum fuit aliquis ordinatus, non valet, si congrua sustentatio retenta non fuerit.*
23 C. 2. sess. 21. Concilij Tridentini *declaratur, & num. 30.*
24 *Ordinatus ad titulum beneficij, non potest illud resignare, nisi retenta congrua sustentatione.*
25 *Patrimonium ad cujus titulum aliquis ordinatur, non potest vendi, nisi aliunde commodè ordinatus vivere possit.*
26 *Clerici in minoribus ordinibus constituti possunt sua beneficia resignare sine licentia ordinarij, licet aliunde non habeant, unde vivere possint.*
27 *Congrua sustentatio quæ dicatur, ut resignatio valeat, relinquitur arbitrio ordinarij.*
28 *Beneficium dicitur esse tenue, quando ejus reditus non sufficiunt pro necessario victu clerici, ejusque familiæ.*
29 *Centum pro rectore solent designari de stylo Curiæ, pro congrua sustentatione clerici.*
30 *Ordinarij licentia à principio alienationis non requiritur, quando ordinatus retinet congruam sustentationem.*
31 *Verba* Concilij Tridentini, in dict. cap. 2. & constitutiones Pij, V. *referuntur pro hac opinione.*
32 *Ingrediens religionem potest absque licentia ordinarij resignare beneficium.*
33 *Alienatio bonorum, ad cujus titulum aliquis fuit ordinatus, est valida, sine licentia ordinarij, si ordinatus retineat bona, ex quibus commode vivere possit, nec ob hanc causam pœnam incurrit.*
34 *Capellaniæ juris patronatus resignatio, favore certæ personæ, est nulla, sine consensu patronorum.*
35 *Resignatio simoniaca non abdicat jus.*
36 *Resignatio facta in manibus non habentis potestatem recipiendi, est nulla.*
37 *Resignatio facta, non expresso vero valore, vel non servata forma, mandati procuratorij est nulla, & non abdicat jus à resignante.*

38 Re-

38 *Resignans non facit fructus suos, postquam resignatio fuit admissa, & referuntur sex opiniones*
39 *Prima opinio in quæstione proposita refertur.*
40 *Resignans tenetur restituere fructus perceptos, post admissam resignationem.*
41 *Resignans potest percipere fructus beneficij, donec sibi intimentur literæ expeditæ resignationis.*
42 *Resignatio debet esse nota, vt resignanti, non verò particulariter.*
43 *Literæ resignationis possunt expediri in Curia Romana, & tamen pars poterit provisione sibi facta non vti.*
44 *Fructus beneficij resignati, debentur resignatario à die captæ possessionis, juxta secundam opinionem.*
45 *Fructus sequuntur dominium.*
46 *Tertia opinio in quæstione proposita refertur.*
47 *Resignatarius vsque ad diem datæ supplicationis potest percipere fructus.*
48 *Consensus præstitus in renunciatione retrotrahitur ad tempus datæ.*
49 *Quarta opinio in quæstione proposita refertur.*
50 *Quinta opinio in quæstione proposita, adducitur.*
51 *Fructus debentur resignanti, vsque ad diem præstiti consensus, & ab illa die incipiunt deberi resignatario.*
52 *In Resignationibus respectivis & conditionalibus attenditur tempus præstiti consensus.*
53 *Resignatarius vsque ad diem præstiti consensus potest pœnitere.*
54 *Fructus debentur à tempore, quo transfertur dominium.*
55 *Si literis resignationis jam expeditis, tempus labatur, fructus medio tempore percepti, pertinent ad resignatarium.*
56 *Consensus respectu fructuum retrotrahitur.*
57 *Resignans in foro conscientiæ, potest fructus percipere, donec literæ resignationis intimentur.*
58 *Sexta opinio authoris proponitur, adducens concordiam inter beneficium simplex & curatum.*
59 Capitulum cum secundum Apostolum, de præbendis, *expenditur pro prima opinione.*

## QVÆSTIO CL.

### *Vtrum Iudex ecclesiasticus faciat vim, qui admittit resignantem ad beneficium, appellatione remota.*

DVbitatur apud Iuris Interpretes, de quæstione proposita, in qua sæpenumero contingit, quòd postquam aliquis ritè & rectè alicuius favore, beneficium resignavit, postea pœnitentia ductus, vel quòd ex alia causa resignatio admissa non fuerit, velit ad illud iterum admitti; an possit absque novo titulo, & collatione, resignatarius ad beneficium resignatũ redire. Et partem negativam, & sic quòd requiratur nova collatio, tenet Rota, *in novis titulo de renunciatione, decis.1. num.4. & in titulo, de filijs presbyterorum, decis.1. & in titulo, de rerum permutatione, in antiquis decis.16. num.6.* vbi resolvitur, hãc opinionem esse tutiorem, & veriorem: quam sequitur Federicus de Senis, *consil.156.* Felinus, *in capitul. cùm venerabilis, de exceptionibus*; vbi plures refert pro hac sententia, quam sequitur Decius, *in dicto cap. cùm venerabilis, num.73.* vbi hanc dicit magis communem opinionem, & de magis communi attestatur Selva, *de benefic. 3. parte, quæst.24.* vbi dicit, ab hac opinione non esse recedendum, resolvens, esse magis æquam & securiorem, & sequitur Redoanus, *de simonia, 1 part. cap.10. num.30. & 31.* Mascardus, *de probationibus, volum 3. conclus.1396.* vbi dicit, quod † vacatio 1
beneficij probatur ex resignatione facta permutationis causa, & quòd inducit veram vacationem: idemq; tenet Miles, *in suo repertorio, verbo, beneficij reservatio,* & Bellamera, *decis.87. & in tractat. de beneficiorum permutatione, quæst.1. tertiæ partis principalis, num. 6.* & ratio potissima est: quia † renunciatione privatur resignans suo 2
beneficio, vt est communis opinio, ex traditis per Paulum Parisium, *consil.143. num.19. volum.1.* Antonius de Buttrio, *in cap. veniens, num.27. de renunciatio.* vbi Abb. *nu.6.* decisio Tholosana, 286. & probat textus, *in cap. ex transmissa. illius tituli,* ibi: *Verùm quoniam jam dicta ecclesia ab ea soluta dignoscitur, ex quo ea, quæ sibi contulerat, ad petitionem suam resignavit eidem.** Per quem text. idem tenet Flaminius, *de resignation. benefic. lib.1. quæst. 5. num.1.* vbi resolvit, † quòd hæc privatio fit 3
ipso jure, & habetur pro mortuo, & perditur titulus, & possessio civilis & naturalis, vt tradit Menochius, *de recup. remedio 1. num.165.* & Navarrus, *supra, num.11.* Fuscus, *de visitatione, libr.2. cap.28. nu.24.* pro qua opinione facit text. *in cap. solicitè, & in cap. accepta, de restitution. spoliatorum:* vbi † resignatio facta coram ordinario, seu coram Romano Pontifice, statim abdicat jus; in 4
tantum, quòd resignãs remanet sine titulo, etiã colorato, videtur beneficium haberi pro derelicto, & illud vt vacans potest liberè conferri, aut impetrari; vt notant Abb. Antonius de Butrio, & Imola, *in dictis juribus,* Cassiodorus, *titul. de restitut spoliatorum, decis.4.* Puteus, *decis.158. nu.4 libr.3.* vbi dicit, sic fuisse decisum in Rota, Anno 1548. pro Francisco Pesguera, civitatis Burgensis, contra Gasparem de Avellaneda, resolvens, quod est cõmunis opinio, quòd amittatur etiã possessio civilis & naturalis, per talem resignationem, Mandosius, *in regula Cancellariæ, de impetrat. beneficiorum vacantium per obitum familiaris, Cardin. quæst.31. num.16. & de signatura gratiæ, tit. regressus, & accessus, cap.2.* & Mohedanus, *decis.83.* & hanc dicit communem omnium Doctorũ, & in praxi observatam, Parisius, *de resignatione beneficiorum, lib.1. quæst.5. num. 8. & 9.* vbi plures

 refert

refert Doctores & decisiones pro hac opinione, intelligendo eam in resignatione simpliciter, &
5 absolutè facta: secus † verò, si ob aliquam causam, vel conditionem, quia tunc prius conditio debet in forma specifica adimpleri, quã resignatio locum habeat, arg. text. in l. qui haeredi, l. Maevius, ff. de conditionib. & demonstr. quia renunciationes ob causam, habent implicitam tacitamq; conditionem, vt pacta serventur, vt docet Angelus, in cons. 59. n. 8. Parisius, cons. 114. n. 7. volum. 4. Redoanus, de simonia, 3. part. cap. 3. n. 9 aliàs enim nova collatio necessaria est, vt tradit Boërius, decis. 2. n. 16. Mandosius, supr. quaest. 12. in fine, dicens, in permutatione duos actus considerari, hoc est, cessionem resignantis, & collationẽ resignatarij: & sic, cum beneficium per renunciationem verè vacet, sequitur, quod sine nova collatione ad illud redire non possit, ita etiam tenet Parisius, in d. c. cum venerabilis, nu. 41.

6 Sed † his non obstantibus, indistinctè & generaliter contraria opinio verior est: & sic resolutivè tenendum est, vt resignãs in casibus praecedentibus possit redire ad beneficium resignatum sine nova collatione, Rota, tit. de restit. spoliatorum, in antiquis, decis. 7. Mohedanus, decis. 325. Parisius, cons. 5. nu. 7. vol. 4. Puteus, in d. decis. 523. lib. 2. & 297. num. 5. & 297. n. 2. lib. 2. Hugo de Celso, cons. 45. nu. 5. & pro hac opinione fuisse judicatũ resolvit novissimè Flami. lib. 1. q. 14. n. 6. de resign. vbi alios refert & sequitur, pro hac opinione, quã sequitur Anania, in c. 1. de rer perm. De-
7 cius in d. c. cũ venerab. n. 73. vbi dicit, quod † quotiescumque resignatio non habet effectum, possunt permutantes redire ad beneficium, sine nova collatione, & sequitur Ioannes Andreas, & Ioannnes Monachus, num. 6. in d. cap. 1. de rerum permutatione, lib. 6. quae opinio de consuetudine observatur, vt tenet Petrus Gregorius, in syntagmate juris, lib. 17. cap. 17. num. 33. vbi refert, ita fuisse judicatum in Senatu Parisiẽsi: 2. Mai. 1525. & 1539. vt etiam refert Rebuffus, de pacificis possessoribus, num. 166. & hanc dicit hodie communem, & magis communem opinionem, & resolutionem, & quod ita servatur de stylo, Parisius, suprà, nu. 12. & 14. Mascardus, vol. 3. de probationib.
8 conclus. 1496. nu. 12. vbi dicit, quod † beneficium resignatum causa permutationis non vacat simpliciter, sed ita demum, si sequatur consensus superioris, & conferatur permutanti, in cuius dispositionem resignatio saltem virtualiter fuit
9 collata: & † sic jus, quod alteri non quaeritur, à me non abdicatur, l. nec vtile, ff. quib. ex causis ma-
10 jores, l. qui absenti, ff. de acquirenda possess. In † qua Doctorum varietate, praedictae opiniones ad amicitiam & concordiam reducendae sunt: vnde duos casus constituo. Primus est, quando resignatio simpliciter facta fuit. Secundus, quando ob aliquam causam, vel cõditionem, aut modũ. In primo casu, cum resignatio beneficii non sit respectiva, statim facta renunciatione solemniter, possessio beneficii amittitur, & sic nova collatio necessaria est, & institutio canonica: aliàs enim nullo modo ad praedictum beneficium redire potest, ita resolvit Parisius, in dicto cap. cùm venerabilis, num. 44. de exceptionibus, in d. cap. accepta. Navarr. num. 31. oppositione, 7. de restitut. spoliatorum, & est glossa, in capit. quod Dei, de statu Monachorum, & est communis opinio secundum Flaminium, vbi suprà num. 20. dicens, quod † vbi 11
est extinctus titulus, quem quis habebat per praedictam renunciationem, sequitur, quòd novus sit necessarius. Pro qua sententia expendi potest textus, in clementina, 1. de rerum permutat. cap. 2. eod. tit. lib. 6. & ita de facto testantur servari domini Rotae, decis. 7. aliàs, 399. de rer. permut. in antiquis, & in decis. 18. aliàs, 863. num. 6. eod. tit. Quam resolutionem dicit tutiorem, & quod ita in practica servatur, Mascardus, suprà, num. 3. & hoc, sive permutatio, seu resignatio habeat effectum, sive non: quia ex parte illius: qui jam resignavit, vacat beneficium. At † verò in secun- 12
do casu, quando resignatio respectiva & conditionalis fuit, si non sequatur conditio, vel modus, potest resignatarius redire ad beneficium absq; novo titulo & collatione: quia illa resignatio conditionalis non abdicat jus, nisi conditionibus impletis, ita tenet Rota, decis. 4. tit. de rerum permut. in antiquis, Ias. cons. 86. libr. 3. Parisius, cons. 5. num. 7. vol. 4. Guido Papae, decis. 59. Cotta, decis. 318. & 321. Mandosius, in regula Cancellariae de impetr. benefic. vacant. per obitum famil. Card. quaest 31. num. 16 & in praxi signaturae gratiae, tit. regressus, & accessus, cap. 2. & ita saepiùs in Rota fuisse judicatum, resolvit Mohedanus, decis 8. Puteus, decis. 245. libr. 1. & ita anno 1579. resolutum fuisse in Rota, dicit Flaminius, suprà, libr. 1. quaest. 3. num. 8. vbi refert plures decisiones pro hac sententia. Et quod sit communis opinio omnium Doctorũ, & in practica observata, quia † 13
perinde est, ac si resignatio facta non fuisset, si conditiones non serventur: & † sic possessio 14
beneficij, & actio spolij, remanet penes resignãtem. Ita Palaeotus, decis. 148. Gabriel, cons. 185. num. 2. lib 1. Conditio † enim eius est naturae, vt 15
suspendat actum conditionalem, in eventum, vel defectum conditionis, l. sub conditione, ff. de condictione indebiti, l. cedere diem, ff. de verbor. significatione, l. si quis sub conditione, ff. si quis omissa causa testamenti, Menochius, cons. 63. num. 28. volum. 1. & cons. 78. num. 14. eodem volum, Corneus, cons. 237. num. 5. volum. 4. & est communis opinio, quod † gratia conditionalis est imperfecta 16
conditione non secuta. Ita tenet gloss. (per illum textum,) in cap. si pro te, de rescriptis, Menochius, cons. 105. num. 86. & 138. num. 15. eod. volum. quia † 17
nihil ponit inesse antea quàm impleatur, l. donatarius, ff. de donatione ob causam, gloss. in clement. 1. de concessione praebendae, Bartol. in l. 1. ff. de conditionibus & demonstr. Cephalus, cons. 37. num. 47. & cons. 56 & cons. 218. num. 10. volum. 1. Bursatus, cons. 47. num. 42. & cons. 42. num. 20. vol. 1. Navarrus, cons. 1. nu. 1. de conditionibus appositis. Ex quibus

bus evidenter constat, quod non adimpletis cõ-
ditionibus, jus non abdicatur à resignante, &
resignatio habetur ; ac si a principio facta non
fuisset : & sic non est necessarius novus titulus,
18 nec collatio : quia † summus Pontifex non intẽ-
dit admittere has resignationes conditionales,
nisi conditiones servetur, vt tradit Mohedanus,
*dict. decis.*83. Conradus, *decis.*423. & 338. Palæo-
tus, *decis.*33 Parisius, *cons.*114. *nu.*7. *vol.*4. vbi di-
cit, quod resignatio limitata debet observari, a-
liàs provisio illius erit nulla, Ancharranus *in ca-
pit. cum vniversorum, de rer. permut. num.*2. vbi di-
19 cit, quòd † renuncians ex certa causa, causa non
sequuta potest redire ad beneficium renunciatũ.
Idem tenet Geminianus, *in cap. si tibi beneficiũ,
num.*5. *de præbendis, libr.*6. vbi dicit, renunciatio-
20 nes † habere tacitam conditionem, vt pacta ser-
ventur : idem respondit Angelus, *cons.*59. *num.*8.
21 & sic † ex quacunq; causa resignatio vel renun-
ciatio non habeat effectum ; non perditur titu-
lus beneficii, neque eius provisio devolvitur ad
superiorem, veluti ; quando vnus permutantiũ
non habeat jus in beneficio, quod permutavit,
vel, si permutatio fuerit facta à resignante sub
hac conditione, si alterius beneficium assequa-
22 tur. Et † possumus etiam exemplum constitue-
re in resignatione beneficii ecclesiastici; ad cuius
titulum fuit aliquis ordinatus, non retenta con-
23 grua sustentatione, vt † *in cap.*2. *session.*21. *Concilij
Tridentini*, non vacat prædictum beneficium, &
sic non est necessarius novus titulus, nec colla-
tio, quem textum Concilij optimè declarat Fla-
minius Parisius, *de resignatione, libr.*5. *quæst. final.
num.*164. vbi resolvit, esse communem opinio-
24 nem, quòd † talis resignatio vel renunciatio sit
nulla, etiamsi fiat coram Romano Pontifice,
nisi constiterit coram ordinarijs locorum, quòd
aliunde commodè vivere possint, ita Navarrus,
*in manuali, cap.*12. *nu.*18. Sebastianus de Medicis,
*in l. fin. C. de legib. glossa* 3. *num.*312. & ita censuit sa-
cra Congregatio Cardin. *anno* 1588. & resolvit
25 Rota, *in vna Hispalensi*, 1578. quod † quidem etiã
procedit, quando ad titulum patrimonii aliquis
fuerit ordinatus, quia nisi comodè vivere pos-
sit, non poterit vendere ; nec alienare prædicta
bona, cùm non deceat eos, qui divino ministerio
adscripti sunt, cum ordinis dedecore mendica-
re, aut sordidum aliquem quæstum exercere, vt
*in cap. diaconi, distinct.*93. *cap. ad supplicationem, de
renunciatione* ; & hæc est præambula intentio
26 Concilii, *in d. cap.*2. cuius † dispositio à ratione
cessante, non habebit locum in clericis in mi-
noribus ordinibus constitutis, qui possunt re-
signare sua beneficia, licet aliunde non habeant,
vnde vivere possint. Ita Covarruvias, *in* 4. *decre.
2. parte, cap.*6. §. 3. *num.*5. Mandosius, *in regula de
malè promotis, quæstion.*1. *in fin.* & hanc dicit com-
munem opinionem, Flaminius, *suprà, n.*178. Quę
† verò dicatur sustentatio congrua, vt resigna-
tio sortiatur effectum, relinquitur judicis ordi-
narii arbitrio, qui considerata qualitate perso-
narum, locorum, & temporum, judicabit, vt in
simili scribit Geminianus, *cons.*15. & *in cap. sicut,
de supplenda negligentia prælatorum & in cap.* 1. *de
præbendis, libr.*6. Menochius, *de arbitrarijs, casu*
216. *n.*12. Hojeda, *de beneficijs incompatabilib.*1. *p.
cap.*19. *à numero* 33. *vsq; ad finem.* Et subdit Meno-
chius, *supra*, quod † prudens judex poterit judi- 28
care illud beneficium esse tenue & parvũ ; cuius
reditus non sufficiunt pro necessario victu cle-
rici, suæq; familiæ : solet † tamen de stylo Curiæ 29
pro congrua sustentatione, centum pro rectore
designari, vnde alienatio, vel resignatio bono-
rum, aut beneficiorum, ad cuius titulum aliquis
fuit sacris ordinibus promotus, valida judicabi-
tur, si clericus retineat centum pro congrua. Ve-
rius tamen existimo, quòd hodie illa dicetur cõ-
gruæ sustentationis retentio, si ordinatus reti-
net beneficium quinquaginta aureorum ; cùm
illa quantitas reputetur ab ordinario sufficiens
à principio, vt clericus sacris ordinibus insigniri
valeat, ita Flaminius *suprà, libr.*5. *quæst.*6. *nu.*156.
quia nihil est in iure tã naturale, quàm vt omnis
res dissolvatur, per quascunq; causas nascitur :
quod adeò verum est, quòd † in hoc casu nulla 30
requiritur ordinarii licentia à principio aliena-
tionis, vel resignationis : & sufficiet ad evitan-
dam pœnam alienationis, & actus nullitatem, si
constiterit ordinario per legitimas probatio-
nes, ordinatum, tẽpore alienationis bonorum,
vel resignationis, aut renunciationis beneficii,
habere commodè, vnde vivere possit. Ita tenet
Quintana Dueñas, *in suo Ecclesiastico, lib.*3. *nu.*75.
dicens, quod hoc patrimonium non perpetuò,
sed ad tempus ecclesiasticum est. Et novissimè
nostram opinionem refert & sequitur Cenedo,
*in suis quæstionibus, quæst.*11. *nu.*9. vbi tenet, quòd
sit valida alienatio. Et illud nobis clarè insinuãt
† verba Concilii, *in dicto cap.*2. ibi : * *Nisi constito,* 31
*quòd aliundè vivere commodè poßit,* * & ibi : * *Aliter
facta resignatio nulla sit,* * & ibi : * *Atque illa dein-
ceps, sine licentia Episcopi alienari, aut extingui ; vel
remitti nullatenus poßint, donec beneficium ecclesia-
sticum sufficiens, sint adepti, vel aliunde habeant, vn-
de vivere poßint.* * Quæ limitatio ad omnia con-
tenta ; & tradita pro regula in sacro Concilio,
sunt referenda : quia dictio, * *nisi* * denotat exce-
ptionem, vt *in l. actione, C. de transactionib.* quam
sic intelligit, Seraphinus à Seraphino, *de privil.*
52. *num.*12. ita vt hic sensus affirmativè consti-
tuatur, ordinatus ad titulum patrimonii, vel be-
neficii, potest sine licentia ordinarii patrimoni-
um vendere, & alienare, beneficiumq; resigna-
re, si habeat aliundè, vnde vivere possit, & ita in
hoc sensu sunt etiam accipienda verba *constitu-
tionis* Pii V. 58. ibi : * *Sed nec horum vllus, sacro or-
dine mancipatus, nisi religionem ingressurus, valeat
vllo modo beneficium, vel officiũ ecclesiasticũ resigna-
re, nisi aliunde ei sit, quo in vita poßit commodè suste-
tari.* * Adverte, obsecro, ad illa verba, vbi parifi-
cantur illi duo casus, videlicet, quod ordinatus
habeat aliunde cõgruã sustentationẽ, vel † quod 32
ingrediatur religionem : in quib. casib. restringi-
tur regula, & dicitur quòd † valeat alienatio, vel 33

resignatio absq; licētia ordinarii (cōstito quādocunq; , q aliundè cōmodè tēpore renunciationis vivere possit) cùm in hoc casu cesset prohibitio Concilij, & ratio tex. *in c. de prabend.* & si hoc apertè cōstiterit, alienatione, vel resignatione jam facta, nō incurrit aliquā pœnā ordinat⁹, nec vitio nullitatis alienatio vel resignatio subjacebit: qui sensus & intellectus *ad d. c. 2.* Concilij, verissimus est, vt etiā resolvimus, *l. 1. p. 2. commun. q. 527. n. 8.* & docet Silvest. in terminis juris cōmunis, *verb. clericus, el. 4. n. 9.* ex quib. omnib. manifestè colligitur, quòd quomodocunq; resignatio sit nulla, jus non abdicatur à resignante; vt tradit Rebuff. *cons. 75. n. 4.* & est communis opinio Doctorum, vt suprà dictum est.

34 Ex qua resolutione infero, q † si beneficium iuris patronatus laicorū, vel capellania resignetur in favorē certæ personæ, sine cōsensu patronorū, vel sine legitima derogatione iuris patronatus, talis resignatio, vel renunciatio erit nulla, & ius remanet integrū apud resignātē, absq; novo titulo, & collatione, ita fuit resolutum in Rota, in vna Hispalēsi capellania S. Catharinæ, 10. *Decembr.* 1593. vt testatur Mohedan. *decis. 338.*
35 *& 323.* & Bursat. *cons. 411. n. 4. & 5.* Similiter † etiā resignans simoniacè, non abdicat ius à se ita, Innocent. *in c. cùm vniversorū, de rer. perm.* Rota, *decis. 7. tit. de renunc. in antiquis,* vbi Cassiad. *decis. 3.* Bursat. *sup. nu. 24. vol. 4.* & in vtroq; casu hanc dicit cōmunem opinionē, Paris. *lib. 1. q. 3. n. 65. cum*
36 *seqq.* vbi idem resolvit, quando † resignatio fuit facta in manib. nō habentis facultatē recipiendi resignationē, & tradit Guid. Pap. *decis. 172.* Navar. *in d. c. accepta, oppos. 7. n. 23. & 33. de restit. spol.*
37 & † in resignatione facta non expresso vero valore, vel facta à procuratore, non servata forma mandati, idem resolvit copiosè & eleganter Flamin. *sup.* alios plures casus referens, valdè vtiles, & quotidie in praxi contingentes.

38 Ex † qua resolutione venit explicanda alia, nō min⁹ vtilis, q̄ difficilis & practicabilis q̄stio, vtrum resignans, post resignationē simpliciter, vel sub conditione factam, possit percipere fructus beneficii resignati, & an cōsideretur temp⁹ resignationis (ita vt ex illa die non possit consequi fructus) vel tempus, quo literæ fuerunt expeditæ, vel datæ supplicationis, vel adeptæ possessionis? In qua difficultate variæ sunt Doctorum opiniones, quas brevitati consulendo recolligā.
39 Prima † n. opinio est, quæ loquitur indistinctè & generaliter, q resignās non possit post resignationem, fructus beneficii resignati percipere, ita Monach. *in c. si te. n. 30. de renunc. li. 6.* Paris. *cons. 39. vol. 4.* Rebuff. *cons. 22. nu. 19.* & ita fuit
40 decisum in Rota, *tit. de renūc. decis. 1.* & sic † si post renunciationē, vel resignationē solēniter factā, resignans percipiat fructus, tenetur ad illorum restitutionem, vt docet Monahus, & Paulus Paris. *sup.* & Rebuff. *cons. 22. nū. 19.* quia in hoc casu intrusus reputatur, vt respondit idem Paris. *cons. 143. n. 18. vol. 4.* Selva, *de beneficiis, 1. p. q. 11.* Lancellotus, *de attentatis, 1. par. c. 1. n. 73.* Decius, *cons. 111.* ex qua conclusione suboritur nostra † dubitatio, vsq; ad quod tēpus possit resignās illos percipere fructus ante receptionē literarum, in tantum q non sufficiat, vt resignāti notum sit, literas resignationis esse expeditas, nisi ei intimatæ 41
fuerint, ita Navar. *in d. c. accepta, n. 11.* quia † resignatio debet ei esse nota, vt resignanti, & sic iuridicè (prout dicimus, notum judici, vt judici,) 42
*l. hæc aūt, §. nō defendi, ff. ex quib. caus. in poss. eatur.* Decius, *cons. 205. n. 5.* Zabarel. *in clement. quia contingit, oppos. 3. de relig. domib.* maximè, quia † licet 43
sit notum resignanti, literas esse expeditas in Curia Romana, non tamen est notum, quod pars velit provisione sibi facta vti: vt animadvertit Franc. *in c. vt nostrum, col. 4. de appellat.*

Secundam opinionem refert idem Rebuff. (sibi contrarius) *cons. 186. n. 19.* vbi tenet, q † resignatario debentur fructus à die captæ possessionis; 44
quia tunc consequitur exercitium & effectu dominii, idē tenet Christoph. Rosia. *de benef. c. 14. n. 26.* dicēs, q resignatarius verè Dn̄s dicitur, & per consequens tanq̄ † ad Dn̄m spectant fruct⁹, 45
*l. fructus, l. in fundo, l. ex diverso, l. non solum, §. mcū, ff. de vsufr, l. si dominiū. C. de pignorib. l. Herennius. ff. de evict. c. conq̄stus, de vsuris,* Ruin. *cons. 25 & 55. nu. 23. lib. 2.* Cephal. *cons. 49. n. 13. & cons. 50. & 151. n. 14. & 215. n. 49. & 299. n. 13.* Navar. *cons. 7. n. 2. tit. de sentent. excomm.*

Tertiam † opinionem tenet Sarm. *in regula de publicādis, q. 7. n. 2.* vbi tenet, resignātē † posse percipere fructus, vsq; ad tēpus datæ supplicationis, & ex illo tempore ad resignatarium spectare. Et 46 47
pro hac opinione cōsuluit Flamin. *lib. 1. q. 6. n. 37.* & ratio huius opinionis est, quia post datā supplicationem, resignans amittit titulum beneficii, dominium, & possessionem, vt tradit Rota, *decis. 4. in novis, tit. de renunc.* vbi Cassiod. *decis. 2.* dicit, q † consensus præstitus semp trahitur ad tempus datæ, & ideo consensus formalis non est necessarius ad perfectionem gratiæ, si de eo aliunde constiterit, ita Paris. *cons. 45. num. 21. vol. 4.* Boërius, *decis. 348. n. 4.* 48

Quarta † opinio fuit aliorū Doctorū dicentiū, fructus deberi resignanti, donec ius plenum q̄ratur resignatario: q tūc q̄ritur, purificatis cōditionib., & post acceptationē factā ab ipso resignatario, ita gloss. & Ant. de Butr. *nu. 18. in c. cum pridē.* vbi Abb. *in fin. de pactis.* & ita pluries in Rota fuisse judicatū, & resolutū, tradit Flamin. *li. 1. q. 3. n. 4.* vbi etiā dicit, esse cōmunē opinionē omnium DD. Pro qua opinione adducitur text. *in l. necessario. §. quod si pendente, C. de periculo & commodo rei venditæ.* & sequitur Paris. *cons. 39. nu. 35. lib. 1.* 49

Aliam † verò, & sic quintam opinionem (maturius considerando) tenet ipse Flamin. *sup. num. 38.* dicens, fructus † deberi resignanti vsque ad diem præstiti consensus, & ab illa die incipere deberi resignatario: & pro hac opinione resolvit iudicasse, in causa sibi commissa Montis regalis, *Anno* 1585. Pro qua opinione consuluit Hieronym. Gabr. *consil. 192. num. 34.* & ratio 50 51

52 & ratio huius opinionis est: quia † in resigna-
tionibus respectivis, & conditionalibus, atten-
ditur tempus præstiti consensus (qui appellatur
formalis) vt *in c. cum vniversorum, de rerū permu-*
53 *tatione.* ita Puteus, *decis. 42.* & sic † vsq; ad illud
tempus præstiti cōsensus, potest resignans pœ-
nitere, vt resolvit Rota, & cōmunis styl° Curiæ,
secundum Bursatum, *cons. 39. vol. 4.* & plures pro
huius opinionis cōfirmatione decisiones, refert
& sequitur Flamin. *sup. nu. 19.* & hæc est vera &
54 certissima conclusio, quod † in omni materia
debentur fructus à tempore, quo trāsfertur do-
miniū, vt *in d. l. fructus, ff. de rei vend. l. traditionib.
C. de pactis.* & sic in resignationibus correspecti-
vis, præstito consensu jus abdicatur, & ex tunc
transfertur jus beneficij in resignatarium. Vnde
meritò resignans poterit percipere fructus, vsq;
ad diem præstiti consensus, & ab illa die incipiūt
deberi resignatario, cui plenum jus in beneficio
acquiritur. Quæ opinio in tantum procedit, &
55 vera est, quòd † etiamsi stetisset per aliquod tē-
pus, literis iam expeditis, accipere possessionē,
fructus percepti, vel medio tempore percipien-
di, & pendentes pertinent ad resignatarium, vt
resolvit Hieron. Gabr. *d. cons. 192. nu. 2. vol. 1.* cum
illicò præstito consensu, sine aliqua retardatio-
ne efficitur dominus ante adeptā possessionem.
Ita Archidiaconus, *in c. si tibi, de præbend. lib. 6.* vbi
Geminia. *n. 2.* Franc. *n. 7.* Alex. *cons. 121. n. 6. vol. 4.*
56 quia † consensus ratione fructuū retrotrahitur,
& perinde est, ac si facta fuisset collatio, & acce-
pta beneficij possessio, Rebuf. *cons. 22. nu. 19.* vbi
57 dicit, quod † vsq; ad notificationē resignationis
factæ, poterit in conscientia resignans fructus
percipere, quia potest præsumere, quod supe-
rior noluit resignationem admittere, vel quod
procurator non resignavit, aut pars nō curavit,
ita Probus *in additionibus ad Monachum, in c. 2. n.
30. de renunciatione, libr. 6. argum. text. in l. sed &
secus, § si absenti, ff. pro socio.*

58 In † quia Doctorum, & opinionum varietate,
verius distinguendum esse puto, quòd aut resi-
gnatur beneficium in forma gratiosa, aut in for-
ma digna: primo casu procedit hæc posterior o-
pinio: in secundo verò (maximè in beneficiis cu-
ratis) licet etiā in forma gratiosa fiat, procedit
opinio Rebuffi, dicentis, resignantē posse per-
cipere fructus, donec fuerint sibi intimatæ lite-
ræ expeditæ in favorē resignatarii; & sic donec
judicetur idoneus resignatarius ab ordinario,
non perdit titulum, nec possessionem beneficii
resignans, & vsq; ad illud tempus, ille proprius
& verus parochus dicitur, & non resignatarius;
quia ille supportat onera beneficii, audit confes-
siones, celebrat matrimonia, residet personali-
ter, vt tradit Flamin. *sup. q. 10. n. 4.* & sic congruit
rationi & æquitati, vt ad illum fructus pertine-
59 ant. Pro quā † opinione expendo tex *in c. cum se-
cundum Apostolum. 16. de præbend.* ibi: * *Cum secun-
dum Apostolum, qui altari servit, vivere debet de al-
tari, & qui ad onus eligitur, repelli non debet à mer-
cede,* * & ibi: * *Dignū est, vt ecclesiæ stipendijs sustē-
tentur, in qua, & per quā divinis obsequijs ascribun-
tur.* * Pro qua opinione expendi etiam possunt
tradita per Covarr. *lib. 1. variarum, cap. 15. nu. 12.* &
cum casus iste in praxi evenisset, vidi pluries iu-
dicatum pro hac mea opinione, coram ordina-
rio huius Archiepiscopatus Toletani: & cum
causa fuisset devoluta ad illustrissimum Nun-
cium Apostolicum, ita fuit obtentum: & sic ab
hac opinione nō est recedendum in iudicando
& consulendo: & aliter iudex ecclesiasticus, si
procedat appellatione remota, faciet vim.

## SVMMARIA.

1 *Iudices Ecclesiastici in multis casibus procedunt cō-
tra Laicos, secularem judicem præveniendo.*
2 Menochius *existimat, judicem laicum debere ec-
clesiastico impartiri suum auxilium pro exe-
cutione sententiæ, licet ab ea fuerit appellatū.*
3 *Sed contraria opinio verior est & defenditur.*
4 *Per appellationem extinguitur sententia.*
5 *Sive deferat appellationi, sive non deferat judex à
quo, nihil tamen facere debet in præiudicium
judicij Appellationis.*
6 *Historia* Capitol. *appellationem ex superbia non
recipientis recensetur.*
7 *Iudex Ecclesiasticus non debet procedere contra
laicum per censuras, etiamsi tūm nolit im-
partiri auxilium, cūm sententia Ecclesiastici
est translata in rem judicatam: sed debet re-
currere ad judices Regios supremos.*

## QVÆSTIO CLI.

*Vtrum Iudex ecclesiasticus faciat vim, proce-
dendo per censuras contra iudicem laicum,
qui noluit impartiri auxilium, pro exe-
cutione sententiæ, à qua appellatum
est ad superiorem.*

SOlent † Iudices ecclesiastici in multis casi- 1
bus procedere contra laicos, vt in crimine
vsurarum, & in matrimonio clandestinè con-
tracto, & in aliis pluribus casibus; in quibus est
locus præventioni: & lata sententia contra eos,
interponitur appellatio ad superiorem. Iudex
verò à quo, neglecta appellatione, intendit suā
sententiam executioni mandare, implorato au-
xilio brachii secularis: Iudex verò laicus dene-
gat auxilium, ex eo, quia appellatio interposita
est à dicta sententia, ecclesiasticus verò proce-
dit per censuras, contra eum, donec impartiatur
suum auxilium; ipse verò interponit appella-
tionē ad Pontificem, implorat auxilium regiū:
& dubitatur viso processu, apud regia tribuna-
lia, an dictus iudex ecclesiasticus faciat vim? Et 2
† videtur, quòd non, quia ad iudicem laicum
non spectat cognitio causæ principalis, nec exe-
cutionis, sed solum, impartiri auxilium adver-
sus laicum, cum sit legitimè condemnatus, &
cognitio causæ principalis ad ecclesiasticum
pertineat: & tenet Menoch. *de arbitrar. lib. 2. ca-
su 451. num. 3. & 4. centur. 5.*

Sed † his & aliis non obstantibus, contraria 3

4 opinio verior est, & receptior: quia † per appellationem extinguitur sententia, ita vt nullum operetur effectum; quia conservat statum appellātis in eo, quod erat ante sententiā; & sic omnia explicare potest, quæ poterat ante sententiam, vt in l.1. §.fin.ff.ad SCtum Turpill.c.bonæ.3.de confirmatione vtili vel inutili, c.venientes.de iureiur. & totos titulos nihil innovari appellatione interposita, quam opinionem in propriis terminis confirmat & illustrat Rulant. *in tract. de invocatione brachij secularis, c.24.* qué refert & sequitur Elcelius, *in tract. de appellat, c.6.n.8.* vbi dicit, judicem sæcularem non teneri judici ecclesiastico impartiri brachiū sæculare pro executione sententiæ, à qua fuit appellatum; & sic facit vim, procedendo per censuras, vt invocet auxilium. * *Y en este caso se ha de declarar, que haze fuerça el dicho juez ecclesiastico, y q̃ otorgue, y reponga;* * quia judici à quo appellatum est, incumbit, vt pendente causa appellatio-
5 nis nihil innovet: huius † enim judicii eā authoritas est, vt nihil in præiudicium eius fieri debeat à iudice, sive deferat, sive non, *lex sciendum, ff. de app. recipien. lex, appellat, C. de app.* quia ea interposita iudicis inferioris potestas cessat; & quiescit munus & manus, & ligatur eius potestas: & a-
6 liàs esset puniendus: vt † antiquitùs apud Romanos fiebat, vt expertus est Capitol. is namque, cum reus ab eo ius dicente, ad Cæsarem provocasset, statim in sellam altiorem ascendit, age, inquiens, hunc, causam apud Cæsarem habes, & sic reum, causa rursus cognita, damnaverat. Sed eius superbiæ pœnas apud Galbam Imperatoré luit, vt refert Gregorius Tholossanus *in syntagm. juris, lib.50.c.2.nu.18. & in part. juris canonici, lib.5. tit.15. c.2. lit. E.* vbi aliqua exempla animadversionis refert in iudices superbos, non recipiétes appellationem, vt etiam refert Clecelius, *in tract. de appellat. c.6.nu.103.* & post hæc scripta vidi Bobadillam, *in sua politica, libr.2. c.17. n.80.* vbi movet hanc quæstionem, & tenet nostram opinio-
7 nem, etiam si † sententia iudicis ecclesiastici fuerit translata in rem judicatam: quia si laicus non impartiatur auxilium, est recurrendum ad iudices Regios supremos, & non procedere per censuras.

## QVÆSTIO CLII.

*Vtrum Iudex ecclesiasticus faciat vim, non admittendo appellationem interpositam in causis civilibus à tertio, sine mandato.*

NOtissima est iuris conclusio, quod in causis criminalibus, possit extraneus appellare à sententia contra reum lata, etiam eo invito, *l. non tantum, 6. ff. de appellat.* & refert plures pro hac sententia, Sigismundus Scaccia, *quæst. 5. de appell. ex num. 44. extensione, 15.* quam regulam in civilibus procedere affirmat Petrus de Bella pertica, *in l. tutor. 27. nu. 2. ff. de appellat.* dum modo à parte legitima intra decē dies appellatio ratificetur, quā opinionem tenet, *Specul. tit. de appell.* §.1.n.7.lib.2. Ragelinus, *lib.2. in tract. de appellat. cap.1.* §.2. nu.81. in tantum quod lapsis decem dieb. de nihilo serviret ratificatio partis, vt tradit Guido Papæ, *decis.13. in tract. de appell. q.76.n.51.* Maranta, *in suo speculo. 6 p. actu.2. num. 218.* quem sequitur Sigismundus Scac. *in tractat. de appellat qu.5. num. 43.* & sic iudex ecclesiasticus faciet vim, non admittendo appellationem.

Sed contrariam opinionem, in quæstione proposita, tenet Specul. *d. §.1. num.14. libr.2* & sequitur Bertachin. *in tractat. de Episcopo. 5 p. libr. 4. num.31.* & cum hac transit Bertach. Sigism. *supra*, & ratio est, quia si pars nón ratificat appellationem intra decem dies, est nulla, ergo ratificatio dat vires appellationi; & aliàs est nulla, & per consequens nihil operatur dicta appellatio: & sic tene, judicem ecclesiasticum non facere vim, non admittendo appellationem. Et ita communiter apud omnes tam in foro sæculari, quàm ecclesiastico observatur.

### SVMMARIVM.

1 *Pars affirmativa quæstionis proponitur, & eius fundamenta.*
2 *Timor subornationis cessat, in causa appellationis.*
3 Lex per hanc, C. de temporibus appellationum, *declaratur.*
4 *Suspicio subornationis est imaginaria, & non necessaria.*
5 L. finalis, C. de testibus *declaratur.*
6 *Restitutio in integrum tantum operatur minoribus, quantum appellatio maioribus.*
7 *Vbi variatur instantia, variatur etiam finis agendi.*
8 *Doctores tenentes hanc opinionem referuntur.*
9 Bartoli *opinio reprobatur.*
10 *Contraria communis opinio negativa proponitur.*
11 Clement. 2. de testibus, *refertur, & declaratur.*
12 *Leges non dedignantur sacros canones imitari.*
13 *In casu dubio ad consuetudinem est recurrendum.*
14 Authent. de testibus, in §. quia verò *declaratur.*
15 *Timor subornationis magis potest in secunda instantia, quàm in prima subsistere.*
16 *Lapsus instantiæ perimit jus partis.*
17 *In prima instantia non possunt, publicatis attestationibus, produci testes de novo.*
18 *Doctores pro contraria opinione referuntur.*
19 *Testes possunt in causa nobilitatis produci super eisdem articulis, vel directo contrarijs.*
20 *In causa minoris, mulieris, rustici, & matrimonij limitatur regula.*
21 Lex, 4. tit. 9. lib. 4. recopil. *confirmat hanc vltimam opinionem.*
22 *Advocatus incurrit pœnam, faciendo articulos, super eisdem articulis primæ instantiæ.*
23 L. 29. tit. 16. p. 3. *declaratur, & non est correcta* per l. 4. tit. 9. lib. 4. recop.

## QVÆSTIO CLIII.

*Vtrum iudex ecclesiasticus appellationis faciat vim, admittendo testes in secunda instantia, super eisdem articulis, vel directo contrariis, appellatione remota.*

QVæstio hæc; de cuius interpretatione agi-
mus, ita difficillima est apud scribentes, ut
ex consensu omniũ indigeret Cęsarea decisione.
Et ut veritas luce meridiana clarior appareat, p
1 utraq; parte aliqua fundamenta adducã. Et † in-
primis pro affirmativa videtur dicendum, q li-
citum sit in ipsa causa appellationis examinare
testes, super articulis pductis in causa principa-
li, & super quib. jam testes fuerunt examinati &
publicati, textus *in l. eos, §. si quid a.* ubi glossa, *ver-
bo, prosequatur, C. de appellationib.* ubi succumbẽs
in causa principali, quia minus allegasse credi-
tur, potest plus probare in secunda instantia, co-
rã judice, qui de appellatione cognoscit, ubi gl.
illud docet *ver. addendo, inducendo testes super eodẽ
vel connexo capitulo,* & *ibi* illam opinionẽ tenent,
Bal. & Paul. qui dicunt, q, licèt Canonistæ aliter
sentiant *in clem. 2. de testib.* tamen q eorum opi-
nio est sequenda in foro ecclesiastico, & opinio
2 legistarũ in foro cæsareo: maximè, quia † (ut di-
cit Bal, *ibi*) non debet obstare timor subornatio-
nis, cum in causa appellationis, q est causa nova,
intervenit novus & terribilior judex, qui subti-
lius examinabit testes, & cõminabitur, si opus
3 fuerit. Rursus pro hac sententia facit tex. † *in l.
per hanc, C. de temporib. appellationis*, juncta gl. *fin.
in fin.* ubi si in causa principali opposui aliquam
exceptionẽ, q̃ vel non probavi in totum, vel mi-
nus legitimè pbavi, vel produxi aliquod instru-
mentum, q suspectum erat, potero absq; aliqua
difficultate in causa appellationis plenè proba-
re, ut veritas rei non obumbretur. & per illum
tex. illam opinionem tenuerunt *ibi*, Odofred. Ia-
4 cob. de Aret. Angel. Cyn. & Bal. dicens, q † illa
suspicio subornationis est imaginaria, nõ neces-
saria, quia (ut experiẽtia docet) testes graves nõ
possunt subornari. Facit etiã pro hac opinione
5 tex. † *in l. fin. C. de testib.* ubi testes, qui fuerũt exa-
minati, & publicati corã arbitro, possunt iterum
coram judice ordinario super eisdem capitulis
examinari: & idẽ probat tex. de jure regio, *in l. 38
tit. 16. p. 3.* ubi Greg. Præterea, confirmatur hæc
6 sententia ex eo, † quia quantũ præstat minorib.
restitutio in integrũ, tantũ præstat maiorib. ap-
pellatio, *l. præf. ff. de minorib.* sed sic est, q minor
restitutus ad probandum põ, publicatis attesta-
tionibus, pbare idem per testes meliores, & di-
gniores, & oĩ exceptione maiores, *l. 1. §. adversus,
ff. de novi oper. nunciat.* ergo sequitur, q idem sit
dicẽdũ in maioribus, ut eis ẽt liceat testes de no-
vo examinare super eisdẽ capitulis, maxime, ubi
variatur ẽt finis agendi, & sic diversitas judicio-
rum operatur effectum, q testes possint exami-
nari super capitulis antiquis, & in prima instan-
7 tia pductis, ut *in c. veniens, de testib.* Et † q varie-
tur instantia, est notissimum, ut *in l. ita demum, ff.
de app.* & finis agendi ẽt est diversus, quia in cau-
sa principali fuerunt producti testes, ut reus
condẽnetur: in causa verò appellationis, produ-
cuntur ad illum effectum, ut detegatur, an causa
sit justa, vel iniusta. Quã opinionem dicit cõmu-
nem legistarum, † gl. *ver. in appell. causa, in d. clem.* 8
*2. de testib.* & dicit cõmunem, Bar. *in d. l. per hanc,
n. 5.* Marian. *in c. fraternit. de testib. n. 27.* & Bonif.
*in d. clem. 2.* legistas communitèr tenere opi-
nionem illius gl. *in d. l.* per hanc opinionem ser-
vari in judicio sæculari, dicit gl. *in d. c. fraterni-
tat. vers. novis, in medio.* Et hanc dixit esse verã le-
gistarum opinionem Guido Papæ, *dec. 586.* Ang.
*cons. 155.* Curtius Sen. *in l. admonendi, n. 14. de jurej.*
& Curt. Iun. *in l. 1. is apud quẽ n. 53. C. de edendo*, ubi
dicit q ita judicetur in toto Ducatu Papiæ, Cor-
rasius, *in l. admonendi, n. 45. de jurej.* & dicit Oria-
nus, *col. 3. in c. quoniã contra falsam, de probatio.* hãc
esse cõmunem opinionem legistarum, & q ita
servatur in suo foro, & Curt. Sen. *sup.* dicit erro-
neã fuisse † opinionem Bart. *in d. l. per hanc,* dum 9
voluit, q in prætorio Iustiniani, publicatis atte-
stationibus in causa principali, non possint pro-
duci testes super eisdem articulis in causa appel-
lationis, pp timorem subornationis: q ratio mo-
vit Pontificem ad sic statuendum, *in d. c. fratern.
& in d. clem. 2. de testib.* quia eius opinio dãnatur,
& est contra rationem, neq; servatur in practica
in prætorio Cæsaris, q inquit esse menti tenen-
dum in practica, quia est de pane lucrãdo: & no-
vissimè hanc opinionem in practica esse tenen-
dã, docet Anton. Scappus, *l. 3. c. 63. n. 5. de jure non
scripto*, & novissimè disputat, Eletcelius, *in tract.
de appellationib. c. 6. ex n. 30.*

Quibus † non obstantibus, contraria opinio 10
verior est, & p ea facit text. expressus † *in d. clem.* 11
*2. de testib.* cuius verba sunt, **Testib. ritè receptis, &
eorum attestationibus publicatis, sicut non licet super
eisdem, vel directò contrariis articulis, alios, vel eosdẽ
testes in principali causa producere, sic non debet in
causa appellationis licere, cũ non minus in appellatio-
nibus, quã in principali causa, subornatio sit timẽda.**
Nec obstat, q tex. ille loquitur secundum æqui-
tatem juris canonici, & sic in foro sęculari nõ sit
servandus: quia respondeo, q cum de jure Cæ-
sareo sint in hoc variæ Doctorum opiniones, &
reperiamus text. expressum de iure canonico, il-
lius decisioni standum est, cum † leges non de- 12
dignentur sacros canones imitari, ut *in c. 1. & 2.
de novi oper. nunciat.* præcipuè, quia † si in dubio 13
recurrimus ad consuetudinem, ut *in l. si de inter-
pretat. ff. de legib.* à fortiori, in tanta diversitate o-
pinionum, debemus recurrere ad ius canonicũ,
ita docet, Abb. *in c. cum tempore, in fin. de arbitris.*
Præterea pro hac opinione facit tex. † *in auth. de* 14
*testib. §. quia verò*, ubi, qui produxit testes, & eo-
rum dicta didicit, non habeat licentiã, ulterius
uti testium productione. Qui tex. cum generali-
ter loquatur, nõ magis intelligendus est de pri-
ma instantia, quam de secunda, ut notat Aretin.
*in d. c. fraternitatis, n. 9.* Nec verum est, q Impera-
tor, *in d. §. quia verò*, non consideravit instan-

tiam, ſed tantum timorem ſubornationis, quæ
15 † magis contingere poteſt in cauſa appellatio-
nis, quã in principali: quia vbi teſtes ſunt pro-
ducti in cauſa principali, nõ tantum timetur de
ſubornatione, cùm ſperet producens, quòd be-
nè & concludenter deponet pro eo: ſed vbi ſunt
publicati, & videt, quòd nihil probant; tunc
valdè timeri poteſt ſubornatio. Quæ ratio ma-
gis cõſideratur in cauſa appellationis, cùm aga-
16 tur de maiori præiudicio, ex eo, quod † lapſus
inſtantiæ perimat ius partis, vt *in auth. ei qui ap-
pellat, C. de temporibus appell.* quod non procedit
in lapſu inſtantiæ cauſæ principalis, vt *in l. prope-
17 randum, C. de judiciis.* Vnde, ſicut † in prima in-
ſtantia, non poteſt fieri alia productio, *auth. qui
ſemel, C. de prob. l. 36. tit. 16. p. 3.* ita nec in ſecũda,
(quæ eius loco ſubrogatur) *l. ſi eum, §. qui iniuria-
rum. ff. ſi quis cautionib. l. cum apud Sempronium, ff.
judicatum ſolvi.* ita Areti. *ſupr. n. 9.* Salicet. *in d. l.
per hanc.* Præterea confirmatur hæc ſententia a-
18 pud legiſtas † ex *gl. in d. clem. 2. de teſtib. & in d. c.
fraternitatis*, vbi omnes DD. Bart. (ſibi contra-
rius) *in d. l. per hanc*, vbi dicit ſtandum eſſe præ-
dictæ decretali, *in d. cap. fraternitatis*, idem Bart.
*in d. l. eos, §. ſi quid autem, C. de appell. & in auth. qui
ſemel.* vbi Paul. & Salic. dicunt, hanc opinionem
eſſe tenendam de iure civili, & Speculat. *in tit. de
teſte, §. ſatis vtiliter.* Alex. *conſ. 63. n. 9. vol. 2. & 183.
vol. 6.* Aretin. *conſilio 109.* Barbat. *conſilio 35. volu-
mine 3.* Corneus, *conſ. 21. nu. etiam 3.* Guid. Papæ,
*deciſ. 14. & 347. & in conſ. 35.* vbi dicit, quod ita
ſervatur in Curia Delphinatus, Ripa, *in d. l. is a-
pud quem, n. 43.* vbi etiam deponit de conſuetudi-
ne, & obſervantia prædictæ clemẽtinæ, Afflict.
*deciſ. 216*, Roland. *conſ. 45. n. 13. vol. 2.* & ita fuiſſe
obſervatũ in Curia, tradit Thom. de Treviſan.
*lib. 1, deciſ. 43. nu. 3.* vbi per totam deciſionem de-
clarat *dictam clementinam, 2 de teſtib.* adducẽs 16.
limitationes, quam opinionem ſequitur Marſil.
*conſ. 43. n. 26. & conſ. 73. n. 20.* Ioan. de Amic. *conſ.
111. n. 7.* Purpurat. *in l. admonendi, n. 68. ff. de jureiu.*
vbi dicit, quod opinio Bart. *in d. l. per hanc*, com-
muniter approbatur, & in practica ſervatur. Et
dicit communem opinionem Pariſ. *in d. c. frater-
nitatis*, vbi Areti. *n. 8.* dicit eſſe magis communẽ,
& in Regno Caſtellæ hanc eſſe receptiſſimam
ſententiam aſſerit Covarr. *pp quæſtionum, cap. 18.
19 nu. 6.* vbi † illud limitat in cauſis, vbi de nobili-
tate agitur, & dicens, quod in Regio Granatenſi
Prætorio, admittuntur teſtes ſuper his interro-
gationib. & articulis, ſuper quibus fuerant ante
ſententiam examinati; & ſuper directo contra-
20 riis; quod † etiam eſt limitandum, in cauſa mi-
noris, & mulieris, & ruſtici, & matrimonij, ita
Paz. *in ſua praxi, 1. partis, 1. tom. 8. tempore, nu. 181.*
vbi alios refert, pro confirmatione huius limi-
tationis: & noſtram principalem concluſionem
ſequitur Didacus Perez, *in l. 4. tit. 19. libr. 3. ordi-
namenti, gloſſa 1.* Matienço, *in Dialogo relatoris, 3.
parte, cap. 46. num. 2.* Rojas, *in ſingularibus fidei,
ſingulari, 203.* Quam opinionem dicit commu-
nem, Villalobos, *in ſuo ærario communium, litera,
P num. 182.* Suarez, *allegation. 5.* Menchaca, *Con-
troverſiarum vſu frequentium, cap. 31.* Pro qua opi-
nione eſt hodie textus expreſſus † de iure Re-
gio, *in l. 4. tit. 9. lib. 4. recopilationis*, per quam le- 21
gem lites, & controverſiæ opinionum dirimun-
tur: & † ponitur pœna contra advocatos par-
tis, qui faciunt articulos, ſuper eiſdem articulis 22
primæ inſtantiæ, vbi Azeuedo, *num. 2.* refert ali-
quas limitationes, & ampliationes. Et eſt opti-
ma, & ſingularis † *Lex partita* (quæ eſt declara-
toria iuris communis,) *29. tit. 16. part. 3.* quam 23
dicit notabilem, Suarez. *ſuprà, allegatione 5. n. 6.*
quam intelligo non eſſe correctam *per dictam le-
gem 4. recopilationis*, cum loquatur in caſu ſpe-
ciali, vt literæ eius evidenter demonſtrant: & ſe-
cundùm hanc reſolutionem ſunt terminandi
articuli per viam violentiæ.

## SVMMARIVM.

1 *Sententia in cauſa poſſeſſionis, habet paratam exe-
cutionem.*
2 *Fructus, & expenſæ ſunt res ſeparatæ à principali
condemnatione.*
3 *Sententia in cauſa principali, non præiudicat, quo-
ad fructus.*
4 *Appellatio admittitur, in condemnatione fru-
ctuum.*
5 *Taxatio fructus non impeditur, per appellatio-
nem.*
6 *Contraria opinio in quæſtione principali proponi-
tur.*
7 *Appellatio, quæ impeditur in principali cauſa, im-
peditur in acceſſoriis.*
8 *Fructus ſortiuntur naturam judicij poſſeſſorij.*
9 *Reſolutio quæſtionis traditur ſecundum* Scac-
ciam.
10 *Opinio, & diſtinctio authoris refertur.*
11 *Fructus pendentes, vel ſeparati, differant.*
12 *Vna eademq; res, non debet diverſo iure cen-
ſeri.*
13 *Fructus naturales, & induſtriales, differunt.*
14 *Fructus induſtriales percipiuntur, eo tempore quo
coluntur.*
15 *Reſtitutio fructuum, non comprehendit induſtria-
les, extantes.*
16 *Opinio* Antonij Gomecij, & Mieres, *taxa-
tur.*
17 Lex defuncta, de vſufructu, *declaratur.*
18 *In venditione fundi veniunt fructus extantes
in eo.*
19 *Terrâ venditâ, non veniunt fructus ſeminati, ſed
naturales.*
20 *Reſolutio quæſtionis.*
21 *Praxis Curiæ Romanæ traditur, quando appella-
tur à condemnatione.*
22 *Sententia licet ſit connexa in condemnatione
fructus, eſt appellabilis.*
23 *Practica executionis refertur in quæſtione propo-
ſita.*
24 *Fructus quando ſunt reſtituendi, revocata ſenten-
tia per viam attentati? remiſſivè.*

QVÆSTIO

## QVÆSTIO CLIV.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo sententiam in iudicio possessorio, quo ad fructus, & interesse, appellatione remota.*

Contingit, ut post condemnationem rei petitæ, cōdemnetur reus, & violentus posses-
sor, in restitutionē fructuum, vel interesse; & dubi-
1 tatur, an † sicut sententia in causa possessionis
trahit paratā executionem, similiter in restitu-
tione fructuum; cum sit quid accessorium ad
causam principalē, & per consequens, debet se-
qui eius naturam. Ex contrario verò videtur di-
cendum, condemnationē fructuum habere jus
diversum, & non liquidum, & per consequens,
quod appellatio sit admittenda, in quantum at-
tinet ad executionē fructuum, licet secus sit in
causa principali, ut *in leg. unica, Cod. si de momen-
tanea possessione fuerit appellatum.* Et quòd ju-
dex ecclesiasticus faciat vim, exequendo appel-
latione remota, in fructus restitutione faciunt
2 sequentia: Primo, quia † fructus, & expen-
sæ, vel interesse, sunt res separatæ à principali
condemnatione; ergo substantiali et differentia
separantur in materia appellationis, ut arguit,
Sigismundus Scaccia, *de appellat. q. 17. limitat. 6.
membro 9. n. 36. vers. at fructus.* Secundo cōfirma-
3 tur hæc sentētia, quia † lata absolutoria in cau-
sa principali, non præjudicat quo ad fructus, cū
sint diversi à re principali, & possit contingere,
ꝙ debeat restitui res, & non debeant restitui fru-
ctus, ut tradit, Contardus, *in d. l. unica, limitat. 1.
ex n. 34. & 36.* Et in terminis hanc opinionem, ꝙ
4 † possit appellari ab executione fructus, & quod
sententia non sit exequenda, imo ꝙ admittatur
appellatio, tenet Bart. *in fin. §. jussis, in fin. n. 4. ff.
de appell.* Baldus, qui loquitur in condemnato ad
interesse, *in d. l. unica, n. 9.* dicens, quod si aliquis
in judicio possessorio sit condemnatus ad inter-
esse, & ad fructus, ꝙ potest à cōdemnatione fru-
ctus appellare, ut tradit Capella Tholosana, *dec.
92.* ubi additionator. Et ꝙ executio sit suspen-
denda quo ad fructus, appellatione pendente,
tenet Ripa, *in c. sæpè, n. 102. de restitut. spoliatorum,*
Afflictis, *decis. 77. sub n. 8. & 9.* Rolandus à Valle,
*cons. 77. n. 13. lib. 1.* Couuarr. *pract. c. 23. n. 8. vers. idē
erit,* Menoch. *de adipiscenda possessione, remedio 4.
q. 100. declar. 7. n. 868.* Crescen. *decis. 5. tit. de apel-
lat.* Vestr. *in sua praxi, lib. 7. c. 31. sub n. 8.* & sic licet
non detur appellatio, respectu possessionis, da-
bitur respectu condemnationis fructuum, Rota
5 diversorum, *decis. 43. p. 1.* Sed adverte, quod † ta-
lis appellatio non suspendet fructus taxationē:
quia taxatio, & liquidatio, non est noua cōdē-
natio, sed prioris declaratio, quæ fieri potest non
obstante appellatione, ut docet Guido Papæ, *in
tract. de appellat. q. 116. n. 78.* ex quibus constat, ju-
dicem ecclesiasticum vim facere, exequendo
suam sentiam, quò ad fructus & interesse, appel-
latione remota.

Sed † pro judice exequente sententiam in ju- 6
dicio possessorio, & executivo, etiam quo ad
fructus, & interesse, facit primo: quia † si non pō 7
appellari à sententia lata in causa principali, mi-
nus potest appellari super accessorio, puta, su-
per condemnatione fructuum, & expensarum,
& tradit Antonius de Butrio, *in l. Quinta Vallis.
n. 48. de jurejur.* Alexand. *in l. patris, n. 4. ff. de vul-
gari, & pup. subst.* Bossius, *in tract. crimin. tit. de ap-
pellat. n. 10.* Contard. *in d. l. unica, n. 24.* Ruginel. *de
appellat. §. 12. gl. 2. c. 5.* Secundo fulcitur hæc sen-
tentia, quia articulus incidens & accessorius, re-
gulatur secundum suū principale: quare, si causa
principalis est summaria, & omnes eius articuli
sunt summarij, ita Marsilius, *singulari, 17. num. 2.*
Natta, *cons. 121. n. 12. lib. 1.* Contardus, *supr. limitat.
1. n. 25.* maximè, quia † fructus sortiuntur natu- 8
ram judicij possessorij, quando veniunt accesso-
riè ad illud, ut arguit, Contardus, *ubi supr. limit.
1. n. 25.* & sic, cum non admittatur appellatio in
causa possessorij, sequitur, ꝙ neq; in causa fru-
ctus, quæ venit accessoriè, & in quandam con-
sequentiam, ad causam principalem.

In † qua varietate opinionum, primam opi- 9
nionem esse tenendam, & practicandam, ab ea-
què non esse recedendum in judicando, & con-
sulendo, tradit Sigismundus Scaccia, *de appellat.
q. 17. limitation. 6. membro, 9. n. 31.* ubi etiam dicit,
quod hæc opinio est favorabilis, & habet æqui-
tatem ad curandas lites.

Ego † verò meum judicium proponam: quia 10
res est assidua & controversa, & sæpe de facto
contingit, & si iudex essem, ita rem deciderem
& componerem; quia, aut agimus de executione
primæ sententiæ; & tunc non est exequenda quo
ad fructus, aut de sententia translata in rem iu-
dicatam, & tunc exequenda est facta liquidatio-
ne. Præterea, aut † loquimur de fructibus pen- 11
dentibus in ipsa re, quæ venit restituenda; & tūc
cum fructus pendētes sint pars fundi, sicut exe-
quitur sententia in fundo, similiter est exequē-
da in fructib. pendentibus appellatione remota.
Aut fructus sunt à solo separati, & tunc admit-
tenda est appellatio, si res non sit liquida, textus
*in l. fin. vers. penult. ff. de requirendis reis, in c. 1. §. fin.
de feudi cognitione, in usibus feudorum,* & ratio est
differentiæ secundum Baldum, *in l. 1. C. de fructi-
bus, & litium expensis:* quia in petitione reali vel
personali alicuius fundi, veniunt & includun-
tur fructus pendentes, absq; aliqua petitione,
vel declaratione, idem tenet Angelus, *in §. 1. in-
stitut. de officio judicis, n. 4.* quia cum fructus pen-
dentes pars fundi sint, non † debet una eademq; 12
res diverso jure censeri, *contra legem, eum qui æ-
des, ff. de usucapionibus,* & per consequens, cum
causa principalis possessionis rei petitæ, sit exe-
cutioni tradenda; similiter causa fructus. Quam
† sententiam subintelligo de fructibus natura- 13
libus, qui cohærēt fundo, ex sua radice, sive cul-
tura, & cura, & industria hominis, prout sunt vi-
neæ, olivæ, & poma, & reliqua similia. Secus ve-
rò, si fructus sint industriales, ut triticum, quod
percipi-

percipitur industria & labore seminantis, in aliqua terra aliena, bona fide possessa, ut docet A-
14 vendannus, *respõs. 5. n. 2.* quia † illi fructus percipiuntur eo tempore, quo coluntur, ut *in l. divortio. §. non solũ, ff soluto matrim.* ubi Barbosa, *n.* 1. & sic integri pertinent ad seminantem, & eius successorem, soluta pensione in restitutione: quia fructus naturales sunt restituendi, ut *in l. fructus, ff. de usuris, l. 29. tit.* 28. *p.* 3. qui nascuntur naturaliter, licet nõ seminentur, & cultiventur, ut colliges ex Couarruuia, *lib. 1. variarũ, c.* 15. *n.* 14. Ioanne Garcia, *de expensis, & meliorationib. c.* 16. *n.* 6. Et licet in hoc articulo sint tres opiniones, quas refert novissimè, Alvarus Valascus, *de partitionib. & collationib. c.* 30. *n.* 8. sed hæc est magis vera:
15 quia † esset iniquum, ut successor in maioratu, vel in capellania, vel in re subiecta restitutioni, condemnetur ad restitutionem fructuum, qui industria sua, & labore, ex semine proprio percipiuntur: ij enim, refectis expensis, ad dominum seminis pertinent ex traditis per Molina, *in lib.* 3.
16 *c.* 11. *n.* 12. *de maj.* Et † opinio Gomezij, *in l.* 40. *Tauri, ex n.* 74. qui sine distinctione loquitur, est intelligenda secundum hanc nostrã distinctionẽ, ut colliges, ex responso, Avendanni: & si generaliter, prout loquitur de omnib. fructibus, est intelligẽda, pfecto est periculosa opinio, & nimis rigida, licet eã teneat Mieres *de maioratib.* 4. *p. q.* 24. & sic adversus eam tenet, Scobar, *de ratiociniis, computat.* 20. *n.* 7. licet eam sequatur, Barbos. *in d. l. divertio, n.* 1. & quos ipse refert: quia injustum est, ut propter condemnationem, vel restitutionem fructuum in genere, veniant fructus industriales, qui labore proprio, & pecuniis, & industria, ex proprio semine colliguntur, & sic sufficiet, ut soluatur pensio consueta: q̃ est fructus ipsius rei ut docet, Molina, *sup.* Sic est intel-
17 ligẽdus tex. † *in l. defuncta, ff. de usufr.* quæ distinguit inter fructus collectos, & existentes in fundo: quia si collecti fructus sint industriales, sive existentes in ipso fundo, pertinẽt ad dominum, qui eos bona fide, tempore habili, seminavit, qui solum tenebitur ad solutionem pensionis consuetæ, * *por la yugada, o fanegada,* * & illud denotant verba text. *in l. qui scit, vers. preterea, ff. de usuris, l. si usufructuarius mensem, ff. quib. modu usufr. amittatur, l. Iulian. §. si fructus. ff. de actionib. empti.*
18 Vbi † si quis vendidit fundum alteri, fructib. in eo pendentibus, tales fructus pertinent ad emptorem, tanq̃ propria pars fundi, ut *in l. Iulianus, §. si fructib. ff. de actionib. empti.* Barb. *in l. divisione, n.* 23. *ff. soluto matrim.* & sic loquitur tex. in fructibus naturalibus, cohærentib. ipsi fundo, in quibus habet dominium, qui fructus non potest,
19 dum pendet, separari ab ipso fundo: ergo † secus est, si vendatur terra, quæ est seminata; cum possent fructus excedere valorem proprietatis, qui non veniunt in venditione terræ, nisi expressè actum sit, cum illi fructus non sint pars fundi: q̃ est ratio finalis *d. l. fructus pendentes. ff. de rei vindi-*
20 *catione, & d. l. Iulianus, §. si fructib.* Et † ut hæc omnia applicentur nostræ q̃stioni, est resoluendum quòd in condemnatione fructuum, veniũt naturales extantes, & non industriales separati à solo: quia tunc merces consueta est soluenda, si talis res quotannis locaretur, & si fructus non sint separati, sed extantes, prout est triticum, & hordeum seminatum, illud nõ venit in condemnatione fructuũ, neque, si moriatur parochus, capellanus, fideicommissarius, est facienda divisio fructuum seminatorum, qui oẽs ad dominũ termini pertinent, reliqui verò naturales, sunt dividendi, facta solutione pro rata, ut tenet Couarruuias, & Molin. *l.* 3. *c.* 11. *n.* 12. Valasc. *de partitio. bonorũ, c.* 36. *n.* 8. ubi alios refert, & Auen. *resp.* 5. quòd te ne menti, quia alibi non est dictum.

Et † in causa principali, de qua in principio, 21
praxis, q̃ observatur in Curia Romana, in appellatione à sententia, in causa possessionis, & in cõdemnatione fructuum & expensarum, ea est, ut appellanti dentur Apostoli refutatorij, quo ad possessionem, quo verò ad fructus, & expensas deferunt appellanti, ut tradit Contardus, *in d. l. unica, limitat.* 1. *n.* 29. *in fin. & n.* 30. *C. si de momentanea possess.* Marchel. *in tract. de commiss.* 1. *p. de commiss. impos.* Salic. *c.* 21. *n.* 32. *in* 2. *impress.* & eã practicã refert, Sigism. Scacc. *in tract. de appell. d. q.* 17. *limitat.* 6. *membr.* 9. *n.* 33. ubi, *n.* 35. hoc ampliat, & totam nostram conclusionem, non solũ, si sententia condemnatoria contineat condemnationem fructuum, & capitulum separatum: sed etiam, quando † uno contextu, & in uno ca- 22
pitulo, fit cõdemnatio in restitutione possessionis cum fructibus: quia adhuc admittenda est appellatio, quo ad fructus, licet non admittatur, quo ad possessionem: quia una sententia potest esse exequibilis, respectu unius rei, & appellabilis, respectu alterius. Maximè in hoc casu, in quo fructus non habent liquidationẽ sine mille ambagibus, & probationibus, & sic non meretur executionem prima sententia. Si † verò sit 23
translata in rem judicatã, factis probationibus, & liquidatis fructibus, per computatores à partibus nominatis, vel cum tertio in discordia, in omnib. exequetur, & ita observat. praxis, & articuli violentiæ sunt terminãdi ex supra dictis, ut tenet Gracianus, *disceptat. forens.* 2. *p. c.* 323. *n.* 9. & Paz. *in sua praxi,* 4. *p.* 1. *tom. n.* 25. ubi refert practicã; & † qui fructus sint restituendi, quan- 24
do sententia revocatur per attentatum tradit late, Ioannes Aloisi, *in collectanea,* 1330.

## QVÆSTIO CLV.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, inhibendo iudici sæculari, ut non decernat alimenta, & litis expensas, mulieri, quæ causam divortii prosequitur in suo foro, ubi idem est petitum.*

Regula juris est, quod ubi cæptum est semel judicium, ibi finem accipere debet, *lex ubi captum, ff. de judiciis:* quia causæ continentia non est dividenda, *lex, nulli, C. eodem titul.* & sic, cum coram

coram judice ecclesiastico causa divortij pendeat, & incidenter petantur alimenta, & litis expensæ; sequitur, quod coram alio judice sæculari non sint petendæ dictæ litis expensæ, & alimenta, quia divideretur continentia, & super eadem re, diversi processus causarentur; & per consequens, judex Ecclesiasticus non facit vim, sive procedat ex officio, sive ad petitionem mariti, qui in duobus tribunalibus convenitur super eadem re.

Sed his non obstantibus, dicendum est, judicem ecclesiasticum vim facere, inhibendo judici sæculari; quia, cū alimenta, & litis expensæ, debeantur mulieri litiganti cum marito, ut tradit, Afflictis, *decis.* 10. *&*, 152. & Guido Papę, *dec.* 493. *n.* 4. Lancell. *de attentatis, 2. p. limitation.* 11. *n.* 20. Cephalus. *cons.* 127. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 18. Alvarus Valascus, *consultation.* 1. sequitur, judicem sæcularem esse cōpetentem ad discernenda alimenta, cum sit quid temporale, & non ecclesiasticum: & sic litis pendentia non tollit ejus jurisdictionem. Et in terminis, quod litis pendentia coram ecclesiastico, nō impediat cognitionē coram sæculari, & è converso tradit, Afflictis, *decis.* 152. assignans rationem, quia in omnem eventum, sive uxor vincat in lite, sive succumbat, alimenta sunt præstanda. Quam opinionem sequitur, Andreas Fachine. *cons.* 42. *n.* 24. *vol.* 1. & sic judex ecclesiasticus vim faciet, si inhibeat judici sæculari. Quod pendet de facto, & ita consului.

## QVÆSTIO CLVI.

*Vtrum judex ecclesiasticus faciat vim, non admittendo appellationem ab interlocutoria, per quam tacitè, vel expressè, iudex competens declaratur.*

SÆpè diximus, ab interlocutoria non dari appellationem, *lex, ante sententiam, C. quorum appellat. non recip.* ita Aretinus, *cons.* 20. *n.* 5. Surdus, qui plures refert, *cons.* 252. *n.* 25. *lib.* 2. & sic videtur dicendum, judicem ecclesiasticum vim non facere, licet procedat ad ulteriora causæ, nō obstante exceptione incompetentiæ, vel licet se declaret judicem competentem.

Sed his non obstantibus, contraria opinio est verior, & tenenda, & practicanda in utroq; foro. Quam expressè tenet, Baldus, *in authent. habita, n.* 38. *C. ne filius pro patre*, Natta, *cons.* 172. *n.* 1. Beccius, *n.* 31. Menochius, *de adipiscenda possess. remedio.* 4. *n.* 822. Mynsingerus, *observatione,* 35. *centuria,* 3. & ratio est, quia hoc gravamen non potest reparari per definitivam, ut etiam dicimus de legitimatione personarū, ut docet, Hondede, *cons.* 27. *n.* 20. *&* 21. *lib.* 1. Roland. *cons.* 33. *n.* 3. *lib.* 4. quia licet sit sententia interlocutoria, admittenda est appellatio, quando gravamen est irreparabile, vel cum difficultate reparatur, *l.* 1. §. *quæsitum, de appellation.* Surdus, *decis.* 36. *n.* 13. *usque ad* 17. idem novissimè tenet Stephanus Gracianus, *lib.* 1. *disputationum forensium c.* 76. *per totam*, ubi declarat nostram quæstionem, ex qua sequitur, judicem ecclesiasticum vim facere, non admittendo appellationem.

### SVMMARIVM.

1 *Magister scholæ, quam jurisdictionem habeat contra laicos, & clericos.*
2 *Iudex conservator universitatis non facit vim, cognoscendo contra laicos.*
3 *Magister scholasticorum universitatis Salmantinæ, non facit vim, exequendo suam sententiam appellatione remota.*
4 *Iudex conservator non cognoscit ultra duas dietas.*
5 *Dietæ duæ, constituunt viginti leucas à fine Diœcesis.*
6 Cap. nulli, de rescriptis, *ponderatur.*
7 Cap. 2. sess. 13. *de reformatione declaratur.*
8 *Declaratio materiæ traditur.*
9 *Pontifex in temporalibus, non potest facere legem contra laicos, quando cessat materia peccati.*
10 *Conservatoria universitatis Toleti, non est confirmata à Rege, & sic non est valida contra laicos.*
11 *Pontifex habet supremam jurisdictionem in personas ecclesiasticas.*
12 Cap. 20. sess. 24. Concil. Trid. *ponderatur, & declaratur.*
13 *Portionarij sanctæ Ecclesiæ Toletanæ, habent medias annatas, quomodocunque vacet beneficium.*
14 *Ex fructibus beneficij, qui non excedunt* 24. *ducatos, non debetur annata.*
15 *Annata non debetur ex distributionibus quotidianis, sed ex grossa beneficij.*
16 *Cessiones fraudulentæ, non valent ad mutandam jurisdictionem.*
17 Lex, 18. tit. 7. lib. 1. recopilationis *declarat.*
18 *Qualitates Scholasticorum, ut possint uti conservatoria, referuntur.*

## QVÆSTIO CLVII.

*Vtrum iudex ecclesiasticus universitatis Salmantinæ, Vallesoleti, Complutensis, faciat vim, procedendo contra laicum pro debito civili, & exequendo appellatione remota.*

IVdex † Salmantinus, qui Masescuela vocatur, qui est conservator in causis Scholasticorum, potest ex Bulla Pontificis, & ex dispositione *leg.* 18. *tit.* 7. *lib.* 1. *recopil.* cognoscere contra laicos debitores scholasticorum, etiam ultra casus injuriarum, de quibus *in c.* 1. *& in fin de offic. deleg. lib.* 6. nec † ob hanc causam judex conservator in cognoscendo, neq; in exequendo facit vim, ut expresse disponitur, *in d. l.* 18. *col.* 4. *c.* 1. ubi † non datur recursus per viam violentiæ, etiam si sentētia exequatur ab eo appellatione remota, ibi: * *Que el Maestrescuela conozca, aunque no sea sobre injurias, ni fuerças, y pueda executar su sententia, sin* 1 2 3

*sin embargo de apelacion.* * Et sic dictus judex non
facit vim, tàm in procedēdo, quàm in exequēdo,
dum servetur forma legis, de qua *in l. 20. tit. 7.*
4 *lib. 1. recop.* ibi: * *Que † el tal juez conservador no*
*conozca allende de las dichas dos dietas dela Bulla.*
5 * Et † quaelibet dieta constituit decem leucas,
vt *in d. l. 18.* quae dum disponebat de quatuor dietis,
est correcta, vt constat *ex d. l.* & tradit Azeve.
*ibi, n. 1.* & vide Menoch. *de arbitr. casu, 206. nu. 2.*
6 Olivan *lit. D. n. 38.* & vide text. † *in cap. nonnulli,*
*28. de rescript.* Oroso. *in l. 1. n. 6. ff. si quis cautionib.*
vbi declarat qualiter magister Scholarium potest
citare, & istae dietae computantur, * *desde la*
*ciudad de Salamanca, Valladolid, o Alcala, hasta fin*
*de la Diecesi,* * vt *in d. l. 18. versic.* * *Ordenamos, y*
7 *mandamos,* * & ita est intelligendus tex. † *in c. 2.*
*sess. 13. de reformat. Concil. Trid.* ibi: * *vltra duas legales dietas distet.* * Quae dietae sunt computandae
à loco vniversitatis, vt *in d. l. Regia,* & tradit
Rota, *in antiquis, tit. de rescriptis, decis. 34.* Menochius.
*de arbitr. casu, 206.* & Scobar. *de ratiociniis,*
*comput 11.* & diximus *in lib. 4. comm. q. 1. n. 731.*

8 Quae † omnia intelligenda sunt de vniversitatibus,
quae habent non solum conservatoriā
9 Pontificis, sed etiam Regis nostri: quia † Pontifex
non potest in temporalibus, quae respiciunt
jurisdictionem temporalem, & non concernunt
peccatum, circa personas laicas facere legē, vel
statutum, in hoc Regno Hispaniae, trahendo laicos,
qui sunt subditi Principi politico, ad tribunalia
ecclesiastica: & sic vtriusq; potestatis consensus
accedere debet, vt cavetur in conservatoria
Salmantina, Complutensi, & Vallesoletana,
vt disponitur *in d. l. Regia.* Et ob hanc cau-
10 sam resolvimus, *in d. lib. 4. q. 1. n. 727.* non † valere
conservatoriam, quā habet vniversitas S. Catharinae
huius vniversitatis Toleti, à Pontifice
contra laicos debitores; cùm non sit confirmata
à Rege nostro; & ob hanc rem, judex conservator
contra laicos, cùm non sint suae jurisdictionis,
faciet vim, & omnia gesta revocantur per
viam violentiae. Si verò procedatur contra per-
11 sonas ecclesiasticas, non faciet vim, quia † Pontifex,
qui habet supremam jurisdictionē in clericos,
potest suo particulari rescripto, cuilibet
judici ecclesiastico submittere eos: Non obstan-
12 te decreto † Concil. Trid. *c. 20. sess. 24.* vbi causae
omnes, civiles & criminales, sunt tractandae corā
ordinarijs locorum; quia illud intelligitur de
jure communi: secùs verò ex particulari delegatione
Pontificis, vt cavetur in dictis conser-
13 vatorijs, & in alia, quā † vtuntur portionarij
huius sanctae ecclesiae Toletanae, ad recuperandas
medias annatas, quae illis debentur, ex omni
14 vacatione beneficij, vel capellaniae, cuius † fructus
excedunt 24. ducatos, vt tradit Mandosius,
*in practica, in casib annalibus, n. 162. & cons. 92. n. 3.*
15 *& 4.* in † cuius valore non computantur distributiones
quotidianae, ita Decia. *cons. 43. nu. 14.*
*vol. 2.* Hieronym. Gonçal. *in reg. 8. Cancellariae, in*
*proœmio, nu. 167. vers. idemq; jus in eccles.* & latiùs
dicemus *in quaest. penult. ex num. 1.*

Advertendum tamē est, quòd † debitū, quod 16
patitur coràm judicibus conservatoribus debet
esse verum, & non fictum, nec ex delegatione
alterius, quàm patris scholastici cum juramento,
vt cavetur † *in d. l. 18.* ibi: * *Mandamos, q̄ de a-* 17
*qui adelante, ninguna cesion q̄ se hiziere a ningun*
*Cathedratico, ni estudiante del dicho estudio, no sea*
*recebida, salvo de padre a hijo, y no de otra persona, alguna:*
*y que el Maestrescuela, o su Lugartenente, antes*
*q̄ conozcan dela causa, y den cartas, reciban juramento,*
*ansi del padre, como del hijo, que no lo hazen*
*fraudulentamente, ni por fatigar, ni molestar al deudor,*
*y q̄ el padre no aura dello cosa alguna, ni los de-*
*mas hermanos.* * Et † ibi, *n. 6.* se pone la calidad 18
del estudiante, y dize: * *Ordenamos y mandamos,*
*q̄ de aqui adelante, ningun estudiante q̄ venga al dicho*
*estudio nuevamente, no se le den conservatorias*
*de deudas contraydas antes q̄ venga al dicho estudio,*
*hasta tanto q̄ aya hecho vn curso entero, y q̄ estudie*
*continuo, y entre en escuelas cada dia, de manera q̄*
*hagan aquello, por q̄ devan gozar: por q̄ nuestros subditos,*
*y naturales no sean vexados contra justicia.* * Et
sic secundùm supra dictam resolutionē, Gymnasiarcha,
qui est magister scholasticorum, faciet
vim, vel quia procedit vltra duas dietas, vel alia
forma, per quam contraveniatur dispositioni
legum Regni, cuius decisio servanda est in vtroq; foro.

### SVMMARIVM.

1. *Appellatio suspendit jurisdictionem judicis à quo: eaq; pendente nihil est innovandum.*
2. *Sequestratio est odiosa, & regulariter prohibita.*
3. *Sententiā lata contra possessorem, & ab eadem appellatione interpositā, fructus beneficij interdum licitè sequestrantur.*
4. *Etiamsi Tertius pro suo interesse compareat, & appellet, appellatione pendente fructus interim sequestrari possunt.*
5. *Tertius pro suo interesse appellans impedit executionem sententiae.*
6. *Appellatio tùm maximè non impedit sequestrum, quando sententia data fuit in Curia Romana.*
7. *Lex ipsa non dicitur gravare.*
8. *In appellatione à decreto sequestri rectè exprimuntur causae, propter quas appelletur.*
9. *Decretum sequestri est interlocutorium*

## QVAESTIO CLVIII.

### *Vtrum Iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo suam sententiam sequestrationis fructuum, appellatione remota.*

APpellatio † suspendit jurisdictionem ju- 1
dicis à quo, & ea pendente nihil innovandum est, *l. appellatione, C. de appellationib. l. 1. ff. nihil innovari appellatione interpos. c. non solum, de appell. lib. 6. c. post appellat. § ante appell. 2. q. 6. l. 26. in fin. tit. 23. p. 3.* & sic judex ecclesiasticus videtur vim facere, qui sequestrat fructus beneficii, appellatione

2 pellatione pendente: maximè quia † sequestratio est odiosa, & prohibitoria, *l.1. C. de prohib. pec. sequestrat. clem. 1. de sequestrat. possess. & fruct.* secúdum verũ intellectũ, & in ppriis terminis hui⁹ qstionis, hanc opinioné tenet, Cardin. *in d. clem. 1. q. 22. in fin. vers. si verò proceditur in negot. per l. fin. ff. nihil innovari appell. interpos.* vbi expresè resolvit, q nõ potest fieri sequestrũ contra possessoré beneficii appell. pédente, vt *in clem. 1. de sequestr.*
3 *possess. & fruct.* Sed † contraria opinio est verior, & tenéda in terminis *d. clementinæ 1.* videlicet post latã sententiã contra possessoré: quia tunc valebit actus sequestrationis factæ per ordinarium, appellatione pendéte. Nec in hoc casu judex dicitur attentare, & per consequés non facit vim, ita Cassiad. *decis. 5. nu. 2. vers. sed maior pars, de sequestr. possess. & fruct.* Afflict. *decis. 152. n. 6.* Lancel. *de attentat. appell. pendente limit. 12. n. 2.* Mandos. *reg. 29. de subrogandis litig. qu. 13. in princ.* Stephan. Gracian. *discepta. forens. 2. p. c. 32. n. 2.* vbi declarat
4 materiam, vbi ampliat, etiamsi † tertius pro suo interesse cõpareat appellando; vt fuit decisum in Rota, *decis. 11. aliàs, 294. in antiquis, tit. de sent. & re judic. & decis. 4. de sequest. possess. & fruct. aliàs, 390. in novis.* Vestr. *in sua praxi. lib. 7. c. 2. n. 5.* Vantius, *de nullitat. n. 22. ad medium,* & dicit verioré opinioné Gracian. vbi *sup. n. 6.* cum ex hoc nullũ damnum tertius patiatur. Secus si aliquo modo recipiat damnum, vt tradit *cons. 142.* Curtius. *nu. 10.* & vide Covar. *pp. cap. 23. n. 8.* Afflict. *decis. 169.*
5 Nec obstat † quod tertius appellans impediat executioné sententiæ, quæ est maior, q̃ fructuũ sequestratio, vt *in l. cum super, de re jud.* & tradit Honde *d. cons. 25. n. 1. li. 1.* & sic multo fortius debet impediri sequestrũ propter appellationem: quia illud pcedit, quando agitur de magno præjudicio, q posset fieri tertio appellanti. Secus in nostro casu, in quo habenti vnã sententiam pro se, non dabitur possessio, nec aliqua fructuũ perceptio, nisi finalé victoriã obtinuerit, & sic mai⁹ præiudicium fieret tertio per executioné, q̃ per
6 sequestrũ. Si † verò sententia fuerit data in Curia Romana, vt in terminis *dict. clementinæ*, tunc appellatio non impediet sequestrũ, q non sit authoritate, & mandato judicis, sed legis ita disponentis, vt *in l. fin. C. quibus appellare non licet.* quia
7 † lex non dicitur gravare, vt tradit Bald. *in c. ad*
8 *nostram, de appellat.* & † an sit exprimenda causa in appellatione à sequestro, sunt duæ opiniones contrariæ, quas refert Gracian. *sup. n. 24.* & tu-
9 tior est opinio, vt causæ exprimantur, cum † sit interlocutorium decretum sequestri, vt tradit Cassiador. *d. decis. 4.* & quando fructus sunt sequestrandi, latè per Ioan. Aloys. *collectan. 223.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex dicitur attentare, exequendo sententiam post appellationem, quo ad expensas.*
2 *Sententia fructus, & expensarum, non est exequenda, quando inhibitio præcessit taxationem.*
3 *Reus gravari potest in taxatione expensarum.*
4 *Parum interest, sive taxatio expensarum fiat in continenti, & ante appellationem, sive post, si gravamen contineat.*
5 *Distinctio authoris refertur.*
6 *Causa principalis potest esse exequibilis; & non causa expensarum.*
7 *Quando sentẽtia definitiva est exequenda post tres sententias conformes, non admittitur appellatio à taxatione expensarum.*
8 *Practica tribunalium refertur.*

## QVÆSTIO CLX.

*Vtrũ iudex ecclesiasticus faciat vim, procedẽdo ad taxationem expensarum, post appellationẽ interpositam à sententia executionis.*

SEntẽtia definitiva, licet possit exequi appellatione remota, quando definit peréptoriè totam causam; tamen † si condemnatio expensarũ 1
taxetur post appellationé, etiamsi judex reservaverit in se eius taxationé, si sententia exequatur, quo ad expensas, dicitur judex attentare, & vim facere, & per consequens omnia sunt revocanda, ita resolvit Rota, *decis. 46. de re jud. in antiquis,* & tenet Butr. *in c. pastoralis, §. verum, n. 4. de appellat.* vbi Decius, *vers. postremo,* q maximè pcedit, si † inhibitio præcesserit taxationé, vt tra- 2
dit Mandos. *de inhibitionib. qu. 106. in fin.* & ratio nostræ principalis qstionis est: quia † in dicta 3
taxatione expensarũ, potest reus gravari, excedendo modũ taxationis; & sic datur appellatio ex hac causa, quæ nõ potest esse decisa per sentẽtiã definitivã, vt docet Bald. *in l. sancimus, ad finẽ. C. de judiciis.* Asini⁹, *in praxi, c. 21. §. 32. n. 2.* & ideo, licet causa principalis non suspendatur per appellationé, suspenditur sententia taxationis, vt declarat Deci⁹, *in d. c. pastoralis, §. verũ, ad fin. n. 4.* si verò taxatio fiat in continẽti, & ante appellationé, tunc judex nõ dicitur aliquid de novo facere, vt tradit Lancel. *de attent. appellat. pendente, limitat. 11. nu. 11.* & ita declarat decisio Tholosana 460. & Lapus, *alleg. 82. n. 8.* Felin. *cons. 13.* vbi alios refert pro contraria opinione, quæ verior mihi videtur: quia † parũ interest, quòd taxatio 4
fiat in continenti, & ante appellationem, si continet taxatio gravamen, & sic tempus ad appellandum datur, vt *in cap. non solum, de appellat. li. 6.*
In † qua varietate opinionũ, distinguendũ esse 5
cẽseo; quia aut loquimur de judice cõmissionis, aut de judice ordinario. In primo casu procedat prima opinio: quia licet judex cõmissionis pcedat cũ clausula, * *Appellatione remota,* * intelligitur respectu causæ principalis, vt diximus *in qu. fin. n. 10.* quia † licet causa principalis mereatur 6
executioné respectu literarũ, non verò respectu taxationis expensarũ, de quibus nihil fuit dictũ, & per consequens, rigor cõmissionis non extenditur ad duo specialia, circa causam principalé, & circa expensarum condemnationem, ne quis duplici onere gravetur, vt explicat Stephanus Gracianus, *disceptationum forensium, secunda parte, cap. 348. ex nu. 7.* In secũdo verò casu, quãdo † 7
sentẽtia definitiva exequitur, post tres sentẽtias

 conformes

conformes de iure canonico, vt *in clementina 1. de re judicata*, & tradit Covarruvias, *practicarum, cap.25.n.9.* Antonius Gabriel, *libr. commun. tit. de statutis, conclus.3.n.9.* tunc non admittitur appellatio à taxatione, & executione expensarũ: quia dependet à causa principali, propter reservationem in dicta sententia factam, vt tradit Rota, *decis.46. tit. de sentent. & re iudicata, in antiquis,* Mandosius, *de inhibitionib. qu.106.* Lancellotus, *de attentatis, tit. de appell. pend. limit.11.n.3.* & † ita observatur & practicatur, in omnibus tribunalibus ecclesiasticis, & sæcularibus. Et secundum istam distinctionem terminabitur articulus violentiæ, cùm causa de facto contingat.

SVMMARIA.

1 *Appellans potest suæ appellationi iterũ renunciare.*
2 *Si pars adversa adhæserit appellationi adversarij, sententia exequenda non est, licet adversarius deinde renunciet appellationi.*
3 *Si Iudex appellationis iam citaverit appellatum, eo invito appellans amplius appellationi suæ renunciare nequit.*
4 *Contumax absens non potest inhærere appellationi interposita à præsente.*

QVÆSTIO CLX.

*Vtrum Iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo suam sententiam, quando appellationi interpositæ fuit renunciatum ab vna parte, quæ fuit alteri communis in eius præiudicium.*

1 NOtissima Iuris regula est, quòd † appellans potest suæ appellationi renunciare, *l. si quis libellos, 28. C. de appell.* Aymon Cravett. *cons.115. n.11.* & sic causa devolvitur ad eum statum, ac si à principio non fuisset appellatum. Et quemadmodũ esset exequenda sententia translata in rem iudicatam, ita & eodem modo, si tali appellationi renunciatum fuerit, & sic iudex exequendo non facit vim.

Sed in hac quæstione proposita distinguendũ est: quia aut pars adversa adhæserat expressè appellationi adversarii, vel non. In † primo ca-
2 su non potest exequi sententia, licet appellationi renunciatum sit: quia in hoc casu appellatio est communis, & vtriq; parti est ius quæsitum, vt *in l. ampliorem, in princ. C. de appellationib.* & est *lex nona, tit. veynte y tres, partita tertia,* vbi Gregorius, & docet Imola, *in cap. interposita, §. vt denique, de appellat.* Afflictis, *in constitutionib. verbo, appellationum tempora in fine, libr.2. rubrica quarenta y cinco,* & sic nihil operatur renunciatio in præiudicium tertii. Ita Baldus, *in l. omnem honorem, C. quando provocare non est necesse.* Tiraquellus, *de vtroq; retractu, in fine tituli, §. treinta y seis, numero veinte y cinco,* Gomezius, *de triennali possessione, quæstione y quatro,* & novissimè, Sigismũdus Scaccia, *in tract. de appellat qu.1. limit.2. numero ciento y dos.* Quod etiam subintelligerem, re
3 integra, quia † si appellans se præsentavit corã iudice ad quem, & pars fuit citata, vt cõpareret coram iudice appellationis, tunc per hanc citationẽ est etiã parti ius quæsitũ, nõ appellanti, & eo invito non potest appellans suæ appellationi renunciare, vt tenet Rota Provinciæ Marchiæ, *decis.23.n.2.* apud Gracianũ: & sic sec. hanc distinctionẽ, iudex ecclesiastic⁹ potest vim facere: vel nõ facere. Quod nota, quia sæpè contingit de facto, in vtroq; iudicio ecclesiastico, & sæculari. Si † verò sentẽtia fuerit lata contra reũ absentẽ, & 4
actor appellaverit, tunc appellatio non est communis, quia absens rebellis, nõ potest acceptare appellationẽ, nec auditur appellans, vt *in l.1. C. quorum appellat. non recipiantur,* quæ lex procedit de iure Canon. vt tradit Scaccia *in tract. de appell. q.17. limit.3. n.1.* vbi allegat declarationẽ Pontificis, *anno, mil y seiscientos,* quia non potest adire judicẽ dum est in fuga, vt tradit Anton. Gomezius, *in l.76. Tauri, n.8. l.3. tit.10. lib.4. recopil.* vbi Azeuedo, & Gutierrez *libr.1. practicarum, qu.66. per totam.* Surdus, *decis.143. num.4.* Quod fuit ex mente Baldi, *in d. l. ampliorem,* vbi dicit, quòd tũc prodest appellatio, & est cõmunis, quando præsens fuit, & ꝙ aliàs iudex ex officio non supplebit, vt probat *d. lex partita, nona,* verbo, * *esso mismo,* * vbi notat Gregor. *gloss.* * *fuere rebelde,* * & Sigismundus Scaccia, *in tract. de appell. q.17. limitat.3.* & pro declaratione *d. legis, ampliorem,* vide Matiençũ, *in l.12. tit.11. gloss.2. nu.4.* & Ant. Gomeziũ, *2. tom. variarum, cap.11. n.16.* & Azeued. *in l.4. tit.8. lib.4. recop. n.53.* & *in nostra collectanea, ad d. l. ampliorem,* & D. Ludov. de Pegnera, *in sua practica, rubrica, 27. de appellat. n.47.*

SVMMARIA.

1 *Revisio admittenda est in negotiis, in quibus nominantur æstimatores, secundum plures.*
2 *Aestimatores nominati possunt recusari.*
3 *Contraria opinio proponitur, Revisionem à declaratione Aestimatorum non esse admittendam.*
4 *Resolutio Authoris ponitur.*

QVÆSTIO CLXI.

*Vtrum Iudex ecclesiasticus nominando Aestimatores, Agrimensores, vel* Alarifes, * *& exequendo illorum iudicium, faciat vim, non admittendo revisionem, & appellationem, vel recusationem.*

REvisio † in taxatione fructuũ, vel damni, 1
vel domus ruinosæ, vel alteri⁹ rei, in quib⁹ nominãtur æstimatores admittenda est, tex. *in l. hac edictali, §. his illud,* vbi Baldus illud notat, *C. de secũdis nuptijs.* Alex. *d. cons.21. vol.7.* Bart. Bald. & Angel. *in l. arbitro, ff. qui satisd. cog.* Imol. *in l. fin. ff. à quib. appell. nõ licet.* & ratio est, quia talis revisio habet vim appellationis, vt tradit Afflict. *decis.188.* Marc. Antoni⁹ Peregr. *decis.30. nu.3.* & sic videtur dicendũ, judicẽ ecclesiasticum vim facere, nõ admittẽdo revisionẽ, sicut, si non admitteret appellationem, exequendo declarationem æstimatorum, vel agrimensorum, revisione reiecta, sicut contingeret, quando exequeretur sententia, appellatione reiecta, vel recusatione remota, quia † isti æstimatores possunt recusari, vt 2
tradit Cephalus, *cons.750. vol.5.*

Sed

3 Sed † pro judice ecclesiastico exequendo judicium peritorum, & declarationem factam ab ipsis, facit, quia ipsi non proferunt sententiam, neq; judicium proprium: & vbi non est sententia judicis, nō est admittēda revisio, cum illi nō sit actus judicialis, sed declaratorius æstimatorum; & sic videtur dicendum judicem non facere vim, exequendo suam declarationem: quia aliàs lites fierent immortales, & vitas hominum penè excederent, *contra legem, properandum, C. de judicijs.*

4 Sed † his & aliis non obstantibus, dicendum est, judicem ecclesiasticum vim facere, exequēdo judicium æstimatorum sine revisione, dum tamen petatur à parte, & si fuerint discordes æstimatores, vel illi, qui vocantur **Alarifes*,* alij periti nominandi sunt, & tandem judicandum est secundum suam revisionem, nihil addendo, vel detrahēdo, & tunc judex non faciet vim exequendo appellatione remota, nec tertia revisione desiderata, quoad effectum suspensivum: secùs verò, quoad devolutivum, quia appellatio admittenda est, dum tamen æstimatio, & taxatio, non procedat, virtute alicuius executoriæ, vel instrumenti publici, vel sententiæ translatæ in auctoritatem rei judicatæ: quia tunc quoad omnes effectus excludenda est appellatio, sicut excluderetur, ab ipsa sentētia definitiva, vel executoria: & in hoc casu judex ecclesiasticus non faciet vim, neque sæcularis iniustitiam: & ita sæpius in casibus de facto contingentibus vidi judicatum, & judicavi.

## QVÆSTIO CLXII.

*Vtrum iudex ecclesiasticus faciat vim, exequendo suam sententiam appellatione remota, per quam assignat congruam sustentationem parocho ecclesiæ, ex fructibus sui beneficii, gravati onere pensionis.*

MVltoties beneficia curata, auctoritate Apostolica gravantur onere pensionis, in tantum, q; ipsi parochi dimittunt oēs fructus ipsius beneficii, vt ex ipsis pensio solvatur, petēdo congruā sustentationē ex dictis fructib. per ordinariū assignandā, vt diximus *in libr. 4. com. contra com. q. 1. n. 513.* vbi pluribus citatis resolvimus, congruā esse parocho assignandā ex dictis fructibus, quæ est, centū pro rectore, vt ex Bulla Pij V. est sancitum, vt tradit novissimè Marcilla, *ad Concilij Trid. li. 2. tit. 11. super c. 1. vt ecclesiastica beneficia sine dim. conferantur.* Quæ decisio, licet loquatur in vicariis perpetuis, idem dicendū est in parochis, quibus deficit congrua sustentatio, vt colliges ex traditis *in q. 150. nu. 27. & 28.* & ratio est, quia, qui altari servit, ex altari vivere debet, *c. cum secundū Apostolū, de præb.* cùm dignus sit mercenarius mercede sua. Quā opinionē tenet novissimè Gratian. *discept. forens. c. 389. nu. 11.* vbi declarat quandā decisionē Rotæ, & resolvit, in hac congrua assignatione, nō cōprehendi distributiones quotidianas, quia non sunt certæ, nec liquidæ: quib⁹ sic suppositis dubium est, an ista sententia assignationis congruæ, ex fructib. beneficii, contra solutionē pensionis, & in eius diminutionē exequenda sit appellatione remota: quā quæstionē disputat, ad partes, Flor. Diaz. de Men. *var. quæst. q. 141.* qui est varius in sua resolutione, quia postq̄ tenuit admittendā esse appellationē, postea in fi. illud relinquit arbitrio judicis: quæ nō est constans resolutio. Ego verò contrarium sentio, imò quod provisio congruæ, sit exequenda appellatione remota: quia ea est natura alimentorū, vt in simili fuit resolutum per Rotā, vt tradit Lancellot. *de attent. limitat. 24. n. 6. & 7.* & ita practicatur: quia venter non patitur dilationē: nec juri, nec æquitati convenit, vt pensionarius, sine labore consequatur integram pensionem, parochus vero fame pereat.

### SVMMARIVM.

1 *Nulla sententia de jure canonico meretur executionem.*
2 *Iudex ecclesiasticus, exequendo appellatione remota, facit vim.*
3 *Non entis, & non apparentis, idem est judicium.*
4 *Prima instantia est tractanda coram ordinarijs.*
5 *Annata solutio, fit appellatione remota.*
6 *Annata debetur ex quacunq; vacatione beneficij.*
7 *Iudex Apostolicus non facit vim, exequendo appellatione remota.*
8 *Annata datur pro congrua sustentatione, & habet naturam alimentorum.*
9 *Sententia alimentorum exequitur appellatione remota.*
10 *Portionarij sanctæ ecclesiæ Toletanæ, ex privilegio Pontificum habēt dimidiatas annatas, ex quacunq; vacatione beneficiorum.*
11 *Causa ecclesiarum desertarum, tractari debent coram judice executore deputato portionarijs, & non coram ordinario.*
12 Cap. 20. sess. 24. Concil. Trident. *non procedit, quando judex habet à Pontifice delegatam jurisdictionem.*
13 *Pontifex est supra jus positivum, & potest primā instantiam tollere ordinariis, vbi refertur declaratio Cardinalium.*
14 *Bulla* Leonis Papæ, *refertur ad literam.*
15 Sixtus Papa *confirmavit dictam solutionem dimidiarum annatarum.*
16 *Annata est dimidia pars fructuum beneficiorum.*
17 *Annata est solvenda appellatione remota.*
18 *Bulla* Nicolai Pontificis, *refertur circa ecclesias depopulatas.*
19 *Bona ecclesiarum depopulatarum pertinent cum omnibus alijs juribus & emolumentis, ad portionarios sanctæ ecclesiæ cū onere reparationis.*
20 *Sententia per quam bona ecclesiæ depopulatæ adjudicantur portionariis, exequitur appellatione remota.*
21 *Pontifex est dominus omnium beneficiorum.*
22 *Congrua sustentatio consistit in dimidia annata, quæ*

*quæ concessa fuit priùs à Bonifacio IX. Anno mil y quatrocientos y quatrò.*
23 *Annata est solvenda ex omnibus fructibus.*
24 *Annata non debetur, nisi semel in anno, licet in eo pluries contigerit vacare beneficium, quia annus intelligitur de fructibus illius.*
25 *Annata non debetur, quando fructus beneficij non excedat 24. ducatos auri de Camera.*
26 *Annata descendit de jure divino, quia loco decimæ solvitur.*
27 *Excõmunicari possunt, qui nõ solverint annatam.*
28 *Medietas fructuum beneficij deductis oneribus dicitur annata, & non debetur ex administratione capellaniæ.*
29 *Consuetudo solvendi annatas est laudabilis.*
30 *Annata est jus reale, quod inest in fructib. beneficij.*
31 *Solutio annatarum præfertur omnibus præstationibus, sicut decimæ.*
32 *Dimidia annata, non debetur ex distributionibus quotidianis.*
33 *Beneficia in perpetuũ vnita solvunt dimidiã annatã ex fructib. et nõ ex distributionib. quotidianis.*
34 *Distributiones quotidianæ non sunt de corpore beneficij*
35 *Annata debetur de fructibus beneficij.*
36 *Fructus propriè dicuntur, qui percipiuntur in absentia.*
37 *Distributiones quotidianæ non computantur in fructibus in Curia Romana.*
38 *Contributio facienda pro seminario secundũ formam* Concil. Trid. *non comprehendit distributiones.*
39 *In compositione de fructibus non comprehenduntur distributiones quotidianæ.*
40 *Subsidium charitativum, non solvitur de distributionibus quotidianis.*
41 *Indultum Pontificis pro lucrandis fructibus in absentia, non comprehendit distributiones quotidianas.*
42 *Canonicus Lector non consequitur distributiones quotidianas, quando non residet in choro.*
43 *Ex fructibus & distributionibus beneficiorum perpetuorum solvenda est dimidia annata, sicut solvitur quindennium Papæ.*
44 *Doctrina* Hieronymi Gonçalez, *ponderatur.*
45 *Romanus Pontifex in præiudicium tertij non facit annexionem.*
46 *Derogatio Pontificis est necessaria, vt tertius præiudicetur.*
47 *Subrogatum sapit naturam subrogati cum omnibus suis qualitatibus.*
48 *Gratia vnionis beneficiorum, non præiudicat Pontifici in suo quindẽnio, neq; portionariis in sua dimidia annata.*
49 *Fructus beneficiorum vnitorum licet convertantur in distributiones quotidianas, debetur ex eis annata.*
50 *Opinio* Massæ *ponderatur pro resolutione proposita.*
51 *Casus de facto refertur.*
52 *Doctor* Didacus Ortiz, *Canonicus, & Vicarius Complutensis, laudatur.*
53 *Privilegium perditur per non vsum.*
54 *Canonici sanctæ ecclesiæ non solvunt annatam per quandam concordiam.*
55 *Capellani minores Epiphaniæ solvunt dimidiam annatam ex qualibet vacatione capellaniæ.*
56 *Quæ differunt secundum plus & minus non differunt specie.*
57 *Possessio continuatur de vno actu ad alium ex vi comprehensiva.*
58 *Possessio conferendi dimidiam annatam trahitur ad aliam noviter creatam.*
59 *Iurisdictio vnius speciei trahitur ad aliam.*
60 *Possessio conservatur, quando vsus ipsius est impeditus.*
61 Lex Et Atilicinius, 35. de servitutibus rusticorum prædiorum, *ponderatur.*
62 *Non dicitur nolle, qui non potest, & velle.*
63 Cap. commissum, de decimis, *declaratur.*
64 *Possessio juris decimandi non perditur per non vsum in aliqua specie fructuum.*
65 *Manutenendus est in sua possessione decimarum in fructibus noviter ad culturam redactis.*
66 *Possessio conferendi dimidias portiones trahitur ad alias noviter creatas eiusdem speciei.*
67 *Vna eademq; res, non debet diverso jure censeri.*
68 *Ius semel causatum & radicatum nunquam perditur per non vsum.*
69 *Aptitudo sufficit in retinenda possessione, licet casus executionis nunquam contingat.*
70 *Erectio furcarum retinet possessionem, licet nunquam casus furcandi eveniat.*
71 *Possessio nobilitatis conservatur, licet nobilis non potuerit exercere actum possessionis.*
72 *Privatio supponit habitum.*
73 *Impoßibile est probare, quod nunquam fuit.*
74 *Frustra quæritur actus positivus, vbi nõ invenitur.*
75 *Possessio potest conservari, licet de novo non poßit acquiri.*
76 *Privilegium non perditur per mille annos, quando non succeßit casus privilegij.*
77 *Verba* Azeuedi *ponderantur.*
78 Lex 1. ff. de nundinis, *declaratur.*
79 Lex 42. in fin. tit. 18. part. 3. *ponderatur.*
80 *Potentia supponit habitum.*
81 *Resolutio quæstionis traditur favore portionatorum sanctæ ecclesiæ* Toletanæ.

## QVÆSTIO CLXIII.

*Vtrum Iudex ecclesiasticus, executor Bullarum Pontificis, pro solutione dimidiarum annatarum ex quacunque vacatione beneficii, vel super restitutione bonorum ecclesiarum desertarum huius Archiepiscopatus, faciat vim, exequendo suam sententiam, appellatione remota.*

NVlla † sententia de jure canonico trahit secũ paratã executionẽ, vt sæpius resolvimus; quia in dubio etiam appellatio admittenda est: & † aliter judex ecclesiasticus facit vim, exequendo appellatione remota, maximè in solutione dimidiarum annatarum, quæ petuntur ex privilegio 1 2

privilegio Pontificis, de quo nõ constat: neq; est
3 inclusum in corpore juris: & sic † paria sunt, nõ
ens, vel non apparens, vt diximus *in proœmio, cap.10.n.1.* quapropter executor Bullarum videtur vim facere, si exequatur suam sententiã, remota & spreta appellatione, in contemptum superioris; maximè cùm de jure non constet, quo
4 titulo annatæ debeantur: & † prima instantia
sit tractanda coram ordinario, vt *in c.20. sess.24. Concil. Trid. de reformat.*

5 Sed † contraria opinio verior & receptior est; & ita quotidie practicatur in omnibus tribunalibus, ecclesiasticis & regalibus, vbi privilegia & indulta dictorũ portionatorũ exhibentur, & in quantũ attinet ad solutionẽ dimidiarum an-
6 natarum, quæ † ex quacunq; beneficiorum vacatione debentur: extat Bulla *Leonis Papæ 3.* in qua expressè cavetur, quòd ex quacunq; vacatione beneficii dignitatis vel præbendę, solvatur annata dictis portionariis, appellatione postpo-
7 sita: & sic † judex executor apostolicus non facit vim, exequendo sententiam solutionis dimidiarum annatarũ, appellatione remota, vt diximus plurib. citatis *in quæst. fin. n.6. huius tractatus.*
8 Et est ratio, quia † illa annata datur pro congrua sustentatione ipsorum, & habet naturã alimen-
9 torum. Cuius † sententia exequitur reiecta appellatione; cum venter non admittat dilationẽ,
10 vt tradit Cabed. *decis.66.* Et quia † sæpè dubitatur de jure dictorum portionatorũ huius sanctę ecclesiæ Toletanæ, & Complutensis, in percipiendis dictis annatis, decrevi non solum seriẽ dictæ Bullæ in hac quæstione inserere; Sed illud, quod in jure scriptum reperio, annecto, ne in re tam quotidiana & assidua, in facto & in jure erretur, & dubitetur tam in judicando, quã in cõ-
11 sulendo. Quia † jam vidi, in regali Cancellaria Pinciana quandã causam, quæ vertebatur coram judice executore annatarum, & ecclesiarũ desertarum, remissam fuisse ad judicem ordinarium ecclesiasticum *per d. c.20. sess.24. Concil. Trid.* vbi oẽs causæ ecclesiasticæ in prima instantia sunt
12 tractandæ corã ordinariis; cuius † decisio non procedit, quãdo speciali indulto & rescripto est à Pontifice delegata jurisdictio judicib. executoribus: vt declaravit congregatio Cardinalium, vt novissimè tradit Marcilla, *ad d. c.20. concilij,*
13 *super cap.5. col.1. fol.507.* Quia cum † Pontifex sit suprà jus, potest avocare iurisdictionem ordinario, in aliqua parte, & designare iudicem particularem, vt docet Felinus, *in cap. pastoralis, §. præterea, de offic. delegati,* Imola, *in l. si expressim, de appellat.* Cabedo, *decis.95. n.4. vol.2* & ita sæpè contingit in plurib. commissionibus, prout expressè cavetur in Bulla *Leonis Papæ* confirmata à *Clemente Pontifice* (& ab aliis.)
14 LEo † Episcopus, servus servorũ Dei, ad perpetuã rei memoriã, cũctis orbis ecclesijs, disponente domino, præsidẽtes, circa ipsarũ, & personarũ earundẽ, statũ salubriter dirigẽdũ, solicitis studiis vigilantes, eas sic cupimus vtiles nostræ pvisionis ope dirigi, qp à detrimẽtis subleventur incõmodis, & psperis iugiter pficiãt incrementis; dudũ siquidẽ à felicis recordatiõis Sixto Papa IV. prædecessore nostro, emanarunt literę tenoris subsequẽtis. Sixtus † Episcopus, serv° servorũ Dei, ad perpetuã rei memoriã: creditã no- 15
bis desup regẽdæ militãtis ecclesiæ pvidentiam salubriter exequi, coadiuvãte Dño, cupiẽtes, ad ea libẽter intendem°, vt debem°, p q̃ divinis psonis ecclesiasticis, divinis obsequiis in ecclesiis, præsertim insignib. mãcipatis, put expedire cõspicimus, super eis incũbentib. pferendis oneribus, sublevationis præsidiũ pveniat salutare, sanè p parte venerabilis fratris nostri, Alphonsi Archiepiscopi Tolet. & dilectorũ filiorũ, vniversorũ portionariorũ Tolet. & capituli sanctorũ Iusti & Pastoris de Alcala Tolet. diœc. ecclesiarũ nobis nup exhibita petitio cõtinebat, ibi.* *Quare pro parte Archiepiscopi, & vniversorũ portionariorũ, ac capituli prædictorũ, nobis fuit humiliter supplicatũ, vt quod de cætero perpetuis futuris temporibus,* 16
*huiusmodi † medietas fructuũ, redituũ, & proventuũ primi anni vacationis dignitatũ, personarũ, administrationũ, officiorũ, canonicatuũ, & præbendarũ præstimoniorum integrorũ & dimidiorũ, ac capellaniarum, præstimonialium portionum, aliorumq; beneficiorũ huiusmodi civitatis & diœcesis prædictarũ, extra tamẽ easdẽ Toletanã & sanctorũ Iusti & Pastoris, ac de Talavera, collegiatas ecclesias prædictas oppidorũ prædictorũ consistentiũ, dum pro tẽpore vacabunt, nomine, mensæ & massæ prædictarũ exigi possit & debeat statuere, aliasq; super his opportunè providere de benignitate apostolica dignaremur.* * Nos igitur, qui sicut ecclesiarũ, ita & personarũ earundẽ, ne tẽporaliũ deprimãtur carẽtia, rerũ opportunitatib. libẽter cõsulimus, & illis, quantũ cũ Deo possum°, favorẽ apostolicũ impartimur, huiusmodi supplicationib. inclinati, auctoritate apostolica, tenore pręsentium, statuimus & ordinamus, qp de cætero ppetuis futuris tẽporibus, omniũ & singularũ dignitatũ, psonatuũ, administrationum & officiorum, canonicatuum & præbẽdarum, integrorum & dimidiorum, præstimoniorum, præstimonialium portionum, & capellaniarum, & reliquorum beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, sęculariũ & regularium; in civitate & diœcesi prædictis, extra tamen Toletanã, & sanctorum Iusti & Pastoris, alias de Alcala, & de Talavera oppidorum, collegiatas ecclesias prædictas consistẽtiũ fructuũ, redituũ & pventuũ primi anni, quo illa de cætero tã in Rom. Curia, q̃ extra eã, p tẽpore vacare contigerit integra medietas, mensa & massa, prædictis æquis portionibus, videlicet pro vna massa & alia, medietatib° ipsius medietatis mẽsæ prædictis debeatur, & pro eisdem mensa & massa cõmuniter exigatur, & exacta, prout alij fructus, reditus, proventus, massæ & mensæ earundem, inter participantes de illis proportionabiliter dividatur, cuiuscunque taxæ & annui valoris, fructus, reditus & proventus, prædicti primi anni fuerint; ita tamen, quod si contigerit medietatem fructuum, redituum & proventuu

primi anni vacationis huiusmodi, cameræ apostolicæ aliquo respectu deberi, tunc & eo casu medietas fructuum, redituum & proventuum huiusmodi non primi, sed secundi anni immediaté sequentis, post vacationé huiusmodi mensæ & massæ prædictis debeatur, & cum effectu persolvatur, & vt præfertur, dividatur. Et in
17 Bulla Sixti Papæ, ibi: * *Oportuna † remedia appellatione postposita.* * Circa verò ecclesias depopulatas huius Archiepiscopatus, habét dicti portionarij aliam Bullam Nicolai Pontificis, ad cõsequenda omnia bona, & fructus, & proventus illarum: cuius verba sunt.

18 NIcolaus † Episcopus, servus servorũ Dei, venerabili fratri Episcopo Abulen. salutẽ & Apostolicã ben. Pia cõsideratione Rom. decet Põtificem, ecclesiarum & prçsertim Cathedraliũ, ac personarũ ecclesiasticarum quarũlibet statui & decori salubriter intendere, vt temporalium, sine quib. spiritualia non possunt subsistere, rerum opulentia perfruantur, ac illis, quos propterea feliciter prodijsse cõperit, vt illibata permaneant Apostolici munire robore firmitatis. Sanè pro parte venerabilis fratris nostri Alphõsi Archiepiscopi Tolet. & dilectorum filiorum vniversorum perpetuorum portionariorum ecclesiæ Tolet. nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod olim præfatus Archiepiscopus, attentè considerans dictam ecclesiam plurimùm nobilem & insignẽ fore, ac facultates & reditus cõmunis massæ dictorum portionariorum adeò tenues & exiles fuerãt, quòd ex illis ipsi portionarij iuxta dictæ ecclesiæ decentiã non poterant commodè sustentari: & propterea dictis portionariis subvenire, ac eorum indigentias relevare cupiens, per suas literas, quæcunq; fructus, reditus, & jura quorumvis locorũ suæ diœces. depopulatorum, & quæ inhabitata non erant, ecclesiarum fabricis spectan. & quæ ad illas à decennario vsq; tunc pertinuerant, & in antea futuris temporib. pertinerẽt, portionib. dictæ ecclesiæ, sub modis & formis infra scriptis, in perpetuum incorporavit, annexuit, & vnivit: Ita quod liceret dictæ ecclesiæ portionariis, tunc existentib. & futuris, fructus, reditus, & jura fabricarum ecclesiarum huiusmodi recipere, ac retinere, ac in proprios vsus convertere, & inter ipsos portionarios divinis officiis interessentes, vel pro talibus reputatos distribuere. Ita tamẽ, quod dicti portionarii pro tempore existentes quorũcunq; locorũ depopulatorũ ecclesias, quæ tunc integro vel sufficienti lapideo seu ligneo ædificio manebãt in eod. statu, vel meliori conservari tenerentur: & si dictas depopulatas ecclesias, vel earum aliquam, seu ipsarum, vel alicuius earum partem ruere contigerit, illas in pristinum, vel cõmodiorẽ ædificii statum, quanto citius id fieri valeret, restaurare tenerentur, quos etiã in casu negligentiæ ad id voluit compelli. Et si aliqua ex dictis locis ad habitationem reducerẽtur, ex tunc vnio ipsa cessaret & expiraret, ac fructus, reditus, & jura locorũ ad habitationẽ reductorum huiusmodi ad illarum ecclesiarum fabricas prædictas integre redirent. Ipse tamen Archiepiscopus per præmissa aliis vnionib. & assignationib. fabricæ parochialis ecclesiæ sancti Genesij loci de maiorito dictç diœces. pro illius structurarum reparationib. per eundem Archiepiscopum factis, voluit derogare nullis aliis adiectis, prout in literis authenticis desuper cõfect. ipsius Archiepiscopi sigillo munitis dicitur plenius contineri. Quare pro parte Archiepiscopi & modernorum portionariorũ prædictorum, nobis fuit humiliter supplicatum, vt vnioni, annexioni, & incorporationi prædictis, ac aliis in eisdẽ literis contentis, pro firmiori illorum subsistentia, robur Apostolicæ confirmationis adijcere, & aliàs ipsorum portionariorum statui in præmissis opportunè providere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaq; qui de præmissis certa notitia non potimur, ac portionum dictæ ecclesiæ, & communis massæ portionariorum, nec non dictarum fabricarum fructus, reditus, & proventus pro sufficienter expressis habẽtes, huiusmodi quoq; supplicationib. inclinati, fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus super præmissis omnib. & singulis, eorumq; circumstantijs vniversis auctoritate nostra te diligenter informes: & si per informationem huiusmodi, ita esse repereris, super quo tuã conscientiã oneramus, vnionem, incorporationẽ, & annexionem prædictam, quoad loca actu depopulata, & quç in futurum habitatorib. destituentur, & depopulabuntur, ac in quantum rationabilia fuerint alia in literis contentis huiusmodi eâdem auctoritate approbes, & confirmes, supplendo omnes effectus, si qui forsan intervenerint in eisdẽ, & nihilominus, potiori pro cautela quacunq;, fructus, reditus, proventus, jura, & emolumenta ecclesiarum quorumcunq; locorum actu depopulatorum, & depopulãdorum, fabricarum huiusmodi, sub modis, formis, & conditionib. supra scriptis, dictis portionib., sive dictæ massæ eadem auctoritate in perpetuum incorpores, vnias, & annectes. Ita † quod li-
ceat dictæ ecclesię portionariis pro tempore exi- 19
stentib. per se, vel alium seu alios, corporalem fructuum, redituum, jurium, & emolumentorũ fabricarum quarumcunq; ecclesiarum, locorum dictæ diœces. actu depopulatorum, & depopulandorum huiusmodi, in quib. habitatores deficient, possessionẽ auctoritate propria liberè apprehẽdere, ac huiusmodi illorũ fructus, reditus, proventus, & jura, in illorũ ac suos vsus cõvertere, ac perpetuo pariter retinere diœces. loci & cuiusvis alterius super hoc licentia minimè requisita. Non obstant. constitutionib. & ordinationib. apostolicis, ac dictæ ecclesiæ juramento, confirmatione apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis, & consuetudinib. cçteris cõtrarijs quibuscunq; contradictores per cẽsu-
rã ecclesiasticã, * † *appellatione postposita, cõpescẽ-* 20
*do.* * Volumus aũt, quod dicti portionarii ecclesias, quarum fabricarum fructus ipsi pcipient in

suis

suis structuris & ædificiis, juxta prædicti Archiepiscopi ordinationẽ teneantur, & debeant perpetuo conservare; & insuper ex nunc irritũ decernimus, & inane, si secus super his, à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Dat. Romæ, apud S. Petrum. Anno Incarnationis domini, 1448. 3. Calend. Maij, Pontific. nostri Anno secundo. Post quarũ quidem literarum Apostolicarum præsentationem & receptionem, nobis & per nos ut præmittitur, factas, fuimus pro parte dictorum Dominorum universorum portionariorum ecclesiæ Toletan. principalium debita cum instantia requisiti, quatenus ad executionem dictarum literarum Apostolicarum, & contentorum in eisdem, juxta traditam seu directam nobis formã, procedere dignaremur. Nos igitur Alfonsus Episcopus executor præfatus attendentes requisitionem hujusmodi fore justam & rationi con[so]nam, volentesq; mandatum Apostolicum nobis in hac parte directum reverenter exequi, ut tenemur, & quia per legitima documenta, corã nobis exhibita & producta, ac ex dictis & depositionib. nonnullorum fide dignorum testiũ coram nobis productorum, receptorum, admissorum, & in forma juris juratorũ, ac per nos diligenter examinatorũ, nos diligẽter informavimus; & quia per informationem huiusmodi invenimus, in dictis præinsertis literis Apostolicis narrata & exposita veritate fulciri, idcirco auctoritate Apostolica nobis in hac parte commissa, omnibus & singulis præmissis, eorumq; circumstantiis universis diligenter attentis, unionem incorporationem & annexionem juxta præinsertarum literarum Apostolicarum formam & tenorem per ipsum Dominũ Archiepiscopum Toletanum fact. quoad loca actu depopulata, & q̃ in futurum habitatoribus eiusdem diœces. destituentur & depopulabuntur, in quantum rationabilia fuerint, approbavimus & confirmavimus, ac tenore pręsentium approbamus & confirmamus, oẽs & singulos defectus, si qui reperientur, in eisdẽ supplendo, & nihilominus pro maiori præmissorum potiori cautela, quicunq; fructus, reditus, & proventus, jura, & obventiones & emolumenta ecclesiarum ac locorũ quorumcunq; actu depopulatorũ, & depopulandorum fabricarum huiusmodi earundem literarum Apostolicarum forma & tenore, attentis dictis portionibus seu communionibus massæ in perpetuum incorporamus, uniuimus, & annexuimus, ac pręsentibus incorporamus, annectimus, & unimus. Ita quod liceat dictis. D. porti[o]nariis ecclesiæ Toletan. pro tempore existentibus per se, vel aliũ seu alios, corporalẽ fructuũ, jurium, & emolumentorũ, fabricarũ quarumcunq; ecclesiarũ locorũ dictæ diœces. depopulatorũ & depopulandorũ huiusmodi possessionẽ auctoritate ꝓpria liberè apprehẽdere, ac fructus huiusmodi in illorũ & suos usus cõvertere ac ꝑpetuo retinere ordinarij loci & cuiusvis alterius licentia super hoc minimè requisita,

Ex quib. bullis Apostolicis confirmatur jus &
justitia dictorum portionariorũ, quia † cũ Pon- 21
tifex sit dominus absolutus omnium beneficio-
rum ut *in clementin. 1. ut lite pend. c. 2. de præb. lib. 6.*
bene † potuit hanc dimidiã annatã omniũ fru- 22
ctuum beneficialium dictis portionariis conce-
dere, ꝓ congrua & honesta illorũ sustentatione,
& ꝓ honore huius almæ ecclesię Primarię Hispa-
niæ, ne sui ministri cogantur mendicare, dum sa-
cris inserviunt: prout illis contingeret, si dictæ
dimidiæ annatę deficerẽt, in quib. congrua ipso-
rum sustentatio consistit. Et primus omniũ, qui
constituit dimidias annatas servitorib. ecclesia-
rum, fuit Bonifacius, 9. anno 1404. ut tradit Pla-
tina, *in vita ipsius Pontificis.* Alij verò dicunt anna-
tas fuisse primũ exactas à Ioanne 22. ut tradit Io-
annes Electius, *in Enchiridio adversus Lutheranos.*
Sed Blondus, & Platina, dicunt errasse attribuẽ-
do hoc Bonifacio, vel Ioanni 22. cum in Cõcilio,
Viẽnensi, cui pręfuit Clemens 5. habitus est ser-
mo de annatis, ut tradit Ioannes Andreas, *in c. in-
ter cætera. de offic. ord.* & Andreas Camari, *in repet.
extrauag. Iulij, 2. de simonia Papæ, n. 253.* dicit habu-
isse originẽ anno 1311. in concilio Viennensi, cui
pręfuit Clemens 5. Et primã opinionẽ sequitur,
Antonius Massa, *in suo cõpendio de annatis ꝓ Car-
dinali Borromeo, n. 4.* ubi *n. 9. in fin.* dicit, solvendã
† esse annatã ex omnib. fructib. & emolumentis, 23
exceptis distributionib. panis & vini, ita tñ, ut
† si pluries in anno contingat vacare beneficium 24
(ut jã de facto mihi cõtingit) non debeatur, nisi
una tantũ annata: quia annus intelligitur de fru-
ctibus, qui semel tantũ in anno nascuntur, ita tñ,
ut si pluries in anno cõtingat beneficiũ vacare,
una tantũ annata erit soluenda: & Bulla Pontifi-
cis, q̃ concedit annatã ex qualibet vacatione per
mortẽ seu per resignationẽ, intelligitur pro uno
anno, non vero toties, quoties in eo vacatio cõ-
tigerit, ut ẽt resoluit *in n. 25. in fin.* Quod ẽt sub-
limita nisi † beneficium fuerit ita tenuẽ, ut eius 25
fructus nõ excedant 24. ducatos auri de camera,
* *que son treze reales menos vn quartillo, de nuestra
moneda,* * idemq; tradit, Ferdinandus Cordubẽ-
sis, *in tract. de annatis,* quẽ refert, & sequitur Gi-
gas, *de pensionib. q. 26. n. 2.* ubi dicit q̃ † annata de- 26
scẽdit de jure divino, quia loco decimæ decima-
rum soluitur. Et sic † Pius 2. & Innocentius 8. & 27
Iulius 2. imposuerũt sententiã excõmunicatio-
nis adversus non soluentes annatas, ut tradit
Quintilianus Mandosius, *consilio nouenta y dos,*
ubi dicit, soluendã esse annatã ex omnib. benefi-
ciis ecclesiasticis excedentib. valorẽ 24. ducato-
rum auri de camera, quæ † est medietas fructuũ 28
unius anni, deductis oneribus, & expensis. Vt ẽt
tradit ipse Mandosius, *in tract. de annalib. casib. in
casu 167.* Quæ solutio annatarũ cessat in admini-
stratione bonorũ capellaniæ, vel hospitalis, ut
fuit resolutum in Rota Romana, *decis. 182. n. 4. in
prima parte,* & † hanc consuetudinẽ soluendi an- 29
natam approbat Nauarrus, *cons. 3. de simonia, n. 3.*
*Decianus, cons. 43. n. 14. vol. 2.* Ex quib. clarè dedu-
citur, judicẽ executorẽ dictorum portionatorũ

non facere vim, procedendo per censuras ecclesiasticas, & alia juris remedia, contra debitores annatarum appellatione remota: Quod
30 † est jus reale, inhærens in ipsis fructibus, in quibus potest fieri sequestrum, & executio: &
31 † in eis præferendi sunt dicti Portionarij omnibus aliis creditoribus etiam anterioribus, cum in eis habeat jus reale, & hypothecam, ut *in l. in prædiis, ff. in quibus causis pignus, vel hypotheca tacitè contrahatur.* Et illud etiam resoluimus in solutione decimarum, ut omnibus aliis præstationibus præferatur, ut *in hoc opere, quæst. 55. n. 10. & 11.*

32 Solet † tamen dubitari, an hæc dimidia annata debeatur ex fructibus, & distributionibus
33 quotidianis beneficij vacantis, quando † illi fructus seu distributiones procedunt ex beneficiis perpetuò unitis alicui ecclesiæ hospitali, vel confraternitati, vel universitati, ut sæpè contingit, ex quibus Romanus Pontifex habet quindenium, propter perpetuam unionem. Et quia casus iste sæpè contingit de facto, & tam advocati, quam judices sunt dubij & ancipites in eius resolutione, decrevi lato sermone hanc difficultatem explanare, cum non omnes attingant tramitem veritatis in dubitatione proposita. Et quia veritas, dum magis conteritur, magis elucidatur, utriusq; partis aliqua fundamenta referre non prætermittam.

Et pro parte negativa, quod non debeatur di-
34 midia annata, facit, quia † distributiones quotidianæ non dicuntur de corpore beneficij, sed sunt diversi generis, quia dantur ratione servitij personalis, ut tradit Rota, *decision. 8. titul. de præbendis, & decision. 402. num. 4. in prima parte diversorum*, & Cæsar de Grassalis, *decision. 5. num. 4. de præbendis*, & pro hac sententia consuluit Oldradus, *cons. 118. n. 3.* & tradit Heronymus Gonçalez, *in regul. 8. Cancellariæ, §. 7. proœmiali, num.*
35 *162.* & sic cum † annata soluatur ex fructibus, ut in Bulla Clementis Septimi, & Leonis Decimi, sequitur non esse soluendam deductis di-
36 stributionibus. Quia † fructus propriè dicuntur, qui percipiuntur in absentia, ut docet, Gomezius, *in regula de valore, quæst. 8. numer. 3. & in tract. de expectativis, num. 104.* Mohedanus, *decisione diez y seis, num. 1.* Puteus, *decis. 464. num. 2. & 6.*

Secundò comprobatur hæc sententia, quia,
37 † quamvis in Cancellaria Apostolica sit soluenda dimidia annata unius anni beneficij collati à sede Apostolica, non taxantur distributiones quotidianæ, quæ longe à fructibus distant: ergo distributiones prædictæ non veniunt in solutione, ut tradit Gutierrez, *in suis canonicis quæst. cap. 1. num. 22.* Flaminius, *de resig. benef. lib. 10. quæstion. 2. numer. 63.* & in terminis docet, Gonçalez, *supr. numer. 166. & 167.*

Tertio confirmatur hæc sententia *ex consilio* Mandos. *15. ex. numer. 2.* ubi resoluit, *cap. 18. sess.*
38 *23. Concil. Trident.* de † contributione facienda pro seminario, non comprehendere distributiones quotidianas, quia concilium loquitur de fructibus.

Quartò, quia † in ratione fructus ad com- 39
positionem cum Camera Apostolica non comprehenduntur distributiones quotidianæ, ut tradit Cassiad. *decision. 6. num. 9. in fin. in titul. de præbend.* & sic clare colligitur quod dictæ distributiones sunt diversi generis, & sic non veniunt in relatione fructuum.

Quintò, confirmatur hæc sententia, quia
† charitativum subsidium non debetur ex di- 40
stributionibus quotidianis, ut tradit Lapus, *allegat. 136. numer. 7.* Mandos. *consil. 15. numer.* [illegible] Mantua, *consil. 1. libr. 1. numer. 89.* ergo similiter non debebitur dimidia annata, quando consistit in fructibus. Maxime, quia † indultum con- 41
cessum ad lucrandum fructus in absentia, non comprehendit distributiones, ut docet gl. *in verb. adfuerit in cap. unico, de clericis non resid. lib. 6.* Couar. *lib. 3. varia. cap. 13. num. 2.* & ita declaravit congregatio concilij, prout refert Gonçalez ubi *supr. num. 179. & 180.* ubi loquitur † in ca- 42
nonico lectore sacræ scripturæ juxta formam concil. *cap. 1. sess. 5.* Quia quamvis à servitio chori absentes possint esse, & percipere fructus suorum canonicatuum, non tamen consequuntur distributiones quotidianas. Et ita constat, quod licet dicta dimidia annata sit soluenda de fructibus, non tamen est soluenda de distributionibus quotidianis.

Sed † his non obstantibus contraria senten- 43
tia est verior, & tenenda in judicando & consulendo, in casu proposito, in quo beneficio sunt perpetuo unita, ex quo ante unionem & incorporationem debebatur, & soluebatur annata ex qualibet variatione: quia illæ dicuntur fructus (prout erant à principio) & non distributiones quotidianæ, & sic sapiunt primordialem naturam.

Ita † in terminis tenet Goçal. *in d. reg. 8. §.* 44
*proœmiali, num. 168.* ibi: * *Licet in canonicatibus cathedralium Cordubensis, & Salmantinæ, Hispaniæ aliud sit, ex eo, quod illorum valor consistit in magna parte fructuum, ratione distributionum annexorum teste Rota, decision. 148. num. 3. in libr. 3.* *
Et ratio est, quia † Romanus Pontifex in præ- 45
judicium tertij non facit annexionem, Abb. *in cap. ad aures, num. 5. de rescript.* Butrius, *in cap. per venerabilem, num. 15 qui filij sint leg.* Præpositus *in cap. quia circa, num. 4. de consanguin. & affinit.* Rota diversorum, *decision. 525 num. 4.* Nicol. Garcia, *de benefic. 12 part. §. 2. de unione, num. 26.* Puteus, *decision. 264. in 2. part.* qui loquitur in simili casu de Portionariis ecclesiæ Piacentiæ, & *in decision. 265. num. 2.* ubi dicit, quod † est 46
necessaria derogatio Pontificis, & alias non videtur tertium lædere, *l. quando, C. de inoffic. test. lege, 1. & per totum, C. si contra jus, vel utilitatem publicam*, & sic ex omni vacante capellania cui sunt beneficia unita, debebitur annata. Quia
† subrogatum sapit naturam subrogati cum 47
omnibus

omnibus suis qualitatibus, gloss. *verb. ex omni causa in leg. certa condictio, ff. si cert. petat.* & docet Socin. *regul.* 475. Mieres, *de majoratib.* 1. *part. quæstion.* 10. *numer.* 4. Mohedan. *decision.* 81. qui loquitur in simili casu, & magis in terminis, Seraph. *decision.* 1401. *volum.* 2. ubi dicit, quod † gratia unionis beneficiorum alicui ecclesiæ non præjudicat Pontifici in suo quindenio, & dimidia annata, quia omnis concessio est, sine tertij præjudicio, ut *in cap. cum olim, de consuetud. capit.* 2. *de relig. dom.* & in propriis terminis beneficiorum unitorum tenet, pater, Azor. *in* 2. *part. libr.* 7. *capit.* 13. *versic.* 6. *quæritur*, ubi dicit,
49 quod † licet fructus beneficiorum unitorum convertantur in distributionibus quotidianis, debebitur annata, considerato principio, & prima beneficiorum natura.

Quibus non obstant rationes in contrarium adductæ: qui procedunt in aliis distributionibus quotidianis, quæ non procedunt ex beneficis unitiis, sed ex aliis fructibus rerum ecclesiasticarum, vel bonorum fundationis, sine præjudicio tertij; secus, cum damno ipsius: & cum Pontifex non recipiat damnum ex tali annexione, similiter nec dicti portionarij, ut do-
50 cet, † Massa, *ubi supra, numer. fin.* ibi. * *Quod quindenium dicitur annata, non quidem specie, sed accidenti, propter beneficiorum annexionem, & unionis, ob quam beneficia amplius non sunt vacatura* * *& sicut Pontifex consequitur quindenium, ita portionarij dimidiam annatam* : quod est idem, ut tradit, Seraphi. *supr.* ibi, * *ne prætextu talium unionum remaneret Pontifex in perpetuum privatus jure percipiendi prædictam annatam.* * Et
51 † cum casus iste de facto contigisset inter dictos portionarios sanctæ ecclesiæ, & dominum Petrum de Ayala, capellanum majorem capellaniæ, quæ dicitur de la Epiphania, sitæ in ecclesia divi Andreæ huius civitatis. Sic fuit ju-
52 dicatum, visis meis allegationibus per † dominum Doctorem *Didacum Ortiz de Cayas* Canonicum Complutensem, & Vicarium generalem illius loci, in quo virtus modestia & sapientia in omnium literarum genere splendescit.

Quæ sententia verissima est, non obstante, quod dictis portionariis opponebatur, quod nunquam fuerunt assequuti dimidiam anna-
53 tam ex dicta capellania majori; & † quod sic dictum privilegium erat deperditum per non usum, ut, *in leg.* 1. *ff. de nundinis*, ubi Bar. & DD. Mieres, *de major.* 1. *part. quæstion.* 17. ubi resoluit, quod privilegium perditur per non usum, ut *in leg.* 3. *titul.* 6. *part.* 5. *& leg.* 42. *titul.* 18. *part.* 3. ubi latè Gregor. Azeiu. *in leg.* 1. *titul.* 1. *numer.* 37. *lib.* 6. *recopil.* qui huic difficultati pluribus mo-
54 dis satisfacit. Primo, quia † dicti portionarij habent concordiam initam cum Canonicis huius sanctæ ecclesiæ, in qua cavetur, quod si Canonicus fuerit capellanus dictæ capellaniæ majoris, non petatur neque soluatur dicta annata: & fuit probatum, quod semper illam capellaniam majorem obtinuerunt Canonici sanctæ ecclesiæ, & sic ex dicta concordia non potuerunt dicti portionarij illam petere: & sic injustè illis opponitur, quod per non usum fuit perditum privilegium. Secundo, quod † o- 55
mnes capellani minores soluunt ex qualibet vacatione dictam dimidiam annatam, & hoc sufficiebat pro conservatione sui juris & possessionis, quia inter capellanum majorem, & minores, est quæstio nominis, & † solum est 56
differentia inter plus & minus, & sic non differunt substantia, *leg. fin. Digest. de fund. instructo.*

Præterea † possessio in uno casu continua- 57
tur in alio, non ex vi extensionis, sed comprehensionis, ut eleganter tradit Alex. *consil.* 68. *numer.* 18. *volum.* 2. Gravetta, *de antiquitat. temp.* 4. *part. section.* 1. *numer.* 62. *in fin.* Rota, *ubi supr. decision.* 18. ubi dicit, quòd † possessio conferen- 58
di dimidiam annatam, trahitur ad aliam noviter creatam, quia † jurisdictio in una spe- 59
cie trahitur, & extenditur de uno actu ad alios, quando sunt eiusdem speciei, & non alterius, ut tradit, Alex. *dict. consil.* 68. Socin. *in capit. cum contingat, de foro comp.* idem *consil.* 111. *numer.* 3. *libr.* 1. & in casu simili fuit decisum per Rotam, cum portionariis huius civitatis, ut *in decis.* 118. *n.* 14. *in fin.*

Rursus, confirmatur hæc sententia, quia
† nunquam capellania major fuit obtenta ul- 60
tra Canonicos sanctæ ecclesiæ, cum quibus facta est concordia cum ipsis portionariis, ut non soluatur dimidia annata, & si nunquam contingit vacatio respectu aliorum, non potuerunt dicti portionarij perdere suam possessionem, ut † *in leg. Et Atilicinus* 35. *Digest. de ser-* 61
*vitutibus rusticorum prædiorum*, ibi: * *Cum ea aqua ad eos pervenire non potuit, id eis restitui placet.* * Quia † non dicitur nolle, qui non 62
potest, & velle, ut in regula juris: & impedito non currit tempus, *leg.* 1. *§. fin. Cod. de annali except.* & * per consequens non solum non perditur possessio, imo potius retinetur, & conservatur argument. text. † *in cap. commissum, de* 63
*decimis*, ubi * nunquam perditur possessio, licet ager non reducatur ad culturam, imo † conser- 64
vatur in quibuscunque fructibus ibi seminatis, licet sint alterius qualitatis, in quibus nunquam fuit jus decimandi, ita Couarr. *pp. cap.* 37. *numer.* 5. ubi dicit, quod † est defendendus in 65
sua possessione colligendi decimam, licet noviter fructus ad culturam reducantur, & quod non potest adversarius allegare contrarium usum, & sequitur Cephalus, *consil.* 418. *numer.* 54. *&* 55. *volum.* 3. & decision. Rotæ *Rom.* 17. *numer.* 10. *& fin. in* 2. *part.* ubi dicitur, quod ita fuit judicatum in una Hispalensi decimarum, 11. *Aprilis, anno* 1517. & in una Toletana dimidiarum annatarum, 2. *Decembris, anno* 1575. u-
bi dicitur, quod † possessio conferendi dimi- 66
dias portionis trahitur ad alias noviter creatas eiusdem speciei: prout est capellania maior, & capel-

67 & capellania minor. Quia † una eademque
res non debet diverso jure censeri, *lex, cum qui*
68 *ædes, Digest. de usucapion.* Maximè quia † jus
semel causatum & radicatum nunquam per-
ditur per non usum, ut tradit, Bartol. *in leg. in*
*filiis (per illum text.) Codic. de decurionibus, libr.*
10. Innocent. *in capit. dilectus, de capellan. mo-*
*nachorum*, Ias. *in leg. falsis, Codic. de diversis*
*rescriptis, & in leg. fin. numer. 56. Codic. de con-*
*stitut. Princip.* ubi Carol. de Tapia, 2. *part. ca-*
69 *pit.* 1. Et est ratio quia † in retinenda pos-
sessione sufficit aptitudo, & potentia, licet ca-
sus executionis non contingat : ita, Bartol.
*in leg. arboribus, §. nam & si agrum, Digest. de u-*
70 *sufructu*, ubi dicitur quod † per erectionem
furcarum retinetur possessio furcandi : licet
nunquam casus eveniat, ut aliquis suspen-
datur, ut *in dict. leg.* Et *Atilicinius, leg. si com-*
*munem fundum, §. fin. Digest. quemadmodum ser-*
*vitutes amittantur*, ubi nunquam perditur
jus, quando non evenit casus, in quo potuit
71 exerceri, ut † in possessione nobilitatis tra-
dit, Ioann. Garc. *de nobil. gloss.* 12. *numer.* 19.
*&* 20. Gutier. *libr.* 3. *pp. quæstion.* 14. *numer.*
72 45. *&* 49. Privatio † enim supponit habi-
tum, *leg. decem, Digest. de verborum obligat.* &
illud quod nunquam fuit non potest oppo-
73 ni : † quia est impossibile velle probare, quod
nunquam fuit, *leg. confessionibus, Digest. de inter.*
*actionibus*, & tenet Oldrand. *consil.* 254. *numer.*
74 3. Quia † frustra quæritur actus positivus
ubi non invenitur, §. 1. *institut. de inutilibus sti-*
*pulat. leg. quidam hæredem, §. fin. Digest. de vino,*
75 *tritico & oleo, leg.* & sic † licet possessio non
possit de novo acquiri, potest tamen conser-
vari, ut *in leg. una est via, Digest. de servitutibus*
*rusticorum præd.* Suarez, *allegation.* 3. *numer.* 2.
& ob hanc rationem resoluit, Azeued. *in leg.*
1. *numer.* 1. *libr.* 6. *recop. numer.* 36 *in fin.* Quod
76 † etiam per mille annos non perditur privi-
legium, quando casus privilegij non contin-
77 git : cujus verba sunt hæc : * *Tertio † requi-*
*ritur, quod sive privilegium consistat in non facien-*
*do, sive in faciendo, quod occurrerit casus, in quo*
*privilegiatus vel faciat, quod erat faciendum, ut*
*privilegio uti dici possit, vel non faciat, quod non e-*
*rat faciendum : aliter enim si casus privilegij nun-*
*quam occurrisset, etiam per mille annos non perde-*
*retur, ut ex Felino, ex dictis ubi supra percipitur,*
*& notat gloss. in capit. Abbate, de verbor. sign. &*
*in cap. Ioannes, de clericis conjug. & Tiberius De-*
*cianus, consil. 66. numer. 65. volum. 2.* * Et sic
ex omnibus supra dictis clare deducitur, di-
ctos portionarios non posse perdere privile-
gium dimidiarum annatarum in dicta capella-
nia maiori Epiphaniæ, si casus vacationis nun-
quam contingit, ultra casus contentos in di-
cta concordia inita cum Canonicis huius san-
ctæ ecclesiæ, ob justas causas amoris & frater-
nitatis, & sic regula est in contrarium, *leg. nam*
*quod liquide. §. fin. Digest. de penultim. leg. leg.*
*cum prætor, Digest. de judiciis.* Quibus omni-
bus non obstat † *dict. leg.* 1. *Digest. de nundi-* 78
*nis*, ubi per non usum perditur privilegium, ut
* *in leg. 42. in fin. titul. 18. part. 3.* ubi privile-
gium perditur per non usum. * Quia respon-
deo, quod ibi evenit casus utendi privilegio,
& non est quis usus eo, ita Tiberius Decianus,
*respons. 3. numer. 125. libr. 2.* Azeued. & Ioannes
Garc. *ubi supr.* Otalor. *de nobilitate, 2. part. 3.*
*part. capit. 9. numer. 7.* Palaez, *de maioritatib. 1.*
*part. quæstion. 17.* & illud demonstrant clarè ver-
ba, † *dictæ legis*, 42. ibi : * *Los tuuieron, y* 79
*no usaron dellos.* * Quæ † potentia suppo- 80
nit habitum, ut *in dict. leg. decem Digest. de ver-*
*borum obligat.* Ex † quibus remanet expe- 81
dita justitia dictorum portionariorum tam in
recuperanda dimidia annata ex omni vacatio-
ne beneficiorum, quomodocunque vacent : &
licet beneficium consistat in distributionibus
quotidianis, si fuerunt causatæ ex beneficiis
perpetuo unitis alicui capellæ, vel monasterio,
quia illa unio & incorporatio perpetua, sicut
non præjudicat Pontifici in suo quindenio, si-
militer neque dictis portionariis, in sua dimi-
dia annata, quæ exequenda est appellatione re-
mota, ut expresse cavetur in dict. Bull. de cu-
jus clausulæ virtute & potentia dicemus in
*quæstion. fin.* ubi Pontifex potest causam com-
mittere cum clausula *appellatione remota* ut *in c.*
*pastoralis, de appellat.*

## SVMMARIVM.

1 *Casus huius quæstionis formatur.*

2 *Effectus clausulæ,* Appellatione remota, *solum comprehendit nominatos.*

3 *Sententia,* de trance y remate, *est exequenda appellatione remota, respectu ipsius rei, non tertij.*

4 *Sententia, quæ continet injustitiam, non exequitur per clausulam,* Appellatione remota.

5 Lex, 64. Tauri *declaratur & limitatur.*

6 *Iudex Regius in ordine ad tollendam vim potest cognoscere incidenter de meritis causæ principalis.*

7 *Cui jurisdictio concessa est, videntur omnia concessa, sine quibus jurisdictio exerceri non potest.*

8 *Natura humana non potest esse destituta mediis ad sui conservationem necessariis.*

9 *Exemplum proponitur pro quæstionis demonstratione & declaratione.*

10 *Cognitio per viam violentiæ procedit non in vim Iurisdictionis, sed tantùm protectionis.*

11 *Author Fisci Patroni* Lic. Garci. Perez de Araciel *tractatum suum commendat.*

QVÆ.

## QVÆSTIO FIN.

*Vtrum iudex datus cum clausula,* * Appellatione remota, * *faciat vim, exequendo sententiam contra tertium, qui non est contentus in rescripto, & quid si sententia fuerit nulla, & iniusta?*

PLurima notabilia scripsimus, de virtute huius clausulæ, * *Appellatione remota,* * *in gl. 6. numer. 70.* Sed † pro faciliori intelligen-
1 tia huius quæstionis, cum sæpè in praxi contingat, decrevi aliqua prænotare, satis utilia in his cognitionibus per viam violentiæ; cum vel lata sententia opponatur de nullitate & iniustitia ex inspectione actorum, vel tertius pro suo interesse in judicio comparuit; quia non obstante appellatione, adversus eum sententia executioni mandatur, cuius remedium per viam defensionis & violentiæ investigan-
2 dum est: quia † effectus illius clausulæ solum intelligitur quo ad nominatos, non autem quo ad tertium, quia hicea non obstante, potest appellare, ut *in capit. super eo*, ubi notat Cardinal. *in 7. notabili.* Abb. *ibid.* Decius, *numer. 4. de offic. delegat.* Alexand. *consil. 84. numer. 7. volum. 3.* Decius, *in consil. 198. numer. 4. in fin.* Menoch. *de adipiscend. possess. remed. 4. numer. 896.* Scaccia, *in tractat. de appellation. 17. quæstion. limitat. 6. numer. 42. membr. 6.* & ita judicavit Rota, *15. Iunij, anno 1598.* ut refert Marta, *in tractat. de clausulis, clausula, 11. numer. 3. in fin.* Lancellot. *de attent. 2. part. capit. 12. limitation. 8. numer. fin.* & ratio est; quia quælibet lex, vel statutum, quod excludit appellationem, intelligitur inter ipsos contrahentes, non vero respectu tertij, ut tradit, Cardin. *in dict. capit. super eo, notabili, 7.* ubi Abb. *numer. 4.* Felin. *numer. 1.* Decius, *numer. 5.* Felin. *in capit. qualiter, clem 1. numer. 13. de accusationibus*, Alexand. *consil. 83. numer. 13. & consil. 84. numer. 8. volum. 4.* Decius, *consil. 198. numer. 4. in fin.* Paris. *consil. 107. numer. 125. volum. 3.* Menoch. *ubi supr. numer. 848.* & illud est generale; quia quotiescunque tollitur appellatio, intelligitur respectu litigantium, non autem respectu tertij, qui non litigavit, Corsetus, *in suis singularibus, verbo. appellatio, in princip. in 4. fallentia*, Menoch. *ubi supr. remed. 4. numer. 846.* quòd intelligitur à sententia interlocutoria, non à definitiva, ut explicat ipse
3 Cened. *ubi supr. numer. 42.* & † in sententia, quæ dicitur, * *de trance y remate,* * illud notant Doctores, quia licet *ex leg. 64. Tauri*, sit exequenda appellatione remota, illud intelligitur, respectu rei, secus verò respectu tertij, qui comparuit in judicio pro suo interesse, quia tunc, quo ad utrumque effectum, habet locum appellatio, ut docet Rebuff. *in titul. de literis obligat. attent. 1. gloss. 10. numer. 10.* & tenet ex nostratibus, Gutier. *in repetit. leg. nemo potest, numer. 390. Digest. de leg. 1.* Parlador. *rerum quotidianarum, §. 15. numer. 2.* Azeued. *in leg. 19. titul. 2. numer. 140. libr. 4. recop.* & novissimè Amador Rodriguez, *in tract. de execution. c. 6. n. 52.*

Si † verò sententia fuerit notoriè injusta, 4
& constaret de manifesto gravamine ex actis processus, tunc, illa clausula, * *Appellatione remota,* * nihil operaretur, neque respectu litigantium, neque tertij, qui pro suo interesse comparuit: ita docet, gloss. *in capit. ex conquestione, verbor. post appellationem, de restitution. spoliatorum*, Abb. *in capit. inter cætera, numer. 3. de re judic. & in capit. pastoralis, numer. 14. de appellationib.* Ripa, *in capit. 1. numer. 3. de rescriptis*, Alexand. *consil. 113. numer. 9. volum. 5. & consil. 97. numer. 2.* ubi Natta, *in additionibus, volum. 6.* Decius, *consil. 49. numer. 3. & consil. 524. numer. 9.* Lancellot. *de attentat. appellation. pendent. limitation. 8. capit. 12. numer. 24.* Verall. *decision. 33. in 1. part. & decision. 87. in 2. part.* Cæsar de Grassal. *decision. 2. numer. 8. de solutionibus*, & diximus, *in quæstion. 125. numer. 4.* & ita fuit judicatum per Rotam, *11. Maij, anno, 1562.* & tradit Lancellotus, *ubi supr.* & Verall. *ubi supr. decision. 87.* & alias decisiones pro hac sententia refert Marta, *ubi suprà numer. 7. in fin.* ubi, *numer. 8.* ampliat, etiam si commissio fuerit amplissima, cum clausula, * *Omni, & quacunque appellatione remota;* * quia ea non obstante, Domini resoluerunt, non operari in illo casu, in quo aderat notoriè injustitia, & post hæc scripta idem novissimè tradit, Barbos. *de judiciis, in leg. ad peremptorium, à numer. 25.* ubi dicit, quod appellatio habebit in hoc casu effectum suspensivum, & devolutivum, non obstante clausula, * *Appellatione remota;* * ita gloss. *in capit. ex conquestione, verbor. post appellationem*, ubi Bald. *numer. 5. in fin. de restitutione spoliatorum*, Alexand. *consil. 77. numer. 22.* Menoch. *de adipiscend. possess. remed. 4. numer. 850.* & Gracian. *1. part. discept. forens. cap. 76. numer. 8.* qui ad hoc ponderat text. *in capit. 20. session. 24. de reformat.* quia remota appellatione, non excluditur illa, qua quis manifestè gravatur, ut tradit, Abbas, *cons. 44. n. vol. 1.* Surd. *decis. 36 n. 13. usque ad 17.*

Ex † quibus infero notabilem declara- 5
tionem & limitationem, *ad leg. 46. Tauri*: ubi sententia, quæ dicitur, * *de remate,* * est exequenda appellatione remota, quod non procedat illa decisio, quando ex actis constaret de injustitia notoria sententiæ: quia tunc non est exequenda, sed suspendenda, ex rationibus de quibus

quibus supra, & tenet in terminis illius legis,
Gutier. (qui nihil omisit) *libro primo pp. quæstio-
num quæstione centesima decima nona*, ubi dicit,
quod ita practicatur, idem tenet Gaspar. Ro-
driguez, *de annuis redit. capite decimo septimo,
numero sexagesimo sexto*, ubi dicit, quòd etiam-
si causa executiva deferatur per viam violen-
tiæ ad curiam Regis, quòd judex faciet vim
exequendo sententiam *de remate* nullam & in-
justam. Quam opinionem sequitur novissi-
mè, Rodriguez, *de executione, capite sexto, nu-
mero quinquagesimo secundo, versicul. alter casus.*
Et potest expendi textus, pro hac sententia,
*in capit. ex conquestione, de restitut. spoliat.* ubi
disponitur, remotionem appellationis prohi-
bitæ, in literis commissionis, non impedire
appellationem, ubi manifestè quis gravatur,
ut *in capit. ut debitus honor, de appellationibus* &
idcircò omnia sunt revocanda, quæ post legi-
timam appellationem executioni tradita sunt,
ita Rolandus, *consilio vicesimo nono, numero tri-
cesimo septimo, libro primo*, qui loquitur in ter-
minis statuti vetantis appellationem, pro ut
hodiè de jure nostro Regni est dispositum, i-
dem tenet Natta, *consilio quinquagesimo primo,
numero vigesimo primo*, Menoch. *de adipiscend.
remedio quarto, numero octingentesimo quinquagesi-
mo*, Iosephus Ludovicus, *decisione Perus. trigesi-
mo nono, numero nono*, Gratianus, *disceptation. fo-
rens. prima, part. capite quadragesimo primo, nu-
mero septimo, & fin.* ubi dicit esse admittendam
appellationem, idem *in capite centesimo tertio,
numero decimo octavo.* Et licet hæc doctrina
verissima sit, & sine contradictione, non po-
tui movere animum judicis in quadam causa
executionis, ubi sententia, *de remate*, erat nul-
la ex actis processus, ex defectu citationis, pro-
ut Gutierrez, & Rodriguez, & Doctores, *supr.*
docent.

**Iudex Regius potest cognoscere de meritis sententiæ, in ordine ad tollendã vim.**

Hæc omnia sunt profectò satis utilia, & ne-
cessaria, in hac cognitione per viam violen-
6) tiæ. Quibus † non obstabit, si aliquis di-
cat, judices Regios, in causis ecclesiasticis,
non posse cognoscere de meritis causæ princi-
palis, an justa fuerit, vel injusta sententia; quia
illud pertinet, ad judicem appellationis, ut
sæpè dictum & demonstratum est: Quia re-
spondeo, verum esse, dictos judices directè
per viam appellationis non posse cognoscere
de justitia vel injustitia causæ principalis, ne-
que de meritis ipsius etiam incidenter. Sed si
iste articulus, per viam violentiæ, agitetur in
casibus justæ defensionis, & protectionis, quia
judex exequatur suam sententiam injustam,
virtute illius clausulæ, * *Appellatione remota*, *
tunc accessoriè, & in quandam consequen-
tiam necessariam, poterit Curia Regis de me-
ritis causæ principalis cognoscere, si alitèr ar-
ticulus violentiæ sine prævia cognitione non
possit terminari: quia † concessa protectio- 7
ne, & jurisdictione, omnia censentur conces-
sa, sine quibus protectio & jurisdictio exer-
ceri non potest, ut *in lege secunda, Digestis, de ju-
risdiction. omn. judic.* & diximus contra Sua-
rez, *glossa sexta, à numero centesimo nonagesimo
quarto, & quæstione decima quarta, numero vige-
sima quarto, in hoc libr.* quia † natura huma- 8
na non potest esse destituta mediis & remediis
ad sui conservationem necessariis: nam qui
dat formam, dat omnia ea, quæ consequun-
tur ad ipsam: & sic videmus, quod quoties at-
tentatum dependet à cognitione causæ prin-
cipalis; semper est judicandus titulus causæ
principalis, omissa exceptione attentatorum:
ita Salicet. *in lege tertia, numero octavo, Codic.
de appellation.* ubi Bald. *numero quarto*, Capi-
cius, *decisione septuagesima secunda*, Lancellot.
*de attent. tertia, part. capite vigesimo tertio, quæ-
stione decima nona*, Francus, *in capit. non solum,
numero sexto, de appellation. libro sexto*, & sic in
nostro casu, sine terminatione causæ princi-
palis, non potest expediri articulus violen-
tiæ: Et ea conclusio, quæ habet, judices Re-
gios non posse directè, neque indirectè, co-
gnoscere de justitia causæ principalis, intelli-
gitur, quando litigatores intendunt, cogno-
scendum esse de meritis sententiæ, omisso ar-
ticulo violentiæ; quia tunc datur incapacitas
in dicta cognitione. Si verò appellatio in-
terponatur ab executore sententiæ iniquæ,
quæ fuit executioni mandata, non obstante
appellatione; tunc, cum judex Regius sit com-
petens, in articulo præparatorio, sine quo ju-
stè & rectè terminari non potest, cum saltem
incidentèr & consequentèr dependeat ab eo,
& non possit expediri, sine cognitione justi-
tiæ causæ principalis. Et in hoc casu judex
incompetens efficitur competens, *argumento
legis quoties, Codic. de judiciis*, Gutierr. *de jura-
ment. confirmator. prima, parte, capite decimo sexto,
numero septimo, & octavo.* Finge, † obsecro, 9
pro maiori declaratione huius sententiæ, ju-
dicem executorem, cum clausula, * *Appella-
tione remota*, * sine citatione partis, vel sine
probationibus, super liquidatione fructuum,
vel expensarum, sententiam suam executioni
tradidisse, à qua legitimè est appellatum, in-
vocato Regis auxilio, & remittitur processus
ad Curiam Regis per modum violentiæ, su-
per executione, tunc si consideratur clausula,
* *Appellatione remota*, * nulla est vis, ut pro-
bat Pontifex, *in capit. pastoralis, de appellation.*
& resoluimus *in repetitione hujus legis, gloss. sexta,
numero septuagesimo sexto.* Si verò cognosca-
tur de meritis causæ principalis, tunc ex a-
ctis processus constat de gravamine & inju-
stitia sententiæ. Et cum sit supra resolutum,
dictam clausulam nihil operari, quando con-
stat de injustitia causæ principalis, & de mani-
festo

festo gravamine, sequitur manifestè, in prædicto casu posse judices Regios se intromittere, in cognitione causæ principalis, in ordine ad tollendam vim, cum alitèr dictus articulus violentiæ & defensionis naturalis non possit exerceri: pro ut in exemplo proposito apertè demonstratur. Quia si alitèr fieret, porta violentiæ & oppressionis, semper remaneret clausa, in damnum legitimè appellantis. Vndè consequens est, ut clavis magistra defensionis naturalis & protectionis (hoc est noster Rex, tanquam judex conservator suorum subditorum) aperiat eam, tollendo vim, ut aditus pateat & recursus securus ad Curiam Pontificis, ut pax reipublicæ conservetur, & ut ex contrario facto non perturbetur. Quod procedit ex eo principio, & novissima conclusione *dicta legis secunda, Digestis, de jurisdictione omn. judic.* ubi concessa jurisdictione, censentur omnia concessa, sine quibus iurisdictio exerceri non potest, & sic concessa defensione & protectione, censentur omnia concessa, sine quibus defensio naturalis & protectio subditorum exerceri non potest. Cuius rei exemplum tradit Suarez, (licet in alio proposito) *libro tertio, de libertate ecclesiastica, capite vigesimo secundo, numero quarto, in fin.* ubi annectit hæc verba, * *Vndè facilè & jam prima consequentia ostenditur: quia non solum Christus, verus DEVS, cujus opera perfecta sunt, sed etiam quilibet prudens gubernator, qui vices suas alicui committit, vel suam potestatem delegat, consequentèr dat potestatem ad omnia, quæ ad finem talis commissionis necessaria sunt: ut prudens ratio naturalis, & jura civilia & canonica disponunt.* * Quæ verba sunt notatu digna, ponderata ad nostrum casum, & valdè singularia: & sic, cum de jure naturali, ut *in capit. jus naturale, primo, distinct. prima, leg. ut vim Digest. de justit. & jure*, vim vi repellendo, possint judices Regij inter personas ecclesiasticas procedere, & de eorum causis in vim protectionis cognoscere, (ut suprà probatum est) fatendum est, etiam, posse dictos judices jurisdictionem extraordinariam, seu protectionem exercere, ad consequendum finem, & exercitium huius cognitionis, quantum necesse est, & præcisè convenit, ad tollendam vim; si aliàs deficiente illa causæ cognitione, subditorum defensio everteretur, & Regis protectio inutilis & frustratoria redderetur; quod est singulare.

10 Rursus † animadvertendum est, quod hæc cognitio non procedit in vim jurisdictionis, sed notionis tantum & protectionis, ut dicitur de patre erga filios, de domino erga servum; quæ est quædam œconomica cognitio, ut tradit, Ioannes Quintinus, *in repetitione, capit. novit. de judiciis, numero tertio*, quæ non repugnat libertati ecclesiasticæ: imò est multum consona & conveniens, quia maior & fortior est potestas juris naturalis, in qua fundatur cognitio, & defensio œconomica, per viam violentiæ, quàm exemptio clericorum introducta de jure canonico. Et licèt secundum aliam opinionem esset de jure divino, nunquam ius divinum tollit ius naturale, nec eius effectus, ut docet, S. Thom. *prima, secundo, quæstione centesima, articulo octavo*, Soto, *de justitia & jure, libro primo, quæstione quarta, articul. quinto, & libro secundo, quæstione prima, articul. primo*, & Azor, *libro sexto, institut. moral. capite primo, de lege naturali, versicul. tertio, quæritur.* In qua cognitione & protectione nullo modo diminuitur iurisdictio ecclesiastica, neque infringitur eius libertas, imò conservatur, augetur, & coadiuvatur, ut *in capit. dilecto filio sexto, de sententia excommun. libro sexto.* Quia cum hæc cognitio procedat iure naturali suadente, iam ratione constat, iam religioni convenit, iam disciplinæ congruit, & saluti populi prodest, & eius paci & tranquilitati consonat. Caveant tamen & prudenter attendant consiliarii gravissimi, iudicesque integerrimi, ne prætextu tollendi violentiam, iura Pontificia & Canonica transgrediantur, & ecclesiastici vexentur, excedendo legitimum modum protectionis & defensionis naturalis: quia tunc censuram Bullæ *in cœna Domini* non evitabunt, ut sæpe demonstratum est.

Vltimò † ad te convertor, meritissime fisci patrone, simulque integerrime supremi Consilii Senator: Ad te, inquam, Licentiate Garci Perez de Araciel, in cuius humeris huius nostri tractatus pondus, subditorumque Regis nostri protectio pendet, inter plures & maximos viros electe, ut huic muneri tibi iniuncto, laudabiliter satisfaceres: quia, ut maiorum nobilitas in te elucescit, sic literarum scientia floret, clareq; enitet. Exemplum tibi esto, carissimi & dilectissimi tui parentis vita & mors: fratris tui amantissimi virtus & prudentia. Caue igitur, ne hęc omnia, à tuis maioribus, & iure proprio obtenta, placendo potiùs Regi nostro, quam totius Gregis pastori, sub velamento publicæ iustitiæ, obumbrentur; æqua enim lance omnibus potes deservire, si ita causas, in consilio Regis contingentes, temperes, ut nec de Pontificia & ecclesiastica iurisdictione aliquid detrahas, nec de regia autoritate, & œconomica defensione, & subditorum protectione, minuas. Hos fines præscribe, ut omnia tibi, & successoribus fisci patronis fœlicitèr contingant. 11

11 Garci Perez de Araciel, Fisci patronus, Regiusque Cōsiliarius laudatur & exhortatur.

Hæc enim habui, Senatores integerrimi, & causarum causidici, quæ de cognitione per viam violentiæ vobis offerrem, & ab aliis minime

nime digeſta, nec abſolutè ſcripta, communicanda curarem. Novum profectò argumentum ingenii mei, nunquam ab alio inventum, neque ad finem perductum. Quia cum univerſa hæc latèque diſperſa confuſèque ſcripta reſpicerem, operæ pretium duxi, omnia in hoc tractatu depromere, atque ordine contexta colligere. In quo ſi aliquid non incommodè & eruditè dictum inveniatur, illud non meo ingenio, ſed Deo totius ſapientiæ auctori, omninò adſcribendum putamus. Si verò è contrario, mendum aut erratum inciderit, id noſtræ imbecillitati tribuendum cenſemus, & ſanctæ matris eccleſiæ correctioni ſubiicimus, ut approbanda approbet, & reiicienda reiiciat.

F I N I S.

*Laus Deo.*

# INDEX RERVM, ET VERBORVM SINGVLARIVM, QVAE IN TOTO HOC Tractatu continentur, per ordinem Alphabeticum. Primus numerus quæstionem, seu glossam: secundus quæstionis, seu glossæ numerum indicat, ultrà prologum, & capitula proœmialia.

A.

Clericus

*Divi-*

E.

Hispa-

## L.

O.



P.

Quale

Rey

# INDEX VERBORVM QVAESTIONVM, PRIMAE ET SECVNDAE PARTIS, PER ordinem Alphabeticum. Primus numerus significat, quæstionem, secundus quæstionis, vel glossæ numerum.



Exe-

FINIS.